tio ꝓformiter illi dictamini elicita nõ ſit bona. Itẽ ſeq̃retur ꝙ nullus poſſet bñ frui deo per actũ bonũ qui ſimul vteret aliquo creato. Patet/ſortes non põt habere actũ volũtatis quin habeat actũ quo fertur i prudẽtiã apud opinionẽ ochã vel ille actus quo ferẽ in prudẽtiã eſt vſus vel fruitio. Si primũ: ergo ꝓpoſitũ. ſi ſecũm: ergo nõ ẽ actus bonus ſed malus: qa fruitio creature. & ſic oportet illos fateri ꝙ nulla eſt fruitio bona qn ſimꝫ ſit vſus: aut quin illa fruitio ſit vſus/ſed hoc videt abſurdũ. cũ multi merentur circa deũ qui non cogitãt de creatura. Item manente actu eodẽ hñte oẽs circũſtãtias pro obiecto poteſt illud dictamen prudentiale falſificari. verbi gratia. ꝓtinuata iſta volitione elicita ꝓformiter huic dictamini vero: ſubueniẽdum eſt platoni paupi ꝓpter deũ. & qa dictatum per rectã rationẽ: poſſibile eſt ꝙ plato efficiatur diues me ignorãte vincibiliter tunc illud iudiciũ ꝓtinuatũ erit erroneum: quo facto illa volitio cõtinuata ꝓformiter illi dictamini trãſibit de bonitate in malitiã Dices ꝙ nõ erit eadem volitio. ¶Contra/ manet eadẽ in genere entitatis. qd̃ ſic patet. qñcũqꝫ manent cauſe q̃ nate ſũt ꝓducere aliquem effectũ poterunt ꝓſeruare illũ eũdem effectũ. ſed manent eedem cauſe. igitur manebit idem effectus/puta eadem volitio q̃ tunc erit mala: ergo non erat intrinſece bona. Solutio cõior eſt: ꝙ non poteſt manere eadem volitio: qa reqritur ſpecialis ꝓcurſus dei qui nõ adeſt qñ tale iudiciũ eſt erroneũ: cũ deus non amplius auxilietur ſpecialiter: neqꝫ ſpãliter ꝓcurrit ad iudiciũ erroneum. Sed iſta ſolutio non valet apud Occhã qui non ponit auxiliũ ſpãle. Item dato ꝙ ille actus bonus corrũpatur: tñ poſſum ego elicere nũc volitionem ꝓformen dictamini qñ eſt erroneũ: igitur nulla cauſa remouebitur & erit eiuſdem ſpeciei cũ prio. Preterea poteſt deus phibere illũ actũ/quo facto poſſũ adhuc ꝓtinuare illũ ſtante phibitione. & ſic eſſet iã malus. igit̃ non erat intrinſece honus & hoc eſt fortiſſimũ argumentũ cõtra Gregorium ponẽtem auxiliũ ſpeciale reqri ad bene agendũ. Ex dictis videt vt actus ſit intrinſece bonus nõ reqritur de neceſſitate ꝙ hẽat prudẽtiã ꝓ partiali obiecto. vel actus ſibi coexiſtentẽ qui habeat prudẽtiam pro obiecto ſicut videtur pretendere Occham: ſed ſufficit ꝙ ſit prudentia aſſiſtens. & non ſequitur/prudentia eſt cauſa partialis illius volitionis cõformiter elicite: ergo eſt obiectum partiale. Nã noticia eſt cauſa partialis volitionis: & tñ non eſt obiectũ partiale. Sed pro ampliori declaratione huius materie dico duo tenendo ꝙ ꝓcepta ſunt idiſpẽſabilia. primũ eſt ꝙ actus difformis dictamini recto dictante de oibus circũſtãtijs vel fertur in materiã intrinſece & de ſe bonã: vel cõtingenter hoc eſt in caſu bonam & in caſu malã. tunc dico ꝙ ſi talis actus feratur i materiam ſimplr bonã elicitã ꝓformiter dictamini recto dictãti de oibus circũſtantijs: & habet illud dictamen pro obiecto/eſt intrinſece bonus: quia illud dictamen eſt neceſſarium & habet illud pro obiecto/ergo volitio illi ꝓformis erit neceſſario & intrinſece bona: vt iſtud dictamẽ iuſte agendũ eſt propter deũ: ẽ infalſificabile & neceſſariũ: tunc actus ei ꝓformis & habẽs illud pro obiecto eſt intrinſece bonus [Videtur falſum fũdamentũ ꝙ aliqua materia ſit de ſe bona imo ipſe deus met eſt phibitus pro aliquo tẽpore reſpectu noſtri/alias nũq̃ teneremur dormire. Sed quero vtrũ iſta ꝑpõ ſit neceſſaria iuſte agendũ eſt pro tempore & loco. & videtur michi ꝙ nullũ dictamẽ affirmatiuum eſt neceſſariũ niſi forte ſit ꝓditionatũ vt tale dictamen diligendus eſt deus ſi teneor diligere: ſed quicqd ſit de neceſſitate dictaminis quilibet actus ꝓformis tali dictamini põt eẽ malus ſed nõ oino erit ꝓformis pro tunc.] ¶Sed ſi ſit dictamen ꝓtingenter verũ puta circa materiã ꝓtingenter bonã: actus ei conformis & habẽs ipam pro obiecto non eſt intrinſece ſed ꝓtingenter bonus. vt ſubueniendum eſt huic homini: iſta materia non eſt intrinſece bona q̃ is illud dictamẽ ſit verum nũc/ nihilominus eſt ꝓtingenter verũ ergo volitio conformis illi eſt ꝓtingenter

addítio

bona. quẽadmodũ dictamen ꝓtingẽter eſt verum/ita ꝙ volitio illi cõformis cõtingẽter eſt bona. tũc pono tres ꝓpõnes. Prima/

priap. poſitio

oĩs actus ꝓformis dictamini neceſſario & recto & hñs illud pro obiecto ẽ neceſſario & intrinſece bonus.

Secũda.

¶Secũda: nullus actus cõformis dictamini contingenti eſt intrinſece bonus vel malus.

Tertia.

¶Tertia/oĩs actus cõformis dictamini neceſſario malo & erroneo eſt intrinſece & neceſſario malus. De caſtro dicit ꝙ nullus eſt actus intrinſece bonus. qa nullus eſt actus quin poſſit continuari contra dictamen erroneũ/& illa opinio eſt multum ꝓbabilis. põt tñ defenſari ꝙ ſolũ dilectio dei ſuper oĩa eſt actus intrinſece bonus tenendo ꝙ deus non põt phibere ſuã dilectionem. ſed difficultas eſt/tenẽdo opinionem de caſtro ꝙ nullus eſt actus intrinſece bonus ꝓpter phibitionẽ ſupueniẽtem de actu conformi dictamini neceſſario. nam apud eum ſunt aliqua dictamina prudentialia cõtingentia: vt danda eſt elemoſyna pauperi ꝓpter deum/illud eſt ꝓtingẽs: qa deus põt phibare ne deẽ elemoſyna paupi ꝓpter deũ imo precipere ꝙ occidatur pauper: ergo poteſt phibere ne detur ei elemoſyna. Alia ſũt dictamia neceſſaria: ſcilicet negatiua: vt iſtud non eſt dei ꝓcepto cõtraueniendũ: illud eſt neceſſariũ: quia iſtud eſt ipoſſibile/eſt precepto dei contraueniendũ. Similiter apud eũ iſtud ẽ neceſſariũ nõ ẽ occidẽdus innocẽs auctoritate ꝓpria: qa iſtud eſt ipoſſibile. eſt occidendus innocẽs auctoritate ꝓpria/tũc ſic ſi hoc eſt neceſſariũ: nõ eſt dei precepto cõtraueniẽdũ: ergo nolitio illi ꝓformis eſt neceſſario bona. quia bene ſeqtur: eſt dictamini vero cõformis: ergo eſt bona. Simiꝫ bene ſeqtur. eſt dictamini neceſſario ꝓformis: ergo intrinſece bona: vt iſta nolitio: nolo contrauenire ꝓcepto dei/quia ratio dictat: & non põt eſſe illud dictamen non eſt ꝓueniendum ꝓcepto dei quia ratio dictat: quin ſit verũ. igitur. Quantũ ad hoc nego ꝙ illa nolitio q̃ eſt ꝓformis dictamini vero & neceſſario ſit neceſſaria & intrinſece bona. & p iſto ſuppono ꝙ dupliciter intelligit̃: ꝙ aliquis ſe cõformet alicui dictamini. Primo ꝙ ſe ꝓformet dictamini imediate & ꝓprie: & iſto mõ ſe ꝓformare nihil aliud eſt q̃ facere ita eſſe ſicut ꝑ dictamen dictatur eſſe faciendum. vel facere non ita eſſe ſicut ꝑ dictamẽ dictat̃ nõ eſſe faciendũ. vt ſe ꝓformare huic dictamini. dãda eſt elemoſyna: eſt facere ꝙ elemoſyna detur. ſimiꝫ ſe ꝓformare huic dictamini non eſt deus odiẽdus nõ eſt amare deũ: ſed non odire deũ. Iam dico ꝙ omiſſio illius actus nunq̃ põt eſſe mala. quia ſi non põt ꝓcipi odiũ dei: non põt illa omiſſio eẽ mala. Alio mõ actus põt eſſe ꝓformis dictamini: quia agẽs vult vel nult qd̃ dictat̃ non eſſe faciendũ. exẽplũ. ſortes dictat nõ eſſe cõtraueniendũ ꝓcepto dei: tunc qñ nullũ actũ elicit ꝓtra ꝓceptũ dei ſe cõformat prio mõ: ſed qñ nult taliter facere q̃liter rõ dictat nõ eſſe faciendũ ſe ꝓformat ſcdõ mõ. tunc dico ꝙ ille actus ꝓformis ſcdõ mõ nõ eſt neceſſario bonus/qa põt eẽ difformis alicui alteri iudicio recto. nã iſte due ſimul ſtant in veritate/nõ eſt ꝓtraueniẽdũ ꝓcepto dei. & non eliciẽdũ illd̃ nolle quo nolo ꝓtrauenire ꝓcepto dei. quia põt deus phibere ꝙ non eliciat̃ illud nolle. quo poſito illud nolle ẽ aliquo modo ꝓformis primo dictamini. hoc tamẽ non ſufficit ad bonitatẽ actus: qa reqrit̃ cõformitas ad dictamẽ verũ & ꝙ nõ ſit difformitas alteri dictamini vero: ſed non obſtãte conformitate actus quo nolo ꝓtrauenire ꝓcepto dei: ſtat difformitas cũ alio dictamine puta non eſt nolendũ: & ſic ille actus eſt cõtingens: quia eſt ꝓtingẽter nõ difformis alicui alteri dictamini rationis. valde facile defenſari poteſt vtraqꝫ opinio ꝙ eſt dabilis aliquis actus intrinſece bonus/& ꝙ nullus eſt actus dabilis intrinſece bonus.

¶De particularibus circũſtantijs.
Capitulum ſeptimum.

Poſt q̃ determinatũ eſt in generali de circũſtantijs: nũc agendum eſt particulariter. ¶Prima circũſtantia particularis eſt qs/q̃ eſt circunſtantia perſone. Et primo q̃ritur vtrũ ſicut

circũſtantia perſone auget malitiã actus. ita augeat bonitatem. vt ſortes & plato circa eandem materiã eliciãt actus ſimiles & eodem conatu ita ꝙ ſit paritas aliarum circunſtantiarum excepto hoc ꝙ ſortes eſt melior platone: an actus ſortis ſit melior actu platonis. ¶Hãc difficultatem ptractat monachus & reſpondet negatiue. ꝙ talis circunſtantia non auget actus bonitatẽ. ¶Probat tali ratione. qa ſeq̃retur ꝙ ille actus eſſet infinite bonus. Patet/ſuppoſito ꝙ ſors añ elicitionẽ illius actus fuerit ſolũ bonus: vt q̃tuor & plato vt duo. tũc ſic talis actus ꝓpter circũſtantiã ſortis: quia ſortes eſt bonus vt quattuor habet gradũ bonitatis quam nõ haberet ſi ſortes eſſet bonus vt duo. ergo ꝙ illum gradum bonitatis efficitur melior: ergo iſte actus efficitur iterũ melior ꝓ illã bonitatẽ. & ſic in infinitũ. ¶Dico ꝙ talis ratio non eſt multũ ponderoſa: & ſoluitur ſicut ratio de intẽtione actus & habitus. Alia ratio/ſi circũſtantia perſone augeat bonitatẽ actus ſequr ꝙ ſi ſortes bonus eliceret duos actus virtuoſos ſimul & ſemel ſcilicet actũ liberalitatis & actũ manſuetudinis ꝙ actus liberalitatis eſſet melior q̃ ſi ſolus eliceretur Patet/qa elicit a meliore q̃ ſi ſolus eliceret: ſed ꝓns eſt fl̃m: qa eodẽ mõ ille actus mãſuetudinis eſſet melior q̃ ſi ſolus eliceretur: & inuincem illi actus eſſent cauſa melioratio-
ꝓpõ reſpõſiua nis. Propter has rõnes tenet reſolutorie ꝙ circũſtantia perſone non auget bonitatem actus. ¶Q̃tum ad hoc dico ꝙ eſt aliq̃ circunſtantia ꝓſone rõne cuius ꝓſona obligat ad actum ad quẽ nõ obligaretur illa ſecluſa vt ſortes curatus obligatur ad adminiſtrãda ſacramenta ſuo populo parochiano. Similiter ſortes ſacerdos obligatur ad ptinentiam qui alias non obligaretur. Vltra dico ſi ſit circũſtãtia in perſona rõne cuius actus cadit ſub ꝓcepto: & vbi talis actus habet illam circunſtantiã pro obiecto: efficitur ſemper melior q̃ eſſet/illa circũſtãtia ſecluſa. vt magis virtuoſum eſt curato predicare qa tenetur q̃ ſit theologo predicanti ſolũ ex cõſilio. ¶Nam dicunt doctores ꝙ opus cõſilij ex voto eſt magis meritoriũ q̃ ſine voto: quia procedit ex maiori virtute: ſimiliter dicendũ eſt in ꝓpoſito. [Videt dicẽdũ ꝓnter ſiue habeat obligationẽ ꝓ obiecto ſiue nõ actus factus ꝓformiter eſt melior eo ꝙ amaiori virtute ꝓcedit. ſ. iuſtitia] ¶Scdo dico ꝙ ſi ſit talis circũſtantia in ꝓſona rõne cuius nõ oriẽ maior obligatio nec minor: illa nõ auget bonitatẽ ceteris ꝑibus. ¶Alia q̃ſtio/vtrũ beneficiũ collatũ alicui aggrauet peccatũ vt ſortes ſit melior q̃ plato. habeat gratiam: diuitias/vel ſcientiã: vel ſit xp̃ianus & plato infidelis que omnia ſupradicta ſe tenẽt ex parte agẽtis. vtrum actus malus elicitus a ſorte ſit grauius peccatũ q̃ actus elicitus a platone non habente illa beneficia ceteris ꝑibus paribus exceptis illis beneficijs a deo collatis. videtur ꝙ peccatum ſortis non ſit grauius. quia ſeq̃retur ꝙ actu malo quocũq; ꝙ ſignato abſq; variatione illius quãcunq; malitiam poſſet habere: & ꝙ in infinitum poſſet effici peior. Patet/quocunq; gradu malitie ſignato ex parte agentis poteſt eſſe aliqua circunſtantia que nunc non eſt: quo poſito talis actus eſſet peior q̃ prius. Hanc materiam tractat Altiſſiodorenſis in ſecundo & monachus. xxij. ſecundi. tamen pro ſolutione ſit prima propoſitio. Omne be- Prima
neficium cognitum ex parte agentis aggra ꝓpõ.
uat peccatum. Patet/omne illud aggrauat peccatum ratione cuius actor peccati grauius punietur. Deute. Secũdum quantitatem culpe erit & plagarum modus. ſed ratione beneficij pro tali actu malo actor mali grauius punietur. igitur. Patet minor ex Gregorio in homelia. Cum creſcunt dona creſcunt rationes donorum/& vnuſquiſq; magis humilis eſſet debet quanto ſe cognoſcit obligatiorẽ. igit ex hoc bñficio oritur maior obligatio q̃ eẽt bñficio ſecluſo. ſed quãto maior eſt obligatio tanto trãſgreſſio eſt peior. igitur. ¶Scd ꝓpõ. Illud bñficiũ qd aliqs habet de quo habet ignorãtiã inuincibilem nõ auget pctm̃. Patet ſic/dictũ eſt ꝙ oĩs ignorantia inuincibilis excuſat a pctõ: ſed ſi talis ſit alicuius circũſtantie particularis &

nõ cuiuslibet excuſat a grauitate peccati ꝓueniente ratione illius circunſtantie. ergo q̃is bñficiũ aggrauet pctm̃: ſi de illo habeatur ignorãtia inuincibilis nõ aggrauabit illud peccatũ ꝓmiſſũ nõ obſtãte tali bñficio. Alia ratio monachi. bñficiũ collatũ ab homine de quo habeẽ ignorãtia inuicibilis nõ aggrauat peccatũ ꝓmiſſum in illũ q̃ cõtulit ergo bñficiũ collatũ adeo de quo habetur ignorãtia inuicibilis: etiã nõ aggrauat. añs patet: ſi aliqs latẽter poſuerit in arca mea aliquas pecunias ſicut fecit. ſ. nicolaus & poſt ea pecco in illũ: illd bñficiũ inuicibiliter ignoratũ nõ aggrauat peccatũ. ¶Tertia ꝓpoſitio illud bñficiũ de quo habeẽ ignorãtia vicibilis tñ/aggrauat pctm̃. Patet/ignorãtia alicuius circũſtãtie augẽtis malitiã peccati ſi fuerit vincibilis nõ excuſat a tota malitia ꝓueniẽte ex illa circũſtãtia q̃is ab vna parte excuſet ſi fuerit craſſa vel ſupia. ergo ſi bñficiũ habeat aggrauare & habeaẽ ignorantia vincibilis: nõ auferẽ tota grauitas ꝓueniẽs Tertia ꝓpõ.
rõne illius bñficij. ¶Quarta ꝓpoſitio. Bñficiũ nõ aggrauat pctm̃ ſcdm eãdẽ proportionẽ ſcdm quã ẽ maius altero: hoc eſt Inter bñficia quorũ vnũ eſt maius alio nõ aggraUatur peccatũ ſecũdũ eandẽ ꝓportionẽ ſecũ dũ quã eſt maius. patet/qa ſeq̃retur ꝙ bñficium gr̃e in infinitũ plus aggrauaret peccatum q̃ bñficiũ diuitiarũ: conſequẽs eſt fl̃m. ergo & añcedẽs. patet tamẽ conſequẽtia/capio ſortẽ in gr̃a & platonẽ diuitẽ ſed nõ in gr̃a: ambo fornicẽtur ſimplici fornicatiõe. bñficiũ collatũ ſorti: ſcilicet gr̃a in infinitũ excedit bñficiũ diuitiarũ. imo cũ gr̃a ſit diuiſibilis in infinitas partes minima pars gr̃e ſi eſſet dabilis in infinitũ excederet bñficium diuitiarũ. Ideo illd bñficiũ gr̃e qd ẽ maius nõ aggrauat in eadẽ ꝓportione in q̃ eſt maius cũ ſit in infinitũ maius q̃ bñficiũ diuitiarum imo q̃libet pars eſt ſimpliciter & in ſe maior q̃ ſit bñficiũ diuitiarũ. Habeẽ ergo reſolutorie. ꝙ bñficiũ ex parte agentis aggrauat peccatũ. Scdo/ſi de tali habeaẽ ignorãtia inuincibilis nõ aggrauat. Tertio: ſi vicibilis aggrauat. Quarto: nõ aggrauat in eadẽ ꝓportiõe ſcdm quã maius eſt. Querit modo in qua ꝓportione aggrauat. ¶Reſpondet monachus ꝙ aggrauãtia illius eſt attendẽda penes obligationẽ maiorem vel minorem q̃ quidẽ obligatione vult illũ eſſe magis vel minus obligatũ. & hoc virtualiter dicit Altiſſiodorenſ. vt quando deus cõtulit ſorti aliquod beneficium magis peccati ea ꝓportione i qua deus vult eum magis obligari q̃ prius/ideo circunſtãtia perſone auget malitiam actus. ¶An ceteris paribus ſimile peccatum commiſſum a ſorte fideli & a platone infideli ſit ſimilis grauitatis in vno ſicut in altero: & pono cetera paria excepto ꝙ vnus eſt fidelis alius vero non. Dicit ꝙ fidelis grauius peccat: quia eſſe fidelẽ eſt vnum beneficium a deo collatum. Contra/ſequitur ꝙ infidelitas erit circunſtantia diminuens/& de infidelitate reportaret cõmodum. Reſpondet Altiſſiodorenſ. ꝙ iſta conſequentia nihil valet. iſte minus peccat ergo in iſto eſt aliqua circunſtantia diminuens. ſed oportet ſic arguere. infidelis minus peccat: ergo aliqd diminuit in eo peccatũ/vel aliqd in alio augmẽtat peccatũ. Querit altiſſiodorenſ. vtrũ aliqs theologus exiſtẽs in mortali magis peccet q̃ vetula q̃ cadit a charitate aliis circũſtãtijs paribus. videt qd ſic per Gregorium/vbi eſt maius donũ ſcientie: ibi trãſgreſſor maiori ſubiacet culpe. & in euãgelio/ſeruus ſciẽs voluntatem domini. ¶In oppoſitum arguit. hec vetula magis ledit cũ amittat charitatẽ & ille nõ. & nõ ledit niſi quia peccat. igitur. ¶Item fortiora habet arma ad ſe defendẽdum ſcilicet charitatem. igitur magis eſt ei imputandũ ſi ſuccumbat. ¶Dicit. ꝙ re vera theologus magis peccat. quia ſcientia eſt per quam maxime poſſumus nos iuuare: & vetula non habet talem habilitatem vtẽdi illis armis ſcilicet gratia. licet autem nulla circunſtantia ita aggrauet peccatum ſicut ſcientia: tamen epiſcopus minus ſciens magis peccat q̃ ſimplex theologus. quia ignorantia eius partẽ aut nihil diminuit de peccato: quoniã tenet ſcire nouum/& vetus teſtamentum. digni

tas autem multū aggrauat. ¶Alia difficultas. si beneficium quod se tenet ex parte circunstantie persone aggrauaret: seqūretur ꝙ predestinatio aggrauaret peccatum. vt sortes p̄destinatus eodē genere peccati peccās: sicut plato nō p̄destinatus ceteris omnibus alijs paribus grauius peccaret. Patet/inter omnia beneficia/que conferuntur a deo beneficium predestinationis est maximū. sed ꝙ cōsequēs sit falsum: patet. quia tūc ista cōclusio esset possibilis/sortes peccat a gradu grauitatis peccati (gratia exēplī simplici fornicatiōe vt. viij.) & tamē nunc foret possibile/ꝙ nō peccauit tanta grauitate peccati. patet. capio sortem q̄ fornicetur & tale peccatū sit graue/vt sex sed quia predestinatus. est graue vt octo. ista propositio nunc est vera sortes peccauit a/gradu vt octo. & tamen nunc est possibile/ ꝙ non peccauit/a/gradu vt octo. Patet. est nunc possibile ꝙ non fuit predestinatus. ergo illa grauitas. &c. Nego sequelam propter duo. Primū/predestinatio nihil est in peccatore: sed dicit beneficium solum futurum scilicet futuram gratiam & gloriam & voluntatem efficacem in deo illa duo cōferēdi/ideo cū p̄destinatio nihil dicat in peccatore. dico ꝙ p̄destinatio nunq̄ aggrauat peccatū. secundo quia de predestinatione habetur ignorantia inuincibilis/quia nullus potest esse certus ꝙ sit predestinatus nisi per reuelationem. & beneficium de quo habetur ignorantia inuincibilis/non aggrauat peccatū: vt dictū est. igit̄. Sed pone ꝙ sortes habeat ex reuelatione/ꝙ ē p̄destinatus. an tūc aggrauetur suū peccatū propter p̄destinatiōnē. hoc est/an grauius peccet eodē genere peccati ceteris oībus alijs pībus: q̄ ille q nō hēt ex reuelatione ꝙ sit p̄destinatus. Dicit ꝙ sic in casu illo. & hec dicta sufficiāt de prima circunstantia in particulari.

¶De circunstantia obiecti. Cap. viij.

Sequitur mō videre de circūstātia materie siue obiecti. hocē circa qd actus volūtatis ferē. vñ vt dicit sanctus Thomas p̄cipue circūstātie attendēde sūt circūstātia obiecti & circūstātia finis. Ratio est. qa penes diuersitatē specifica obiecti variat distinctio specifica virtutis & vicij. Similiter penes diuersitatē specificam finiū variat species actus: si non nature saltem moris & nature quādo ille finis est partiale obiectū. sed alie circūstātie a circunstātia obiecti & finis aliqñ variāt speciem: moris: aliqñ nō/ideo iste due scilicet obiecti & finis p̄cipue sūt inter ceteras. Occasiōe huius difficultatis trita q̄stio queri. vtrum magnitudo seu pluralitas seu pfectio obiecti augeat malitiā actus mali. hoc est/si sint duo actus quorū vnus fertur p̄cise sup vnū obiectū: alter sup plura: vel vnus sup obiectū minus pfectū: alter sup pfectius an semp scds actus sit grauior q̄ primus/& hoc ceteris oibus alijs paribus puta cū eq̄li intētione & conatu. &c. vt sortes vult occidere vnū hominē & plato duos eadē volitione an volitio platonis sit peior. similiter sortes vult furari paruū qd/& plato magnum qd: an plato plus peccet. Arguitur ꝙ non. plato q plus furat hēt maius icitatiuū ad furādū q̄ sortes: ergo minus peccat. tenet p̄sequētia. dicit Augustī. & recitat magister in q̄rto/plus peccat q fornicat cū turpi q̄ q cū pulchra: qa hēt minus allectiuū. ¶Scdo sequitur ꝙ posset dari actus ifinite malitie vl̄ grauitatis. Patet sic. si velle occidere duos sit grauius p̄tm̄ q̄ velle occidere vnū: ergo velle occidere ifinitos ē infinite malitie. Idē argumētū cōiter fit ad pbādū ꝙ p̄tm̄ i deū ē ifinite malitie/cū ipsū inp̄ximū ē aliquātule malitie & i alterū meliorē p̄missū maioris malitie: ergo i deū q ē infinite bonitatis erit ifinite malitie. Occasiō e huius q̄rit monachus/capiendo duos de quorū vno habeo probabilitatē moralem ꝙ est in p̄cō: de altero vero ꝙ est in gr̄a. si quis habeat duas volitiones formaliter executiuas q̄ vult occidere sortē in p̄cō scitū p̄babilitate morali & platonē in gr̄a/q̄ illarū est grauior: & arguit ꝙ sit illa qua vult occidere sortem scitum esse in peccato mortali: quia est causa illius damnationis eterne. In oppositum

arguitur. plato ē persona dignior q̄ sortes cūlittingratia: ergo iniuria est grauior. Secundo querit. sit ita ꝙ vterq; istorum sit in extrema necessitate: & non possum succurrere nisi alteri istorum si succurrā platoni fū causa dānatiōis alterius/si forti poterit penitere/& alter moritur tantum corporaliter & non eternaliter. igitur. Quantum ad primum cū querebatur an circunstātia obiecti aggrauat: dico ꝙ sic. vt qui vult plus furari/ceteris paribus plus peccat q̄ ille q vult furari minus. ad Argumētū. q furat plus vl̄ q fornicat cū pulchra/habet maius allectiuum. cōcedit. ergo ille q vult fornicari cum turpi plus peccat. verū ē. ergo ille q vult furari plus minus peccat. nego cōsequētiā. & rō ē/qa quis allici sit circūstātia diminuēs: ē tū altera magis aggrauās i obiecto. s. dānificatio: sed qui fornicatur ceteris oibus alijs pībus p̄ter q̄ ꝙ vna ē pulchra alia turpis minus peccat q fornicat cū pulchra: qa ñ ē nisi circūstātia allicies. sed i casu de furto ē vnū aliud i obiecto qd̄ magis aggrauat q̄ illud allicies diminuet. Ad aliud de volitiōe occidēdi/negat cōsequentia/& ad pbationē volitio occidēdi duos ē peior volitiōe occidēdi vnū/cōcedo. & volitio occidēdi q̄tuor q̄ tres & si i infinitū. nego cōsequētiā qa nō oportet ꝙ si sint ifinita quorū scd̄m excedit primū i aliq̄ pportione & tertiū secūdū: & sic in ifinitū ꝙ volitio cadēs super mile excedat &c. sed si sint ifinita quorū secūdū excedat primū i aliq̄ pportione: & in tāta pportione quartū excedit scd̄m &c. si esset aliquod excedens quodlibet illorū esset infinitū: sed in ꝓposito licet secūdū excedit primū: tamē non excedit in infinitum/licet dupletur vna circunstantia cetere non duplantur nō sufficit ꝙ vna aggrauans dupletur: sed requiritur ꝙ omnes aggrauantes duplentur. ideo malitia scd̄e super primā non ageret in duplum. quapropter volitio occidēdi duos non est in duplo peior q̄ volitio occidendi vnum: nec volitio occidendi quattuor nō est in duplo peior volitione occidendi duos. Contra. adminus habetur ꝙ volitio occidēdi duos est per aliquā latitudinē malitie peior volitione occidendi vnum: ergo volitio occidēdi quattuor duplabitur in malitia respectu volitionis occidēdi duos. ergo q̄is non sit peior in duplo volitione occidendi duos: est tamen dupla volitione occidēdi vnū. Si volitio occidēdi duos est peior per duplā latitudinē malitie scilicet ꝓpter duplex obiectū volitio occidēdi quattuor erit peior per duplā latitudinē malitie. & ita in infinitū. ergo non euades ꝓpositū. nego. quia volitio occidēdi duos distinctius fertur i duos homines q̄ volitio occidendi mille. & penes hoc quod est distinctius ferri attēditur etiā grauitas peccati: & ideo q̄is dupletur circunstantia obiecti/non oportet ꝙ malitia dupletur. [Videt ꝙ ista p̄sequētia sit bona hic actus in infinitum augetur in malitia ex parte vnius circunstantie/ergo est infinite malus. patet/hec circunstantia seorsum est i infinitum mala/igitur totus actus.] addītio

¶Quantum ad aliud de bonō & malo/an tenear subuenire bono derelicto malo. dicit monachus ꝙ occisio mali est peior q̄ occisio boni/quia nō solum est causa mortis corporalis: sed etiam damnationis/qui autem occidit bonum non est causa nisi mortis corporalis. Eodem mō dicit ad scd̄m/ꝙ potius teneor subuenire malo q̄ bono: qa subueniendo malo sum causa salutis & anime & corpis. & q̄is nō subueniēdo bono sit vna circunstantia que aggrauat scilicet bonitas: est tamen alia circunstantia in alio scilicet damnatio que magis aggrauat q̄ circunstantia boni. sed vbi nō habet̄ ꝓbabilitatem moralem ꝙ esset in p̄cō: deberem citius subuenire bono. & sic de circunstantia obiecti sufficiat. [Hec solutio monachi nō placet quia alias nunq̄ liceret repellere vim vi quando constat de iniusto aggressu impetentis/& propterea ego non sum causa nisi per accidens/quia est de per se in sua potestate non damnari & non in mea.] addītio

De circunstantia temporis.
Capitulum nonum.

AGendum est nūc de circūstantia temporis. Ideo q̄rit̄ prio. an ratione illius augeat bonitas / vel malitia actus. Dat exemplum Altissiodorensis libro secundo tract. xxviij. q̄stione quarta. de fornicatione. Vtrum secunda fornicatio sit maius peccatum q̄ prima. Videtur ꝙ prima sit peior. per primam perdit homo castitatem: & si virgo virginitatem / & non per secundam. igitur. Secūdo. eliciens primum actum fornicatiōis habet plura adiutoria ad resistēdum vel saltem minora incitatiua ad actum fornicationis: ergo secunda erit minus mala semper intelligendo cetera alia paria. antecedens patet / ex prima perdit gratiam que adiuuabat illū &c. In oppositum arguitur. Communiter dicunt doct. ꝙ peccatum consuetudinis ē grauissimum imo ꝙ veniale ex gñe p cōsuetudinem efficitur mortale. ergo actus scdo / tertio. quarto elicitus ē peior q̄ primo elicitus / dicit Altissiodoren. ꝙ ceteris alijs paribus actus prio elicitus est peior regulariter q̄ actus secūdo elicitus. patet per suas rōnes aī oppositū factas. Dr̄ notāter si cetera sint paria: qa si maiori desiderio / vel alio mō ferretur i obiectū i scda volitiōe q̄ i pria / i secūda eēt peior. vt si decia ebrietate sortes p̄ponеret amorē vini amori dei: illa eēt peior. sed si eodem modo feratur in vinum ceteris paribus preter hoc ꝙ inebriatur decimo decima est minus mala. Item si in decima haberet sortes sciētiam ꝙ tale vinum est inebriatiuum. & in prima haberet ignorantiā vincibilem tamen: vel si in decima / ignorantia esset magis vincibilis q̄ in prima: decima tūc esset maius peccatum. Ex quo sequit ꝙ nūq̄ peccatum veniale ex genere per quācūq; consuetudinem efficitur mortale nisi varietur aliqua altera circunstantia consuetudinis: qa tunc erit semper minus. sed quando dicūt doctores ꝙ efficit̄ veniale mortale p̄ p̄ suetudinē sic intelligit̄ ꝙ p̄ p̄suetudinem ita frequēter accidit: ꝙ auget̄ p̄tēpus vl̄ libi quō peccatū cōsuetudinis dicit̄ grauissimum.
do: vt per consuetudinē mētiēdi iocose vl̄ officiose propter salutē alterius: p̄t quis tāta libidine ferri in mēdaciū iocosum vl̄ officiosum / ꝙ si eēt cōtra p̄ceptū / nihilominus vellet mētiri / sed hoc posito ꝙ sit pure iocosum vel officiosū nunq̄ efficit̄ mortale. Cōtra. peccatū p̄suetudinis est grauissimū. Dico ꝙ sic intelligit̄ ꝙ peccator q peccat ex cōsuetudine est in peiori statu q̄ ille q non peccat ex p̄suetudine: qa illud peccatū accumulatur supra p̄cedentia p̄tā. & quoniā p̄pter maiorem ifirmitatē & cecitatē citius cadit i peccatum desperatiōis & presumptionis. Secundo. peccatum consuetudinis potest dici grauissimū idē periculosissimum / quia difficilius resurgit ab illo peccato. ¶ Alia questio vtrum actus qui per maius tempus continuatur sit peius q̄ si continuaretur per minus ceteris alijs paribus. Similiter / vtrū ex sola continuatione temporis incrementum suscipiat in bonitate. Dicitur ꝙ duplex est sensus huius. vnus vtrum ita augeatur bonitatis actus ex continuatione temporis puta ꝙ sit melior in secūda parte tēporis q̄ in prima & in tertia q̄ in scda &c. Secundus sensus. vtrū ex tali p̄tinuatione ita augeat bonitas nō actus in se: sed ipsius continuātis puta ꝙ efficiatur melior & maioris meriti in secunda parte tēporis illius p̄tinuationis q̄ in pria. Quātū ad primū sensū / soluta est q̄stio prius puta cū dicerē ꝙ in scda medietate hore illa volitio fornicādi non erat peior q̄ in prima dimidietate. patet / in secūda dimidietate non est peior q̄ esset ipamet si tūc puta i illa scda dimidietate eliceret de nouo: sed sic ē ꝙ si tūc eliceret de nouo nō esset peior q̄ illa q̄ elicit̄ in pria dimidietate immo minus mala. imo Altissiodorēsis habet de necessitate dicere: ꝙ sit minus mala: qa habet maius icitatiuū / & maius icliatiuū ad illā q̄ ad primam: qa habet habitū genitum ex continuatione prime dimidietatis. ergo in secunda dimidietate est potius minus mala q̄ peior. ¶ In scdo vero sēsu vtrū ex tali p̄tinuatiōe p̄tinuās efficiatur melior vel maioris meriti si actus sit bonus vel malus. ¶ Pro declaratione notādū est vnum vulgare qd̄ ponit Gregorius in secūdo distinctiōe tertia. duplex est continuatio actus. Quedam pure naturalis. Alia mere libera. vnde imaginatur Gregorius. suppositō ꝙ nunc eliciat actus libere ab ipa volūtate post hoc instās elicitionis est vnum tempus imperceptibile. quia sicut datur minimum visibile vl̄ maximum qd̄ non / ita datur minimum tēpus vel maximum quod nō est perceptibile. & cōmuniter assignatur maximum qd̄ non ē. In toto isto tempore talis actus ita necessario continuatur ꝙ non est in potestate libera volūtatis scienter & libere cessare ab illo actu / licet forte casualiter vl̄ supnaturaliter cessare p̄t: sed non scienter & libere. Alia ē continuatio libera quando voluntas sic p tempus aliquod cōtinuat / ꝙ cessare potest & elicere actum contrariū / vt cum continuauit p illud tempus imperceptibile necessario post illud potest cessare. hoc supposito dicit Greg. & plerīq; post ipsū: ꝙ actor actus mali ex illa continuatione mere naturali in qua scienter & libere ab illo actu cessare nō potest non efficitur deterior q̄ erat in prio istāti elicitiōis talis actus. Patet. illa p̄tinuatio naturalis / eque naturaliter segtur ad elicitionē / sicut ad volitionē efficaciter imperatiuā actus exterioris naturaliter segtur actus exterior: & ppter istā causam actus exterior nihil bonitatis / aut malitie addit actui interiori. ergo similiter ex libera elicitiōe / & naturali p̄tinuatione q̄ naturaliter segtur illā liberā elicitionē non efficit homo deterior Dicit vltra Gregorius. ꝙ illa p̄tinuatio libera in q̄ cessare potest addit malitiā sup elicitionē: & homo efficit deterior. Patet. tantū obligat̄ homo nō cōtinuare quādo potest non p̄tinuare actū phibitum sicut obligat̄ non elicere: qa per p̄ceptum phibet̄ tam p̄tinuatio sicut elicitio actus / quādo talis continuatio est i potestate illius. ergo sicut elicitio addit demeritū: ita & illa libera p̄tinuatio scienter & libere p̄tinuata. Vnde p̄supponit Grego. ꝙ actus dū elicitur / sic se hēt: ꝙ datur vnū tēpus post elicitionē in quo necessario p̄tinuat: sed hoc videt difficile apud ipm. Dicit ei distinctiō e tertia scdi. ꝙ volitio sicut ē producibilis libere i instāti: ita est p̄ducibilis libere successiue: hoc supposito tūc p̄t libere remitti successiue: & sit volitio / a / q̄cipiat libere remitti successiue. tūc bñ segtur / a / icipit libere successiue remitti: ergo nūc adhuc est tota illa volitio / & imediate post hoc nō erit tota / & nunq̄ postea erit minor: & sic in ifinitū. Si p̄cedas ꝙ nūc sit tota / & nūq̄ postea erit tota. ergo falsū ē ꝙ oportet de necessitate assignare tēpus certū per qd̄ de necessitate erit tota. Si dicas ꝙ erit tota / vl̄ pars. Cōtra si ē i mea potestate libere & successiue p̄tinuare & nō remito / ergo libere p̄tinuo / tūc sic / ponat ꝙ libere cōtinuo in tanto gradu quo elicita fuit ꝙ per qd̄cūq; tēpus p̄tinuationis aliqd mereor vl̄ demereor de nouo. & hoc tenet adā prima distinctione primi. & hec opinio videt probabilior q̄ opinio Gregorij & maior pars doctorū defensat istā. [Hoc argumentum nō p̄cludit p̄tra gregorium quia diceretur secundum eum ꝙ actus elicitus in instanti de necessitate continuatur secundum quod libet sui per tempus / sed si p̄ducatur successiue potest etiam successiue corrumpi & non totus simul.] ¶ Sed est questio loquendo consequenter ad Gregorium an in instanti continuationis aliquid mereatur de nouo. Vtrum in instanti medio mereatur aliquē alium gradum q̄ mereatur in prima medietate hore / puta an aliquis gradus meriti correspondeat pro illo instanti medio. vt sortes in instanti elicit volitionem vt octo / cōtinuet p horā nō remittēdo: & hora sit totū tps i quo nō potest remittere vsq; ad nō gradum: vtrum sortes per illam mereatur aliquem gradum premij in instanti medio illius hore distinctum a gradu premij quē merebatur per medietatem hore. Si concedas: ergo in quolibet instanti intrinseco tāti merebitur / & cum sint infinita instantia merebitur infinitum p̄miū. ¶ Dicit Occhā ꝙ in nullo instāti elicitionis in quo mere-

addītio

tur certum gradū premij mereꝫ aliquid di
stinctū a merito tēporis precedentis. hoc ē
nō meretur aliquē gradū totaliter correspō
dētē instāti illi intrinseco. Patet/non est in
potestate volūtatis ꝙ pro aliquo instanti
corrumpatur certa pars illius volitiōis: qa
non potest corrumpi nisi successiue. quia re
sistit sue corruptioni: talis enim volitio est
entitas naturalis appetens naturaliter pma
nere & resistens sue corruptioni. ergo talis
corruptio fieret cū resistentia: ergo non po
test fieri subito. ideo oportet ꝙ successiue i
aliquo certo tempore. Tunc sic/non est
in potestate voluntatis ꝙ vna certa pars
corrumpatur pro instanti continuationis:
ergo pro instanti continuationis nichil
de nouo merebitur totaliter: sed in quo
libet instanti erit sibi maius premium q̄
prius: quia quodlibet instans sequens est
continuatiuum temporis in quo tempo
re poterat corrumpere vnam certam partē.
ideo i illo tempore merebatur aliquem gra
dum qui quidem gradus debetur in illo in
stanti terminante illud tempus. & in illo i
stanti est maioris meriti q̄ prius: tamē in illo
instanti nihil meretur de nouo. Pari forma
de demerito dicatur. Vnde augetur meritū
successiue quemadmodum producitur ta
lis pars successiue producitur volitio libe
re/continuatio in eodem gradu non est to
taliter libera sed partialiter: qa in quocunq;
tempore quantūcunq; paruo / licet non sit
in potestate corrumpere est tamen in pote
state remittere vsq; ad certum gradum &
quia non remittit: sed continuat: ideo ali
quantulum meretur per illam continuatio
nem: vel demeretur per illam si illa volitio
additio sit mala. [Quandocunq; volūtas libere cō
currit ad aliquem actum potest etiam libere
non concurrere ad illum actum sic ꝙ potest
suspendere totum suum conatum & per cō
sequens si pro aliquo instanti illius tempo
ris velit non conari totus actus corrumpe
tur pro tunc.] ¶Difficultas ptra vtrāq; o
pinionē. dictū ē ꝙ volitio nō pt aliquomō
corrūpi i istāti vel subito. Cōtra. capio vo
litionē dandi elemosinā elicitā in instāti &
ex charitate: talis volitio ē intēsior q̄ si pro
duceret a solo conatu volūtatis sine charita
te. tunc capio gradū per quē est intēsior: &
talis gradus sit. b. tūc. b. nō necessario cōti
nuatur/neq; secundū se/neq; secūdū quāli
bet partē eius: hoc ē nec totaliter nec partia
liter. Iā possibile est cū ista volitiōe dandi
elemosinā incipiā successiue elicere volitio
nē fornicādi sic ꝙ nūc nihil habeo illius &
immediate post hoc habeo aliqd/hoc est p
vltimū nō esse. tūc. b. gradus nūc est: & nū
q̄ postea aliqd eius erit. patet. charitas post
hoc nō erit. ergo augmētū quod puenit ra
tione charitatis vltra conatū volntatis/nū
q̄ post hoc erit: qa dependet a gra nō solum
quantū ad esse & p duci/sed etiā quantū ad
cōseruari. ideo talis excessus. b. sup volitio
ne q̄ producit a conatu volūtatis/nō solū
dependet in fieri a concursu charitatis. sed
etiam in conseruari. ergo sublata charitate
aufertur ille excessus. Dico ꝙ quando dictū
est ꝙ si aliqua volitio nunc est ꝙ immedia
te post hoc erit secūdū se vl aliqd eius nō ē
i potestate volūtatis ꝙ libere & sciēter desi
stat ab illa: itelligit ꝙ nō ē i ptāte volūtatis
ꝙ immediate post hoc desistat ab illa tota vo
litiōe: sed bn casualiter vl supnaturaliter fie
ri pōt. Ideo i casu/talis excessus. b. sup cona
tū volūtatis nūq̄ post hoc erit: sed hoc non
puenit ex libera cessatiōe: sed defectu chari
tis. iō nō sequtur ꝓpterea ꝙ qñ volūtas libe
re hēt actū/ꝙ immediate post hoc cesset ab il
lo actu. sed ꝙ cesset quātū ad. b/ē ex defectu
charitatis: sed nō ē immediate ex libera cōti
nuatiōe volūtatis. Cōtinuando meteriā di
ctū ē ex opiniōe Occhā & Richardi clymē
tō ptra Greg. ꝙ ptinuās actū i quocūq; tpe
quātocūq; puo ptinuet/siue illa ptinuatio
sit naturalis vl libera mereꝫ aliqd de nouo
si sit actus bonus/vl demereꝫ de nouo si sit
actus malus. & rō fuit: qa quāuis nō possit
i illo puo tpe totaliꝫ desistere/ptm̄ libere re
mittereꝫ. ergo si ptinuet i tpe i graduita itēso
iputaꝫ vl ad penā vl ad pmiū. vt elicio actū
libere: pro instanti illius elicitionis actus

imputatur. tunc si continuo actum in eodē
gradu per vnam horam q̄cunq; parte hore
cōtinuā in gradu ita intēso est in mea ptāte
aliq̄tulū remittere sicut est in mea potestate
libere continuare: tunc in illa pte aliquantu
lum mereor: quia est in potestate voluntā
tis pro illo tēpore ab aliqua parte actus de
sistere. ideo si sit actus malus & non desistā
est imputādus pro illa parte q̄ desistere pos
sum. Iam queritur vtrum continuatio tem
poris tantum aggrauet in actu minus malo
sicut in peiori? vt duo sunt fortes & plato:
fortes elicit volitionem fornicandi/plato
vero adulterandi/& in eodem instanti cete
ris alijs partibus plus peccat plato vt notū
est. queritur tunc: vtrum ratione continua
tionis illius volitionis per horam per eun
dem excessum malitie augetur volitio for
nicandi sicut augeꝫ volitio adulterandi: vt
puta qui elicit volitionem adulterandi/ vl
tra penam debitam pro tali elicitione deme
retur vnum gradum vltra propter cōtinua
tionem vnius hore/an etiam ille qui elicit
volitionem fornicādi continuatam per tā
tum temporis vltra penam debitā elicitio
ni debeatur vnus gradus pene propter illā
continuationem. Et arguitur ꝙ sic. quia est
eadem circunstantia. ergo equaliter aggra
uat quātum est ex se nisi superueniat aggra
uatio ex alio: ergo tantum demeretur conti
nuans actum minus malum sicut continu
ans grauius malum. Dicitur ꝙ apd Occhā
consequenter dicendum ꝙ hoc contingere
potest dupliciter. Vnomodo. ꝙ iste eliciat
peiorem solum. quia ex maiori conatu/vel
quia intensiorem/vt vterq; precise elicit vo
litionem fornicandi: sed vnus vt quattuor
alius vero vt duo intensam quecunq; pars
signetur illius que est vt quattuor intensa:
si reperiatur in altera vt duo eque intensa
ille erunt eque male. Aliomodo contingit
ꝙ eliciant: vnus peiorem/alter minus malā
& cum hoc vna pars vnius est peior q̄ pars
alterius/vt vnus elicit volitionem fornicā
di/alter adulterandi/certum est ꝙ vna voli
tio adulterādi ē peior q̄ fornicādi eq̄ intēsa:
& exequali conatu ratione obiecti: quia in
obiectum peius fertur. Tunc dico ꝙ si vo
litio vna sit peior alia in prio modo peiori
tatis: sunt eque male/& cōtinuatio tantum
aggrauat vnā sicut alteram. patet. per con
tinuationem tantum demeretur precise i tē
pore quantum demeretur eliciendo tātam
volitionem: quantam posset corrūpere suc
cessiue: sed isti duo equali tempore possunt
equaliter corrumpere de illis volitionibus
precise: ergo cōtinuatio temporis in isto ca
su equaliter aggrauat. secūdo dico ꝙ si iste
volitiones sic se habeant ꝙ vna sit peior in
secdo modo peioritatis ita ꝙ equalis portio
sui est peior equali portione alterius/tunc
continuatio vnius est peior q̄ alterius. exē
plum/fortes habet volitionem adulterādi
vt duo: plato fornicandi vt duo: vterq; cō
tinuat in dimidia hora: fortes cōtinuans vo
litionem adulterādi plus peccat q̄ plato cō
tinuans in equali tempore volitionem for
nicandi. nam vbi vnus actus est peior alio
ratione obiecti & non ratione conatus: cō
tinuatio vnius plus aggrauat q̄ continua
tio alterius. [Cōtra primam partem arguit addītio
actus vt quatuor plus resistit sue corruptio
ni q̄ actus vt duo q̄tulocūq; paruo tempo
re dato continuationis talium actuum plus
demeretur cōtinuando actū vt duo q̄ actū
vt quatuor. sequla patet/& capio actiuitatē
voluntatis vt octo & resistentia actus vt q̄
tuor sit vt quatuor & resistentia actus vt
duo sit vt duo/tunc sic proportio agentis
ad primam resistentiam est dupla & in or
dine ad secūdā ē quadrupla/ergo pōt plus
remouere de secūda resistentia in eq̄li tēpore
q̄ de prima. & hoc argumentū est apparen
tissimū ratiō e cuius mihi videꝫ concedēdū
ꝙ plus peccat cōtinuans actū vt duo tantū
q̄ cōtinuans actū vt quatuor/nisi dicaꝫ ꝙ q̄
liacūq; fuerit agētia ꝓpter naturā rei nō pos
sūt ieq̄li tēpore plus de vno q̄ de alio corrū
pere & si hoc sit verū sequtur ꝙ si volūtas es
set infinite actiuitatis nō citius posset corrū
pere actū vt duo q̄ nunc/sed hoc ē falsum.]
¶Alia qō. Si fortes eliceret volitonē forni

cãdi i iſtãti vt q̃ttuor quã de neceſſitate ꝓti
nuat per tempus: ſequitur ꝙ eſſet neceſſa
rio extra ſtatum ſalutis pro tempore illius
continuandus. Patet. & pono ꝙ non po
teſt viuere niſi per dimidiam horam: & ꝙ
habeat hãc volitionem volo peccaſſe/ quã
de neceſſitate continuet per illam dimidiã
horam. tunc ſine ſpeciali miraculo non po
teſt ſaluari: quia per illam non poteſt habe
re diſplicentiam: ſcilicet nolitionem que ne
ceſſario requiritur ad penitendum. Dices.
poteſt habere diſplicentiam ꝙ elicuerit q̃
tus non poteſt habere diſplicentiam: ꝙ cõ
tinuet: quia tunc inuitus vellet. Contra/ ha
bendo iſtam volitionem in caſu. volo pec
caſſe non poteſt habere nolitionem con
trariam ſcilicet nolo peccaſſe: quia non poſ
ſunt eſſe ſimul & ſemel & pro eodem tem
pore in eodem ſubiecto: ergo eſt impoſſibi
le ei pro illo tempore penitere. Dices ꝙ illa
volitio qua vult ſe peccaſſe quam cõtinuat
naturaliter eſt compoſſibilis nolitioni qua
nult ſe peccaſſe: vt patet de Chriſto qui ha
bebat nolitionem naturalem mortis feren
de: & volitionem liberam mortis ferende.
ergo nolitio alicuius naturalis: & volitio
libera de eodem ſunt compoſſibiles ſimul
& ſemel in aliquo. Patet etiam in nobis: ꝓ
ſentato obiecto delectabili voluntas natu
raliter proſequitur illud: & tamen aliquan
do nult illud quia difforme recte rationi.
Contra. q̃uis nolitio que eſt pure naturalis
non repugnet volitioni libere eiuſdem ob
iecti q̃tum ad elicitionem nihilominus illa
que elicitur libere ex natura propria repu
gnat nolitioni de eodem obiecto que elicit li
bere. ergo ſiue poſt ea continuetur neceſſa
rio ſiue libere ſemp repugnat alteri cui pri
us repugnabat. ergo nõ ſtãt ſimul. & de fa
cto non video ꝙ ille ſtent ſimul videlicet
ꝙ quando vna neceſſario continuatur ꝙ al
tera poſſit libere elici. Ideo conceditur ꝙ a
liquis poteſt ita in vita diſponi & ſecundũ
legem communem ſecluſo miraculo ꝓ
aliquo paruo tempore neceſſario erit extra
ſtatum ſalutis. nam ſecundum dicẽtes ꝙ de
liberatio non poteſt fieri in inſtanti datur
certum tempus in quo non poteſt penitere
ex deliberatione ſecundum communẽ cur
ſum legis. Item apud illos eſſet concedendũ
hoc qui dicunt ꝙ ad penitẽtiam requiritur
certus gradus. & ꝙ volitio non poteſt pro
duci in inſtanti ſed in tempore: vt ſortes in
cipit penitere datur certum tempus poſt
hoc in quo non poteſt producere volitio
nem vſq; ad ſufficientem gradum cõtritio
nis. ergo non eſt incõueniens: ꝙ aliquis po
teſt ita diſponi in vita ꝙ poſt hoc ſit ſigna
bile certum tempus in quo neceſſario rema
nebit extra ſtatum ſalutis quando ex culpa
incidit in illũ: & oportet de neceſſitate hoc
concedere de ebrio exiſtente in mortali.

¶De circunſtantia loci. Capitulũ decimũ.

Sequitur de circunſtãtia loci. vtrum talis augeat bonitatem actus ſimili ter & malitiam. & q̃tum ad hoc nõ eſt magna difficultas. Vnde dupliciter poteſt intelligi ꝙ circunſtãtia loci augeat malitiam actus. Vno modo. ꝙ actus elicitus i vno loco ſit peior q̃ idem vel ſimilis elicitus i alio loco. vt ſortes exiſtens in eccleſia & plato in domo profana: vterq; iſtorum elicit volitionem furandi ceteris omnibus alijs paribus/ excepto ꝙ ſortes eſt in eccleſia: plato vero non: & intelligitur ꝙ ſortes licet ſit in eccleſia non tamen elicit volitionẽ furandi rem in eccleſia: ita ꝙ volitio furandi non habet eccleſiã pro obiecto ſed pro circunſtantia puta ille exiſtens in eccleſia elicit volitionẽ furandi aliq̃d in domo Ciceróis. vtrũ tũc ſortes graiuſpeccet q̃ plato. Quantum ad hoc appa ret mihi dicendum/ ꝙ non niſi ratione loci in quo ſortes eſt obligetur tũc ad actum cõtrarium vel ſaltem repugnantem illi volitioni furandi: & plato non: vt puta orare vel aliquid ſimile quod repugnet volitiõi furandi tunc peccaret pluſ q̃ plato: ſed pro tunc ratione loci in quo ad nihil aliud obligatur q̃ plato/ ſed ipſe tranſiens per eccleſiã

elicit volitionem furandi non plus peccat q̃ plato. ¶Alio modo intelligitur ꝙ locus aggrauet: quando ſcilicet locus eſt obiectũ partiale vt volitio furandi in eccleſia q̃ fertur ſuper res alienas in eccleſia exiſtẽtes/ tũc locus aggrauat malitiam actus. Probatur/ quia aliquando mutat ſpeciem actus quando eſt circa obiectũ partiale: ergo aggrauat actum in malitia. Patet antecedens: quia facit de furto ſimplici ꝙ ſit ſacrilegium quod eſt ſpecies diſtincta contra furtum ſimplex. Eodem modo dicendũ eſt de circunſtantia temporis. vtrum volitio elicita in vno tempore puta die dominico ſit peior elicita altero die non feſto. Dicitur ꝙ nõ: niſi habeat tempus pro partiali obiecto/ ita ꝙ tẽpus eſt circũſtantia menſurãs & non cadens in rationem obiecti niſi per accidẽs/ puta ſi talis tali tempore obligaretur ad actũ oppoſitum tali actui. Sed ſi tẽpus ſit partiale obiectum/ vt ſi quis eliciat volitionem adulterandi pro die dominica: ſiue eliciat illa die dominica die vel altero die: tũc tempus aggrauat/ quia tali tempore plus obligatur deſiſtere ab illa operatione q̃ pro alio tempore ideo non eſt neceſſe ꝙ locus aggrauet quã do nõ igredirur rationem obiecti/ nec etiã tempus. & cetera.

¶De circũſtantia finis. Cap. XI.

Decircũſtantia finis que inter ceteras circunſtantias eſt principaliſſima. Notandũ ex Ariſtotele & ex doctoribus. xxxviij. diſtinctione ſecũdi. duplices ſunt actus voluntatis liberi Dũtaxat. Vnus vocatur intẽtio. Alter electio. Vnde intẽtio nihil aliud eſt q̃ volitio finis qua voluntas fertur in obiectum propter ſe. vt dicit Greg. Sed electio eſt volitio vel nolitio qua voluntas fertur in obiectũ propter aliud: vt ſortes diligit deum ſuper omnia. ex illa dilectiõe vult ſubuenire pauperi vel dicere matutinas: primus actus vocatur intentio. ſecũdus vocatur electio/ iõ intentio eſt actus quo volũtas fertur in obiectum propter ſe. & electio qua fertur propter aliquid. Sanctus Tho. prima ſecunde.

Duplices ſunt actus volũtatis liberi. Quid intẽtio qd electio.

multa querit de electiõe vide ſi vis. Eſt i hac materia difficultas. Vtrũ ex bonitate intentionis ſemp menſuretur bonitas electionis hoc eſt querere. Vtrũ ſi intẽtio ſit bona oporteat de neceſſitate ꝙ electio ſit bona. Similiter ediuerſo/ ſi intẽtio ſit mala vel magis mala an oporteat de neceſſitate electionem eſſe malam vel magis malam. Proſolutiõe Grego. in ſecũdo diſtin. xxxviij. ponit aliquas cõcluſiones. Prima. Non oportet ꝙ Pria poſi intentio ſit bona/ electionem ſemp eẽ bonam. Secunda. Si intentio ſit mala ſemp electio eẽ mala. Prima probatur. ſtat ꝙ aliqua Secũda volitio ſit bona reſpectu finis: & aliquid elicere ſiue aliquam eſſe electionem contra dictamen rectum. igitur. Patet añs. ſi quis diligat deum ſuper omnia ex iſta dilectione vult ſubuenire paupi. & vt ſubueniat pauperi vult furari & furatur. Illa dilectio dei ſuper omnia eſt intentio & illa volitio ſubueniẽdi eſt electio que etiam quodãmodo poteſt vocari intentio in ordine ad tertium actum/ tertius vero actus eſt velle furari qui eſt dũtaxat electio mala vt notum eſt/ & tamen intentio eſt bona/ quia conformis recte rationi. ergo non oportet ſi intentio ſit bona electionem fore bonam. ¶Contra/ hanc inducit Grego. Auguſtinum dicentẽ Sunt ita voluntates hominum adinuicẽ ligate ſeu cõnexe ꝙ ſi illa volitio per quã cetere referuntur bona ſit: cetere bone ſunt. ſi mala ſit cetere male ſunt. ergo. Dico ꝙ Auguſtinus intelligit de illis volitiõibus que feruntur in obiecta que non ſunt per ſe mala. Secũda concluſio probatur. puta ſi intẽtio ſit mala oportet de neceſſitate electionẽ fore malam. Patet/ bene ſequitur intentio eſt mala: ergo fit electio propter id propter quod debet non fieri ſiue fit cõtra dictamẽ rectum quod ineſt vel quod debet ineſſe vel quod eſſet rectum ſi ineſſet. Vltra/ ergo illa electio eſt mala: ideo quandocunq; intentio eſt mala electio ſiue feratur ſuper obiectum bonum ſiue indifferẽs ſemp eſt mala. Vnde Ariſt. in politicis dicit ꝙ ſũt duo ex quibus omne bonum fit in omnibus ſcili

eet ex intentione recta & electione. ergo si intentio est mala electio erit mala.

Primũ correlarium. ¶Preterea Gregorius i primo prima distĩ. tria infert correlaria. Primũ. Nunq̃ aliqua electio siue aliquis actus est bonus nisi sit ex dilectione dei actuali vel habituali acquisita vel infusa. Patet/nunq̃ electio ẽ bona nisi sit ex aliqua intentione recta, sed nulla intẽtio est recta nisi sit dilectio dei: quia nihil vltimate recte põt intendere nisi sit deus: ergo nulla electio est bona nisi sit ex dilectõe dei actuali vel hãbituali acqsita vel ifusa. Hoc pbat ex Augustino/nihil est bonum nisi ex radice. & dicit Gregorius in secundo. iiij. dist. q̃ nulla est operatio indifferens/& nõ oportet quẽlibet pro tempore quo non tenetur cogitare de deo actualiter: sed sufficit habitualiter. & est procedere ex habitu charitatis acquisito vel infuso. ¶Secũdum correlarium. Nulla operatio pure infidelium est virtus. per infidelem purum illũ intelligit qui de diuinitate vera nullam habet cognitionem vt ẽ idolatra qui credit aliquid esse deum quod non est deus. Patet/sequitur bene/iste est ifidelis purus. ergo nõ habet intentionem rectã nec actualem nec habitualem/& ad electionem bonam hoc requiritur: ergo nullam habet electionem bonam: ergo quãcunq̃ libere habeat semp est mala. [Hanc opinionem credo veram & ratio/quia sicut dicit Adã sufficit relatio habitualis. i. si interrogarẽ pluries diceret fidelis propter deum/si cũ infidelis iterogaretur pluries diceret propter suũ idolum.]

Scdm correla.

additio

¶Circa primũ correlariũ eius dicit q̃ ãteq̃ electio sit bõa: oportet q̃ sit ab actuali vl̃ habituali amore dei. Ergo ipse Grego. debet concedere q̃ habitus acquisitus diligendi deum super omnia cõcurrit imediate ad dilectionem creature: ergo concurrit ad actus differentes specie ab illis ex quibus genitus est. Patet/talis diligit creaturam ex habitu acquisito diligẽdi deum: & nõ ex habitu acquisito diligẽdi creaturam: ergo imediate & elicitiue ex habitu diligẽdi deum/diligit creaturã: ergo talis habitus effectiue cõcurrit ad dilectionẽ creature: qd̃ est falsũ. Nũq̃ habitus imediate cõcurrit ad producẽdum actus nisi tales actus sint eiusdẽ spẽi cũ actibus ex quibus genitus est: vel nisi feratur super obiectum partiale illius. & ideo ista opinio Gregorij non videtur multũ apparens & ppterea dicit Sco. xli. distin. ij. q̃ aliquid fieri ppter alterum tripliciter ptingit. Vno modo actualiter. Secũdo modo virtualiter Tertio modo habitualiter. Vnde aliquid esse volitum vel amatum actualiter propter alterũ est quando ex actuali amore alterius voluntas elicit amorẽ istius. vt sortes actu vult sanitatẽ: & ex illa volitiõe vult potionem amarã. tunc sortes actu refert potionẽ amatam in sanitatem: sed virtualiter referre est quando i principio actionis illa elicitur actualiter ppter aliquod aliud obiectũ / & in virtute talis elicitionis adhuc continuatur q̃is nõ sit actualis cõsideratio illius alterius obiecti. vt sortes vult sanitatẽ ex illa volitione elicit volitionẽ ambulandi/continuat talẽ volitionem & ambulat non amplius cogitando de sanitate in principio actionis actualiter elicite: talis volitio ambulandi ex volitione sanitatis cõtinuatur/ in vitute illius dicitur virtualiter volita sicue relata. [Quero quomodo virtute volitionis sanitatis ptinuatur ambulatio postq̃ illa volitio desinit esse. Potest dici q̃ per volitionem ambulandi causatur ipetus in membris qui in absentia volitionis manet. Hoc videtur dicere Scotus in quarto.]

aliqd fieri ppter alterũ tripl̃r ptingit.

additio

¶Sed habitualiter referre vnum obiectũ in aliud: est habere actum volendi circa tale obiectũ ex natura referibile cum habitu referendi in aliud obiectum: vt sortes volens dare elemosynam non vult dare propter deũ nec actualiter nec virtualiter: quia talis volitio a principio non fuit causata ex dilectione dei. sed vult dare habitualiter quia habet habitum referendi scilicet dilectionem dei: tũc refert habitualiter. Dicit vltra Scotus/ad hoc q̃ actus sit bonus moraliter non sufficit habitualis relatio: & non requiritur actualis: sed adminus requiritur virtualis dummõ atpe

relationis actualis non superuenerit opposita relatio. & psequenter Sco. ponit actum medium puta q̃n actus est referibilis hituali ter solũ. ¶Recolligendo supradicta est primo dictũ. q̃ ad bonitatẽ intẽtionis nõ sequitur bonitas electionis: sed ad malitiã intentionis semp sequitur malitia electionis/ga ois volitio elicita ppter malũ finem semper est mala. Dictum est etiã ex Gregorio q̃ ois actus nõ pcedẽs ex amore dei actuali vel habituali est malus. & actum referri habituali ter nihil aliud est nisi actũ causari ex habitu circa finem/& nõ est/si quis interrogẽt cur hoc facit q̃ dicat se facere ppter talẽ finẽ: sed est ex habitu causari. & hoc ipugnatum est & posita est triplex relatio ex mente Scoti quem cõiter imitãtur doc. quam triplicem relationem cepit Sco. a sancto Bonauẽtura ¶His suppositis/ga dictũ est q̃ ad bonitatem electionis nõ sufficit bonitas intentionis tenendo cũ Occhã Tho. & alijs q̃ idẽ actus ẽ circa finẽ & circa mediũ ad finẽ. Queritur vtrum ille actus qui est simul intentio boni finis & electio mali medij sit bonus & malus simul. vt volo subuenire paupi propter deum: & volo furari vt subueniã paupi ppter deũ. actus tertius secundum Tho. & Occham est volitio furandi/& dilectio dei & idẽ actus in numero est intentio bona & electio mala. Queritur nũc an intẽtio sit bona q̃is electio sit mala? Videtur q̃ sic: sicut apparet ex dictis sancti Tho. si quis habeat vnicam volitionẽ qua vult furari/vt adultere tur: talis volitio est duplex vitiũ. quia equalet duabus volitionibus quarũ vna ẽ furtum: & altera adulterĩũ: ergo similiter volitio q̃qs vult furari vt subueniat paupi ppter deũ erit furtũ. & actus charitatis respectu proximi. & p põs erit actus bonus: & actus malus.

an aliqs actus sim̃ posit esse bonus & malus.

¶De electione/an aliqua simul sit bona & mala. Ca. XII.

Idendũ est an aliqua electio possit simul eẽ bona & mala. vt si sortes habeat duas intentiones: vnã bonam alterã malã: & habeat electionẽ circa aliquod medium ad vtrũq̃ isto rum finiũ: an talis electio sit simul bona & mala? vt sortes habet intentionem vel intẽdit deum: habet alterã intẽtionem respectu vane glorie venialẽ tamẽ: vltra dictat q̃ ad cõsequutionẽ istorũ finiũ necessaria est datio elemosyne. sam ex vtraq̃ istarũ intẽtionum elicit volitionem dandi elemosinam. Queritur an talis volitio que fertur sup obiectum debitum ppter bonũ finem & etiam propter malũ/sit bona precise/vel mala põcise/vel bona & mala simul? Q̃ sit bona patet/quia elicitur pformiter ad verum dictamen prudentiale scilicet ad istud danda est elemosyna paupi ppter deũ: & talis volitio dãdi est illi coraliter pformis. ergo illa volitio est bona moraliter. Q̃ sit mala patet/ex secunda conclusione posita: quia cũ intẽtio est mala: semper electio ẽ mala. An pro malo actu det deus bonatẽporalia. videt Augustinus dicere de Romanis q̃ habebãt imperiũ ex iustis actibus quos fecerũt ob inanẽ gloriã. v. de trini. ca. xij. & xv. Quantũ ad hoc monachus in secũdo tenet q̃ idẽ actus est bonus & malus. Idem tenet Adam in fine secundi. & capit de volitione obstetricũ que erat volitio mentiendi & saluandi hebreas. & illa volitio erat equialenter due sicut actus siue volitio que est equialenter vsus & fruitio. Gregorius in secundo distĩctione. xxviij. hoc impugnat. ¶Sed quantum ad solutionẽ predictarũ questionum/ ponam duas ppositiones secũdum q̃ mihi videtur. Prima ppositio. Nullus actus interior imediate liber simul est bonus & malus. probatur argumẽto Gregorij. bene sequitur. iste actus est malus: ergo fit qualiter fieri non debet. & vltra fit qualiter fieri non debet: ergo nullo modo est cõformis dictamini recto: qa fieret taliter qualiter fieri debet. Vltra/nullo modo cõformis dictamini recto: ergo nõ est bonus. ecce pcipuũ argumentũ Gre. ¶Scda ppõ. Probabile est dicere: q̃ idem actus imperatus exterior simul est bonus & malus. Patet/possibile est q̃ idem actus exterior imperetur a duabus volitionibus quarũ vna sit bona/altera mala.

Prima ppõ.

Secũda ppõ.

igitur. Patet primū. habeam duas intentiones: vnā in ordine ad deum quem cōstituo pro fine vltimo. habeā alteram respectu vane glorie nō tanq̄ finis vltimi: sed vane glorie venialis tantū/illa duo simul stant: quia veniale stat cum gratia. Tūc arguitur sic. vt prius qa possum iudicare q̄ ad p̄sequendū: vtrūq; istorū finiū p̄ueniēs est datio elemosyne: & tunc possum elicere volitionem dādi elemosynā propter deū summe dilectū. Similiter elitio volitionem dandi ppter vanam gloriam. quelibet istarū volitionū imperat illū actum exteriorē scilicet dationem elemosine imo quelibet seorsum posita imperaret illam: ideo est bona & mala/cum imperetur a bona & mala volitione: qđ erat p̄bandum. ¶Contra. ergo idē actus erit satisfactorius & demeritorius pene. dicitur q̄ verum est denoiatiōe extrinseca. ergo pro eodem actu beatificabitur & punietur. nō est incōueniens: quando beatificabitur pro illo actu non imediate: sed mediante altero actu. Similiter punietur nō mediate: sed imediate pro altero actu scilicet qui talē imperabat. Ideo cum querebatur a principio. vtrum ille actus qui simul est intensio boni finis & intensio mali medij sit simul bonus & malus. Dicitur q̄ est solū malus. & ratio est. nullo modo est p̄formis rōni recte. igit. Patet de volitione furandi vt subueniatur pauperi ppter deum/talis est p̄formis dictamini falso siue erroneo: scilicet isti furandū est vt subueniatur paupi. ¶Ad scđm de duplici intētione/vna mala/& altera bona: & vnica electiōe. Dico q̄ talis electio ē simp̄r mala: & nullomō bona/vt est volitio dādi elemosynā ppter deū & ppter vanā gloriā venialē. Contra/talis est cōformis dictamini recto. Dico q̄ dupliciter intelligit: q̄ volitio sit p̄formis dictamini recto. Vno modo q̄ per illā vellim taliter qualiter & oīmode dictatū est per illud dictamen verū. Alio modo q̄ per illam velim taliter qualiter & omnimode. & solū dictatū est. tunc ad volitionem esse bonā non sufficit primus modus: quia in ppōsito nō solum taliter qualiter & oīmode est dictatū/elicitur. Ex quo sequitur q̄ ad bonitatem volitionis nō solū sufficit positio omniū circūstantiarum regsitarum ad bonitatem actus/sed requiritur q̄ non ponatur aliqua volitio deturpans/modo in predicto casu ponit alia circūstantia deturpans actum scilicet: quia datur etiā propter vanam gloriam. ¶Resolutio igit est q̄ circūstantia finis requiritur ad bonitatem operationis & q̄ semper & vniuersaliter in oibus circūstātia mali finis reddit electionem ad illū finem malā. & q̄ electio cōformiter elicita ad duos fines quorū vnus ē bonus/& alter malus: est precise mala: quis sit conformis dictamini recto sed nō solum & hoc requiritur ad bonitatē actus. ¶Consequenter videnda sunt duo in hac materia Primum/vtrū circunstātia male volitionis diminuat bonitatem alterius bone volitionis que quidem bona volitio non respicit primam tanq̄ referentē. Exemplum. Sortes habet vnam malā volitionē puta appetitū vane glie: & simī cū illa mala elicit vnā virtuosā: q̄ nō refert p illā malā: qa tūc nō esset virtuosa/puta elicit volitionē dādi elemosynā ppter deū q̄ nullomō refert in obiectū male volitionis. s. vane glie. vtrū talis mala volitio (quisnō deprauet scđam) adminus diminuat bonitatē eius: hoc est: vtrūrōne talis male volitionis ista bona volitio nō sit tam bona q̄ bona foret secluſa tali volitiōe mala. ¶Alia difficultas: dictū est q̄ bonitas intētiōis nō infert bonitatē electiōis. Quarit quis electio sit mala: vtrū ad minus bonitas intētionis diminuat de malitia eius: ita q̄ bonus finis sit circūstantia diminuēs malitiā electionis: vt q vult furari vt det pauperi ppter deū minus peccet q̄q vult furari sine tali relatione. ¶Qtū ad primū ponit talis pclusio. Malitia volitiōis siue intensionis alicuius nullomō diminuit de bonitate electionis q̄ imptinēter se habet ad illā intētionē: cuius obiectū nō refert ad obiectū illius intentionis. vt illa volitio dādi elemosynā que ponitur simul cū appetitu vane glorie: illa datio nō refert ad vanā gliā. talis ē eq̄ & Resolutio. propō.

tam bona q̄ bona foret secluſa vana gloria. Et ad hoc probādum possunt multe rationes adduci / quarum vna apparentior est hec. quia opposito dato puta q̄ illa volitio dandi elemosynam propter deum esset minus malappter assistentiā vane glorie sequitur q̄ rōne peccati venialis quis haberet penam perpetuā: & incomodū ppetuū. qđ est falsum. Patet antecedēs/sortes in gratia existēs vult dare elemosynam paupi ppter deum. cū ista volitione habet appetitū vane glorie q̄ est solū veniale peccatū/si talis volitio dandi elemosynā sit minus bona q̄ foret secluso tali appetitu vane gl̄ie. ergo ē minus meritoria q̄ foret secluso tali appetitu. Tūc arguitur sic: iste actus est minus meritorius q̄ foret secluso illo veniali: ergo minus de premio per aliquam latitudinē sibi debetur q̄ deberetur secluso tali veniali. hec consequentia est nota. tūc capio latitudinē per quam minus de premio debetur: & sit vnius gradus. tūc propter illud veniale sortes isto gradu premij perpetuo priuabitur. ergo propter veniale habebit perpetuū incomodum & perpetuā penā. Cōsequentia est certa/& ans patet. secluso veniali & nullo altero posito & quocunq; altero eodem manēte adequate & inuariato sortes haberet istum gradū premij. & propter positionem solam istius venialis talem gradū nūq̄ habebit. Igitur rōne venialis perpetuo priuabitur illo gradu & tali commodo. Et ex hoc sequeretur tale correlarium q̄ aliqs beatus haberet penam. Patet/ois carētia alicuius boni proueniens rōne peccati qđ alias ineſſet si tale peccatum non infuisset est pena. sed carentia illius gradus est huismodi. igitur. Dicitur notanter carentia proueniens ratione peccati: nā si aliqs careat aliquo gradu beatitudinis nō rōne peccati precedētis non est illi pena. habetur ergo hec cōclusio probata/q̄ nunq̄ assistētia peccati venialis diminuit volitionem alicuius boni positi simul cum tali peccato assistente. qa tunc ratione peccati venialis aliqs perpetuo puniretur. Contra hoc arguitur sic. si supradicta nunc essent vera eodē modo probarē q̄ relatio q̄ refertur actus bonus qui alias eēt bonus in finē venialē non impediret bonitatē illius actus. hoc est sequitur eodē modo q̄ volitio q̄ volo dare elemosynā paupi propter deum & vanā glorā venialē non impediret a bonitate ppter hoc q̄ refertur i vanā gl̄iam: quia ex opposito rōne peccati venialis habeo incōmodum & penā perpetuam. Patet/si nō referrem in vanam gloriā talis actus esset meritorius: & quia refero nō est meritorius: ergo ppter hoc perpetuo priuabor illo gradu glorie qđ amitto rōne illius peccati venialis. Ad hoc argumentū negat̄ pña. Et ad probationem cū dicit talis actus non est meritorius propter relationem venialē & secluſa foret meritorius: ergo. Dico q̄ non est simile. qa talis actus habet etiā illum finem scilicet vanā gloriā pro parti. li obiecto: & si non referretur in illū finē nō esset idem actus quia variatur obiectum. Sed in alio casu q̄is nō ponatur vana gloria remanet eadē volitio. ideo nō est simile. [Cōtra solutionem replicatur/actus medij additio nō habet necessario finem pro obiecto. supono ergo opinionem Gregorij q̄ nō cōtingat aliquo actu velle aliq̄d propter aliđ nisi ad istum sensum q̄ volitio finis que est intentio est causa volitionis medij que vocatur electio tunc argumentū procedit/nā volitio dandi elemosynam que refertur ad dilectionem dei & appetitu vane glorie priuabit aliquo certo gradu beatitudinis eterne solum propter peccatū veniale. Hoc argumentum videtur difficile. propterea videtur concedendum q̄ idem actus possit simul esse bonus & malus. vel dicendum est q̄ nulla talis electio est meritoria de nouo: vel demeritoria. & hoc non potest dici/qa sequeretur bene/electio causata virtualiter a dilectione dei est meritoria magni premij ergo eodem modo electio causata formaliter a dilectione dei. & hoc argumentum est mihi difficilimum.] ¶Quantum ad secundam difficultatem qua querebatur. vtrum qui vult furari vt det pauperi/minus pec-

Propō. cet q̄ quis furatur non habito respectu ad finem bonū. Dicunt cōiter docto. ponendo conclusionē negatiuā: videlicet q̄ nō diminuitur malitia ratione illius relationis. Vnde Aug. in Omelia. & recitatur. xiiij. q. v. ca. forte in fine dicitur. Si totū tribuat pauperibus quod abstulerat addit potius peccatum q̄ minuat. Hanc cōclusionē tenet monachus. Ratio est (dicit) opatio q̄ est mala q̄ refertur in bonū finē si ꝓpter hoc eēt minus mala q̄ si non referretur dūmodo cetera maneant paria ꝓter relationem/& non relationem: sequeretur ex oppositō q̄ aliqua relatio in bonum finem totaliter diminueret malitiā actus. vt si volitio qua volo furari ad subueniendū pauperi esset minus mala propter talē relationē: seq̄retur q̄ si referat in finem meliorē in duplo/quadruplo/& sic in infinitū meliorē q̄ totaliter absorberet malitia illius actus. ꝓns est falsū/quia furari nullo modo potest bene fieri. Diceretur tn̄ ad hoc/nō oportet q̄ finis i duplo melior/in duplo de malitia tollat. ¶ Alia ratio. si talis volitio esset minus mala ꝓpter illā relationem: sit vnus gradus malitie/& q̄ talis relatio absorbeat vnum gradū: tunc illa nō esset amplius mala: ergo talis relatio totaliter absorberet malitiā illius actus. Secundū argumentū siue ratio ad probandum q̄ nō diminuitur malitia ratiōe illius relationis: capio duos/sortē & platonē: sortes vult furari propter auariciam precise/plato ꝓpter auariciam & propter subuentionem proximi: ita q̄ tantum fertur in auariciā/sicut sortes/quia tn̄ vult furari sicut sortes: tūc plato tantū peccat sicut sortes. Patet/nā seclusa tali relatione tantū peccaret sicut sortes: sed ipsa posita nō impedit qn tn̄ peccet. qd̄ patet. Ois circūstantia faciens ad malitiam actus sortis reperitur in actu platonis: nā ad malitiā actus sortis ista duo reperiūtur scilicet q̄ capit vel vult capere alienum & ꝓpter auariciā. & talia duo reperiūtur in actu platonis equaliter & eq̄ intensa sicut in sorte. ergo illi duo actus sunt eque mali/& vltra: ergo relatio in bonū finem nō diminuit de malitia actus mali. ¶ Contra hoc arguitur apparenter/Sortes vxoratus si velit cognoscere vxorem vt expleat libidinē: peccat venialiter (secūdum multos doctores vt scdm Tho. & s. Bonauen. licet Martinus & moderniores teneant oppositum) tn̄ si illā volitionē referret in bonū finē: scilicet in procreationem prolis nullo mō peccaret: ergo relatio i bonum finē aliqn̄ absorbet totam malitiam actus: ergo aliqn̄ diminuit. ¶ Cū sic arguit si sortes velit cognoscere vxorem &c. hoc dato: & tn̄ si velit illam cognoscere propter prolem nō peccat. Distinguo. vel si cetera maneant paria: vel si non maneant paria verū est. Vn̄ si darent duo apud istos doc. dicētes q̄ cognoscēs vxorē causa libidinis explēde peccat venialiter: quorū vnus precise vellet cognoscere suā causa delectationis explēde: & alius ꝓpter p̄le & causa libidinis explēde si tn̄ inordinate ferretur in delectationē sicut alter/equaliter peccarent ergo nō est solū differentia in hoc/q̄ vna volitio refertur in bonū finem & alia in malū. ¶ Alia difficultas ꝓtra hanc propositionē. capio sortē & platonē/& q̄ vterq̄ pro hoc tpe teneatur dare elemosynā pauperi ꝓpter deū: & sortes velit dare ꝓpter deū & vanam gloriā. & plato solū ꝓpter vanā gloriā venialē. illo casu sortes minus peccat q̄ plato: & nō nisi qa refert i bonū finē & plato nō/& i istis nō est differētia nisi qa sortes refert in bonū finē: & plato nō/q̄uis vterq̄ i malū referat. patet q̄ sors minus peccet: & plato plus. Nā volitio platonis est mala mortalr: & volitio sortis est solū venialr. qd̄ patet. volitiōi platōis deest vna circūstātia. s. vltimi finis quā ꝓ tūc tenet sibi dare sub pena pcti mortalis: ergo volitio platonis est pctm̄ mortale. Scda pars aūtis paret. s. q̄ volitio sortis nō fit mortalis: qa nō habet nisi vnā circūstantiā malā q̄ est solū venialis: & nō hēt defectū circūstātie bone ad quā tenetur ꝓ tūc sub pena pcti mortalis: ergo volitio sortis ē dūtaxat venialis: & nō mortal. Distinguo q̄ sors minus peccet q̄ plato. vel trāsgressiue & sic nego. nā i nullo istorū est trāsgressio: nisi qa vterq̄ eq̄liter appetit vanam gloriam: & vterq̄ equaliter trāsgredit. vel q̄ vna illarū sit peior omissiue: & sic transeat. Vnde relatio in finē bonum aliqn̄ facit q̄ actus nō sit ita malus omissiue q̄ malus foret sine tali relatione/puta qn̄ agens illum actum tenetur in illū finē referre. Secūdo dico. nunq̄ actus malus ex obiecto principali & non ex obiecto finis est minus malus cum relatione q̄ foret sine tali relatione: quia malum obiectū nunq̄ debet eē volitū. ideo non debet esse volitū propter quēcunq̄ finem. sed qn̄ obiectū volitionis non est malū ex genere/sed solū ex circūstātia finis: & teneor referre: talis relatio facit q̄ actus non sit ita malus omissiue vt dictum est.

¶ Est alia opinio oppositā quā tenent multi doctores. vt Holcot. iij. distin. primi: & eliphat. q. de libertate q̄ circūstantia boni finis aliquātulū diminuit de malitia electionis. & ista opinio fundatur i magistro sententiarū dist. xl. secūdi dicente/peior enim est qui cōcupiscendo q̄ qui miserādo furat. erat volitio furandi ex misericordia. i. ex appetitu subueniendi pauperi est minus mala q̄ si non referretur in illū finē scilicet i subuētionem. Et huius opinionis videtur eē Augustī. & ponitur. xxij. q. ij. vbi ponit octo genera mendaciorū. Dicit q̄ peius est mentiri libidine mentiendi q̄ recreationis cā/& peius recreationis causa q̄ ad saluandū bona tpalia proximi. & adhuc peius ad saluandum tpalia proximi q̄ mētiri ad saluandum vitā corporalem ipsius. & per ꝓsequēs relatio in bonum finem diminuit: & in meliorem adhuc magis diminuit: quia alias vltima tria mendacia essent equalis grauitatis/nisi ꝓpter hoc p̄cise q̄ vnū istorū referet i bonum finē aliud in meliorē/tertiū adhuc in meliorem. ideo dicit Aug. q̄ tertium est minus malum: ergo relatio bona diminuit de malitia electionis. Ideo est opinio Augustī. & magistri q̄ relatio in bonum finem diminuit: & relatio in meliorem plus diminuit.

¶ Et ad argumētum monachi/qui furatur vt det pauperi minus peccat: per hoc q̄ refert in bonum finē: ergo circūstantia finis in infinitum melioris totaliter absorbebit malitiam illius electionis. Nego consequentiā: & sicut dictum prius etiā ex opinione monachi beneficiū aggrauat peccatum: sed nō oportet q̄ infinite maius beneficiū infinite aggrauet. Eodem modo nego istā ꝓsequētiam/circūstantia boni finis aliquantulū diminuit: ergo circūstantia finis in infinitum melioris infinite diminuet de malitia: ꝓna nihil penitus valet. Fortius argumentum est. velle mentiri libidine mētiēdi est peius q̄ velle mentiri ad saluanda tpalia proximi: & hoc alijs partibus sumptis puta q̄ sit idē genus mendacij: ergo est aliqua latitudo ꝓ quam est minus malū/ponatur q̄ sit vnius gradus. tunc arguitur sic: est possibile q̄ aliquod mendaciū sine relatiōe ad finē sit malitie vnius gradus propter paruū conatum voluntatis: ergo si istud mendacium qd̄ est precise vnius gradus secluſa quacunq̄ relatione boni finis referatur in bonum finem qui potest diminuere totaliter illū gradū absorbetur a sua malitia: ita q̄ nullo modo erit malus. Conceditur q̄ est possibile q̄ sit malum vt vnum: sed negatur ꝓna: quia relatio in bonum finē de peccatis que sic se hñt q̄ vnum est peius altero: plus diminuet de peiori q̄ de minus malo: hoc est maiorē latitudinē malitie absorbebit q̄ de minus malo: sed proporti onabiliter tn̄ diminuet de actu minus malo sicut de actu peiori. hoc eē si faciat q̄ actus peior sit i duplo peius q̄ foret sine relatione: tantū faciet de minus malo. sed non oportet q̄ si auferat vnum gradum malitie de peiori q̄ auferat vnū de minus malo: qa qd̄ diminuit de vno pcto aliquādo est in infinitū peius illo qd̄ diminuit in altero: vt gradus q̄ diminuit de mortali est in infinitū peior q̄ q̄ diminuit de veniali vt relatio in finē dinuit solū de veniali vnū gradū malitie venialis: & de mortali vnum gradū malitie mortalis: sed malitia vnius gradus mortalis est in infinitū peior q̄ malitia vnius gradus malitie venialis. Dico ergo q̄ relatio bona in eūdē finē/maiorē q̄ti

tatem de maiori peccato diminuit q̄ de minus malo/ verūtamen eque proportionabiliter de vtroq;. hoc est si vni duplum alteri etiā duplum. si triplū alteri triplū & cetera. q̄is duplū vnius excedat duplū alterius in infinitum &c. Aliud argumentū monachi erat/ sortes volēs furari ꝓpter auariciā solū & plato propter auariciam & vt subueniat pauperi: plato trīs peccat sicut sortes. negatur. & cum probatur/ quia quicqd reperitur in sorte faciens ad maliciam: scilicet cupiditas & latio actus super obiectū de se malum reperitur in platone. Dico ꝙ verum est: sed non quicqd reperitur in platone diminuēs reperitur i sorte: quia reperitur pietas diminuens in platone & nō in sorte. Ideo oportet sic argumētari. quicqd reperitur in vno diminuens vel aggrauās reputur in alio: ergo equaliter peccāt. ¶ Vtrum electio moralis q̄ refertur in finē malū venialē ex illa relatione moraliter vel venialiter aggrauetur: vt sortes vult occidere vel furari: illa electio est moralis. sed vult occidere vel furari solū propter vanam gloriam venialem: cū talis electio sit peior propter maliciā finis: an sit peior mortaliter vl venialiter? Arguitur ꝙ solum venialiter: quia circūstantia venialis non pōt magis aggrauare q̄ sit in se mala. ergo. In oppositū. ergo si sit peior: est solū peior mortaliter. ¶ Hanc difficultē tractat Climeton vltima questione sui libri dicens ꝙ illud peccatū est grauius mortaliter q̄ foret sine tali relatiōe in illū finem. Patet/ ois circūstantia mala volita aggrauat: & istud peccatū nō est grauius venialiter/ qa nō est peccatū veniale sed solū mortale: ergo ist d̄ peccatū est grauius solū mortaliter. Rōnē adducit/ aliq̄n bonū puta gratia aggrauat mortaliter. ergo veniale pōt aggrauar mortaliter. Similiter q mentitur nocedo vni: vt prosit alteri ꝓpter circūstātiā mortalē/ illud est mortale: qa vnica circūstātia mortalis sufficit facere mortale: q̄is sint alie circūstantie veniales. ¶ Resolutio ergo huius doc. ē ꝙ electio mali obiecti moralis q̄d̄q̄dē obiectū malū refertur in finē venialē: ex tali relatione aggrauatur illa electio mortaliter. ¶ Arguitur sic. & apparenter/ capio volitionē q̄ volo furari vt ꝑsequi possim vanā gloriā. talis volitio equiualet duabus. s. velle furari & velle ꝑseq vanā gloriā. & nō habet malitiā ꝓterq̄ illas q̄ reperiūtur in istis duabus vt ille qui vult furari vt adulteret talis volitio non habet i se malitiā: nisi illā quā due volitiones quibus illa equalet seorsū habe rent. sed in istis duabus volitionibus seorsum captis: scilicet velle furari & volitione vane glorie venialis/ repitur ꝑcise vna mortalis/ & alia venialis: ergo volitio furandi propter vanā gloriā venialē: ꝓter malitiā q̄ prouenit ex obiecto non habet nisi malitiā venialē. Ideo ꝓpter hoc apparet michi satis probabile ꝙ idē peccatū potest esse & mortale/ & veniale. nam rōne eiusd̄ actus q̄ fertur sup duo obiecta/ possunt cōtrahi duo reatus vnus ad penam eternam alius ad tēporalem. [Cōtra/ perpetuo punietur pro peccato venialī. ans patet: quia pena maxia in inferno est nolitio illius quod fecit: ergo perpetuo nult se furatū fuisse ꝓpter vanam gloriam. Hoc argumentū mouebat in cōtrariū. mitius est tamē dicere ꝙ solū tēporaliter punietur pro illo actu in q̄rū venialis.] addicio

¶ De bonitate & malitia actuum moralium. Cap. XIII.

Consequēter videndū est quid sit bonitas actus: & quid malitia. Et prīo sit prima propositio. Bonitas actus nihil aliud est q̄ conformitas actus libere eliciti ad dictamen rectū seu verū: cum debitis circunstantijs. & hoc habet Scotus. xl. distinctione secūdi. Durādus. xxxviij. Vñ breuiter bonitas actus nihil aliud est q̄ actus bonus. ¶ Cōtra/ Iacob bene moraliter agebat volendo cognoscere Lyam quam credebat esse suam. talis votio erat bona moraliter: & tamen non erat ꝓformis dictamini recto: sed errori iuincibili quo credebat illā esse suā: ergo ad bonitatem actus nō requirit ꝙ sit ꝓformis dictamini prudētiali vero. Simile argumētū fit de datione elemosine illi quem credo esse pauperem: iudico ꝙ est ei subueniendum: & non est ignorantia culpabilis/ volo huic subuenire/ talis volitio non est cōformis vero dictamini immo errori. ¶ Pro solutiōe notādum ꝙ triplex est modus dicēdi. Dicit Durandus ꝙ talis volitio erat bona: & conformis dictamini vero. s. isti/ ista ē a me cognoscenda & non est error: quia si est inuincibilis non est error. Aliter dicit ocham ꝙ quāuis iudicium particulare sit falsum: tamen habebat iudicium vniuersale quod est verum/ scilicet istud omnis vxor mea est a me cognoscenda/ & ad bonitatem moralē sufficit secundum eum conformitas ad dictamen vniuersale q̄is dictamen particulare sit falsum. Aliter dicit magister Martinus ꝙ talis habebat duo iudicia/ vnum scilicet/ omnis vxor mea est a me cognoscēda. & secundum est/ ista est a me cognoscēda: & cōsequenter duas volitiones ad illa duo iudicia conformes. Primum iudicium erat verū & volitio illi conformis erat bona: & secūdum iudicium erat falsum: & volitio illi cōformis erat mala: quia immediate executiua operationis/ mala in q̄ moraliter: sed non imputabiliter: propterea ꝙ ignorantia inuincibilis excusabat nō a malitia morali: sed ab imputabilitate. Ideo respondendo ad argumentum secundum opinionem Durandi que videtur probabilior: dicitur ꝙ sicut ex falso sequitur verum ꝙ similiter dicitur/ iudicium quo iudico de Cicerone non indigenti ꝙ est ei danda elemosina: quia credo eum esse pauperem illud dictamen q̄is seq̄tur ex falso est tamen verum. Contra. sit plato iudicans Ciceroni non esse dandam elemosinam. & si sortes credens Ciceronē esse pauperē/ iudicat ꝙ est ei danda elemosina. illa duo sunt contraria: ergo vnum est verū scilicet platonis. & aliud falsum. ergo. Dico ꝙ si plato habeat tale iudicium/ non est ab aliquo Ciceroni danda elemosina tale ē falsum: sed si habeat tale iudicium/ non est a me danda elemosina Ciceroni tale est verū: & tunc non cōtradicit iudicio sortis: sed se habent illa impertinenter: & nullo modo ꝓtradictorie. ¶ Visum est ergo penes quid attenditur bonitas actus moralis. sed queritur penes quid attendit maior bonitas in vno/ q̄ in altero. Respondet monachus ꝙ maior bonitas non attēditur penes hoc ꝙ est esse magis conforme dictamini recto. vl penes hoc ꝙ est esse magis intensum: vel penes hoc ꝙ est posse acceptari ad maius premium eternum vel temporale. patet primū. Nulla ratio ē magis vera q̄ altera sicut vnū verum non est magis verū q̄ aliud/ sicut ꝓpositio contingēs non est magis vera q̄ necessaria. igitur. Nec ꝓ penes secundum. nam stat actum magis intensum esse minus meritorium q̄ minus intensum. vt stat actum diligendi deum remissum esse magis meritorium actu intensiori diligendi proximum. Nec ꝓ penes tertium. patet quocūq; premio dato pōt acceptari ad maius. sed (dicit monachus) attenditur penes hoc ꝙ de facto ad maius premium eternum vel temporale acceptatur. Contra hoc arguitur. q̄is adeo pro actu meritorio nullū esset promissum premium: nihilominus vnus actus esset altero melior moraliter. ergo q̄is actus morales non acceptentur ad premium vel temporale vel eternum: adhuc aliqui essent ceteris meliores. ergo excessus bonitatis non attenditur penes hoc ꝙ acceptatur ad maius vel minus premium. Item sequitur ꝙ actus acceptatus ad premium eternum esset i infinitum melior q̄ acceptatus ad temporale. ideo dicitur ꝙ attenditur penes hoc ꝙ ē esse conforme dictamini prudentiali secundum meliores circunstantias. puta quia circa melius obiectum vel ad meliorem finem ordinatum: & sic de circūstantijs scilicet modi/ loci &c. sed circunstantie obiecti & finis sunt precipue. Alia ꝓpositio. malitia actus non est difformitas ad dictamen verum actu exīstens. patet. nam aliquis potest peccare se conformando dictamini vero & etiam erroneo. igitur illa malitia vniuersaliter nō est illa difformitas ad dictamen verum actu ꝓpo.

Tertia ppō. existens. Tertia propositio. vt actus sit malus nec requiritꝛ nec sufficit ꝙ sit difformis dictamini quod si ineſſet: eſſet verum. Secũda pars patet. puta ꝙ non ſufficit. nam volitio Iacob ſecundum Durandum & Ochã non erat mala: ſed merebatur per illam / & tamen illa erat difformis dictamini quod ſi inſuiſſet: fuiſſet verum/ergo non ſufficit ad malitiam moralem ꝙ actus ſit difformis dictamini quod ſi ineſſet/eſſet verum. prima pars patet. puta ꝙ nec illud requiratur. nã aliqua volitio que elicitur contra dictamẽ erroneum eſt mala moraliter. patet. ſortes dictat ꝙ mentiendum eſt / & nihilominus nult mentiri. talis nolitio eſt mala: & tamẽ non eſt difformis alicui dictamini quod eſſet verum ſi ineſſet. ergo vt actus ſit malus nõ requiritur ꝙ ſit difformis dictamini qđ de facto eſſet verum ſi ineſſet. Ideo ad vidẽdum quid requiritur & ſufficiat ad malitiã moralem ponitur propoſitio trimembris que talis eſt. Vt aliquis actus ſit malus moraliter requiritur & ſufficit ꝙ ſit difformis dictamini actu exiſtenti. vel exiſtenti credito vero. vl ꝙ ſit difformis dictamini quod ſi ineſſet/eſſet verum & non habetur ignorantia inuincibilis. & iſta vltima pars ponitur propter caſum de Iacob & de illo q dat elemoſinam diuiti quem credit pauperem. Et omnes malitie morales reducũtur ad aliquod iſtorũ trium membrorum. quia omnis malitia eſt difformitas actus libere elicĩti ad rectam rationem/vel ad illam que putatur recta/vel ad aliq̃ que eſſet recta ſi ineſſet cuius non habetur ignorãtia inuincibilis oppoſita. [Mihi vidꝫ ꝙ ſufficit ad malitiam moralem ꝙ ſit contra dictamen actu exiſtens vel ꝙ ſi ieſſet eſſet verum ſi non eſſet ignorantia inuincibilis.] Querit Occhã. iij. quolibeto. q. xv. vtrũ illa ꝓformitas & difformitas ſit aliq̃ diſtinctũ ab actibus ꝓformibus vel difformibus/vel an ſit ipſemet actus conformis vel difformis. Qm̃ tum ad illam conformitatem apud Scotũ & reales illa conformitas eſt reſpectus. ſed ꝓ nũc dico ꝙ conformitas nihil aliud eſt q̃ actus conformis: qa oppoſito dato ille actus poſſet libere elici: & nõ eſſe bonus. patet. deus non neceſſitatur ad coagendum productionis illius reſpectus. difficultas eſt de difformitate. vnde ſco. in. iij. d. xxxvj. ponit. iiij. per ordinem. Primum ꝙ malitia non ẽ priuatio boni nature. vnde bonũ nature non eſt aliud q̃ habilitas naturalis ad bonum. Dixerunt aliqui ꝙ oẽ malum aliquid adimit de illa habilitate ad bonũ. contra quos arguit Sco. & precipua eius ratio eſt iſta. ſe cũdum peccatum poteſt eſſe eque graue cũ primo/ergo aufert tantam quantitatem de bono nature ſicut primum. & tunc per applicationem finitorum peccatorum totaliter auferretur illud bonum nature. quod ẽ falſum. ergo malitia actus non eſt priuatio boni nature. Secundo dicit ꝙ nõ eſt priuatio boni gratuiti: quia veniale habet malitiã: & tñ gratuita nõ priuat. Tertio malitia nõ ẽ priuatio boni hitus oppoſiti pducibil̃ ex oppoſitis actibus: qa cũ actu pcti ſtat iteriſſimus hitus actuũ oppoſitorũ. Sed cõtra dr̃ ꝙ malitia actus ẽ priuatõ rectitudinis debite ineſſe tali actui. patet. omnis creatura ẽ debitrix deo ꝙ actus ſuos eliciat conformiter ad dictamen rectum. Et inſequendo Occham conformitas eſt ipſe actus conformis ideo ponitur prima propoſitio. Nonne quelibet malitia cuiuſcũq̃ actus eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe illi actui/vt malitia odij dei/vel volitio furandi non eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe illi actui. patet illi actui nulla poteſt eſſe rectitudo. Tũ primo/dicit Occham ꝙ rectitudo non eſt niſi actus rectus: & nulla rectitudo eſt apta nata ineſſe illi actui: ergo malitia non eſt carẽtia rectitudinis debite ineſſe actui. Tum ſecundo. & eſt apparentius argumentum occhã Eſt impoſſibile ꝙ volitioni furandi vel odij dei inſit rectitudo: cum ſit actus intrinſece vitioſus. ergo nullus obligatur ad dandam rectitudinem illi actui. conſequentia patet. cum nullus obligetur ad impoſſibile. igitur. Secũda propoſitio. malitia actus ſeu difformitas: non eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe voluntati vniuerſaliter. patet. poſſibile eſt ꝙ ſortes velit furari pro tẽpore pro quo non obligatur ad nolitionẽ contrariam: certum eſt ꝙ non obligor pro omni tempore diligere platonẽ. ſignetur tempus quo non obligor: & in illo illum odiam. quo facto malitia odij nõ eſt priuatio rectitudinis pro tunc debite ineſſe volũtati: patet. ſi malitia iſtius actus ſit priuatio rectitudinis debite ineſſe volũtati maxime eſſet priuatio rectitudinis amoris platonis ſed talis rectitudo non eſt pro nunc debita: quia non teneor pro nunc ad amandũ platonem: ergo. Secundo. ſi malitia cuiuſcũq̃ actus eẽt priuatio: ſequetur ꝙ malitia illius peccati tranſgreſſionis eſſet preciſe omiſſio & ſic non foret peius tranſgredi & omittere ſimul q̃ ſolum omittere. patet. ſi malitia ſit ſolum illa priuatio. ergo nõ foret peius &c. quod eſt falſum. ergo nõ cuiuſlibet actus mali malitia eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe voluntati. Tertia propoſitio. alitꝛ quando malitia eſt priuatio rectitudinis p tunc debite. patet tum primo. cuiuſlibet omiſſionis malitia eſt priuatio rectitudinis p tunc debite: quia omiſſio eſt priuatio actus recti. Tum ſecundo. ſtat aliquem actum eſſe malum non propter poſitionem male circunſtantie: ſed dũtaxat propter defectũ bone circunſtantie. vt ſortes pro aliquo tempore non ſolum tenetur ſubuenire pauperi ſed etiam propter deum. Ideo ſi ſubueniat etiam non propter malum finem ſolum omittendo circunſtãtiam bonam. ſ. propter deum talis actus eſt malus/& malitia illius eſt priuatio rectitudinis pro tunc debite in eſſe actui vel voluntati. Ideo dicit Occham tria. primum ꝙ non ſemper malitia actus ẽ priuatio rectitudinis debite ineſſe actui. ſecũdũ/nõ ſẽp ẽ priuatio rectitudinis debite ineſſe volũtati. tertiũ. aliqñ eſt priuatio rectitudinis debite ineſſe actui vel voluntati. [Ingenioſiſſime impugnat Occham Scotum in hac materia: ſed vidꝫ ꝙ non ſufficiunt ponderationes poſite quia ſtante cõſcientia dictante ꝙ eſt mentiendum iocoſe & poſita nolitione qua nolo mentiri iocoſe talis actus eſt malus & tamen ibi non eſt carentia rectitudinis debite ineſſe actui vel voluntati/& eodem modo de odio platonis in caſu libri propterea aliquid eſt addẽdum ſcilicet vel poſitio malitie debite non ineſſe.]

addition

Quid ſit ꝓformitas actus

Prima ppō.

Secũda ppō.

Terta ꝓ poſitio

addition

De multiplici bonitate & malitia actuum. Cap. xiiij.

Conſequenter videndũ eſt de multiplici bonitate & malitia actus. Vnde communiter doct. in ſecundo dicunt triplicem eſſe bonitatẽ actus. prima eſt ex genere ſiue ex obiecto. & nihil aliud eſt niſi actus qui fertur ſuper obiectum conueniens ſecundum rectam rationem. per oppoſitũ dicitur malus ex genere: quando. ſ. fertur ſuper obiectum diſconueniens ſecundum rectam rationem. Exemplum primi. vt velle dare elemoſinã indigenti talis volitio que fertur preciſe ſuper tale obiectum eſt actus bonus ex genere Exemplum ſecundi. vt velle detinere rem alienam in uito domino talis volitio fertur ſuper obiectum diſconueniens recte ratiõi: vocatur mala ex genere. Alia eſt bonitas ex circunſtantijs & eſt actus circunſtantionatus omnibus circunſtantijs: ſecundum dictamen recte rationis ſibi conuenientibus vel debitis. vt velle ſubuenire pauperi propter deum: & quia recta ratio dictat eſſe ſubueniendum: & talis eſt perfecta bonitas moralis. Sed malitia ex circunſtãtia eſt duplex. q̃dam contraria: altera vero priuatiua. Vñ apud Sco. actus dicitur malus ex circunctãtia contrarie: quia. ſ. habet malam circunſtãtiam. vt velle dare elemoſinã pauperi ppter vanam gloriam. Sed actus dicitur malus ex circunſtantia priuatiue: quando habet defectum bone circunſtantie quam debet habere. vt habendo preciſe hanc volitionem volo ſubuenire pauperi non referendo in deũ pro tẽpore quo teneor referre/tali actui deficit vna circunſtantia. ſ. finis. Tertium bo-

Triplex eſt bonitas.

num dicitur meritorium: & est actus acceptatus adeo ad vitam eternam. Per oppositũ malum demeritorium est actus deaccepta tus vel ordinatus ad penam eternam vel tẽporalem. ¶ Circa hanc materiam querũtur due difficultates. prima. An quelibet bonitas pure moralis hoc est que non est meritoria a qualibet meritoria spẽ differat. Secunda/an detur actus medius inter bonum morale: & malum morale/non est difficultas quin detur actus medius inter bonum meritorium: & malum demeritorium: vt actus bonus factus in mortali. Quãtum ad primũ ponuntur due opiniones probabiles/secũda tamen probabilior. prima est Dio. xvij. d. j. & climeton in prima sua quest. q̃ quelibet bonitas moralis a q̃libet meritoria spetie differt. patet. quelibet bõitas meritoria est a principio differente ab illo a quo ẽ pure moralis/ergo. patet antecedẽs. Quelibet meritoria a charitate procedit effectiue. nulla pure moralis a charitate procedit effectiue: quia si procederet a charitate esset meritoria & non pure moralis. ergo. & habet Dionysius pro inconuenienti q̃ meritoriũ & non meritoriũ sint eiusdem speciei Adã prima di. primi tenet oppositum propter quattuor ratiões. prima. actus castitatis ex charitate elicitus est eiusdem speciei specialissime cum actu castitatis qui est solum moralis. patet. actus procedens cum habitu & sine habitu est eiusdem speciei. ergo actus preueniens habitum & sequens erunt eiusdem speciei. ergo actus procedens ex charitate & qui procedit sine charitate sunt eiusdem speciei specialissime. Secunda ratio fortissima: sit aliquis in charitate elicies actum castitatis bonum meritorie & moraliter. talis actus iteratus generat habitum. tunc habitu genito peccet/perdit charitatem & talis habitus genitus manet/& ex tali habitu emanente potest operari. & non potest operari ex habitu nisi eliciat actum eiusdẽ speciei tunc/quibus produceretur. ergo extra gratiam potest elicere actus eiusdem speciei specialissime. & illi erunt solum morales. ergo bonitas moralis & meritoria erũt eiusdẽ speciei specialissime. Tertia ratio adhuc apparẽtior. Sortes extra gratiam elicit actus castitatis bonos morales habitum gignentes. tunc habitu acquisito sortes acquirat gratiam. tunc potest elicere actus eiusdẽ speciei cum precedentibus illis: & erunt meritorij. igitur. Antecedẽs patet. omnes cause que prius erant ad productionem actuũ precedentium adhuc nunc sunt & quando cunq̃ sunt eedem cause precise: ex eisdẽ potest produci idem effectus qui prius vel saltem consimilis in specie. & iste due ratiões sunt fortiores inter ceteras. Sed iste ratiões possunt solui ab aduersario. Ideo ad primã rationem cum arguitur/actus procedens ex habitu & sine habitu elicitus a potentia ẽ eiusdẽ rationis. distinguo vel de habitu infuso & sic nego. vel de acquisitis. & sic verum est. Ad secundum. dico q̃ remanet habitus gratia perdita q̃tum adesse habitus: sed non q̃tum ad idem exercitium sicut erat prius: quia est vna causa partialis que concurrebat ad effectum cum habitu puta charitas &c. Ad tertium cum sic arguitur: sortes cũ acquisiuit gratiam omnes cause que prius erãt adhuc sunt: concedo. ergo possunt producere eũdem effectum. nego consequẽtiam: quia nõ sole sunt sed est alia causa/ideo sequitur diuersitas effectus verũtamen opinio ade est probabilior: videlicet q̃ vniuersaliter non quelibet bonitas pure moralis a q̃libet meritoria semper differt. ¶ Quantum ad aliud dubium an iter bonitatem moralem & malitiam moralem sit actus indifferens. i. q̃ sit actus non bonus/nec malus moraliter. Pro solutione notandum q̃ hoc dupliciter potest intelligi. vno modo q̃ sit aliquis actus deliberatus/vel indeliberatus indifferens. alio modo q̃ sit aliquis actus deliberatus formaliter: puta qui sequitur iuditiũ ratiõis vel deliberatus virtualiter. i. quando deberet esse iudicium rationis & non est. ¶ Iterũ notandum secundum Tho. q. xviij. prime secunde dupliciter intelligitur q̃ sit actus indifferens. Vno modo q̃ sit singulis i suo

Malũ demeritorium.

De actibus idifferentibus.

esse. Alio modo q̃ sit indifferens secũdum speciem id est ex obiecto (quia actus voluntatis secundum eum capiunt speciem ab obiecto) & adhuc dupliciter intelligitur: q̃ sit indifferens secundum speciem. vno modo q̃ a tota specie debeatur ei q̃ sit indifferens & tunc ista consequentia esset bona/est indifferens secundum speciem: ergo quilibet actus in illa specie est indifferens. alio modo q̃ sit indifferens secundum speciem. i. q̃ ex obiecto non debeatur ei q̃ sit bonus/vel malus: quia obiectum in se consideratum non habet conformitatem nec difformitatẽ ad dictamen recte rationis. & isto modo datur actus indifferens. vt velle leuare festucam/fricare barbam. sed tota difficultas est an detur aliquis actus singularis indifferens. i. q̃ nec sit bonus/nec malus moraliter. & hoc de actu deliberato. quia de indeliberato nõ est questio/cum non sit bonus neq̃ malus: neq̃ est difficultas de indifferenti actu inter bonum meritorium/& malum demeritoriũ/cum talis detur. questio est ergo/an sit aliquis actus singularis deliberatus indifferens inter bonum & malum morale. Ponũ tur due opiniones. prima est. S. tho. quam imitatur. Gre. in. ij. & in. j. di. j. Q. nullus est actus indifferens deliberatus inter bonũ & malum morale: probatur. quocũq̃ actu capto deliberato: vel est conformis dictamini recte rationis vel non. si primum/ergo ẽ actus bonus. si secũdum: ergo est actus malus. ergo nõ ẽ dabilis actus indifferens malus. Alia ratio Gre. quam facit in secundo. Quocũq̃ actu capto deliberato: vel habet omnes circunstantias requisitas ad bonitatem vl aliqua deficit. Si primum est bonus Si secundum: est malus. nam sicut bonum ex integra causa consistit: ita malum ex defectu cuiuscũq̃ circunstantie. Tertia ratio. capto quocũq̃ actu vel fertur in materiam debitã. vel idebitã. si scdm: nõ ẽ indifferẽs: sed malus ex genere. si primum: vel ergo fertur in illam materiam licitam propter se & vltimate. vel propter aliud. si primum. i. ppter se & vltimate & ista materia est quid creatũ ergo est frutio creature: ergo ẽ actus malus. si secundum. i. propter aliud: vel propter aliquid aliudquod est bonum. s. bonum finem vel non. si primum: ergo erit bonus: quia habet obiectum bonum: & refertur in finem bonum. Si secundum. i. in malum finem/ergo est actus malus: ergo non est dabilis actus indifferens inter bonum & malum moraliter. Et ad hoc corroborandum citat. s. tho. auctoritatem gre. i quadam homelia. Ociosum verbum est quod vtilitate rectitudinis aut ratione iuste necessitatis/aut pie vtilitatis caret: sed verbum ociosum est malum/quia de eo sunt homines rationem reddituri i die iudicij. vt dicitur Mat. xxij. Si autem non caret ratione iuste necessitatis. aut pie vtilitatis est bonum aut malum: pari ergo ratione & quilibet alius actus vel est bonus: vel malus: nullus ergo indiuidualis actus est indifferens. Ideo si i verbis non datur verbum indifferens: nec i alio actu. ¶ Alia ẽ opinio Ocehã pria distinctione primi: questione prima. & Bonauenture in secundo. xlj. distinctione. q̃ datur actus indifferens inter bonum & malum. & pro ista opinione sit talis ratio/supponendo q̃ homo non tenetur pro omni tempore diligere deum cum sit preceptum affirmatiuum. sit ergo tempus in quo sortes nõ tenetur diligere deum: & pro tali velit elemosinam dare pauperi: & habeat iudicium rectum q̃ danda est elemosina indigenti. Hoc supposito arguitur sic. hec volitio non est mala/nec bona: ergo datur actus singularis deliberatus: qui non est bonus neq̃ malus. primo non est mala transgressiue: quia non fertur in obiectum prohibitũ: nec hẽt circunstantiã malam prohibitam. Igitur non est mala trãsgressiue. nec est mala omissiue. quod patet. quia non est carentia alicuius debiti pro tunc ineſſe/qa per suppositionem non obligatur tũc sortes ad amorem dei vel ad actum referibilẽ: ergo talis actus non est malus malitia omissionis. [Hic potest dici licet absolute non obligetur sortes pro tunc diligere deum ta

additio

men obligatur ex conditione si eliciat actū referibilem tenetur referre per illud apli oia i gloriam dei facite.] Forte dicis q̄ sufficit relatio habitualis &c. actus natus est referri Igitur est bonus. Contra. vel per referri habitualiter intelligis esse ex habitu referendi scilicet ex habitu dilectionis dei. vt videtur dicere Grego. in secundo dist. xxxviij. vel intelligis aptitudinaliter: id est esse aptū natum referri. non primum: quia nunq̄ habitus causat immediate actum differētem specie ab illis ex quibus genitus est: sed possibile q̄ nunq̄ habuerit habitum dilectiōis dei igitur. non secundum: puta q̄ habitualiter referri. id est aptitudinaliter natus sit q̄tum est ex se referri: quia ille actus est eque natus referri in vanam gloriam sicut in deum: ergo eadem ratione qua dices bonum ꝓpter aptitudinalem referibilitatem eadem ratione dicam q̄ erit malus propter aptitudinalem referibilitatem in malum finem. Itē mltum apparēter arguitur/ q̄ sit dabilis actus medius inter bonum & malum moraliter. dicit. S. Bonauentura. Si actus ordinatus in bonum finem cadat super materiam debitam est bonus. Si autem non ordinatur/ & hoc prouenit propter inordinatam cōuersionem ad creaturam: est malus transgressiue. vl̄ē propter negligētiam operantis qui tunc tenetur referre & non refert: & sic ē malus omissiue. vl̄ hoc ē propter fragilitatē: & sic ē actus medius. Iō dicit quā docū q̄ actus cadit sup materiam debitam / & non elicit propter aliquē finē ē indifferēs. in primis non ē bonus: quia ad bonitatē non sufficit habitualis relatio. similr non ē malus: quia cadit sup materiam debitam: & nō caret circunstantia quam pro tunc debeat hre. igitur. [Hec ratio ē apparēs & mihi dicēdum videtur consequēter ad bonauēturā q̄ ista volitio volo leuare festucam propter deū ē actus indifferēs.] Et ad argumēta partis aduerse: cum arguitur. vl̄ ē conformis dictamini &c. Dico q̄ est conformis dictamini recto. ergo est virtuosus/ nego consequentiā: quia non sufficit q̄ sit conformis dictamini recto quando illud non dictat vniuersaliter de omnibus circunstantijs requisitis ad bonitatem moralem: nō enim tale dictamen dictat de fine qui requiritur. Ad secundum dico q̄ aliqua circunstātia deficit, nec cuiuscū q̄ circunstātie requisite defectus sufficit ad malitiam. Contra. ergo actus factus per ignorantiam inuincibilem non esset bonus: sed malus. patet / circunstantia aliqua deficit. Dico q̄ ignorantia inuincibilis excusat a toto: quia illa excludit vnam circunstantiam requisitam/ ad quam eliciens actū: pro tunc non tenetur. ideo si pro tunc non obligetur ad illam q̄is requiratur ad bonitatem tunc defectus illius non causat malitiam. Ad tertium cum infertur. ergo ē fruitio/ nego consequentiam. quia ad frui requritur q̄ feratur in obiectum tanq̄ in vltimū finem & summum bonum. Ad auctoritatē Greg. in homelia. dicit Bonauentura. q̄ caret rectitudine quando homo obligatur sibi dare tunc. sed non caret quando pro tūc non tenetur. alias auctoritates/ puta omnia in gloriam dei referte &c. exponit Bonauētura loco prē allegato. vide si vis. Ex dictis apparet q̄ opinio ponens actum medium inter bonū & malū morale ē probabilior.

¶ De voluntate an possit sine gratia bene moraliter agere. Cap. xv.

¶ Consequenter queritur. vtrum voluntas sine gratia possit bene moraliter agere. Pro solutione respō detur q̄ hoc dupliciter potest intelligi. Vno modo q̄ possit bene agere: sine illo habitu super naturaliter infuso quo efficimur formaliter grati deo. Alio modo q̄ possumus sine gratia bene moraliter agere hoc est sine gratia gratis data. i. sine iuuamine dei gratuito siue sit habitus infusus vl̄ aliqua cognitio adeo immissa vel exhortatio/ vel specialis modus agendi. De primo sensu videlicet vtrum sine gratia gratum faciente possumus bene moraliter agere. Aliqui doct. dixerunt q̄ non vt elīphat. prima dist. de fruitione immo dicit q̄ quelibet actio facta extra gratiam est peccatū. Et iā fuit

An voluntas sine gratia possit bñ moraliter agere.

addicio

opinio brauardini. vt ait Diony. in secundo. Alij tenent conclusionem oppositam q̄ videlicet aliquis de lege sine gratia gratū faciente potest bene moraliter agere. Patet. supponendo primo q̄ de lege anteq̄ qs resurgat a peccato requiritur dispositio p̄ma in ipso peccatore. ista supppositio ab omnibus conceditur vt habet Scotus dist. xiiij. quarti sententiarum. & fundatur etiā in sacris scriptis: quia nisi hoc esset verum esset difficile saluare q̄ deus non esset acceptator personarum: quia nō videtur ratio quare dat gratiam vni & nō alteri: nisi qa vnus se disponit ad illam alter vero non. Secunda suppositio est q̄ illa dispositio sufficiēs ad gratiam non est solum non ponere peccatū siue pure negatiue se habere respectu peccati: quia alias dormiens qui peccauit q nullum actum habet esset dispositus ad illā sufficienter: quia non actu peccat/ sed est actum positiuum habere. ¶ Hoc supposito. patet q̄ quis sine gratia potest bene moraliter agere. quia quis potest resurgere ad gratiam de lege. ergo potest habere quandam dispositionem requisitam ad gratiam. illa dispositio vocetur a. Tunc quero vtrum a/ sit actus bonus vel malus: si secundum: ergo non est dispositio ad gratiam immo i dispositio. quia peccatum indisponit. si verum. a. sit bonus actus: ergo propositum puta q̄ quis potest bene moraliter agere sine gratia. ¶ Secundo probatur eadem conclusio. aliquis extra gratiam pōt mereri p̄miū tpale/ & non p actum malum nec q̄ indifferētē: ergo extra gratiā p̄t bñ moraliter agere. patet añs / exodi primo de obstetricibus egyptiorum quibus dominus iussit edificari domos propterea quia meruerunt aliq̄d tpale/ saluādo pueros iudeorum. Vñ dicit Greg. eo q̄ erant in pctō meruerunt solum tpale/ & tamē meruissēt eternum si nō fuissēt in pctō. Tūc arguitur sic. meruerūt apd deum p̄miū tpale: ergo sine gratia pōt mereri apud deum p̄mium tpale. & p pñs bñ moraliter agere extra gratiam. sed illud bene agere non est meritorium vite eterne. patet ad Corin. xiij. si omnes facultates in cibos pauperum distribuero/ charitatem aūt non habuero nihil mihi prodest. hoc ē ad vitam eternam. Vtrum tale bonū opus extra charitatem factum/ possit esse satisfactorium pro pena peccatis debita. dicit. S. tho. q̄ non est meritorium apud deum remissionis cuiuscū q̄ pene. Aliter dicit Sco. & meo iudicio probabilius q̄ talia opera extra charitatem facta possunt esse satisfactoria p̄ pena temporali peccato debita. patet. quia p talia opera possumus mereri aliquid tēporale/ vt probatum est. & illa pena est solum aliquid temporale/ ergo. ¶ Alia questio. Vtrum sine gratia gratum faciente possit homo quodlibet peccatum vitare. hāc q̄st. bene tractat Durandus in. ij. & dicit q̄ q̄dā sunt peccata: quia contraria legi nature naturaliter nobis insite/ & de talibus dicit q̄ sic. nam bene sequitur/ aliquis actū virtutis sine gratia potest elicere secundum omnem virtutem moralem/ & politicam: ergo q̄dcū q̄ vitium oppositum tali virtuti sine gratia potest vitare. vt fortes existens in peccato vitium intemperantie sine gratia subueniente potest vitare / & similiter quodcū q̄ peccatum oppositum actibus preceptorū que sunt legis pure nature. Alia sunt peccata: que non sunt opposita virtutibus moralibus: nec sunt contraria preceptis legis pure naturalis: sed alicuius legis supernaturalis nobis a christo tradite: vt non suscipere eucharistiam/ vel suscipere indigne: non suscipere baptismū/ vel suscipere idigne &c. hoc supposito dicit Durandus contra sanctum Bonauēturam: q̄ datur aliquod peccatum quod homo non potest vitare sine gratia gratum faciente. vt patet de peccatis oppositis preceptis legis euangelice. vt gratia exempli pro tempore quo fortes tenetur suscipere eucharistiam. bene sequitur pro tempore a. fortes tenetur suscipere eucharistiam/ vel suscipit/ vel non. si secundū peccat. si primum. vel facit sufficientem dispositionem de qua est preceptum: probetur autem se ipsum homo. vel non disponit se

sufficienter. Si primum: ergo est in gratia/ quia omnis sufficiēs dispositio cum displi-centia peccatorum/ponit hominem in gra tia. Si secundum: ergo peccat suscipiendo/ quod probat Durandus apparenter multū

Libera omissio circūstā tie requisite actui facit actum vitiosum:

Omnis libera omissio alicuius circunstan tie requisite actui facit actum vitiosum: sed omissio sufficientis dispositionis est libera & est circunstantia requisita ad suscipiendū digne illud sacramentum. ergo talis facit ac tum vitiosum: ergo illa susceptio est vitio sa. Confirmatur/ si excusaretur talis insuffi cienter dispositus maxime esset per creduli tatem qua erronee credit se fecisse indaginē sufficiērem. sed nullus error excusat nisi sit inuincibilis: & faciendo id ad quod tenetur talis vinceret talem errorem. s. credulitatē se fecisse sufficientem indaginem: ergo.

Resolu tio.

Resolutio igitur est q̄ ista opinio videtur in ter ceteras probabilior videlicet q̄ homo si ne gratia gratum faciēte potest bene mora liter agere: licet non meritorie. & probabi le est q̄ potest satisfacere extra illam pro pe na peccato debita. pena iḡ temporali. Itē potest quodlibet peccatum vitare opposi tum legi nature naturaliter nobis insite.

¶An sine auxilio dei speciali possumus be ne moraliter agere. Cap. xvj.

Videndum est q̄tum ad se cundum membrum distī ctiōis suprapositе. Verū sine gratia gratis data si ue sine auxilio gratuito/ sive sine auxilio speciali possumus bene morali ter agere. Pro declaratione notandum q̄

Deus dupliciter coagere specialiter.

deus dicitur dupliciter coagere specialiter alicui creature. Primo modo quando deus concurrit cum creatura ad faciēdum/ seu p ducendum effectum insolitum produci a ta li creatura. Alio modo qñ facit ipam creatu ram eē causam alicuius effectus: cuius alias nō posset esse causa. Primo mō dupliciter adhuc intelligitur. Vno mō. quia coagit ad effectum maiorem pducendum q̄ sit illa causa nata pducere/ vt si sol esset solū aptus natus producere lumen vt octo. & deus co ageret illi ad producendum vt duodecim. Alio modo quia licet non coagat deus ad maiorem effectum producendum q̄ sit illa causa nata producere: coagit tamen ad ipm producendum in tempore breuiori q̄ pos set illa causa producere. vt sit ignis potēs p ducere caliditatem vt octo/ sed non potest nisi in hora producere: si deus faciat q̄ pro ducat in media hora/ tūc specialiter coagit ad illam producendam. Secundo mō deus dicitur pricipaliter alicui cause coagere qñ illam causam facit esse causam alicuius effe ctus cuius non est sufficiens causa cum con cursu generali. Et de isto membro est que stio an voluntas ex sua virtute naturali sit impotens ad producendum actum bonū: q̄ producat hoc est quia specialiter deus co agens/ facit illam esse causam illius effectus

De ista questione sunt due opiniones com munes. vna est Greg. in secūdo dist. xxvij. q̄ voluntas ex se est impotens ad producē dum actum bonum/ & etiā si producat hoc est propter deum specialiter concurrentem facientem q̄ talis sit causa. probat auctorita tibus & rōnibus. primo supponendo duo primum q̄ fideles non absq̄ causa rogant deum: vt prestet eis auxilium ad vitandum peccata: & ad actus bonos eliciendos. Secū do/ supponit q̄ aliter indigemus auxilio dei ad bene q̄ ad male operādum (nam notum est cuilibet/ q̄ non potest ab ipsa voluntа te quecūq̄ operatio produci quin deus par tialiter concurrat/ sive bona/ sive mala fue rit) alias nostra peccata essēt ita equaliter at tribuenda deo: sicut bona opera: & nō es sent agende deo gratie propter bonas ope rationes nisi aliter cōcurrat deus ad bonas q̄ ad malas. & frustra rogaremus deum vt prestaret adiutoriū ad operationes bonas. Patet/ si ex mea natura & potestate sum po tens ad producendum bonam operationē: ergo non indigeo iuuamine extrinseco: er go frustra rogarem deum &c. Secundo pa tet qa deus non aliter concurreret ad actio nes bonas q̄ ad malas si solo concursu gene

rali pcurrit ad bonā. Hanc deducit Grego. cōtra Pelagianū volens dicere q̄ oppositū fuit error Pelagij. ¶Contra hanc opinio nem fit argumentū difficile: bene sequitur eadem actio que nūc est bona potest esse ma la: ergo actio bona potest produci a volun tate sine auxilio spāli dei ex sola potētia vo lūtatis cū cognitiōe. Patet antecedēs. volitio quā habeo de re licita pōt fieri mala: pu ta si proueniat prohibitio. tūc bene sequit/ hec volitio aliqñ erit mala: ergo tūc ad eam pducendam non requiritur pcursus specia lis dei: sed solū generalis sufficit. & non est difficilius nūc eam pducere q̄ tūc: ergo eedē cause q̄ sufficiebant nunc sufficiūt pro quo cunq̄ tēpore/ eedē iḡ non augmētare: nec diminute: & eodē modo applicate semper q̄diu remanent sunt sufficiētes: ergo si volū tas ex pcursu sui cū cōcursu generali pro tē pore quo volitio erit mala sit sufficiens ad producendum illam volitionē: eedē cause eodē modo se habentes erūt sufficientes ad illam producendam. & si producāt erit bo na. igitur. Dicitur cōiter ad hoc argumētū: q̄ illa volitio erit alterius speciei: quia aliter concurrit deus ad ipsam qñ est bona: & qñ est mala. & ex tali pcursu infertur distinctio specifica actus. Contra. bene sequitur deus concurrit specialiter: & est in sua potestate non pcurrere. Ponatur q̄ nō pcurrat specia liter. tunc sic: pro tempore crastino potero cum pcursu generali elicere talem volitio nē: ergo nūc possum elicere volitionē eius dem speciei supposito q̄ nūc deus concur rat specialiter. ista volitio nūc ē bona: qa cō formis dictamini recto cadēs super obiectū conueniēs & ppter bonū finem. ergo nunc ista est bona moraliter: & ad eā non concur rit specialiter: sed generaliter. ergo ppositū. Alio modo arguitur sic. Sortes qui iam ha bet ignorantiam inuincibilē de berta q̄ sit sua: habet istud dictamē he est a me cogno scenda: & illud est verū. ideo volitio cōformis illi erit bona moraliter. Tūc arguit sic. est possibile successu temporis q̄ illud dicta men erroneū inuincibile efficiatur vincibi le: tunc illud erit falsum: hec est a me cogno scenda: & illa volitio cōtinuata efficitur de bona mala propter illud dictamen: tūc pro tempore quo efficitur mala ex solo cōcursu voluntatis producitur: ergo pro isto tēpo re quo tale iudiciū ē verum propter errorē inuincibilē supposito q̄ non cōcurrat spe cialiter ex concursu voluntatis & dictamie elicio talē volitionem quā doefficitur dicta men falsum: ergo sine speciali concursu po test bene moraliter agere. Ex doctrina Gre. potest facile responderi ad hoc argumentū nam apud eum sunt aliqui actus necessario boni sicut dilectio dei super omnia/ que est necessario bona operatio. & illud dictamē diligēdus est deus a me super omnia/ est ne cessario verum. Tunc diceret consequenter q̄ ad illud dictamē necessario bonū vt elicia tur necessarius est specialis concursus. Dicit iterum q̄ ad hoc q̄ alij actus contingenter boni sint boni: regritur q̄ actualiter vel ha bitualiter imperētur a dilectione dei que ne cessario est bona: & ad tales actus cōtingen ter bonos q̄is non requiratur pcursus spe cialis imediatus: requiritur tamē mediatus: quia requiritur dilectio dei ad quā concur rit imediate specialiter. Alij vt Sco. tenent oppositum q̄ ad bene agendum moraliter sufficit concursus dei generalis: & nō requi ritur specialis. Et hoc non fuit error pelagij dicentis: q̄ natura erat sufficiēs ad oēs actus bonos: sed quia non ponebat charitatē ne cessario requisitam ad merendum.

¶De bonitate & malitia habituum in generali. Ca. XVII.

Dostq̄ determinatū est de bonitate & malitia actuū Consequenter agendum est de bonitate & malitia habituū. Et primo in ge nerali queritur i qua po tentia sit ponendus habi tus: an indifferenter in omni: vel in aliqua/ & aliq̄nō: Q̄ nō sit ponēdus hitus in q̄li bet potētia. notū est. qa in lapide ex freq̄nti descēsu deorsū nō cātur hitus. Simili dicen

dū de alijs agẽtibus pure naturalibus. Restat ergo cõcedere/ꝙ in aliq̃ sit ponẽdus:& in aliqua nõ.sed quare potius i vna q̃ i alia: Dicunt aliq doc.qñ aliqua potẽtia est ita determinata ꝙ non potest in cõtrariũ: in illa potentia non est ponẽdus habitus. Sed qñ potentia est indifferens ad duo opposita/ quia potest in vnũ/& in aliud:in illa est ponendus habitus. Exemplũ primi. Lapis est potentia determinata ex se solũ ad motum deorsum.& si moueat sursũ: hoc est ab alia potentia.ideo in lapide ex frequenti motu deorsum nõ cãtur habitus. Exemplũ scdi. vt volũtas põt velle & nolle: & ꝓterea ex frequenti elicitione volitionũ causat habitus in ipsa iclinãs illam ad plimilia velle eli cienda illis ex q̃bus genitus est. ¶Similiter dicendum de nolle.S.Tho.dicit ꝙ non est ponendus habitus dilectionis dei acqsitus: quia volũtas est ita determinata ad dilectionem dei:ꝙ non potest i oppositũ scdm eũ. ideo non causatur habitus inclinãs ad dilectionem dei. ¶Cõtra/sequtur ꝙ intellectus ex frequentibus assensibus primorũ principiorũ nõ causaretur habitus illorũ:sed hoc est falsum.pña patet.itellectus est ita determinatus ad assentiendũ primis principijs p se notis:ꝙ nõ potest illis dissentire/nec assẽtire contradictorijs eorũ:ergo nõ ponẽt habitus in intellectu respectu primorũ principiorũ:sed hoc est falsum.quod patet. Aristoteles inter habitus ponit habitũ qui vocatur intellectus inclinans ad assensum primorũ principiorũ. Item post frequentationem assensuum circa prima pricipia homo percipit se magis promptũ ad assentiendũ illis&fortius assẽtit q̃ prius. ¶Propter hoc argumentũ quod habet apparentiam: videtur ꝙ respectu primorũ principiorũ per se notorũ nõ ponatur habitus in intellectu. Vnde dicit Sco.in scdo.sicut nõ ponit habitus cãtus ex noticijs intuitiuis: simili nocticijs apphẽsiuis primorũ principiorũ per se notorũ positis/non est in potestate itellectus quin assentiat illis.ergo non est ponẽdus habitus in intellectu inclinans

causante habitum: & sic idem esset prius & posterius seipso/& causaret suam causam/ quo nihil est impossibilius. igitur. Patet antecedens. capio sortem qui nullum habitū habet temperantie: nec intemperantie: & incipiat actum elicere temperantie partibiliter qui in fine hore erit intensus vt octo. tūc sic in fine hore erit habitus pductus ab illo actu: & sit/b/& ille actus sit/a/tunc/a/ producit/b/&/a/pducitur ab ipo/b/. pater. & diuido vtrūq; per partes pportionales maioribus terminatis versus instās presens initiatiuum. tunc prima pars/a/producit primam partem/b/& prima pars/b/producit secundam partem/a. Patet: quia precedit eā & est nata producere cōsimilē actum a quo producta est. igitur. & vltra. secūda pars/a producit secūdam partē/b/& secūda/b/tertiam/a/& sic in infinitū. igitur. ¶Respondetur negando sequelam. & concedo q;/a/ producet totum/b/& negatur q;/a/producatur a/b/. Et ad pbationē: aliqua pars/a/ producitur a/b/concedo. & aliqua pars/b producetur ab/a/concedo. & iterū alia pars/a/pducetur a/b/& sic psequēter. igitur/a/ producetur a/b/negatur psequentia. Et sit prima

Pria positio

positio. Cuiuslibet partis actus/a/ aliqua producitur ab habitu/b/siue ab aliqua parte habitus/b/& tamen est aliqua pars actus/a/que non pducitur ab habitu/b/sicilicet prima medietas que nō producit a/b. Prima pars probatur. quia quacunq; parte data illa habet duas medietates quarū secūdam precedit aliqua pars habitus/b/q̄ concurrebat ad producēdum illā secūdam partem. & secūda pars probat: quia prima medietas secūdum cuiuslibet sui aliqd precessit quamlibet partem/b/& totū/b. igitur. Secunda propositio. Quelibet pars/a/produ

Secūda ppō.

cit aliqd/b/& tamē multe producūtur a/b/ & hoc nō incōuenit respectu diuersarū partium. nam nūq̄ eadem pars producitur ab illa parte quā producit: sed secūdum diuersas partes actus/a/producit/b. & econtra. ¶Sed est impossibile & implicat q; vna pars adequata actus/a/producat vnam partem adequatam habitus/b/& q; illa producat illam partem actus a/a qua est producta illa pars habitus/b. nā sicut implicat q; aliqd sit prius & posterius tpe seipso ita & natura.

¶De corruptione habitus. Ca. XVIII.

Datum est q; non semper quilibet actus producit aliquid de habitu: quando est in subiecto resistentia habitus contrarij. Secundo dictū est: quando in subiecto non est habitus cōtrarius: quilibet actus est sufficiēs ad producendum aliquid eiusdem speciei cum habitu. Vnde si magnus actus sufficiat producere actum intensum quilibet eiusdem speciei differens solum penes intensum & remissū ab illo/propter remissionem erit sufficiens producere habitum licet remissum. Nūc vero agendum est de corruptione habitus. Vtrum videlicet corrumpatur habitus solum per actus cōtrarios actibus ad quos inclinat. Arguitur q; nō/quia si sic. apud pōnētes habitum circa prima principia per se nota/ille habitus esset icorruptibilis: quia non potest haberi actus contrarius: hoc est dissensus circa prima principia vel assensus contradictorius. ¶Similiter habitus genitus ex actibus quibus appetimus beatitudinem/non est corruptibilis: quia nō potest haberi actus cōtrarius: cū nemo potest nolle beatitudinem vel velle miseriam. ergo ille habitus esset incorruptibilis. ¶Preterea aliqui habitus corrumpūtur per solā cessationē sine positione actuū ptrariorū. Patet experientia docet si aliqs alicuius cōclusionis habitū ex multis actibus acquisiuerit/si longo tempore perseueret sine actu ad quē inclinat talis habitus illius obliuiscetur. ergo erit corruptus: & non per contrarios actus: ergo corrūpitur habitus p cessationē ab actu/& non solum per actus ptrarios. ¶In oppositū arguitur. habitus remanet sine actu ad quē inclinat etiā in esse intenso p aliquod tempus. ergo si non superueniat alia causa q̄ cessatio ab actu: talis habitus manebit in perpetuum. Patet. iste habitus in isto tempore non diminuitur. ergo iste habitus in isto tempore habet omnes causas conseruantes/& non deficit aliqua req; sita ad conseruationem: sed in quocūq; magno tempore cessetur dūmodo non ponatur actus contrarius remanent eedem cause conseruātes. ergo si habitus corrumpatur solum corrumpitur per contrarios actus. ¶Pro solutione notādum in cōmuni philosophia q; aliquem effectum corrūpi non contingit nisi tripliciter. & adhuc duo illorum modorū corruptibilitatis sunt per accidens: & alius est per se. Primo corrumpitur aliquis effectus per corruptionem subiecti: & isto modo corrumpuntur sensatiōes existētes in brutis que sunt imediate in anima sensitiua que post mortem bruti nullo modo remanent: imo oīno corrumpuntur talis corruptio sensationū est per corruptōnem subiecti: & per accidēs. Secūdo modo corrumpitur accidens per accidens nō per causam contrariā: sed solum per defectum cause cōseruantis: vt per absentiam corporis luminosi corrūpitur lumē. Similiter notitia intuitiua corrūpitur per accidens scilicet per absentiā obiecti. Alio modo corrūpitur effectus p se: scilicet ad positionē cause cōtrarie & hoc virtualiter vel formaliter Virtualiter videlicet quādo potest producere effectum contrarium. Vnde actus temperantie non est cōtrarius formaliter habituī intemperātie: quia se cōpatiuntur in eo dē subiecto/sed solū virtualiter: sicut aqua contrariatur virtualiter calliditati: quia potest producere frigiditatē q̄ cōtrariatur calliditati. ¶Hoc supposito videndū est de corruptione habitus. & hoc loquēdo de habitibus in anima intellectiua: quia nō est difficultas de habitibus in anima sensitiua cū corrumpuntur ad corruptionem eius cum sit corruptibilis: sed solū loquimur de habitibus in subiecto incorruptibili per naturā vt est anima intellectiua: & similiter loquimur de habitibus acquisitis & non infusis qui corrumpūtur per cessationē conseruantis scilicet dei propter nostrum demeritum Si ergo habitus acquisitus naturaliter non

corrūpitur per corruptionē subiecti/quia ē in subiecto incorruptibili: quomodo ergo corrūpitur: oportet ergo q; vel per cessationem ab actu: vel per positionem actuū contrariorum actibus ex quibus genitus est. Sāctus Tho. prima secūde. q. liij. dicit q; habitus non possunt corrumpi per se: sed solū p accidēs: puta per cessationē inquantū ex illa cessatione ponitur actus ptrarius. cessatō permittit ad actum ptrariū quā nō permitteret nō cessatio. nec corrūpuntur ad desitionem conseruantis: quia non dependēt a cōseruante nisi in produci & nō in cōseruari. Dicit. s. Tho. ibidem/& pñter Occham in quarto questione. xij. q; habitus quicunq; existens in itellectu nō potest corrumpi nisi per positionem actuū contrariorum: vel per desitionem alicuius necessario requisitē ad conseruandū illum. Et ad argumenta: sequitur q; ille habitus circa prima principia esset incorruptibilis. cōcedo: & hoc substinendo q; itellectus nō potest dissentire primis principis. Similiter habitus q causat ex volitione qua desidero beatitudinē q̄ nō possum nolle q̄s possim cessare. Occham tamen tenet oppositum in fine tertij: sed scdm opinionē ꝓmunē ille habitus ē incorruptibilis per naturam qui causatur ex actibus volēdi beatitudinem: & ex actibus nolendi miseriam. Sed de habitu scientie: aliquis est diu habituatus circa aliquam conclusionem/si diu cesset ab actu non poterit elicere actum: & non est corruptibilis per actus contrarios. oprtet ergo q; per solam cessationem ab actu. ¶Respondet Occhā in quarto questione predicta in solutione primi dubij dicens. vel corrumpitur habitus: quia deus per cessationem diuturnam actuum desinit cōseruare. vel corrumpitur quia in corpore sunt alique qualitates producte ab actibus illis que per alterationem corrumpuntur que necessario requiruntur ad conseruationem habitus pro quanto ille qualitates intense requiruntur ad hoc q; sensus communis habeat sues actus: & ad desitionem specierum sensitiuarum in

parte interiori propter alterationem illarū
¶Dico tertio ꝙ ille idem habitus manet.
Contra. post diuturnam cessationem non
potest recordari illius cōclusionis. Verum
est/& non nisi propter defectum illius habi
tus. nego: imo propter defectum alicuius
cause que necessario requiritur cum intelle
ctu & habitu ad exeūdum in actum. & illa
causa est aliqua qualitas corporalis extensa
in phantasmate que corrumpitur: & ad de
sitionē specierū sensitiuarū in parte interio
ri propter alterationem. Ideo non est ex ces
satione ab actu: sed ex corruptione alicuius
additio corporalis vt dictū est. [Qualitates corpo
ree nō sunt requisite ad cōseruationē habi
tuum i anima. Patet de anima separata que
potest acqrere habitus: sed habitus pro hoc
statu non potest exire in suū actum ni si me
diante corpore quod alteratur crebriter ad
cuius alterationem impeditur actiuitas habi
tus/sicut anima in hoc corpore non potest
videre indiuisibilia secus est de anima sepa
rata. Hieronymus in plogo biblie ait. Di
scamus in terris quorum sciētia remanet in
celo. Nota ꝙ si caro maneat in alterata ho
mo exibit ita facile in actū in senectute sicut
in iuuētute sicut dicit Aristo. primo de ani
ma/si senex haberet oculū iuuenis &c. i pa
tria nō erit alteratio: ergo semp pōt hō exi
re in actū/pōt tñ hō supplere hanc corpis al
terationē p actuū frequētationē/sicut senex
instrumētū supplet. s. visū ocularibus/licet
anima & habitus maneant & sint cause na
turales/nō potest tamen exire in actum de
fectu instrumenti. Patet/quando culter fit
obtusus & manet eadē manus & cultellus.]
¶Et ista est resolutio ꝓmunior & probabi
lior: videlicet ꝙ nunq̄ corrūpitur habitus
acquisitus naturaliter nisi per corruptionē
subiecti vel per corruptionem cōseruantis.
vel per actus contrarios actibus ad quos in
clinat ille habitus: quia sunt productiui ha
bitus contrarij. Ex quo sequitur ꝙ diuidi
tur habitus per actus cōtrarios. vnde sicut
ignis applicatus frigido primo corrumpit
vnam partem: & sic consequenter. & quā
cito est corruptum illud totum frigus/in
cipit producere calorem partialiter: eodem
modo sortes habituatus in habitu tēperan
tie elicit actum intemperantie: si sit intensus
corrumpit aliquid de illo habitu & postea
illo corrupto totaliter producere incipiet
partialiter aliquid de habitu intemperātie.
& hoc tenendo ꝙ qualitates cōtrarie nullo
modo se compatiūtur in quibuscunq̄ gra
dibus: & sic dicendum est de quibuscunq̄
agentibus naturalibus. vbi ergo non pos
sunt elici actus contrarij: tunc talis habitus
non est corruptibilis per naturam. Et dicit
sanctus Thomas qñ actus non habēt actus
contrarios vt actus primorum principiorū
habitus illorum non possunt corrumpi a
contrarijs. [Non videtur mihi hec opinio additio
probabilior imo melius est dicere ꝙ per so
lam cessationem ab actu habitus potest cor
rumpi. Et tripliciter effectus potest se habe
re ad causam. Vno modo ꝙ simpliciter de
pendeat in esse a conseruatione cause. Alio
modo ꝙ nullo modo dependeat a conser
uatione cause post productionem. Tertio
modo ꝙ medio mō se habeat scilicet ꝙ fit p
notabile tempus non conseruetur natura
liter corrumpitur. Exemplum primi vt lu
men. exemplum secūdi vt albedo. exemplū
tertij vt habitus. & tūc patet ꝙ habitus nō
habentes actus contrarios possunt corrum
pi. facile tamē potest sustineri ꝙ ex actu pri
mi principij non generatur habitus.]

¶De contrarietate habituū. Ca. XIX.

COnsequenter dicendum est de cō
trarietate habituum. Vnde apud
modernos vt Occham in tertio
questione octaua cōmuniter po
nitur ista ꝓpō. Qñcunq̄ sunt duo habitus ꝓpō.
& actus ad quos inclinat sūt incōpatibiles
seu ꝓtrarij: tales habitus erunt ꝓtrarij. & breui
ter nō pōt cognosci ꝓtrarietas habituū seu
incompatibilitas nisi penes incompatibili
tatem vel contrarietatem actuum ad quos
inclinant. Exemplum / actus temperantie
& actus intēperātie sūt incōpatibiles & cō
trarij adinuicē. Simili & habitus inclinātes ad
illos actus. Similiter assensus fidei & assen
sus euidens circa eandem conclusionē sunt
incompatibiles: ita & illi habitus ad istos
actus inclinantes. ideo incompatibilitas &
contrarietas habituū est attēdenda ex incō
patibilitate & cōtrarietate actuum ad quos
inclinant. Patet/aliqui habitus sunt cōtra
rij: alias staret aliquem eē simul temperatū
& intemperatum. & non potest attendi il
la incompatibilitas habituū nisi penes in
compatibilitatem actuum temperantie: &
intemperantie. igitur. ¶Consequenter di
cendū est ꝙ aliquādo vnus actus est incom
patibilis duobus actibus simul cuius habi
tus est compatibilis duobus habitibus illo
rum duorū actuum. Ideo q̄is non sit con
cedendum ꝙ aliqui duo habitus sint adin
uicem compatibiles quorū actus sunt incō
pabiles: nihilominus est concedendum ꝙ
aliquis actus est incōpatibilis duobus simī
actibus iunctis: & tamē habitus illius actus
est compatibilis duobus illis habitibus si
mul iunctis illorum duorum actuū quibus
actus illius habitus erat incompatibilis. vt
dissensus cōclusionis est incompatibilis sal
sensibus duorum/quorum primo assentio
antecedenti/& secūdo assentio bonitati cō
sequentie/illa duo non stant cū dissensu cō
clusionis: qa qui assentit maiori minori &
bonitati consequētie de necessitate assentit
conclusioni nisi obex fuerit. & tamen habi
tus qui causatur ex dissensu cōclusionis cō
patitur illos duos habitus. Patet minor/sit
sortes qui dissentiat frequenter alicui cōclu
sioni: tunc acquirit habitum volo ꝙ freque
ter aduertat circa bonitatem ꝓsequentie: &
non circa antecedēs. iam causatur habitus
circa bonitatem cōsequentie. postea aduer
tat frequēter circa antecedēs & nō circa bo
nitatem consequētie/tunc assentit antecedē
ti & ex illo assensu frequēti antecedētis cau
sabitur habitus/tūc talis habebit tres habi
tus se compabiles quorū actus vnius puta
dissēsus est incōpatibilis cum duobus acti
bus alterorum duorum habituū. ergo pro
additio positum [Potest quis negare ꝙ assentiet an
tecedenti & dicere ꝙ tanta est habituū vtro
bi repugnantia sicut actuū & difficile est
oppositum ostendere.] ¶Contra predicta
arguitur probando ꝙ sint dabiles duo ha
bitus se compatiētes produci a duobus ac
tibus incompatibilibus inter se. Capio habi
tum opinatiuū/a/propositionis: & sortes
eliciat circa/a/propositionem assensum fi
dei vel assensum scientificū. tunc sic. postq̄
elicuit actum primum non est adhuc corru
ptus habitus opinatiuus & est productum
aliquid de habitu sciētifico vel fidei si sit as
sensus fidei. ergo in ipso est habitus incom
patibilis cum habitu opinatiuo. minor pa
tet: quia deinceps reperiet se magis habilita
tum ad assentiendum q̄ prius. Distiguo vt
dicit Occham in tertio questione octaua.
vel ꝙ reperiet se magis habilitatum priuati
ue: hoc est minus habilitatum ad contrariū
& sic conceditur: quia est remissum aliquid
de habitu habilitante ad cōtrarium. vel ꝙ
reperiet se magis habilitatū positiue: & sic
negatur. Dicit enim sicut est in formis mate
rialibus ita in istis. nam si ignis debeat pro
ducere calorem in aquā: oportet ꝙ primo
corrumpat totum frigus. deinde incipit p
ducere calorem. Similiter iste assensus prio
corrumpit habitum contrarium/deinde in
cipit producere habitum contrarium posi
tiue. Aliud argumentum apparētius. sum
habituatus circa/a/propositionem habitu
opinatiuo. habeam noticiam intuitiuam
que sufficit imediate causare assensum certū
& euidentem de/a/propositione. tūc cum
erit obiectum absens ad quam terminatur il
la noticia intuitiua. & formando/a/pro
positionem assentiam firmiter/illa apprehē
sio abstractiua cum potentia nō sufficit cau
sare assensum firmum: quia esset per se nota.
ergo preter illam apprehensionem & potē
tiam est aliquid in intellectu concurrens &
non videtur nisi ꝙ sit habitus: & sic ille ha
bitus erit compatibilis habitui opinatiuo.
¶Respondetur. cum sic arguitur capiēdo
sortem multum habituatum circa/a/pro
positionem assensu opinatiuo obijciatur

obiectum cū notitia intuitiua. sufficeret causare assēsum euidentē illius propositionis. tunc sic. si post istum primum assensum removeatur obiectū & presentetur talis propositio: assentiet firmiter. Dico ꝙ post talē primum assensum si solum presēteretur talis propositio cum noticia apprehensiua sine notitia intuitiua & sine motiuo non poterit assentire neq; euidenter neq; firmiter.

¶De coefficientia habitus. Ca. XX.

IAm videndum est de coefficientia habitus. Vtrū videlicet habitus coefficientiam habeat cū potētia ad actum producendū: ita ꝙ partialiter attingant ipm actum. & pro nunc loquimur de habitibus acqsitis/ quia postea de infusis erit sermo. Et sit prima propositio.

Prima ppō. Quilibet habitus existens in aliqua potētia partialiter ꝯcurrit cū illa potētia ad ꝓducendū ꝑ simile effectum ꝓducēdū in specie ex quo est genitus. Patet vnica ratione. aliquis habitus cōcurrit partialiter. ergo & quilibet: ga nō videt maior ratio de vno q̄ de alio. Patet antecedens. illud quo remoto & oibus alijs positis non posset effectus poni ꝯcurrit partialiter ad illū effectū si sit extrinsecū: quia si esset intrinsecū ꝯcurreret in genere causevel materialisvel formalis. vnde est maxia & p nihil aliud pōt ostēdi ꝙ aliquid ꝯcurrat ad aliqd ponēdū siue ꝓducēdū: nisi ga posito illo de necessitate ponit alid & remoto illo remouet alid: sed hitus ē hmōi i ordine ad actū suū saltē sustinendo ꝙ illud qd manet in absentia obiecti est habitus. si talis qualitas q̄ manet obiecto alias ituito nō esset: & oia cetera manerēt nō est possibile/ ꝙ ꝓducatur distincta noticia abstractiua illius obiecti: ga alias potuisset ꝓduci abstractiua anteq̄ obiectū fuisset ituitū: ergo habitu remoto alijs remanētibus nō pōt actus ꝓduci. Est ista rō est euidēs ꝙ habitus ꝯcurrat i genere cause efficiētis: vt dicit Occhā. iij. quolibeto. xx. &. xxj. q. Dicit ꝑterea ꝙ aliqñ requiritur hitus vt effectus ꝓducat. aliqñ non vt ꝓducatur simpliciter talis effectus: sed vt producatur intensior: vt in actibus voluntatis: & in noticijs abstractiuis. ¶Contrarium huius opinionis tenet Durandus in tertio distin. xxiij. quest. ij. ꝙ habitus non concurrit effectiue ad actus ꝓducendos. Et prima eius ratio talis est: illud qd ꝑ seipm facit ad intentionē alicuius actus pōt etiam per se producere talē actum q̄is remissum si nō ponatur obstaculum. sed sic est ꝙ habitus non est per se sufficiens ad producendum actū. quia requiritur ꝙ potentia concurrat: ergo non est per se sufficiens ad intēdendum actum. Maior patet/ cum intēsio actus nō fit nisi per additionem partis eiusdem speciei cum toto actu. ergo si nō poneretur obex maioris resistentie q̄ possum sit actiuitatis: & non poneretur obex/ habitus solus produceret actum: quod est inconueniens. ¶Ad istam rationē dicitur ꝙ dupliciter itelligitur ꝙ omne illud quod est ꝑ se sufficiēs ad intendēdum actum sit per se sufficiens ad producendū actum. Vno modo ꝙ ad intendendum effectum illud per se solum concurrat actiue. & isto modo/ quod est per se sufficiens ad intēdendum est per se sufficiēs ad producēdum simile in specie Alio modo ꝙ sit per se sufficiens ipso solo superaddito cause precedenti fit intensior etiam causa precedente concurrēte. & sic nego ꝙ omne illud quod est per se sufficiens ad intendendum isto modo sit per se sufficiens ad producendum. Vnde non est imaginandū ꝙ vna pars actus producatur a sola potētia: & alia pars a solo habitu/ imo totus actus producitur a potētia: sed nō totaliter: & totus actus ꝓducit ab habitu: sed nō totalr/ & ipa potētia secluso adiutorio nō ꝓduceret ita intēsum. ¶Altera rō Durādi ē Capio forte ꝙ assentiat alicui ppōni ex sola rōne topica/ ex illo generat habitus/ si postea assētiat illi propositioni ex illa sola ratione nō assentiet clarius q̄is sit habituatus: & antea non erat. ergo habitus nō coagit effectiue ad producēdum actū. ¶Cū arguitur, non assentiet clarius. dico si intelligis clarius. i. euidentius: concedo. vel clarius. i. firmius vl saltem minus formidolose: & sic nego. immo dico ꝙ ex illa ratione topica & habitu ꝓducitur opinio minus formidolosa. similiter assensus demonstrationis etiam causatus ex habitu erit intensior: & sic euidentior. Contra, si habitus producat actum: ergo sequitur ꝙ effectus concurrit partialiter ad producendum suam causā patet/ actus causat habitum & econtra. Dicit occham vbi supra ꝙ primus actus non causatur ab habitu sed ab alijs causis. quod patet. quia primus actus est causa efficiens: habitus: ergo non causatur ab eo: quia idē numero non potest esse causa & effectus respectu eiusdem. Sed primus actus qui causatur in potentijs apprehensiuis in absentia obiecti causatur ab habitu. ideo nō omnis actus causatur ab habitu. Contra. in causis efficientibus essentialibus non est circulus: sed actus est causa efficiens habitus. ergo habitus non est causa actus. ¶Respōdetur ꝙ in causis essentialibus potest esse circulus q̄tum ad speciem: sed non q̄tum ad idem numero. nūc autem vnus actus est causa habitus: scilicet primus: qui sine eo nō potest eē habitus naturaliter & postea habitus ē causa nō illius actus sed alterius & ille actus bene augmentabit illum habitum. ¶Sed contra probatur ꝙ habitus ille sit causa eiusdē actus numero. quia actus primus generans habitum potest continuari cum habitu: & tunc habitus ille generatus cōseruabit illū actum. ¶Respondetur ꝙ non est inconueniens ꝙ effectus sit conseruatiuus sue cause efficientis in eodem subiecto: & ita est in posito ꝙ habitus generatus ex actu primo melius conseruat illum actum q̄ posset conseruari sine illo habitu. Difficultas. dictum est ꝙ habitus concurrit ad actum producēdum. Vtrum habitus cum potētia secluso altero sint cause sufficientes ad productionem actus. hoc est anteq̄ sim habituatus ad producendum actum scientificum aliquid requiritur vltra potentiam/ scilicet demonstratio. vtrum habitu i me generato iste habitus cum potentia sine demonstratione. i. sine illa causa sint sufficientes ad producendum actus scientificos. Et apparet ꝙ non. habitus causatus ex assensibus causatis per notitiam intuitiuam sine notitia intuitiua cum potētia non sufficiunt ad causandum similes actus/ vt ex assensibus frequētatis ꝙ sortes est/ generatis ex notitia intuitiua causatur habitus/ ex illo habitu & potentia nō possum exire in istum actum ꝙ sortes est sine notitia intuitiua: quia si possum ex sola abstractiua cum potētia: sequitur ꝙ ista sortes est esset per se nota: quia ad propositionis per se note assensum sufficiunt notitie intuitiue vel abstractiue terminorum. ergo habitus cum potentia secluſa alia causa nō sunt cause sufficientes ad producendum actum. ¶In oppositum arguitur. dicit Arist. ꝙ habitibus vtimur cū volumus. ergo habitus causatus ex assensibus demonstrationis cum potētia sufficiet ad causandum habitum scientificum sine demonstratione. Pro solutione ponitur propositio. nunq̄ habitus intellectus concurrit ad actum suū producēdum nisi voluntate partialiter cōcurrente vel aliquibus causis naturalibus partialiter concurrentibus que intellectum necessitarent ad illum actum etiam secluso habitu. patet ista propositio. Si habitus sine concursu voluntatis & sine concursu causarum necessitantium posset concurrere ad actum intellectus: ergo ille habitus cum intellectu essent cause sufficientes ad producendum actum / & sunt pure naturales: ergo quando simul iunguntur ille actus ꝓducit. Patet causis pure naturalibus positis sufficientibus: de necessitate sequitur effectus. & sic habituatus necessario semper esset in actu intelligendi: quod ē falsum. vnde habituatus in notitijs abstractiuis/ non potest exire in notitiam abstractiuam: nisi p concursum voluntatis necessitetur intellectus ad exeūdum in illam abstractiuam. Eodem modo oportet de necessitate confiteri: ꝙ ad actum scientificum nō potest potentia cum habitu exire: nisi per im-

periũ voluntatis / vel per demonstrationẽ necessitãtem intellectum. Ideo habituatus cum intellectu habens habitum scientificũ alicuius conclusionis potest sine demõstratione per imperium voluntatis exire in actum habitus: & hoc apparet verum. Nam habens habitum fidei sine motiuo per imperium volũtatis potest exire in actum habitus illius. ¶Contra. non potest habituatus per notitiam intuitiuam exire in actum ꝙ sortes sit sine notitia intuitiua. ergo non potest habituatus in demonstratione exire in actum per imperium voluntatis sine demonstratione. Dico ꝙ non est simile. nam aliud est loqui de necessarijs: & de contingẽtibus. non possum habere notitiam contingẽtis eiusdem nisi obiectum sit presens: sed non requiritur in necessarijs notitia intuitiua: & ad notitiam eiusdem sufficiunt tria.

¶De concursu habituum adactus. Cap. xxj.

REstat nũc videre ad quos actus cõcurrit habitus. vtrum habitus solum concurrat ad actus eiusdẽ speciei: cum illis ex quibus genitus est. vel vtrum aliquando cõcurrat ad actus differentes specie ab illis quibus est genitus

Dupliciter habitus concurrit ad actum.

¶Primo notandum. vt dicit Occham in tertio. ꝙ dupliciter habitus concurrit ad actũ. Vno modo immediate / hoc est dictu concurrit ad actum taliter ꝙ non concurrit per prius ad alterum effectum q̃ ad illum. Alio modo mediate. hoc est immediate concurrit ad alterum actum: & iste alter concurrit ad istum secũdum. ideo habitus concurrit mediate ad illum / vt habitus pricipiorum concurrit ad habitum conclusionis: & immediate ad actum siue assensum principiorum: & assensus principiorum immediate ad assensum conclusionis: sic mediate habitus premissarum concurrit ad habitum cõclusionis vbi tam actus premissarũ q̃ actus conclusionis mediat. pari forma habitus finis concurrit ad actum medij mediate: & immediate ad actum finis. ¶Hoc supposito ponitur talis propositio communis apud doctos. ꝙ habitus nunq̃ concurrit immediate nisi ad actus eiusdem speciei cum illis ex ꝓpõ. quibus genitus est: sed mediate bene cõcurrit ad actus differentes specie: sicut dictum ẽ de habitu principiorum & conclusionis q̃ differunt specie. Probatur propositio assũpta. nunq̃ habitus ꝓcurrit ad actus nisi sint intensiui saltem intẽsius reddant habitum intensiorem: sed actus differentes specie a ꝓcedentibus actibus non possunt producere partem eiusdem speciei in habitu cũ parte quam precedentes produxerunt. nam si sint actus differentes specie habebunt effectus differentes specie: ideo effectus adequatus productus ab istis erit alterius speciei ab effectu adequato ꝓducto ab alijs specie differentibus: quia nulla causa pure naturalis habet effectus adequatos differentes specie ergo propositum verum. [Probatur aliter hec propositio da oppositũ vnus habitus inclinat i actus alterius speciei ab actu a quo emersit / sequitur ꝙ inclinabit in omnem actum. patet non est maior ratio ꝙ in vnum q̃ in alium / ergo si in vnum potest etiam in alium poterit.] Contra hoc arguitur ex cõmuni resolutione doctorum. Amor alicuius obiecti causatus ex notitia intuitiua differt spẽ ab amore causato ex notitia abstractiua. vnde dicit Sco. in quarto distinctiõe. xlix. ꝙ fruitio beatifica differt specie a fruitione vie: quia vna causatur mediante notitia intuitiua / alia vero mediante notitia obscura. Similiter. sortes ex notitia intuitiua platonis dilexit eum. iam habet habitũ acq̃situm diligendi eum. sit plato absens: & habeat notitiam abstractiuam. ipse sortes frequentius diligit q̃ si nunq̃ dilexisset. ergo habitus concurrit ad actum diligendi: & talis actus differt specie ab actibus diligendi ex q̃bus talis habitus genitus est: ergo habitus concurrit ad actum differentem specie illis a quibus emersit. ¶Preterea. sit sortes qui prius vidit platonem frequenter: & iudicabat platonem esse per illam notitiam intuitiuam. iam platõe absente / per illam abstractiuam iudicabit euidenter platonem fuisse & ad istud iudicium non sufficiunt notitie abstractiue cum intellectu: ergo concurrit aliquid aliud: & non videtur quid sit illud preter habitum: ergo habitus concurrit ad illud iudiciũ quo iudicat platonem fuisse: & tale differt specie ab illo iudicio ex quo hitus ẽ genitus: nã ista duo iudicia q̃bus iudico platonẽ eẽ & platonẽ fuisse specie differũt / ergo hitus &c. Et istud argumẽtũ est multum apparens: & videtur concludere. Si dicas ꝙ ad istud iudicium causandũ plato fuit / sufficit notitia abstractiua: tunc inferam ꝙ talis esset per se nota. quod est falsũ: quia ad per se notam sufficiunt intuitiue vl̃ abstractiue terminorum. certum est ꝙ si sortes prius iudicauerat platonem esse quãdo videbat eũ / & iam aduertat. iudicat ꝙ plato fuit immo iuramento affirmaret: & est ei euidenter notum / ad istud iudicium causã dum non sufficiunt notitie abstractiue: ga tunc essent per se nota vt dictum est. ergo aliquid aliud concurrit: & non videtur nisi habitus. ergo habitus cõcurrit ad actus differentes specie ab illis ex quibus genitus ẽ. Item dicit magister Martinus in prima questione de fortitudine conclusione septima ꝙ habitus fortitudinis aggressiue vt habitus generatus ex frequẽtibus volitionibus volo fortiter aggredi inimicos immediate concurrit ad actum fortitudinis confusum puta ad istum actum / agendum est fortiter. qui tamen differt specie a primo actu / q̃m secundus actus fertur super aliud obiectum q̃ primus actus / ergo habitus aliquando concurrit ad actus differentes specie ad illis ex quibus genitus est. ¶Vnde apparentia est: ꝙ vbi habitus habet ꝑ partiali obiecto obiectum alterius actus ab illo a quo genitus est: ꝙ concurrit immediate ad illos actus: q̃ quidem diuerse sunt speciei / cum diuersorũ sint obiectorum. Similiter habitus medio rũ & finis qui est vnicus: vt tenet Martinus conformiter ad Gregorium: concurrit immediate ad actus mediorum: & ad actus finis: & ad actus vtriusq̃ simul: qui tamẽ omnes differunt specie adinuicem. ¶Respondetur ad illud argumentum de sorte qui iudicat euidenter platonem fuisse quem frequenter intuitiue vidit. concedo totum ꝙ ipse sic euidenter iudicat. & nego ꝙ hoc sit ab habitu ibi derelicto: sed dico ꝙ nisi recordetur se alias sortẽ esse: & se iudicasse sortem esse nunq̃ assẽtiet illi propositioni / sed ista ratio quã potest habere sufficit ad hoc scilicet recordatio ꝙ alias vidit eum. Vnde bene sequitur. alias euidenter iudicaui sortẽ esse. ergo sortes tũc fuit. si iã recordor me alias iudicasse / per istam rationem possum habere iudicium euidens consequentis / puta ꝙ sortes fuit. ¶Replicatur sic. q̃ro a quo causat iste assensus quo iudico me alias sortem vidisse / vel ex solis notitijs apprehensuis abstractiuis de iudicio preterito. vl̃ causatur ab aliquo alio. si primũ: ergo illa erit mihi per se nota. quia sufficiunt apprehensiue abstractiue per te. & non habeo nisi notitias abstractiuas: quia tale iudicium nõ ẽ / immo non habeo nisi abstractiuam illius iudicij preteriti. ergo oportet dicere ꝙ iudicium causatur partialiter ex habitu derelicto & causato ex illis assensibus quibus iudicabam sortem esse euidẽter: & isti actus differunt specie ab actibus precedentibus. Vel sic. & clarius. ergo oportet dicere ꝙ illud iudicium quo nunc iudico sortem fuisse vel vidisse causatur ex habitu derelicto. sed ille est causatus ex actu alterius speciei: scilicet ex assensu causato a notitia intuitiua extremorum q̃ sit actus ad quem nunc concurrit. igitur habitus concurrit ad actus differentes specie ab illis ex quibus genitus est Dico breuiter. ꝙ argumentum non cõcludit contra modernos dicentes ꝙ propositio de presenti & de preterito differunt specie: & similiter assensus earum differunt specie. Vbi tamen argumenta ista nullius essẽt difficultatis apud antiquos tenentes ꝙ est idem iudicium propositionis de presenti / & de preterito / & ꝙ ille propositiones nõ differunt specie. Tunc diceretur ꝙ causatur illud iudicium ab habitu derelicto. & ꝙ il-

additio

li duo assensus sunt eiusdem speciei. Vnde tamen pro opinione modernorum concedẽdum est ꝙ aliquis habitus immediate cõcurrit ad actus diuersarum specierũ, & hoc non est inconueniens: quãdo illi duo actus habent idem obiectum totale: vt est in proposito, nam ille propositiones de presenti & de preterito sunt quodammodo eedem. & sunt idem obiectum: licet assensus sint diuersi specie. Et similiter soluitur primũ argumentum, quando sortes amatur ex notitia intuitiua que postea est abstractiua: ẽ idẽ obiectũ totale secundum eandem rationẽ, quia ille due notitie scilicet abstractiua & intuitiua sunt synonime/licet differant specie Conceditur illatum: quãdo est penitus idẽ obiectum sub eadem ratione: vt ibi sortes visus intuitiue: & abstractiue semper ẽ idẽ: & ijdem amores illi qui de eo habentur fũt eiusdem obiecti, licet sint inter se diuersi specie. & ideo non incõuenit ꝙ idem habitus concurrat ad illos actus. Similiter non incõuenit habitum concurrere ad actus differentes specie: quando illi actus sunt obiectorũ que sunt partialia obiecta habitus: vt visũ est. Si autem non esset totale obiectũ: vl vnũ non includeretur in alio secundum eandẽ rationem: vel est totale obiectum: secundũ diuersas rationes, vt in amore & odio alicuius vnus habitus nunq̃ cõcurrit partialiter ad actus differentes specie. ¶Est igitur regula generalis, Nunq̃ habitus concurrit immediate ad actus differẽtes specie nisi illi actus sint de eodem obiecto: vel vnius obiectum sit partiale obiectum obiecti habitus: vel obiecta vtriusq̃ sint partialia obiecta habitus. quoniam tunc non inconuenit.

¶De Augmento habitus. Cap. xxij.

Consequenter videndum est de augmento habitus ¶Vtrum videlicet detur summus habitus qui potest in anima causari, puta in intellectu: vel voluntate. notum ẽ ꝙ aliquid potest in potentia causari: & non cuiuscũq̃ intentionis. ergo oportet dare summam intentionem: vel ad minus minimã sub qua non potest & sub q̃libet minori potest. Et hoc dupliciter intelligitur/ꝙ detur summus habitus. Vno modo ex natura rei, & in isto sẽ su est altercatio iter doctores. Nam Scotus in tertio ponit maximum ex natura rei: ita ꝙ deus non potest producere maiorem q̃litatem siue intentiorem. Occham & Gregorius hoc impugnant, videlicet ꝙ nõ datur maximus habitus seu qualitas ex natura rei maxima. Alio modo potest intelligi ꝙ detur maximus habitus qui potest produci in potentia non ex natura habitus: sed natura potentie: ita ꝙ potentia non sit capax maioris habitus. notum est ꝙ datur maxima aqua que potest poni in vase non ex natura aque sed ex natura vasis quod non est capax maioris aque. Et tunc queritur vtrum det maximus habitus causatus in potẽtia q̃is nõ proueniat ex natura habitus quin possit augeri: sed ex natura potentie: que non est capax maioris habitus. Et adhuc dupliciter intelligitur. Vno mõ ꝙ detur maximus causabilis in potentia per naturam/ ita ꝙ naturaliter non potest causari maior. Alio modo per potentiam supernaturalem. Solum facio difficultatẽ/an detur maximus q̃ possit causari in potentia ex natura potentie: vl potentia non potest producere actus plures q̃ illos qui requiruntur ad productionẽ illius habitus. De Alyaco post Occham & Gregorium dicit ꝙ datur maximus habitus qui potest poni in potentia in esse habitus: sed nõ datur maximus qui potest esse i hac potentia in esse qualitatis, quia capiẽdo pure passiue est infinite capax. Vnde habitus est in potentia secundum ꝙ est actiua & nõ secundũ ꝙ est passiua. Sed datur maximus cuius ipsa est capax ex natura propria in eẽ habitus: vt q̃is augeatur volitio in esse q̃litatis tamen non augebitur in esse volitõis. vtrum pure naturaliter loquendo detur aliquis habitus qui potest causari a potentia per actus naturaliter elicitos ab illa potentia: & non potest maior causari: & videtur

ꝙ non, patet, ille potest causari in ista potẽtia: & potentia potest elicere vnum actum: qui intẽdet priorem habitum, ergo ille habitus non erat maximus qui poterat causari in ista potentia per actus naturaliter producibiles. Dices: datur minimus qui nõ potest: & quilibet minor potest. Contra, si q̃libet minor potest: capio ꝙ in potentia per actus sit productus habitus distans ab illo minimo per dimidietatem vnius gradus, tunc potentia potest elicere actum naturaliter continuatum per horam & tunc producet vnam dimidietatem gradus secluso etiam tali habitu / ergo & nunc producet: quia subiectum est magis dispositum q̃ eẽt sine habitu: ergo in fine hore erit iam habitus vsq̃ ad illam completionẽ productionis illius dimidij gradus. Aliqui doc. dicũt ꝙ datur certa intentio in habitu ad quã nõ potest homo pertingere per replicationem actuum/ veruntamen ad quamcunq̃ intentionem infra illam potest homo pertingere per replicationem actuum. Cõtra. volo ꝙ pertingat ad illam infra illam solum per dimidium gradum. tunc sic, bene sequitur. iste potest elicere actum causantem dimidietatem gradus: ergo, dices nego consequentiam: qa erit capacitas potentie repleta. Cõtra. nunq̃ erit repleta: quia quando erit vna dimidietas dimidie partis adhuc capacitas non erit repleta. ergo talis actus nõ cessabit a productione quousq̃ illa dimidietas sit producta. Hoc argumentum mihi facit fidem ꝙ non potest defensari ꝙ detur minima intentio cuius potentia non sit capax ex natura rei: quia habeam intentionem infra illã per dimidietatem gradus: & in potẽtia potentur actus qui sufficiat producere illam dimidietatem, tunc illam producet/ cũ est causa naturaliter actiua: & passum susceptiuũ quod nõdum suscepit, ergo suscipiet: & sic non erit minima immo maxima ꝙ sic. Pro isto argumento dico ꝙ quocunq̃ tempore signato finito oportet de necessitate concedere ꝙ datur maximus habitus quẽ homo potest producere vel qui potest produci in homine in illo tempore finito vel minima quam non. Secundo, non datur maximus gradus habitus qui potest produci simpliciter nec minimus qui non: vt in tempore infinitos actus potest producere quorum secundus erit intentior primo & quartus tertio & sic in infinitum: nec datur maximus q̃ sic nec minimus qui non. Et hoc tenendo ꝙ potentia sit infinite capax ex natura rei.

[Mihi videtur ꝙ oportet ponere summũ habitum ex natura rei & sic actus producẽs illum habitum a nulla causa maiore potest intẽdi / quia non potest esse maior causa in illa specie. Sed videtur concedendum ꝙ q̃libet capacitas q̃tũcunq̃ parua possit habere illud summum quia in infinitum potest augeri alia causa ptialis/sed non ponendo maximũ ex natura rei bene dicit liber.] Et hec dicta sufficiant de productione & causalitate habituum. Dictũ est generaliter de actu virtuoso & vitioso: & consequenter de generatione habituum in qua potentia & in qua non: & de corruptione illorum. & per quid corrumpuntur. & de contrarietate illorum: & de coefficientia ad actus: & finaliter de augmẽto habituum: & de actibus humanis: & circunstantijs eorumdem. additio

¶De diffinitiõe virtutis & multiplici eius distinctione. Cap. xxiij.

Quid virtus.

Am consequenter de virtute que est habitus quid sit: & de multiplici virtutis distinctione: & de proprietatibus eius tam in generali q̃ in speciali videndum est. vnde primo notandum ꝙ assignantur due diffinitiones virtutis. vna Arist. in secundo ethi. alia beati Augustini in libro de libero arbitrio. vnde virtus sic diffinitur ab Aristotele loco predicto. Virtus ẽ habitus electiuus in mediocritate exñs determinata ratione prout vir prudens determinabit. Alia diffinitio Augustini. Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur/qua nullus male vtitur/quã deus in nobis sine nobis operat. prima diffinitio vir-

tutis ab Ari. data ap̄d Martinum sic p̄t exponi. virtus est habitus electiuus. hoc ē virtus est habitus inclinans ad actum medium inter actus vitiosos: ad actum in q̄ medium recte rationi conformen. vnde dupliciter intelligitur q̄ virtus consistit in medio. Vno modo tanq̄ in medio circa proprium actū: & sic exponitur diffinitio virtutis. Virtus est habitus inclinans ad actum medium inter actus vitiosos/puta inter defectum & superabundantiam. consequēter declarat qd sit actus medius. & est actus conformis recte rationi: siue determinatus ratiōe prout vir prudens determinauit. Alio modo capitur medium pro obiecto. tūc sic exponitur diffinitio. virtus est habitus i mediocritate cōsistens. i. circa obiectum determinatum ratione habens pro obiecto certam materiam que ponitur talis vel tāta per rationem que vocatur medietas siue mediocritas. Sed diffinitio Augustini est intelligenda de virtutibus infusis: propter vltimam partem. Difficultras. vtrum ad habitum esse virtutē de necessitate requiratur q̄ cum illo habitu insit in intellectu prudentia habitualis? dicū est q̄ nunq̄ actus est virtus: nisi insit cum illo prudentia actualis in intellectu. Querit. vtrum etiam requiratur ad habitum effectiuum esse virtutem: q̄ de necessitate ibi sit prudētia habitualis/quia virtus est habitus electiuus determinata ratione. ideo videtur q̄ ad esse virtutis habitualis requiratur semp ratio. i. prudentia habitualis. Respōdet occham in quarto questio. tertia probabiliter q̄ non: q̄uis ad actum esse virtutem necessario requiratur prudentia actualis in intellectu. verū ad hitū cē virtutē nō necessario requirit habitus prudentialis in intellectu. qd̄ sic suadet. capio sortem non habituatū habeat dictamen verū prudentiale/& electionē cōformē illi dictamini i volūtate. tūc deus potest suspendere actionē primi actus scilicet dictaminis prudentialis non suspendendo electionem conformem illi dictamini. quo facto/ab illo dictamine non generabit habitus prudentialis: & generabitur habitus per actiuitatem electionis. ergo non requiritur habitus prudentialis: q̄ ab illo dictamine non generabitur habitus prudentialis: notum est. neq; ab illo generabitur habitus electiuus: quia actus prudentialis nō agit immediate ad habitum electiuum: sed solum mediate. Secundo arguitur multum apparenter. sit sortes habituatus in habitu prudentie dirigente electionem temperātie & habeat habitum electiuum temperantie conformē. tūc sortes potest elicere dictamina contraria non eliciendo electiones contrarias illis actibus a quibus generabat habitus temperantie electionis. quo facto per frequentationem illorum dictaminum corrumpetur habitus prudentialis: & non corrumpetur habitus electiuus: quia non potest corrumpi nisi per actus cōtrarios: vt dictum est de corruptione habitus. ergo talis habitus electiuus temperantie non corrumpitur: ideo naturaliter potest manere habitus virtuosus absq; habitu prudētiali. Forte dices. non est difficultas quin possit manere actus electiuus sine actu prudentiali: quia distinguuntur realiter / & per consequens deus potest vnum corrumpere altero conseruato. sed tūc iste actus non esset amplius virtus. Eodem modo dicam q̄ ille habitus electiuus non erit amplius virtus absq; habitu prudentiali. Contra. illo habitu electiuo manente sine habitu prudentiali & habita recta ratione: talis habitus cōcurret ad consimiles actus illis ex quibus genitus est. ergo ille habitus est virtuosus. patet. quia propter nihil aliud dicitur habitus virtuosus: nisi quia inclinat vel coefficit consimiles actus virtuosos: & secluso habitu prudētiali inclinat ad actus virtuosos & coefficit. ergo secluso habitu prudentiali talis habitus potest dici virtus. Ideo apparet michi probabile / vt dicit Occham: q̄ non est de ratione habitus electiui q̄ habeat habitum prudentialem q̄uis sit de ratione actus q̄ habeat actum prudentialem.

¶ Tractatus Secundus. De differentia inter theologales & morales virtutes. Cap. j.

Triplex dria iter virtutes moraleſ & theologas.

SEquitur de differentia inter virtutes theologales & humanas. Et p̄ declaratione notandum q̄ virtus prima sui diuisiōe diuiditur in virtutē humanam & in theologicam siue supernaturalē. Notādū p̄terea q̄ multe differentie solēt poni a doctoribus inter virtutes theologas: & humanas. Vnde sāctus Tho. prima secūde questiōe. lxij. ponit tres differētias inter illas. Prima. virtus humana ē de obiecto creato/theologica de obiecto increato scilicet de deo. Secunda. Virtutes humane generātur in nobis ex actibus proprijs: sed theologice a deo producuntur & infunduntur. Tertia differētia. q̄ sint ponē de virtutes humane hoc habetur per rationem naturalem: sed q̄ sint ponēde virtutes theologice solum habemus ex reuelatione sacre scripture. & per nullam rationem siue experientiam potest probari q̄ sint ponendi habitus infusi: sed solum ex auctoritate scripture & reuelantis. Vnde q̄tum ad secūdam differentiam dicit Occham in tertio q̄ virtus theologica dupliciter capitur. Vno modo specialissime pro virtute habēte deū pro obiecto & ab ipso solo deo nobis infusa. Et sic secundum ponentes spem acquisitam non esset virtus theologica. Alio mō pro virtute habente deum pro obiecto siue sit infusa a solo deo siue a nobis genita per actus nros. & sic spes/fides/& charitas acquisite sunt virtutes theologice. Alie autē virtutes que habent obiectum creatum vocantur humane. ¶ Circa hanc differentiam est difficultas. & arguitur sic. sapiētia ponitur inter virtutes humanas: puta inter habitus intellectuales: & tamen habet deum pro obiecto/quia cōsiderat primam causam: & res altissimas. ergo illa differentia posita inter illas (quia theologica habet deum / humana vero virtus habet obiectum creatū) non est bene posita. ¶ Item. spes habet quid creatum pro obiecto. ergo illa ratio distinctionis non est sufficiens ex p̄te obiecti creati & increati. Antecedens patet. spes habet beatitudinem & gratiam pro obiecto: & talia sunt creata. igitur. Quantum ad primū dicit Thomas. q̄ deus dupliciter potest ēe obiectum alicuius virtutis. Vno modo secundum aliquam rationem que nostrā naturalem cognitionem transcēdit. Alio modo deus potest esse obiectum alicuius virtutis secundum aliquam rationem que nō transcendit intellectionem nostram naturalem. Vnde notum est q̄ ex vi nostri intellectus per rationes naturales possumus deuenire in aliqualem cognitionem dei q̄ sit suprema causa & prima ceteras causas mouēs. tunc dicit Tho. q̄ ille habitus habēs deum pro obiecto qui non transcendit nostrā cognitionem nō est virtus theologica sed humana. & sic sapientia que p̄nitur a philo. intellectualis virtus considerat diuina secūdum q̄ sunt inuestigalia ratione humana. sed theologica virtus est circa ea secundum q̄ rationem humanam excedunt. vt quando deus consideratur sub ratione beatificatoris ita q̄ intellectus non potest pertingere ex ratione naturali: tunc talis habitus est theologica virtus. Sed per oppositum dicitur humana quia est de obiecto creato vel increato quod secundum rationem naturalē non excedit intelligentiam nostram. & sic sapiētia est virtus humana. & loquimur de sapientia virtute: & non de sapientia dono

Dupli deus p̄t ēe obiectum alī cuius virtutis

¶ Item cum arguitur. spes ē de obiecto creato. sāctus Tho. & sāctus Bonauē. i tertio distingūt illā. vel de obiecto creato. i. obiecto materiali: & sic p̄cedo/qa ē de beatitudine & gra. vel de obiecto creato tanq̄ de obiecto p̄cipali. i. tāq̄ de illo qd̄ est ratio mouens voluntatem ad volendum/& sic nego Vnde spes partialiter terminatur ad beatitudinem formalem/sed ad illam sub tali ratione nobis conferendam propter merita. Illd̄ est obiectū formale quare desideramus beatitudinem. vnde Tho. sic dicit / tamen sub alijs verbis puta q̄ sub alijs considerationibus spes est de beatitudine in ordine ad deū tanq̄ vltimum finem & tanq̄ conferentem

beatitudinem: & sic habet deum pro obiecto: & hoc sufficit ad virtutem theologicã. ¶Contra. latria habet deum pro obiecto. nam actus latrie est honor exhibitus deo: & cum hoc habet aliquid creatum scilicet cultum exteriorem: & propterea vocatur virtus humana. vnde actus latrie exteriores sũt genuflectiones/& signa similia exteriora in recognitionem supremi dominij. Similiter obedientia habet deum precipientem & cũ hoc illud quod precipitur quod est aliquid creatum. igitur si spes habeat deum pro obiecto & aliquid creatum: nihilominus debebit esse virtus moralis humana & nõ theologica. ¶Ad hoc dicit. s. Bonauentura dãs talem differentiam: q nunq̃ virtus theologica habet actum exteriorem pro obiecto sicut moralis virtus. Alia differentia. virtus theologica habet deum pro obiecto secundum rationem trãscendẽtem nostram cognitionem naturalem/sed humana habet quid creatum vel increatum secundum rationẽ non transcendẽtem nostram intelligentiam. Item virtus humana aliquando habet operationem exteriorẽ pro obiecto/theologica habet deum siue aliquid non operabile a nobis. Tertia differentia. virtus humana ẽ inter extremitates duas/scilicet inter superabundantiam & defectum/sed theologica nunq̃ est inter superabũdantiam & defectũ. ¶Dices. spes habet duas extremitates. s. p̃sumptionem: puta sperare beatitudinem sine meritis. & desperationem. s. desperare de dei misericordia: ideo habet superabundantiam & defectum/ergo tertia differentia est minus bene posita. ¶Respõdetur q̃ dupliciter intelligitur aliquam virtutem esse inter duo extrema. vno mõ ex parte obiecti principalis. vt temperãtia puta velle comedere & bibere secundum q̃ recta ratio dictat: est inter duo obiecta. s. velle comedere plus q̃ dictat ratio: tale est extremum vnum ratione obiecti p superabundantiam. similiter velle minus comedere & bibere q̃ recta rõ dictat: ẽ alid extremũ rõne obiecti i deficiẽdo: & sic virtus moralis hẽt extrema siue ẽ iter extrema ex pte obiecti. Alio mõ cõtingit aliquã virtutẽ eẽ inter duo extrema nõ ratione obiecti/sed propter defectum alicuius circũstãtie quam illa virtus siue potentia debet assumere in eliciẽdo suos actus. vt forte spes actus spei sperat beatitudinẽ sine meritis/talis actus ẽ vitiosus non pho q̃ nimis innititur deo/vel quia est nimis intẽsus/cum homo non possit nimis intense sperare. sed ideo ẽ vitiosus: quia omittit circunstantiam quã assumere debet in sperando. ideo hoc non est propter obiectum vel propter defectum vel propter superabũdãtiam/sed p̃pterea quia omittit circunstantiam quam debet assumere: & sic resolutorie ponuntur tres differentie inter theologicam & moralem virtutem. Prima: ratione obiecti. Secunda. ratione operationis exterioris. Tertia/vna ẽ iter extrema ratione obiecti. i. superabundãtiam & defectum/altera vero non. ¶Cõtra. ergo eadem virtus erit moralis & theologica saltem tenendo q̃ idem actus est medij & finis. vt volitio dandi elemosinam propter deum/habet pro obiecto aliquid creatũ & increatum. Dicit occham/non esse inconueniens q̃ eadem virtus secundum diuersa obiecta sit moralis & theologica. immo ipe occham habet concedere q̃ omnis actus intrisece bonus ẽ virtus moralis & theologica.

duplici ter virtus ẽ inter duo extrea.

[Virtutes theologice non distingũtur ab humanis penes obiecta/quia assensus fidei creaturam solum habet pro obiecto puta p positionem cuius nulla pars deũ representat/vt hec/antichristus erit: forte diceret q̃ assensus eius non est fides: sed solum assensus huius antichristus erit est adeo reuelata. dato q̃ hoc esset verum actus ille non haberet deum magis pro obiecto q̃ actus iste/volo dare elemosinam pauperi propter deũ. quicquid sit de hac materia videtur q̃ non sit alicuius modus dicendi nisi q̃ distingũtur sic actus theologi ab actibus humanis: quia regulariter habent deum pro obiecto materiali saltem precipui actus habent deũ pro obiecto nõ sub ratione humana sed supernaturali secus est de actibus humanis.] additio

¶De ordine virtutũ theologaliũ. Cap. II.

Queritur consequenter de ordine earũdem virtutum theologaliũ: & imprimis non loquimur de ordine perfectionis: quia notũ est in illo ordie q̃ charitas est peior. i. perfectior: & precedit fidem & spem eo q̃ ille per charitatem formantur. vt dicit. S. Tho. prima secũde. q. lxvj. arti. vj. Sed est questio de ordine generationis. vnde dupliciter intelligitur q̃ sit ordo inter virtutes. Vno modo q̃tũ ad habitus infusos. Alio modo q̃tũ ad actus earum: ita q̃ actus vnius necessario precedat actum alterius. Q̃tum ad primũ/puta de ordine inter habitus sit talis p̃positio. Nullus est ordo generationis siue productionis inter habitus infusos. Patet/isti infusi habitus simul infundũtur in baptismate. Vnde q̃cito est perfectũ baptisma in instanti terminãte prolationem verborum cũ ablutiõe infundũtur simul isti tres habitus: scilicet fides/spes/& charitas: nec vnus coagit ad productionẽ alterius: qa creãtur a solo deo. Ideo q̃tum ad generationẽ habitũ nullus est ordo iter eos. Q̃ simul infũdãtur habeã ex fide prime ad corin. xiij. tria hec maior horum est charitas: sed nõ habetur auctoritas expressa q̃ infundãtur in baptismate: sed ex multis auctoritatibus scripture hoc deduci põt: quarũ vna est. impossibile est sine fide placere deo. Alia charitas diuidit filios regni & perditionis. ¶Difficultas: an maneãt fides/& spes qñ non manet charitas. Videt q̃ sic. vt dicit p̃babilior opinio secũda secunde. q. xliiij. arti. iiij. ad primum. Aliquãdo manet charitas: qñ nõ manent fides & spes: vt in beatitudine. sed difficultas est modo. vtrum aliqñ infundãtur fides & spes qñ non infunditur charitas. & vtrum aliquãdo infundatur charitas: qñ non infundũtur fides & spes. ¶Quantum ad primũ/videtur q̃ sic. Nã baptisatus ponens obicẽ per mortale/vt per luxuriã vel auariciã: in illo nõ infunditur charitas: & tamen infundũtur fides & spes. quod probatur: quia est fidelis: & non ponit obicem p infidelitatem: & est baptisatus. Ideo est fidelis: & per consequens habuit fidẽ infusam. insuper auaricia/vel luxuria non est demerit orium fidei vel spei. igitur nõ est obex. ergo infunditur fides & spes non ifusa charitate. De secũdo q̃ possit infundi charitas de lege clarum est. quod sic probatur. paruulus baptisatus in instãti terminante prolationẽ verborũ sacramẽti baptismi moriat̃ tũc huic aie infundit̃ charitas: qa est saluata & nõ ifundunt̃ fides vel spes: qa in hoc istã ti prio est in charitate: & non rea alicuius pene soluende in purgatorio: qa nõ peccauit: ergo est saluata. vnde fides & spes euacuantur in patria: & per consequens infunditur charitas sine fide & spe. ¶Quantum ad primũ/aliqui dicunt in tali infunditur fides & spes: quia talis est fidelis. ergo habet fidem. Opinio tamen opposita videtur probabilior quam insequitur Sanctus Tomas/q̃ nunq̃ infunduntur fides/& spes/de nouo quin infundatur charitas: bene tũ cõseruãtur sine charitate. Probat̃. deus non dat homini sibi ingrato dona tam excellentissima sicut sunt fides/& spes infuse. Contra/talis est fidelis. distinguo vel ab habitu fidei infuse: & sic nego. vel fidelis. i. hñs caracterẽ fidelium. vel potest esse fidelis ab habitu fidei acquisite: & sic conceditur. Ad aliud/fides & spes non perdũtur per mortale. ergo non ponit obicem infusioni: nego cõsequẽtiam. Nã vnũquodq̃ mortale est sufficiens ponere obicem infusioni/sed vt perdantur fides & spes sola ifidelitas & desperatio sufficit. Q̃rum ad secundum in casu infundit̃ur parulo charitas quãdo non infundũtur fides & spes. dico quia iam in illo instãti est extra statum vie/oportet cõfiteri q̃ infunditur charitas sine fide & spe & nunq̃ in alio casu. Resolutio ergo est q̃ nõ est ordo necessario requisitus q̃tum ad habitus infusos de communi lege: quia simul infundũtur. ¶Sed queritur/an sit aliquis ordo quãtum ad exercitium actuum: ita q̃ necessario actus vnius presupponat actum alterius vt vtrum actus spei presupponat actum

Propositio.

quõ charitas actus aliarũ virtutum imperat.

Resolutio.

fidei & actus charitatis actum fidei & spei. Et apparet ꝙ sic: quia oportet primo credere ꝙsperare & amare. ¶Quantū ad hoc dico primo/ad actus spei & charitatis requiritur actus fidei natura previus vel tēpore vt eliciatur actus de cōmuni lege. Patet/non potest haberi actus spei & charitatis ꝙn habeatur in itellectu aliqd iudicium practicū certum & ineuidēs: ergo presupponitur actus fidei in intellectu. ꝓña est certa: quia oē iudicium certū ineuidens est actus fidei. antecedens patet/ad oēm actum virtutis regitur iudicium practicum previum: & de cōmuni lege nō potest haberi iudiciū euidēs de deo sperando vel amando: sed solum ineuidens. ideo vt habeatur actus spei requirit hoc iudicium. ꝙ beatitudo est nobis possibilis a deo ex meritis. preter hoc requiritur iudicium practicum ꝙ sperādum est in deū & istud iudicium est actus fidei. ergo ad actum spei regritur actus fidei. Similiter ad actum charitatis quo diligo deum sup omnia regritur actus fidei. oportet enī credere deum esse summe bonum &c. ¶Vtrū previus sit natura actus spei ad actū charitatis. auctoritas glo. sup math. ꝙsic. ¶Contra/fides sine charitate nō placet deo/nec ꝫ spes ergo charitas ꝗtum ad actū est magis ꝓuia. ¶Pro isto est notandum ꝙ in nobis est duplex amor. Quidā cōcupiscentie: qui est imperfectus: & nihil aliud ē ꝗ amor quo amorem non vt velim in ea aliqd esse bonū: sed volo bonum qd ipsa habet in esse mihi vel alteri/vt sortes vult vinū: nō quia vult dulcedinem in esse vino sed in esse sibi & eā percipere/talis amor vocatur concupiscentie. Alius est amor amicitie quo volo bonitatē in esse rei siue inde aliquid accidat mihi siue non. & iste amor amicitie ꝓprie est charitatiuus: & amor cōcupiscentie si sit adequate concupiscentie presupponit amorem amicitie. Exemplū de amore amicitie/vt sortes vult platonē esse virtuosum vel habere diuitias: est amor amicitie platonis. Vnde cōsequenter dicit sanctus Thomas/ex hoc ꝙ deus promisit nobis bona: & speramus habere illa mediāte suo auxilio diligimus illū ita pari forma ex hoc ꝙ speramus nos consequi beatitudinē nobis a deo promissam incitamur ad diligēdū deū: ergo actus spei: puta desiderium est prius: & itroducit actū charitatis sicut timor itroducit charitatem. ¶Contra/actus spei est desideriū quo desideramus deum nobis/vel passio causata ex illo desiderio. vel tale desiderium quo desidero causat ex amore dei: vel ex amore mei. Si primum: ergo actus charitatis est previus ad actum spei. Si secūdum: ergo iste actus videtur esse malus: quia amo deum ꝓpter me: ergo implicat cōtradictionem actū spei infuse esse previum natura vel tempore ad actum charitatis. & hoc est fortissimū argumentum contra hanc opinionem. Dico ad argumentū: ꝙ actus spei est prior ad minus natura ad actum charitatis. & cū arguitur: vel talis actus sperandi siue spes causatur ex amore mei: & talis actus est malus: quia nō est relatus in finem. Dicit Gabriel in tertio ꝙ oportet fateri ꝙ primus actus spei nō est virtuosus: sed actus indifferens tenendo ꝙ primum actū spei non precedit actus charitatis/oportet concedere ꝙ talis actus est indifferens: quia deest ei circūstantia requisita secundum eos ad bonum actum moralem/puta relatio in finem vltimum. ¶Contra/est vsus dei: ergo est malus/& non indifferens. negatur antecedens. ad probationem assumo deum propter me. Distinguo: vel propter me tanq̄ amatum vt summum bonum. & sic negatur. & hoc regritur ad vsū dei. ideo ꝗs ego amem deū mihi siue propter me: non tanq̄ propter finem vltimum non est vsus dei. Videtur mihi ꝙ nō est necessarium ꝙ primum actum charitatis precedat actus spei. Nā possum elicere primam volitionem qua volo deum eē summum bonum: & consequenter ex illo actu possum diligere me: & consequenter optare beatitudinem a deo: stat ergo ꝙ primus actus charitatis precedat/ideo non est necessarium ꝙ actus spei de necessitate precedat actum charitatis.

duplex amor.

¶De pria virtute theolo. s. de fide. Ca. III.

Duplex ē fides.

Prima ppō.

Secūda ppō.

Vltimum est de distinctione theologicarum virtutū a moralibus: & de ordine earūdem adinuicem. Consequenter videndū est de prima/puta de fide que secūdū opinionē antiquorum ꝗtum ad actum suū precedit spē & charitatē. Et primo ꝗtū ad generalia que ꝓcernunt illā. Queritur vtrū sit tm̄ vnica fides in vno intellectu. Pro hoc notandū ꝙ duplex est fides. ꝗdā infusa: alia acqsita. Infusa est ille habitus qui a solo deo ꝓducitur in potētia nostra in baptismate/saltē in non ponente obicem. Acqsita vero est habitus causatus ex multis actibus fidei. Tunc ponitur pria ꝓpositio cōis & clara apud modernos. Nō est vnica fides acqsita in numero nec in specie: sed tot diuerse quot sūt diuersi articuli. Exemplū. capio sortē habituatū in credendo duos articulos ꝓ frequētationē actuum circa illos/incipiat errare circa vnū & nō circa alterū: tūc ꝓ frequētationem illius erroris corrumpetur fides illius articuli acqsita & nō corrūpetur fides acqsita alterius articuli qd patet experientia: ga ipse sortes erit promptus ad assētiēdū alteri articulo sicut prius: & nō est adeo prōptus ad assētiēdū alteri sicut prius ꝙa habet errorē inclinātē ad oppositū. ergo vnus hitus manet altero nō manente. ergo distinguūtur illi duo ꝓ regulā communē. igit ꝓpositū: videlicet ꝙ nō est i vno intellectu vnus habitus acqsitus in nūero. Qz autē differāt specie. Paret. Occā in tertio quoli. q. vij. & in tertio sentētiarū questione. viij. ait: error vnius articuli stat cū fide acquisita alterius: & nō stat cū fide acqsita respectu eiusdē articuli: nec cū aliqua eiusdem rōnis. ergo nō solum illi habitus fidei differūt nūero sed etiā specie. Preterea habitus qui primo ꝓtrariātur ꝓtrariis distinctis specie differūt specie. sed due fides acquisite duorū articulorū fidei ꝓtrariātur prio duobus erroribus distinctis specie. vide Occhā ibidem si vis. ista ratio non est efficax: quia per idem ꝓbarē ꝙ amor sortis & amor platonis differūt specie. Vnde in istis intētiōibus nō infertur ꝓtradictio specifica aliquorum per hoc ꝙ vnū repugnat alteri &c. Dices conformiter ad opinionē antiquorū & precipue Thome nō ponētis nisi vnū habitum logicalē respectu oīm ꝓclusionū logicalium. Arguitur sic. ꝗs actus credēdi sint respectu diuersorū articulorū materialiū tm̄ sunt respectu vnius & eiusdē obiecti formalis: puta respectu istius. oīne reuelatū a deo est verum ꝗa reuelatum. Nā si credere alicui articulo per aliquā rōnem topicā & nō sub ista ratione/ꝗa reuelatum a deo: talis assensus nō esset fides/sed assensus topicus precise. Tunc ad rē/oēs habitus fidei acquisiti licet habeant diuersa obiecta materialia. i. diuersos articulos: hñt tm̄ vnū formale & idē puta omne reuelatū a deo est verū & penes obiectū formale attenditur diuersitas specifica habituū & nō penes obiecta materialia. Nego illā ꝓpositionē. imo dico ꝙ diuersorum articulorū diuersi sunt assensus specifici ꝗs illis assentiatur per idem motiuum/puta quia reuelata a prima veritate. Secūda ꝓpositio de fide infusa. In eodē homine est vnica fides infusa. ista ꝓpositio non pōt ꝓbari nec per experientiā nec rōnem: sed solum per auctoritatē. Vñ ad Ephesios. iiij. vnus deus/vnica fides/vnū baptisma. Vñ dupliciter intelligitur ꝙ sit vnica fides infusa respectu omnū articulorū. Vno modo ꝙ sit vnius articuli imediate & mediate sit ceterorum articulorum inquantū articulus primus est quoddā principiū partialiter illatiuū ceterorū singulorū articulorū. hoc ē ꝙ fides infusa inclinat imediate ad assensum huius omne reuelatū a deo est verum sēdm qd est reuelatū. ita ꝙ habitus fidei infusus est imediate ꝓductiuus assētus illius. & mediāte illo iferunt oēs alij articuli vt antixp̄m fore est reuelatū/diē iudicij fore ē reuelatū. ergo antixp̄s erit/dies iudicij erit. & sic assensus illius vniuersalis articuli causat assensū ceterorū articulorū saltē partialr: & sic habitus fidei infusus inclinat imediate ad assētū illius vniuersalis articuli & mediate ad assensum ceterorū: & sic hitus fidei infusus est solū

imediate vnius articuli & mediate est cetero
rū/vt dictū est: sicut hitus principiorū imediate inclinat ad assensū pricipiorū & mediate ad assensum pclusionis/ita ꝙ nunq̄ cābit imediate assēsum circa pclusionē. Huic cōformat se. s. Tho. scda scde. q. vj. Cōtra predicta arguitur sic. si habitus fidei infusus solum imediate ꝓcurreret ad illū articulū vniuersalem & mediate ad alios: sequeretur ꝙ inclinaret ad assentiendū falso. qđ patet: credat aliquis/a/ppositionē eē reuelatā que tñ non est reuelata/assensus/a/partialiter causatur mediate ab habitu huius. omne reuelatum a deo est verū. Ná talis assensus i forte causatur ex assensibus istarū duarū ppositionū omne reuelatū a deo est verū/a/est reuelatū. igitur/& per ꝑns videtur ꝙ habitus infusus fidei eque inclinat ad assentiēdum falso sicut vero. Dico ꝙ oportet de necessitate fateri scdm illam opinionē ꝙ habitus fidei inclinat mediate ad assentiendū falso. nam inclinat imediate ad assentiendū vero: & ille assēsus est imediate causa saltē partialis alicuius falsi/sicut de intētione dictū est ꝙ est causa ptialis electionis vitiose inclinat mediate ad electionem vitiosam. Similiter oportet concedere ꝙ habitus veridicus infusus mediate & partialiter inclinabit ad assentiendum falso. [Ad hoc argumentū tenendo opinionē Occhā/aliqui respondēt ꝙ illo casu admisso adhuc non sequeretur ꝙ fides infusa inclinaret ad falsum/quia spiritussanctus qui est principale agēs nō coageret quod nececessario requitur/ sed hec solutio est parui mouēti.] ¶Alius ē modus dicendi q̄tum ad hoc ꝙ fides infusa est eque imediate oim credibilium: ita ꝙ nō inclinat solum imediate ad assensum huius vniuersalis articuli. omne reuelatū a deo est verū: quia reuelatum est. & mediate ad assensum aliorū credibiliū particulariū sed eq̄ imediate ad assensū oim/quēadmodū in agētibus ponit vna vniuersalis causa q̄ ꝓcurrit ad diuersos effectus in spē cum causis partialibus vt sol cum calore calorē/cū frigore frigus pducit. Similiter habitus vnicus infusus respectu credibilium particulariū omnium se habet per modum cause vniuersalis: & habitus acquisiti respectu illorū particulariū se habent per modū causarū particularium ita ꝙ habitus infusus cū altero habitu alterius articuli particularis causat imediate assensum illius articuli particularis. Et ista est opinio ꝓbabilior ꝙ habitus ille vnicus infusus se habet per modū cause vniuersalis & imediate cōcurrit cū diuersis causis partialibus ad pducēdū assensum circa diuersos articulos particulares. Difficultas apud Occham: an iste habitus concurrere possit sine fide acqsita: vel de necessitate exigat ad sui concursum habitū acquisitū. Dicit Occhā ꝙ non potest cōcurrere ad assensum particularis articuli sine habitu acquisito. Patet de paruulo baptisato: & nutritio inter infideles vel solitarie. nullo modo assētiret isti articulo/deus est trinus & vnus sine particulari habitu acqsito. ergo talis habitus infusus non sufficit sine acquisito ad exeundū in actus particulariū articulorum. Sed ista opinio nō videtur vera. Nam anteq̄ sit habitus acquisitus oportet ꝙ precedant actus etiam fidei & certi/quia ille habitus causat ex actibus similibus. & anteq̄ habitus sint acquisiti precedūt actus: & ad illos ꝓcurrit habitus fidei infusus anteq̄ producatur habitus fidei acqsitus. Dicitur ꝙ reqrit aliqd aliud concausans. vnde nunq̄ concurrit habitus infusus qn ꝓcurrāt secū cause particulares: vbi nō est in potestate ex infuso habitu exirei aliquē actū quin habeamus causas mediātibus quibus possumus sine habitu infuso exire in similē actum. Cum pducitur primus actus fidei oportet de necessitate habere motiuum cum imperio volūtatis: que duo secluso habitu infuso producerēt actū fidei: tali enim motiuo cum imperio volūtatis causatur actus fidei: & postq̄ ex talibus actibus sic productis frequēter/genitus est habitus/possumus vti illis habitibus cum imperio voluntatis ad eliciendum actus similes: & cū illis tunc ꝓcutrit habitus infusus. Ná qñcūq; est causa particularis sufficiēs vt

addítio

Hitus ifusus ꝓ cursū aliarū cārū requirit ad agēdum

exeamus in actū credendi: si causa vniuersalis iūgatur cōcurrit partialiter cū illa causa particulari. Ideo cum ille habitus ifusus secundū secundā opinionem ꝓcurrat imediate ad omnes articulos particulares poterit cum causa particulari ꝓcurrere ad assentiendum illis. Cōtra/successiue duo ptradictoria possunt eē articuli fidei: vt Christus nō moriet: est articulus fidei: & suū ptradictorium/puta Christus morietur: fuit articulus fidei. ergo habitus fidei infusus nō pōt imediate ꝓcurrere ad articulos particulares. Patet/quia vna & eadē causa naturalis nō potest imediate agere effectus ptrarios. distinguo/vel eadē causa naturalis particularis/& sic verū est. vel causa vniuersalis naturalis cum diuersis causis particularibus: & sic negatur. Nam celū naturaliter ꝓcausat calorem & frigus cū diuersis causis particularibus. ita similiter hic dicēdū est. Cōtra/habitus naturaliter ꝓcurrēs ad vnū actū semp natus est ꝓcurrere ad eundē: sed iste assensus q iam est fidei tñ cōtingentis hoc est respectu obiecti ptingētis: vt antixps erit/pōt eē falsus: & tūc habitus fidei ꝓcurreret ad illum: vel negādum est ꝙ habitus fidei imediate cōcurrat ad articulos particulares. hoc est ad assensus articulorū ptingentiū. Et ad argumentū cū arguit/vna cā q̄ sufficit ꝓcurrere ad vnū effectū semp nata est cōcurrere imediate ad illū vel similem. negat hoc vniuersaliter. Ná p hoc ꝓbares ꝙ charitas ꝓcurreret ad pātm/vñ qñ illa causa est instrumētū motionis spūssancti non oportet si ꝓcurrat imediate ad vnū effectum ꝙ semp ꝓcurrat.

Resolutio.

Resolutorie habetur ꝙ habitus infusus imediate cōcurrit ad oēs assensus particularium articulorum. Scdo nunq̄ ꝓcurrit ad illos assensus nisi cū causa particulari vel causis particularibus sufficiētibus per se & sine tali habitu infuso pducere illum assensum. aliquando illa causa particularis non est fides acquisita: sed aliqñ est aliqđ motiuū. & non est inconueniens ꝙ successiue concurrat ad diuersos effectus siue assensus.

addítio

[Per hoc soluunt multa in hac materia/sic

potest dici ꝙ caritas nō ꝓcurrit secūdum extremū sue potentie ad pducendum actū bonum: sed secundū motionē spiritussācti vel motionē conatus voluntatis: sed nō potest sic dici de habitu acquisito vt videtur: & p consequēs nō potest aliqs euadere quin res permanens habeat vltimū instans non esse licet hoc non possit efficaciter ꝓbari de vltimo instanti esse rei rōne habitus acqsiti.]

¶De causa actus fidei. Ca. iiij.

Illum est in vltia opinione ꝙ q̄uis sint multi articuli diuersi: tñ vnica est fides infusa/restant nūc aliqua alia cōmunia de fide tractare: puta de causatione actus fidei q̄rū ad eius substantiam: & de tali actu secūdum veritatem vel falsitatē. & vltimo de corruptiōe illius habitus ifusi. Q̄tum ad cātionē actus fidei supponitur primo ꝙ actus fidei est assensus certus alicuius reuelati ineuidēs. Vnde differētia est inter assensum fidei & opinionis. quia assensus fidei est certus: alius vero incertus seu opinatiuus & formidolosus. Similiter differentia est inter assensum sciētificum & fidem: quia iste est sine euidentia/alter autem euidens. Vnde difficultas est inter doctores/quomodo causatur talis assensus fidei: an solū per rōnem/an solum per impiū voluntatis cū habitu fidei infuse/vel an requiratur vtrūq; puta tā ratio q̄ impiū volūtatis. Circa hāc difficultatē tres sunt opiniones: due extreme: & vna media. aliq vt Occham ponūt voluntatē posse se sola omnē fidē producere. Alij vt Holcot putāt fidē solum posse pduci a medio captiuāte intellectum: hoc est/ꝙ ois assēsus fidei causatur ex ratione necessitante & naturaliter pducēte illū assensum. Alia est opinio media quā puto verā quā tenet de Aliaco & de Oyta in plogo ponēs tria/& loquor semp de prio assensu fidei. Primū est/primus assensus fidei non causatur ex sola ratione: ita ꝙ sola ratio non sufficit ad illum producendum. Secundum dictum/imperium voluntatis cum apprehensione obiecti credibilis non sufficit causare illum assensum fidei.

Quid actus fidei.

Tertium est. ratio vel apparentia probabilis: & istud imperiū simul iuncta sufficiunt causare illum assēsum fidei. Pro declaratione notandū secūdum Occhā: vt ipse dicit/ non potest imaginari ꝙ aliqs assēsus naturaliter causet quicūq; sit ille nisi altero istorum quattuor modorū. Nam vel causatur ex qualicunq; terminorū tam intuitiua q̄ abstractiua noticia: & isto mō causatur assēsus ꝓpositionū per se notarū: vel causatur ex sola noticia intuitiua tantū: & sic causatur assēsus ꝓpositionū ptingētiū euidētiū: vel causatur ex aliquo assensu priorū ꝓpōnum applicatarū in bona ꝓña ad assensum alterius causandū/ & isto mō causatur assensus conclusionū scibiliū ꝓbabiliū euidentiū. vel quarto causatur p imperiū voluntatis si ponatur aliqd tale. hoc supposito ꝓbat ꝙ nichil pure naturale est sufficiēs ad cāndā fidē Patet: si illud sufficit/ vel illd pure naturale ē noticia cuiuscūq; terminorū: vel intuitiua solū vel assēsus alicuius applicati ad ꝓpōnē creditā. non potest imaginari ꝙ aliqs assensus pure naturaliter causetur nisi altero istorum trium modorum. Nā si assensus fidei causetur pure naturaliter vt ly naturaliter distinguatur cōtra libere/ vel causatur primo modo. & hoc non: quia tunc esset ꝓpositio per se nota: & sic assensus esset euidens. vel secūdo modo/ puta ex intuitiua solum & sic iterum esset euidens: quia natus causari mediate vel imediate ex sola terminorum complexa noticia. vt dicit Occham in ploго. Si dicas tertium: puta ꝙ causatur ex assēsibus prioribus naturaliter: tunc vel illi assensus sunt euidentes: vel assensus fidei/ vel opinatiui. Si primū: ergo causabunt euidētem assensum. Si opinatiui: ergo causabūt opinionem: & non assensum certum. si sint assensus fidei. iā quero vt prius: vel isti priores causant ex sola noticia. & sic necessario oportet deuenire etiā ad assensum fidei qui nō causat ex causis pure naturalibus. Non pōt defensari ꝙ assensus fidei causet ex causis necessitātibus intellectum naturaliter.

addicio [Hoc non oportet q̄cquid dicat Occhā & ratio est/ quia prius assensus opinatiuus ex sola apprehēsione terminorū causat: vel ꝓcedendū esset in infinitū in causatiuis taliū: ergo eodem modo pōt dici de primo assensu fidei. & ita videtur dicendū cōsequenter ad Grego. alias oporteret cōcedere primū assensum fidei esse malū/ quod nō est dicendū. Sed forte dices: oporteret ꝙ dicat primū actum spei malū. ergo eodē modo nō incōuenit de alio. hoc nego: qa non oportet ꝙ actus spei ꝓcedat actum caritatis vel habitū secus est de primo actu fidei: & ita mihi videtur pro nunc dicendū.] ¶Secundū dictū eorum videtur oppositū dictis Occhā. Nō potest causari per solum imperiū voluntatis cū apprehēsione credibiliū: que vocatur cogitatio sola. Patet per Aristotelē nō possumus opinari cum volumus. ergo nō possumus credere cū volumus. Patet/ volūtas non potest imperare intellectui: vt opinet ad nutū sine motiuo: ergo nō potest imperare ei ꝙ credat sine motiuo. Patet añs secūdo de anima. imaginari aūt possumus cum volumus: opinari autē minime. Et confirmatur/ quia ad oppositū ꝓpositionis sequitur ꝙ voluntas potest facere intellectū assētire cuicunq; ꝓpositioni sine motiuo. & sic potest facere assentire intellectū propositioni neutre/ puta huic: astra sunt paria. cōsequens est contra experientiā. ergo nō est in potestate voluntatis per solū imperium cū apprehēsione simplici: ꝙ causetur assensus fidei. Patet/ secluso impio talis propositio esset neutra: & nō pōt facere volūtas ꝙ assētiat ꝓpositioni neutre sine motiuo. vt dictū est. alias voluntas posset facere de qualibet ꝓpositione ꝙ nō esset dubia. ideo si voluntas per solū imperiū nō pōt causare opinionem: ergo nec; fidē: quia qui nō pōt in minus non pōt in maius. Alij de opinione opposita dicerēt. ꝙ ista ꝓña nō valet/ non pōt in minus: ergo nō pōt in maius. similr non sequitur: impiū volūtatis nō pōt cāre opinionē: ergo nec; fidē qd maius est. Tertia ꝓpō. Rō ꝓbabilis q̄ se sola cāret opinionē supponiēte ipio volūtatis cū tali impio ē sufficiēs

ad causandū assensum fidei. Patet/ assensus fidei est quodāmō causabilis: & nō potest naturaliter ex sola rōne: nec ex imperio volūtatis solo cāri: & nō apparet ex qbuscūq; alijs causetur: ergo illa duo simul iūcta requruntur/ puta ratio ꝓbabilis siue thopica cū imperio volūtatis. Nam cū adducit apparentia que se sola causaret opinionē si superueniat iperio volūtatis affectio ab illis duobus quorū neuter seorsū sufficeret/ causatur talis assensus fidei. Segtur ex dictis ꝙ illa opinio est falsa q̄ dicit ꝙ cū habitu infuso fidei & cū solo imperio voluntatis pōt quis exire in actum fidei/ qd patet de paruulo baptisato &c. ergo semp ad primū assēsum fidei requritur aliqua suasio siue motiuum.

¶Dictum est resolutorie ꝙ ad primū assensum fidei nō sufficit ratio topica siue ratio sola: nec sufficit solū voluntatis iperiū: sed ambo simul requirūtur: tunc inferūtur aliq̄ correlaria. Primū ꝙ adducta rōne apparentiore/ & supposito iperio volūtatis est maior assensus fidei: non tū magis meritorius nec magis bonus. Patet: vna causa partialis illius effectus augetur: & altera nō diminuitur: ergo totū aggregatū ex oibus illis causis augetur. ergo est maior assensus. Q. aūt nō sit magis meritorius. Patet: ille assensus non est bonus nec meritorius nisi extrinsece scilicet a volitione intrinseca imperantis sed illa volitio manet eadē. igit. [Videtur

addicio eodēmō dicendū ꝙ si eēnt duo quorūvnus esset in caritate vt octo: & alter i caritate vt iiij. & conarētur eq̄liter ad actū ꝓducēdū eq̄liter mererētur: quia gratia agit vt causa naturalis sicut ratio topica: ergo nō erit actus eius magis meritorius. & sic est dicendū secundum Dyonisium licet teneas posteaoppositū ꝓtra dyonisiū: tū ratio est apparēs.]

¶Secūdum correlariū. Segtur ꝙ si duo sint equaliter assentiētes vni ꝓpositioni de fide: & vnus habeat rōnē minus apparentē q̄ alter: assensus eius de necessitate est melior q̄ assēsus alterius. Patet: bū sequit: iste eq̄liter assentit & habet rōnē minus apparētē: ergo habet maius impium/ & ex maiori conatu impat. ergo illud impium ē melius: ergo actus imperatus erit melior. Tertium correlarium: quis simpliciter & absolute ratio topica possit cōcurrere ad assensum fidei sine imperio voluntatis & econtra: hoc tamen non potest fieri naturaliter. Patet: qñcunq; sunt due cause distincte: deus pōt supplere causalitatem vnius & nō alterius. & hoc in causis efficientibus: ergo cū ista ratio & imperium cōcurrant ad effectū producēdum: deus poterit supplere causalitatē ipsius rōnis/ & nō causalitatē imperij & econtra. Iam cum auxilio speciali & cū solo imperio causatur assensus fidei: hoc tamen nō potest fieri si causaret naturaliter. vnde ponūtur aliq̄ conclusiones. ¶Prima/ intellectus non est sufficiens per se ad assensum fidei causandū nec; cum habitu infuso. Pria ꝓpositio

¶Secūda. Ratio se sola non sufficit causare actum fidei primū. Scda ꝓpositio

Difficultas cōmunis. illa ratio nullomodo concurrit ad assensum fidei. Patet. naturaliter producit assensum cōtrarium puta opinatiuum qui cōtrariatur assensui fidei cū sit causa naturalis: ergo est determiata ad vnū effectū: ergo solū producit opinionē & nō fidem. Dico ꝙ vna causa naturalis pōt cōcurrere ad vnum effectum & cum alia causa particulari potest concurrere ad alterū effectum. Patet/ assensus maioris euidēs/ & minoris concurrūt ad scientiam. & idem assensus maioris partialiter cum assensu opinatiuo concurrūt ad opinionem. Ideo assensus euidens maioris cum diuersis assensibus minoris concurrit ad diuersos assēsus. Cōtra/ causa pure naturalis totalis nunq̄ cū aliquo adiutorio posset ꝓducere frigus: Sed rō topica est causa naturalis assensus conclusiōis opinatiui: ergo talis causa cum quocūq; adiutorio nunq̄ potest producere alium effectum q̄ opinatiuum. Dico ꝙ ista maior est falsa: & debet illam negare Occham qui dicit ꝙ noticia intuitiua sortis conseruata a deo est cā totalis & naturalis ꝓducere potēs assensū huius sortes non est sorte non existente/ & cum alia causa: puta cum sorte existente concurrit ad effectum contrarium:

puta ad assensum huius sortes est. ergo habet ipse negare hanc propositionem vniuersalem ꝙ ꝯtumcunq; est aliqua causa pure naturalis & totalis non potest in contrariū cū adiuctorio. pariter quis ratio topica sit causa naturalis assēsus opinatiui tñ cū adiuctorio pducit ꝓtrariū Cōtra ergo naturaliter cō currit & de per se ad destructionem sui effectus naturalis. Patet. Nam causa producens aliqd de p se: etiā de per se cōcurrit ad corruptionē contrarij effectus preexistentis. Dico ꝙ est concedēdum sicut est causa de per se partialis pductionis alicuius ita est causa de per se corruptionis sui contrarij. Ideo si talis ratio se sola naturaliter pducēs opinionem ꝯclusionis de per se producat tanq; partialis causa corrumpet suum effectum quē prius pduxit: & sic pduxit corruptiuum sui per se effectus. Et ꝙ nō ita cō cedamus de frigiditate vel caliditate est: quia non est ratio aliqua quare ita debeamus cō cedere de qualitate corporali. Alia difficultas p̄cipua in hac materia: sequeretur ex ista opinione ꝙ quicūq; haberet assensum opinatiuum ancedētis alicuius ꝯsequentie quē scit esse bonam haberet in eius potestate assentire firmiter & certitudinaliter ꝯsequēti: sed hoc est falsum. Probatur/capio duas ꝓpositiones. a. & .b. q mutuo sequūtur ad se inuicem in bona ꝯsequētia: vt iste. luna est eclypsabilis. & inter solem & lunam potest poni corpus opacū/quarū quelibet ī bona consequētia infert reliquā vt notū est/cū cōuertātur inter se/& volo ꝙ vtraq; nūc sit mihi neutra. & ꝙ imediate post hoc assentiā opinatiue. a. quo facto eēt in mea potestate assentire firmiter. b. & nō assentire/quoniā formata est illa: ꝯsequentia ꝓstat michi ꝙ sit bona. & antecedēs est ratio ꝓbabilis. igitur posito imperio voluntatis sequitur assēsus firmus. sit igitur ita ꝙ ego assentio firmiter b. tunc sic: ego scio ꝙ .a. est ꝯsequēs ad .b. & b. est certum. igitur. a. est certum. igitur vel ille due certitudines mutuo se causant: vel a solo imperio voluntatis causantur: sed vtrū q; est incōueniens. Primum quidē qa sic effectus causaret suam causam. Et secūdo: solū imperiū voluntatis sine motiuo sufficeret causare assensum firmum. prima ꝓa est nota/quoniā certitudo nō potest causare nisi certitudinem. si igitur/a/est certū/ & est anteced̄s inferens/b/igitur/b/est certū. & secunda consequentia ꝓbatur quo ad primū illatū: quia ꝙro a quo causatur certitudo/a. Si dicas ꝙ a certitudine/b/& certitudo/b/ causata est per casum a certitudine/a/& sequitur illatū ꝙ effectus causaret suam causam. Si dicas ꝙ ab opinione/b/causatur certitudo/a. Cōtra/in omni philosophia qñcūq; aliquid agit effectiue oportet ꝙ illd̄ fiat. sed opinio/b/tunc non est. igit nō causat certitudinem/a. Et ꝙ opinio/b/tunc nō sit patet: quia in primo instanti in quo/a/est certum/b/est certum: oportet igitur ꝙ dicatur secūda pars illati scilicet ꝙ certitudo/a/causatur a solo imperio voluntatis. Respondetur ꝙ oportet de necessitate fateri illatū sci/ licet ꝙ in eius potestate est assentire certitudinaliter conclusioni vel non assentire. Et ad argumentū in illo casu negatur ꝙ / a/ sit certum: nisi habeatur imperiū volūtatis ad a/cum aliqua alia rō ne motiua ad/a. Et ad probationem/b/est certū: & certū est ꝙ ex b/sequitur/a/igitur/a/est certū. negat̄ consequentia: sed bene oportet concedere ꝙ incipit corrumpi opinio ipsius illo tunc hoc est ꝙ/b/incipit iam corrūpere assensum opinatiuum de/a/quia certitudo/b/cū certitudine consequētie naturaliter sunt pductiue assensus certi de/a/& inueniūt ꝓtrariū/ideo nunq; introducet assensus firmus de/a/quo usq; sit assēsus opiatiuus totaliter corruptus. & oportet ꝓcedere ꝙ effectus incipit corrūpere suā cām partialē & tādē pducit oppositūue cause efficiētis. Et ꝙ illa ꝓa non valet/b/ē certū: & certū est ꝙ ad/b/ sequitur/a/ igit/a/est certū. rō est: qa in intellectu est aliqd repugnās certitudini/a. iō nō cātur certitudo/a/& oportet addere: & in itellectu nihil est incō possibile certitudini/a/igit̄/a est certū. Sed dices: ꝓtra. igit aliqd pduceret p se & naturaliter corruptiuū sui & in ꝓpos

sibile sibi: & sic idē corrūperet seipsum. patet de assensu opinatiuo a. causante certitudinem de b. incompossibilem sibi & corruptiuam ipsius opinionis a. vt patet in casu. Concedenda sunt illata. ecce fortissimum & bonum argumentum in hac materia. [Reuera hoc argumentum est subtile & ex consequenti videtur concedēdum ꝙ nullus effectus potest corrumpi totus simul ab aliq; causa naturali/& sic stat assētire premissis & bonitati consequentie & non conclusioni: & hoc ideo quia quelibet res diligit se permanere in esse.]

addītio

¶De perditione habitus fidei. Cap. v.

Onsequenter videndum est quomodo habitus fidei perditur: & possumus loqui de habitu acquisito & talis vt satis dictum est in materia habituum corrumpitur per actus cōtrarios illis ex quibus genitus ē. sed loquemur hic precise de infuso. & sit propositio pria.

Prima ꝓpō.

Habitus infusus non perditur p quodlibet mortale. patet. oppositio dato ꝯsequetur quē libet exñtē in mortali esse infidelem. consequentia probatur: homo nō dicitur infidelis a carentia habituum fidei acquisitorum vt dicunt doc. alias paruulus baptizatus esset infidelis: quia non habet nisi habitum infusum. Similiter ille qui ē multum habituatus circa omnes articulos fidei per primum peccatum hereſis efficeretur infidelis: & tamē habet adhuc omnes habitus acquisitos: quia non perduntur per vnicum actum. ergo. Preterea non dicitur infidelis a carētia actus fidei: quia alias existens in gratia dum dormit eēt infidelis. ergo oportet de necessitate dicere ꝙ precise dicitur infidelis: quia caret habitu fidei infuse. igitur omnis ī peccato existens esset infidelis si perderet fidē. quod falsum est cum sit christianus.

Secūda ꝓpō.

¶Secū da propositio. Fides infusa non perditur p quēlibet actum contrarium actui ad quem inclinat. & hoc supponendo ꝙ inclinet immediate ad omnes articulos. patet. non pditur per euidētiam. alias paulus in raptu habens euidentiam multorum credibiliū (qa vidit arcana que non licet homini loqui) p didisset fidem infusam. nam euidentia circa articulum opponitur actui fidei circa illum articulum. Similiter patet de multis qui in tuitiue viderūt humanitatem christi/habuerunt euidentiam aliquorum articulorum: & tamen erant fideles: sed euidētia est actus oppositus actui fidei eiusdem. igitur. Preterea est aliquis error oppositus fidei inuincibilis. talis error non est peccatum. Igitur per ipsum non perditur fides. & tamen opponitur assensui ad quem inclinat immediate fides infusa. ergo secunda propositio satis probata relinquitur.

Tertia ꝓpō.

¶Tertia propositio. Fides infusa non perditur solum p peccatum hereſis. patet. ille qui est infidelis sine pertinacia est infidelis sicut dictum est: quia per illud mortale infidelitatis perdit infusā & tamen non est hereticus: quia in peccato hereſis requiritur pertinacia. & ꝙ perdat fidem: patet. quia alias ip sa staret cum dissensu cuiuslibet articuli non pertinaci.

Quarta ꝓpō.

¶Quarta propositio. potest perdi fides infusa sine quocūq; assensu infidelitatis. patet. qui dubitat in fide infidelis est per beatum Augustinum. igitur dubitatio in fide sufficit ad pdendum fidem infusam: siue est demeritoria perditionis fidei infuse: & stat dubium in fide sine quocunq; assensu. nam qui apprehēdit aliquem articulum/nec assentit/nec dissentit: dubitat. immo qui nec vult assentire nec dissentire quis illud ei ostendatur per sacras litteras: talis est infidelis. & tamen non habet assensum oppositum sed solum dubium/quia nec vult assentire nec dissentire: pure negatiue se habet/talis dicitur dubius infide. & perdit fidem infusam: & dicitur infidelis. Ideo Occham diffiniens hereticum addit diffinitioni: vel pertinaciter dubitās vide in dialogo suo. Ita ꝙ ille est infidelis q dissentit scienter articulo fidei vel dubitat pertinaciter. ergo sine quocūq; assensu/vel dissensu potest perdi fides infusa.

Quinta ꝓpō.

¶Quinta positio. potest perdi fides infusa sine diſſen

su articuli fidei sine dubitatiõe eiusdem: & sine assensu contrarie vel contradictorie p̃positionis. patet. dicit Tho. secunda secũde questi. secunda in vltimo articulo: cum q̃rit vtrum ratio adducta ad ea que sunt fidei diminuat meritum. dicit q̃ si adducatur ratio demonstratiua alicuius articuli: & in tali sit equalis ratio animi siue voluntas ad credẽdum sine tali ratione/hoc est q̃ habeat pro positum firmum: q̃ dato q̃ nulla talis ratio adesset non minus assentiret illi articulo/est equale meritum fidei. Tunc arguitur sic. ergo per oppositum si haberẽ nolle assentiẽdi nisi haberem rationem demonstratiuam esset demeritum infidelitatis: sicut alter habet meritum fidelitatis: & vltra habet demeritum infidelitatis. igitur perdit fidem infusam: quia tale sufficit ad amissionem fidei infuse. nam si ratio demonstratiua non esset talis sic volens nullo modo assentiret illi articulo. Igitur tũc esset infidelis. sed per hoc q̃ ex euidentia assentit non magis dicit fidelis. igitur tale propositum non assentiendi articulo fidei nisi adsit ratio demonstratiua

Sexta ppõ.

sufficit ad perdẽdum habitũ fidei ifuse. igit quinta propositio vera. ¶Sit sexta propositio. Meritum fidei non est ex assensu / sed ex voluntate assentiendi &c. pari forma meritum infidelitatis est nolle assentire reuelatis. hoc vult dicere q̃ fides infusa perditur per omne peccatum formale infidelitatis. Vnde peccatum formale infidelitatis non ẽ actus intellectus / quia nullus talis formaliter est peccatum: sed est actus voluntatis scilicet nolle assentire scienter articulo fidei: vl nolle assentire articulo fidei nisi adsit ratio demonstratiua. Nam sicut meritum formale fidei non est ex assensu: ita demeritum fidei non est ex dissensu: sed est ex voluntate Nam meritum fidei est ex velle assentire articulo fidei / vel ex velle non minus assentire articulo fidei vbi nulla ratio demonstratiua esset: ita demeritum infidelitatis est ex nolle assentire &c. Si igitur cum assensu euidenti alicuius articuli fidei est simul nole assentire nisi esset ratio euidens/ est demeritũ infidelitatis sequitur vltra q̃ est amissio fidei infuse. Ex quo sequitur q̃ quando aliquis dissentit articulo fidei vel dubitat vel nult assentire nisi adsit ratio demonstratiua illius articuli perdit fidem infusam: & est infidelis. sed non est hereticus nisi alteri istorum trium insit pertinacia. Vbicunq; ergo est illud ex parte volũtatis a quo prouenit demeritum infidelitatis/puta nolitio assentiendi perditur fides infusa: sic in quocunq; est illa volitio in voluntate a qua depẽdet meritum fidei habet talis meritum fidei q̃ uis non habet actum fidei. [Contingit etiã dubitare in fide & opinari non male agendo patet/habere ignorantiam inuincibilẽ. Igitur dubitãs tunc vel assentiens cum formidine non male aged. Sed vbi constat vel constare debet/dubitans vel opinans male agit/imo etiam demeritum infidelitatis potest haberi sine omni nole vt indubitãte/secus est de merito.] ¶Queritur consequẽter vtrum ex assensu infidelitatis perdatur habitus infusus fidei. i. fides ifusa ex vi formalis contrarietatis & repugnãtie/vel solũ demeritorie. Ad hãc dubitationem ponit ocham in tertio quolibeto. q. vij. duos modos dicẽdi quos reputat pbabiles. Primus modus dicẽdi est q̃ omnis dissensus articuli fidei repugnat duobus modis fidei ifuse scilicet demeritorie & formali cõtrarietate. & si sic corrumpit fidem infusam tanq̃ contrarium formaliter repugnãs. Secũdus modus dicendi/est q̃ solum demeritorie ei opponitur: & q̃ fides infusa tãtum corrumpitur demeritorie: & iste modus videtur probabilior & verior. & ratio est. Nam possibile est q̃ in aliquo sit aliqs assensus oppositi articuli: vel dissensus articuli iuicibilis quo facto erit ille dissensus articuli cum habitu infuso fidei. ergo non est formalis repugnantia inter illos. & non est dicendum/q̃ deus facit illi miraculum miraculose conseruando fidem infusam cum illo dissensu sed mere naturaliter sunt simul. Igit nõ repugnãt formaliter: & vltra/si ille idem assensus succ essiue incipiat fieri vinctb illis/ pdetur fides

addítio

& tamen non erit tunc maior repugnantia q̃ nunc. Igitur solum corrumpitur demeritorie per dissensum articuli & non ex forma li repugnantia.

¶De obiecto fidei. Cap. vj.

Fides infusa hẽt verũ p obiecto

Visum est quomodo pditur fides infusa: & hoc loquendo in viatore & conclusum est q̃ quando i aliquo est formalis infidelitas siue talis habeat dissensum articulorum/vel assẽsum oppositorum/siue dubiũ siue nolitionem assentiendi: nisi adsit euidentia vel demonstratio talis perdit fidem infusam.

¶Nunc consequenter videndum est de obiecto ipsius fidei. vtrum videlicet obiectum fidei sit dũtaxat verũ. & nõ est hic difficultas de obiecto an sit ꝓplexũ vl cõplexũ/puta ꝓpositio vel res significata per illam: sed queritur de obiecto q̃tum ad esse verum: vel falsum vtrum fides infusa habeat pro obiecto verum. ¶Pro solutione notandum q̃ omnes concordant q̃ fides infusa habet pobiecto duntaxat verum: & solum inclinat ad assẽtiẽdũ vero & nũq̃ falso. Nã ista duo nõ sũt ꝓpositibilia/hic assensus ẽ ex fide ifusa: & hic assẽsus ẽ falsus. Rõ ẽ/qa nũq̃ aliq̃d ẽ obiectũ fidei ifuse nisi reuelatũ a pria veritate sed a pria veritate nũq̃ ꝑt reuelari falsũ ergo iplicat q̃ aliquid sit falsum/& sit obiectum fidei infuse secundũ q̃ falsum est. ¶Hic sũt difficultates. Prima/capio sortem qui ex fide infusa heri assentiebat antichristum esse futurum/ita q̃ fides infusa partialiter concurrebat ad illum assensum producendum tunc sic modo ista propositio est necessaria ille assensus causabatur ex fide infusa. patet: cum sit vna de p̃terito que nullo modo dependet ex vna de futuro. ista nunc est necessaria/iste totus assensus fuit/& non est possibile totum illum assensum fuisse: quin fuerit causatus ex fide infusa cum aliis causis cõcurrentibus partialibus. Q; fides infusa cõcurrebat ad illam. patet: est nunc necessariũ illum assensum fuisse ita intensum & secluſa fide infusa/sed solum aliis causis stantibus scilicet itellectu & qbuscunq; rõnibus tales nõ poterãt cãre ita intẽsum assensũ sicut iste est/non potest alia causa concurrisse: nisi fides infusa. igitur oportet de necessitate fidẽ infusam concurrisse ad illum assensum. igit ista est vera/iste assensus causabatur a fide infusa. Sed ista est possibilis nunc antichristus non erit. igitur potest esse ita/quo facto ille assẽsus fuit falsus: qa significabat antichristum fore: & per casum ãtichristus nõ erit: & tamen in rei veritate ille assensus causatus est a fide infusa: & non potest non fuisse causatus ab ea. & certum est q̃ illa propositio/antichristus non erit nõ repugnat isti iste assensus fuit causatus a fide infusa. patet nam omne possibile cuilibet necessario est compossibile: quia nunq̃ necessariũ & possibile repugnant. Igitur fides inclinat ad falsum. Forte dices sicut dicit Altisiodorensis/concedo istam esse necessariam iste assensus fuit: & nunc est necessarium q̃ fuit ita intensus: producitur a fide infusa. vel sic. concedo q̃ sit necessarium illum assensum fuisse causatum a fide infusa: & conceditur cum hoc q̃ ista est possibilis antichristus nõ erit & ꝓcedit q̃ est alteri compossibilis/& tunc admittitur casus q̃ antichristus nõ erit. sed tunc dico q̃ ille assensus non est falsus / sed est assensus verus significãs q̃ antichristus non erit/ita q̃ est assensus sui contradictorij. ¶Sed cõtra. illi duo assensus quibus iudico antichristum fore/& antichristum nõ fore sunt contrarij differentes specie. ergo vnus nunq̃ potest fieri alter. igitur assensus qui ponebatur significare antichristum fore non potest eẽ assensus significãs antichristum non fore. Item sequitur q̃ ista eẽt possibilis & vera/peccaui mortaliter/& tamen nunc est possibile me nunq̃ peccasse mortaliter. patet. volo q̃ heri ego asseruissem cõtra conscientiam meam & ex certo proposito antichristum non eẽ futurum: illud peccatum est mortale/quia mendacium in fide est grauissimum/nam iudicassem antichristum eẽ futurum & oppositum asserendo mẽtitus fuissem. igitur peccassem. Sed possibile nunc per te est q̃ illud fuisset verum/sci

licet ꝙ antichristus non erat futurus. ergo nunc est possibile ꝙ non fuerim mentitus/ & per ꝓns non peccasse mortaliter/imo me ruisse. ergo nunc est possibile ꝙ non peccauerim mortaliter. & hoc est vnum de precipuis argumentis. ¶Secundum argumentū principale ẽ. capio iudeū circa tps natiuitatis christi qui ante natiuitatem christi per horā elicuisset ex fide infusa iudicium ꝙ christus nasceretur/tunc arguitur sic. Eliciat ꝙ vnā partem hore anteq̄ nasceretur & continuet per dimidiam horam post natiuitatem in illa quarta parte ante natiuitatem talis assensus elicitur a fide infusa & causabatur in tāto gradu & conseruabatur a fide infusa. igitur nunc continuatur ab ea/quia alias non esset in tanto gradu & tamen nunc post natiuitatem est falsum. vnde fides infusa est agens pure naturale. igitur quēcunq; effectū conseruat in vno tempore potest in alio cōseruare. igitur pōt illum assensum post christi natiuitatem conseruare & talis erit falsus igitur. Preterea volo ꝙ christus natus fuisset tempore naturalis continuationis. tunc arguitur sic. ille assensus per aliquod tēpus post natiuitatem christi naturaliter cōtinuabatur/& non potest ille cōtinuari nisi conseruante habitu infuso. ergo infusus cōcurrit quando est falsus. patet minor: scilicet ꝙ non posset conseruari nisi concurrente habitu infuso. Nam alie cause concurrētes cū fide non sunt sufficientes ad producendū talem effectum & tantum. ergo minus conseruare siue neq; conseruare. ergo si naturaliter continuetur per illud paruum tempus oportet de necessitate fidem infusam cōcurrere ad illum conseruandum. ¶Quantū ad primum/sortes qui heri iudicabat antichristum futurum &c. Dico ꝙ oportet necessario incidere in vnam istarum solutionum/ puta ꝙ ad preteritum sit potentia/& deus non potest facere ꝙ antichristus non eueniet quin faciat ꝙ ille assensus non fuerit vel saltem ꝙ non fuerit a fide infusa/sed ab alia causa. Secunda solutio. supposito ꝙ ad preteritum non sit potentia oportet dicere ꝙ ille assensus si antichristus non eueniret nū q̄ fuisset assensus: vel fuisset assensus contradictorius vel non assensus. vnde ista nō dependet ex vna de futuro/iste assensus fuit/ sed ista propositio: iste assensus fuit assensus huius antichristus erit dependet ex vna de futuro: oportet concedere ꝙ talis qualitas fuit & fuit assensus. Contra. assensus huius antichristus erit ẽ cōtingens. ponamus ineē an fuisset assensus: Dicitur ꝙ sic: sed queritur cuius fuisset assensus: Dico ꝙ huius ātichristus non erit. Contra. differunt specie. patet. quia sūt qualitates formaliter repugnātes: puta duo iudicia. Dicitur ꝙ verū est ꝙ ille qualitates que producuntur ab habitibus naturalibus: vel a causis pure naturalibus tales assensus differunt specie & formaliter repugnant/sed stat duos tales eē nō differentes specie: puta quando producuntur supernaturaliter vel a causis a deo supernaturaliter productis. Ad secundam rationē/ cum arguitur ex hoc sequitur ꝙ ista eēt vera/peccaui & nunc ẽ possibile me nunq̄ peccasse: & ex consequenti ista eēt vera/sortes est dānatus: & possibile est ꝙ nunq̄ peccauit illo peccato quo est dānatus. patet asserendo ꝙ antichristus non erit ponendo in eē ꝙ non erit/iam non fuisset mentitus: immo dixisset verum/credebat ex fide ꝙ non erit. ergo imperare illam assertionem nō esset peccatum/sed potius meritum. Dico ꝙ oportet necessario concedere ꝙ illa volitio qua volebat asserere non esse futurum esset volitio asserendi ipsum esse futurum: vel ꝙ est possibile ꝙ nunq̄ peccauerit mortaliter illo peccato. vel tertio dicēdum & apparet probabilius quando dicitur ꝙ habitus infusus non potest concurrere ad falsum/verum est de lege: quia est solum instrumentū motiōis spiritussancti. sed supra legem nō est inconueniens dicere ꝙ ille habitus ex natura propria concurrat ad falsum. Vnde alii qui tenuerunt ꝙ deus potest decipere & reuelare falsum. ideo secundum illam opinionem talis habitus fidei concurreret immediate ad istud omne reuelatum a deo est verum/quia habet illud pro obiecto adequato & si reuelaret falsum/oportet de necessitate concedere ꝙ illi habitui supra legē nō repugnat concurrere ad falsum/sed non est possibile de lege ꝙ deus decipiat & reuelet falsum/& ꝙ ille habitus concurrat ad falsū sed supra legem nō est inconueniens. ¶Vnde ꝙ antichristus nunq̄ eueniat ẽ simul possibile/sed non est de lege. ideo sublata lege non est inconueniens ꝙ talis habitus fidei infuse concurrat tam in presenti preterito q̄ futuro ad falsum. vñ Altissiodoren. & gregorius bene impediuntur in solutione huius: & dat Greg. duas solutiones. Ad secūdum cū infertur/ille assēsus naturaliter causabitur & hoc a fide infusa. negatur hoc: immo q̄cito fuit natus christus nunq̄ postea fides infusa concurrebat ad illum assensum. Contra. ille assensus conseruabatur naturaliter & alie cause non erant sufficientes. Igitur nego ꝙ conseruabatur naturaliter immo necessario remittebatur. & quāuis voluntas non posset libere desistere: tamen in illo paruo tēpore defficiebat vna causa conseruans/scilicet habitus infusus. Dicit ꝓter ea Altissiodo. ꝙ illi qui ante incarnationem credebant filium dei esse incarnandum debebant considerare tempus aduentus Christi & discernere sicut erant edocti a prophetis per quos illuminabātur a vera luce/& debebant sequi illam illuminationem. quod quia non fecerunt dominus cōqueritur de ipsis per hieremiam dicentem. miluus & irūdo & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui &c. cum ergo aduenit tempus incarnationis determinatum a prophetis nō deburunt credere christum esse incarnandū determinate. sed christum esse incarnatū vel incarnari vel incarnandum. Vnde patet/ ꝙ si aliqs in instāti incarnatiōis crediderit christum esse incarnādum/nō credebat hoc motu virtutis: sed tantum motu liberi arbitrij relinquens illuminationem vere lucis/quoniā nō obseruauit tēpus apphetis determinatum & prenunciatum aliquomodo/ hec Altissi. Dices ille assensus continuatus erat

meritorius: ergo ex fide. nam nōtum est ꝙ non tenebantur iudei scire punctaliter quā do erat nasciturus/immo rustici & indocti satis magno tempore post non tenebantur. ergo talis assensus continuatus poterat esse meritorius. Concedo ꝙ aliquis potest mereri p assensū falsū imo aliqn̄ p assensū ptrariū assensui fidei vt de vetula assentiente p lato predicanti oppositum fidei/quod nō tenetur credere explicite/& tamen non sequitur ꝙ ille assensus est ex fide: sed imperatur ab vna volitione &c. nō enim oportet omnem assensum meritoriū esse ex fide. Ergo resolutorie concludendo dicendum ꝙ de lege fides infusa non concurrit ad falsum: sed supra legem non est inconueniens. & assensus falsus bene est meritorius de lege: sed nūq̄ est assensus fidei. Et sic dicta de fide nūc sufficiāt. De spe. Cap. vij.

SEquuntur aliqua generalia de spe ¶Vnde est vna difficultas iter doctores satis magna/quomō spes distinguitur a ceteris virtutibus theologicis scilicet a fide & charitate/& apparet ꝙ non possit poni distincta ab illis duabus Patet sic. non ponunt habitus distincti etiā supernaturales nisi propter distinctionem actuum ad quos inclinānt. sed non potest eē actus spei distinctus ab actu fidei & charitatis. ergo non est ponendus habitus spei distinctus ab habitibus fidei & charitatis. Maior est satis nota. Minor probatur. nō possunt respectu dei reperiri nisi duo actus scilicet actus voluntatis & actus intellectus. nā actus intellectus circa deum pertinet ad fidē & actus voluntatis circa deum pertinet ad charitatē. ergo non est ponēdus actus spei distinctus ab actibus illorum. ¶In oppositum est auctoritas apostoli/prime ad corinthios. xiij. manēt fides/spes & charitas tria hec. sequitur ergo ꝙ postq̄ apostolus dicit tria hec/ꝙ est distinctio inter actus illorum Vnde tota difficultas prouenit ex eo/quia difficile est cognoscere quid sit actus spei & circa hoc diuersificantur doctores. Occhā in tertio quolibeto questione prima dicit/

q̄ actus ſpei differt ab actu fidei / & ab actu charitatis/ſed illos duos neceſſario preſupponit & ab illis naturaliter cauſatur/nā dicit q̄ actus ſpei eſt actus voluntatis preſupponens tam actum credendi q̄ actum deſiderandi/& diſtinguit ab vtroq; q̄ diſtingua tur ab actu deſiderādi. patet/nam ſtat actus deſiderandi in aliquo qui tamen non credit aſſequi deſideratum. talis tunc non ſperat: ſed ſtante deſiderio ſi credat aſſequi deſideratum ſtatim ſperat. Similiter diſtinguitur ab actu credendi / quia ſi quis credat aliq̄d bonum & non deſideret illud non erit ſpes ſed ſi ſtante actu credēdi ſequatur deſideriū ſtatim ſequitur ſpes/ſed q̄ actus ſpei diſtin guatur ab vtroq; coniunctim non poteſt euidenter ſciri niſi per experientiam. & ſic patet q̄ diſtinguitur tam ab actu credēdi q̄ deſiderandi. ſed poſitis illis duobus ſcilicet deſiderio beatitudinis cum credulitate habendi neceſſario neceſſitate naturali cauſat ſpes ideo dicit Occham q̄ eſt tertius actus diſtinctus ab illis duobus/nec ē actus volendi nec credendi. ſed eſt vnus actus naturaliter cauſatus ab actu credendi & ab actu deſiderandi coniunctim & poteſt ab illis ſeparari per potentiam diuinam non naturaliter. analogia eſt/quando aliquis nult malum futurū ſi non habeat probabilitatem q̄ eueniet nō timet/ſed poſitis nolitione mali futuri cum probabilitate vel apparentia q̄ eueniet neceſſario cauſatur timor & naturaliter qui habet malum futurum pro obiecto/ita quando creditur aliquod bonum eſſe futurū qd̄ deſideratur cauſatur naturaliter actus ſpei/ hoc eſt poſito deſiderio alicuius boni futuri cum credulitate quod eueniet neceſſario cauſatur actus ſperandi illud bonum futurum. & ſi tale deſiderium ſit reſpectu dei vel beatitudinis conferende ab ipſo deo / talis actus cauſatus ab illis duobus erit actus virtutis theologice. Vnde Occham habet cōſequenter concedere q̄ ſpes nō eſt actus voluntatis nec intellectus: ſed eſt paſſio/& q̄ actus ſpei non eſt ex ſe bonus. i. propria bonitate ſed ſi ſit bonus eſt bonitate illorum actuum a quibus naturaliter & neceſſario eſt cauſatus. Sed iſta opinio non videtur vera. nam cū ſpes ſit virtus oportet q̄ actus eius ſit in ſe bonus. vnde actus intellectus ſuo mō ſunt in ſe boni/vt aſſenſus verus dicitur bonitas intellectus. ¶Difficultas eſt ſecundū hanc opinionem quia ſequitur q̄ nulli vel ſaltem pauci ſperarent. Vnde licet quilibet viator catholicus credat q̄ beatitudo eſt ſibi poſſibilis/ & credat illam habere ſi perſeuerauerit in gratia & meritis/habet fidem de iſta catholica/beatitudo eſt michi poſſibilis/nullus tamen eſt qui habeat firmā credulitatem iſtius/ego ſaluabor / quia quilibet eſt incertus an odio vel amore dignus ſit & an perſeuerauerit in gratia. Tunc arguit ſic. Si ad illum actum ſpei cauſandum requiritur talis certitudo pauci viatores ſperarēt Dices/ſufficit illa certitudo condicionalis qua credit ſe habiturum beatitudinem ſi perſeuerauerit. ¶Contra. cum illa certificatiōe & deſiderio beatitudinis adhuc ſtat q̄ non ſit ſpes puta nult perſeuerare in gratia & meritis. ergo non ſufficit illa certitudo cum illo actu deſiderandi. & hoc habet de neceſſitate concedere Occham. Sanctus Bonauētura. xxvj. queſtione tertij. Dicit q̄ duo ſūt actus ſpei. Primus eſt confidere in deo puta q̄ deus non poteſt hominem deſerere nec vult/ideo habetur confidentia & ad iſtum actum ſequitur alius actus ſcilicet expectare. Et primus actus eſt principalior actus ſpei. Sed non video quid ſit confidentia niſi iudicium intellectus. & expectare nō videtur niſi volitio/& ſic poneret actum ſpei nō eē vnicum actum: ſed vnum intellectus/alterū voluntatis. Vnde confidere eſt habere iudicium vel certitudinem de aliquo q̄ poteſt ſibi bñ facere/ſi ſint ergo duo actus ſpei oportet dicere ſicut antiqui q̄ ſperare importat duo ſcilicet actum intellectus & voluntatis & ſperare eſt aggregatum ex illis duobus/ & vnus ſpectat ad fidem/alius ad charitatē: & niſi eſſet auctoritas apoſtoli iſta opinio eſſet multum probabilis. Alia ē opinio cōmunis quam tenet Scotus in tertio/q̄ ſpes ē cōis virtus theologica diſtincta a fide & charitate/& eſt actus voluntatis puta deſiderium quo deſidero mihi bonum infinitum. i. deū/ & hoc a deo ſeipſum nobis liberaliter conferente/non quidem primo: ſed propter aliquid aliud acceptum ſibi ordinatum ad illud. hoc eſt/eſt actus voluntatis quo volo bonum infinitum eſſe mihi bonum ex liberalitate ſua mediantibus meritis/ & gratia. tunc illud velle vocatur ſpes/ ita q̄ obiectū ſpei eſt bonum infinitum communicatiuū nobis ex liberalitate ſua ex gratia & meritis precedentibus. Vnde ad actum ſpei tria requruntur. Primo requiritur ex parte obiecti q̄ illud ſit abſens. ¶Cōtra/deus nunq̄ eſt nobis abſens. ergo actus circa deum nō erit deſiderium. Reſpondetur/q̄ quo ad entitatē exiſtentiam & intimam preſentiam nunq̄ ē nobis abſens: ſed vbiq; preſens realiter/ſed dicitur abſens in ratiōe obiecti beatifici / qa non contangitur per claram viſionē & fruitionem. & quia eſt nobis abſens in ratione obiecti: ergo poteſt deſiderari vt ſit nobis preſens in ratione obiecti. Secundo q̄ illud obiectum deſideretur pro futuro eſſe p̄ſens ab alio. ſ. a deo. Tertio q̄ per aliquid aliud: ſcilicet per merita & gratiam/iſta requiruntur ad actum ſpei qui eſt actus voluntatis. Ideo clarum eſt q̄ diſtinguitur ab actu fidei: quia ſunt diuerſarum potentiarum. ſed videndū eſt quomodo actus ſpei diſtinguitur ab actu charitatis. Vnde actus charitatis eſt actus quo volūtas complacet bonitati diuine ſeu quo voluntas amat deum in ſe tanq̄ bonū in ſe/ita q̄ actus charitatis reſpicit deum vt bonum in ſe / actus autem ſpei reſpicit deū vt bonum alteri/hoc eſt actus ſpei ē ex affectione commodi/& actus charitatis ex affectiōe iuſtitie/quoniam ille actus quo opto illam bonitatem mihi tanq̄ commodam & vtilē eſt actus ſpei. ideo tota differentia eſt inter actum charitatis & ſpei/ quia actus charitatis reſpicit deum ex affectione iuſtitie. i. tanq̄ bonum in ſe/ſed ſpei tanq̄ bonum alteri. ¶Dices. ergo ſpes erit actus concupiſcētie. Dico q̄ ſic. Contra. ergo non poſſet habere deum pro obiecto. probatur / quia deus non poteſt licite amari a nobis amore cōcupiſcentie ſed ſolum amore amicitie & propter ſe. Reſpondetur q̄ cum deus ſit bonū in ſe/& propter ſe tale bonum poteſt eſſe nobis bonū. poteſt ergo amari & amore amicitie & amore concupiſcentie. amore amicitie/quia eſt in ſe bonum & amatur propter ſe. & non ſolum eſt bonum in ſe / ſed etiam nobis. ideo poteſt amari amore concupiſcētie. Contra. ergo actus ſpei eſt vſus dei. patet. quia aſſumitur deus in facultatem volūtatis propter aliud/ ſcilicet propter ſperantem. nego q̄ omnis talis actus ſit vſus/licet omnis actus voluntatis quo aſſumitur obiectum in facultatem volūtatis tanq̄ minus amādum & propter aliud vltimate ſit vſus vnde licet actu ſpei aſſumatur deus tanq̄ ſūmum bonum vtile mihi & cōmodum: hoc non eſt propter me vltimate / ſed vltimate me refero in deum. ideo actus ſpei non eſt vſus dei. [Adam cōcedit q̄ actus ſpei eſt vſus & Durandus dicit q̄ obiectum ſpei eſt creatura/ beatitudo ſcilicet foralis.] Habetur ergo reſolutorie ex iſta opinione que ē cōmunis q̄ actus ſpei eſt velle ſibi beatitudinem a deo liberaliter conferente non prio ſed ex gratia & meritis preuijs. ¶Nunc difficultas eſt circa iſtam opinionem / quia videtur q̄ deſiderare proximo meo beatitudinem ſiue deum beatifice ab ipſo deo ex gratia & meritis ipſius proximi q̄ ille actus eēt ſpes. conſequens eſt falſum / quia non ſperamus alteri / ſed nobiſmetipſis. patet ſequela. ille actus quo deſidero proximo beatitudinem ex meritis & gratia proximi eſt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cum actu quo deſidero mihi beatitudinem a deo ex gratia preuia & meritis/quia obiectum totale vnius actus ē eiuſdem ſpeciei cum obiecto totali alterius & ſecundum eandem rationem eſt obiectū vtriuſq;. ergo illi actus ſunt eiuſdem ſpeciei Preterea / ſi iſte actus quo deſidero proximo beatitudinem ex meritis ſuis poneretur ī p̄ximo eſſet actus ſpei / & ſpes proximi cōcurreret ad illum eliciendum. ergo eodem mo

De cauſatione actus ſpei ſecūdum occham.

duo ſūt actus ſpei.

Quid ꝓfidere.

opinio

Ad actū ſpei tria requirūtur.

additio

do si ponatur in me spes mea actiue concurret ad illum producendum/quia est eadem spes mea & spes proximi saltē i specie; ¶Hāc difficultatem tāgit Scotus: sed dicit solutionem quare & non soluit. Ideo difficultas ē: an talis actus quo desidero proximo beatitudinem ex meritis suis a deo sit actus spei. Primo non est difficultas quin sint eiusdem speciei vt probat argumentum primum, & si ponatur i proximo esset actus spei/sed an sit actus spei in me est difficultas. Pro cuius solutione sanctus Tho. secunda secunde q̄stione decimaseptima articulo tertio querit Vtrum ego possim alteri sperare. resoluit i fine ꝙ sic/ q̄is non ita proprie sicut mihi. nihilominus actus quo spero alteri ē ab habitu spei/& dicit ꝙ sicut ab eodem habitu charitatis p̄cedit amor quo q̄s diligit deū/ seipsum & proximum/ ita etiam est eadem virtus qua quis sperat sibi ipsi & alij & ꝙ ita sit secundum argumentum est multum apparens/ꝙ habitus spei mee & proximi sint eiusdē speciei specialissime omnino & si tale desiderium esset in proximo cōcurreret habitus proximi. ergo si tale desiderium ponatur in me ad illud producendum concurrit habitus spei mee. Ideo ab eodem habitu producitur desiderium quo desidero mihi beatitudinem & desiderium quo desidero proximo beatitudinem. & oportet ita dicere/nisi velimus dicere ꝙ spes habet illum i quo est siue qui sperat pro partiali obiecto. & ista consequētia nihil valet. Isti habitus sunt eiusdem speciei specialissime: ergo habitus vnus concurrēs ad vnum actum/ etiā ad illum concurrit alius habitus. Ideo consequenter dicendo/spes quam habeo habet hoc totum pro obiecto totali scilicet beatitudinem mihi a deo ex meritis & gratia. Iō non concurrit ad desiderium quo desidero platoni beatitudinem &c. quia non habet idem obiectum totale. Nam in vno obiecto totali ponitur ly mihi/& in alio ly platoni Sed hoc dicendo consequenter oportet dicere ꝙ spes infusa platonis si poneretur in forte non intenderet spem sortis/ quia non haberet sortem pro partiali obiecto sed platonem. Ideo oportet in alterum istorum incidere/vel ꝙ spes infusa in quocunq̄ i quo est habet illum pro partiali obiecto/& obiectum totale spei sortis est beatitudo quam sortes sperat sibi a deo liberaliter conferente ex meritis & gratia. & obiectum totale spei platonis est beatitudo quā plato sperat sibi a deo liberaliter conferente ex meritis & gratia. modo manifestum ē ꝙ ista obiecta totalia differunt. Ideo ab illis causantur diuersi actus & habitus. & sic habitus vnius nō concurrit ad actum alterius. sequitur igitur ꝙ actus siue desiderium quo desidero platoni beatitudinem nō est spes. Sed si habeat solum hoc pro obiecto/ scilicet beatitudinem futuram a deo ex meritis/ ita ꝙ nō ponatur in obiecto/cui/ tunc tale desiderium quo desidero alteri beatitudinē &c. esset spes. & hoc sane intellige ꝙ ly cui non sit de ratione obiecti spei/ & hoc probat secundum argumētum. ¶Alia difficultas. spes est actus voluntatis. ergo si eliciat ab habēte charitatem erit meritorius: vltra erit meritorius/ergo est immediate a charitate: & vltra/immediate procedit a charitate/ergo ē actus charitatis elicitiue. ergo charitas & spes non distinguuntur. quod patet. nam quandocunq̄ sunt alique virtutes distincte nunq̄ idem actus est immediate causatus ab illis duabus. Vnde actus spei est bonus non bonitate extrinseca. ergo si eliciat ab habente charitatem est immediate meritorius. ergo erit actus charitatis. ¶Pro isto argumento dicit gabriel in tertio in hac materia quam cepit a Scoto/ꝙ oportet fateri ꝙ actus qui est precise actus spei non ē meritorius immediate/sed solus actus charitatis ¶Vnde habitus spei regulat affectionē cōmodi/& habitus charitatis affectionem iustitie. & actus procedens ex affectione commodi nunq̄ est bonus nisi sit imperatus ab actu procedente ex affectione iustitie/ ideo nunq̄ est meritorius nisi imperatus ab actu charitatis. vnde proprius actus charitatis ē habere complacētiam in bonitate dei vt est

in se bona si habito isto actu quo volo deū esse in se bonum quo amo/vt in se bonum qui talis est amor amicitie & propriusactus charitatis procedēs ex affectione iusticie impetretur vnum desiderium quo desidero michi bonum illud/talis actus est meritorius non ꝓprio merito/sed merito illius a quo impetratur. sit ergo sortes qui absq̄ illo actu quo diligit deum in se velit eum sibi ex meritis & gratia/ille actus non est meritorius neq̄ bonus moraliter/saltē perfecte bonus quia deficit relatio in vltimum finē. Vnde dictum est prius ꝙ ad bonitatem perfectā moralem requiritur relatio actualis vel virtualis in finem. ideo sortes habens talem actum quo vult deum sibi ex meritis & gratia ibi sistendo/id est nō referēdo vlterius/ talis actus proprie non est bonus/quia solum procedit ab affectione commodi/propterea quia talis actus nō est ex actu quo fertur i deum propter se. Vtrum talis actus sit malus. Dicit Gabriel ꝙ est indifferens/sed superueniente dilectione dei super omnia illud desid eriū erit bonū extrinsece puta merito illius dilectionis superuenientis. Ideo dicit Scotus/ꝙ actus spei nō est meritorius nisi propter actū charitatis superexistētis. Alia difficultas/an idem actus possit esse simul spei & charitatis. Dico ꝙ sic/sicut vnico actu possum diligere sortem ꝓpter deū/ ita vnico actu possum velle deū mihi ꝓpter ipsum deū summe amatū/talis actus est charitatis/quia dilectio dei: & actus spei/quia desiderium dei vt bonum mihi. ergo idem actus imediate & elicitiue p̄cedit a duabus virtutibus distinctis. Cōceditur ꝙ non est inconueniēs ꝙ idem actus a duobus habitibus vno infuso altero acquisito specie distinctis procedat. similiter a duobus habitibus infusis specie distinctis procedit idem actus numero imediate & elicitiue vt patet i proposito/sed ꝙ idem actus numero procedat immediate a duobus acquisitis specie distinctis visum est prius ꝙ non. ¶Ad tertiā difficultatem/scilicet ꝙ nullus posset desperare cum non posset nolle beatitudinem. Respondetur per duas ꝓpositiones. Prima. si deus se solo causaret illud iudiciū/ego non saluabor: talis non desperaret. Patet/quia omnis desperatio est libera in desperante. ¶Secunda ꝓpositio/omne tale iudicium libere causatum est desperatio. Hoc probat quia caym per hoc solū ꝙ credidit se esse dānandum desperauit dicens/maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear. Correlarie sequitur ꝙ quacunq̄ reuelatione mihi facta exteriori de futura damnatione teneor illi non credere/quia si quacūq̄ tali mihi reuelatiōe facta ego libere crederem/ego desperarem. Antecedēs patet/quia in mea potestate est credere illi vel nō credere: scilicet assentiendo vel non assentiendo dictis reuelātis. igitur. Consequentia patet/qm̄ vt certum est Caym Geneſis capitulo quarto. solū credidit ꝙ sua iniquitas esset maior q̄ posset veniam mereri: & sic credidit firmiter se esse dānandum & nō esse saluandum/& nullū voluntatis actum habuit/& tamen desperauit ergo quicunq̄ libere iudicat se non esse saluandum vel non posse saluari/vel nō consequitur remissionem peccatorum peccat peccato desperationis: & ista est prima ꝓpositio Dionysij. Ex quo sequitur ꝙ ad peccandum peccato desperationis non requiritur aliquid positiuū in volūtate/sed sufficit solum iudicium in intellectu. Dicitur vlterius ꝙ potest quis iudicare se nō esse saluādum: & se esse dānandū absq̄ peccato desperationis. Probatur/quia potest deus se solo tale iudicium causare in intellectu/quo facto nō peccat/quia non libere iudicat: sed merenaturaliter. modo nullus peccat in hoc q̄d est mere naturale. igitur cū talis non assentiret libere nō peccaret. Sequitur correlarie q̄tūcunq̄ fuerit facta alicui reuelatio de sua dānatione exterior/ꝙ si assentiat illi peccat & desperat mere libere. probatur: si talis fuerit reuelatio exterior nunq̄ assentiret illi ꝓpositioni nisi libere: qa nō est p se nota nec euidens neq̄ ex talis deducibilis. igitur non ꝓt illi mere naturaliter & necessario assentire: sed cū sit ꝓtingens & ineuidens mere libere assē

tit. igitur. sed quando aliquis libere iudicat se non esse saluandum/peccat peccato desperationis: sed si sit alicui facta talis reuelatio libere iudicat se esse damnādum/cū illa propositio non sit euidens/sed ineuidens. igitur peccat peccato desperationis. ¶Sed dices/ergo peccatum desperatiōis nihil importat vltra peccatum infidelitatis. Patet/ in isto non reperitur actus malus nisi illud iudicium ego damnabor/sed illud spectat ad infidelitatē. Respondetur ꝙ illud iudicium primo non spectat ad infidelitatē: nec est infidelitas. patet: quia sua opposita puta ista/ego non dānabor/vel ista/ego consequar remissionem peccatorū meorū non sunt de fide. Patet/quia non cōtinētur in sacra scriptura/nec in sacris litteris/nec sunt deducibiles ex ptētis in illis/ quia alias qlibet tēneretur assentire illis. ideo iudicia opposita puta ista quibus iudico ꝙ ego damnabor: vel non ꝓsequar remissionē pctōrū nō sunt infidelitas. Patet/quia nō opponit alicui articulo: nec alicui quod de fide sit credēdum. sed iudiciū quo iudicarem/ego nō saluabor etiā si faciam qd in me est: vel ego dānabor q̄s faciā quicqd est in mea potestate facere: bene sunt iudicia & peccata infidelitatis: quia eorum opposita ptinētur in sacris litteris & deducūtur ex illis/ideo sūt de fide. & per ꝓsequēs sua opposita pertinent ad infidelitatem. Vnde ad hoc ꝙ aliqd iudicium sit infidelitas: oportet ꝙ sub oppositum ptineatur in sacris litteris vel deducat ex illis. ¶Dicēdum est igitur ꝙ desperatio non importat peccatū infidelitatis vt visū est: cum talia iudicia/ego dānabor/vel nō saluabor/non sint assensus infidelidelitatis immo stat ꝙ sint vera iudicia. Dices/ad minus desperatio nihil iportat vltra actum intellectus positiuū. Concedo breuiter ꝙ ad desperandum in homine non est necessariū aliquid esse positiuū vltra actum intellectus & non est necessarium aliquid esse positiuū in voluntate/sed solum sufficit actus intellectus. imo qd plus est concedenda est ista/ ad desperandum in aliquo non requritur aliquid aliḋ a iudicio vero positiuo: ita ꝙ nō requiritur nisi aliquod iudicium verū. Patet de Caym qui habebat istud iudiciū verū ego nō saluabor/qd erat verum/& dato ꝙ nunq̄ iudicasset ꝙ iniquitas sua esset maior q̄ posset veniā mereri/non minus desperasset. non dubito quin habuerit alia iudicia: sed istud sufficiebat/ego damnabor: & tale iudicium erat verum. imo stat ꝙ assentiendo alicui vero plus pecco q̄ assentiendo falso & heretico: vt non tantum peccarem assentiendo huic falso & heretico. Thobias non habuit canem quātum peccarem libere assentiēdo huic/ ego nō saluabor. ¶Cōceditur ergo hoc correlarium/ad desperandum non requiritur aliquid positiuum vltra actum intellectus/imo nō requiritur aliquid positiuum vltra iudicium verum.

¶Dices ergo ad sperādum non requiritur aliquid positiuum vltra actum intellectus post q̄ ad despandū sufficit solus actus intellectus/cū spes & desperatio sint opposita. Negatur consequentia/quia quantūcunq̄ aliquis iudicaret se esse saluandum sine actu voluntatis non dicitur sperare licet bene diceretur confidere. sed ad sperandum requiritur & actus intellectus & actus voluntatis scilicet confidere & expectare: saltem spes ad desperandum portat actum intellectus & volūtatis/& altero istorum deficiente contrario eorū stante fit desperatio licet alter sit simul cum opposito alterius. Exemplum/sufficit vt dicatur desperare vel quod nolit beatitudinem licet iudicet ꝙ eam habebit/vel ꝙ iudicet ꝙ eam nunq̄ habebit: licet velit eam habere si posset. Ideo ista ꝓsequētia nihil valet/ad desperandum sufficit actus itellectus: ergo ad sperandū sufficit actus intellectus. ¶Sed cōtra hoc arguitur & apparenter/cū isto iudicio ꝙ non saluabor stat velle efficax beatitudinis/puta desiderium efficax quod voco spem/& stat ꝙ faciam omnia possibilia ad beatitudinem habendam. Patet: sicut cū isto iudicio/ego non curam stat volitio efficax currendi: vt patet de illo qui tenetur

ligatus ab inimicis facit quod in se est & efficaciter vult currere: & tū scit certitudinaliter & iudicat ꝙ non curret: ergo a simili cū iudicio ꝙ nūq̄ saluabor stat volitio efficax saluandi. ꝓsequētia tenet a simili. Vnde bene verū est ꝙ cū isto iudicio/ego nō possū saluari/non stat volitio efficax saluandi sicut cum iudicio ꝙ ego non possum currere non stat volitio efficax currēdi: quia volitio efficax non est impossibilium vel credi torum talium: sed bene stat cum iudicio cōtingenti de opposito: & per ꝓsequēs stat ꝙ desperās peniteat. ergo q̄s cum isto iudicio non possum saluari non stet volitio efficax saluādi: videtur tamen cū isto iudicio ego non saluabor ꝙ stet volitio efficax saluādi. verbi gratia. sit ita ꝙ sortes creadat/a medium esse necessarium ad saluādum. stat ꝙ velit efficaciter adimplere illud medium. Respondetur ꝙ cum isto iudicio ego non saluabor non stat volitio efficax saluandi/ nec volitio efficax faciendi media requisita ad beatitudinem ꝓsequendam. & ideo tale iudicium est pctm. & dico duo. Primū. Cū iudicio certo/ego nō faciam hoc quādo factio eius vel medij ad faciendum illud non totaliter subest mee potestati q̄n possit poni obstaculum ab extrinseco impediens me facere hoc simul stat volitio efficax faciendi hoc/& stat ꝙ nitar pro posse facere hoc: vt patet in exemplo predicto de habēte istud iudicium certum. ego nō curam/stat volitio efficax velle currendi &c. Secundo dico quando est iudicium certum ꝙ ego non faciam hoc ad quod faciendum nō potest eē obstaculum ab extrinseco/& est in potestate mea illud facere vel nō facere: nō potest simul cum illo stare volitio efficax faciendi illud nec volitio efficax ponendi media ad faciendum illud. Tunc dico ad argumentū ꝙ cum iudicio ꝙ ego nō saluabor nō stat volitio efficax saluandi: quia media ad salutem ita sunt in potestate nostra ꝙ non possunt ab extrinseco impediri. Igitur per secūdam propositionem/non stat ꝙ ego iudicem ꝙ nunq̄ saluabor & ꝙ velim efficaciter ponere media salutis: quia scio ꝙ si ponam ea consequar salutem. & per cōsequēs non iudicabo ꝙ non saluabor. Verū est tamen ꝙ si iudicarem ꝙ non possum ꝓsequi beatitudinem nisi transeundo per illud ostium: & impediar ab extrinseco ne transeam ꝙ cū iudico tunc ꝙ ego nō saluabor stat volitio efficax saluandi. & illud iudiciū esset peccatum infidelitatis/vnde media beatitudinis ita snnt in ptāte volūtatis ꝙ nullus potest ab extrinseco ponere obstaculū. ideo cū iudicio certo ꝙ ego non saluabor vel ꝙ damnabor / non stat volitio efficax saluandi & ista est sententia Dionysij ꝑbabilior iter ceteras. ¶De charitate. Cap. VIII.

Ista sunt ex predictis gñalia q̄ concernunt duas virtutes theologicas: scilicet fidē/& spem. Nunc vēdenda sunt generalia pcernentia tertiam virtutē theologicā: scilicet charitatem. & prima difficultas gñalis circa charitatem occurrens est ista. ¶Vtrū charitas sit homini necessaria ad salutem. ¶Pro cuius intellectione notandū ꝙ charitas est multi ē multiplex. quedā acquisita: que ē duplex: scilicet actualis & habitualis. Vnde acquisita actualis nichil aliud est nisi actus ille quo diligimus deū super omnia: & proximū. & nos ipsos propter deum. Sed habitualis acquisita est quidam habitus qui effectiue causat ab illis actibus frequenter iteratis remanens in anima transeuntibus actibus inclinās ad consimiles actus producendos illis ex quibus genitus est. ¶Altera est charitas q̄ nullo mō producit a nobis nec ab actibus nostris & est duplex. Quedā increata/ vt deus charitas est. & conuenit toti trinitati/ licet attribuatur spiritui sancto. & magister sententiarum decima septima distinctione primi solum ponit istam charitatē: scilicet charitatem increatam esse requisitam ad salutē: & preter illam nichil ponit in aia qd sit necessario requisitū ad salutē/sed in illo nō tenetur. ¶Alia est charitas nō acquisita: & talis est creata: & ē habitus a deo nobis supnaturaliter infusus vel i baptismate: vel i penitētia

quitalis habitus reddit nos formaliter acceptos & gratos deo/iclinás ad actuales dilectiones dei & proximi & suiipsius propter deum. & duos habet effectus. quorum primus est nos deo gratos efficere ad vitã eternam. Alter effectus est diligendi deũ super omnia & proximum & nos propter deum Quod autem talis sit ponenda non potest aliqua demonstratione aut aliqua ratione probari: sed solum auctoritate sacre scripture: & non habetur passus expressus ad illam probandã sicut nec ad alias infusas nisi auctoritas beati Pauli prime ad Corin. xiij. vt in supra positis visum est. ¶Istis suppositis ponuntur aliq̃ ppões de mente Dionysij pro responsione ad propositam difficultatem. ¶Prima est/prius natura non tempore datur homini charitas increata q̃ def charitas creata: sicut habet magister in prio distinctionibus. xv. & xvj. Non solum dat nobis charitas que est habitus infusus/sed datur nobis ipsemet deus: quia filius datus est nobis & spiritussanctus datus est nobis. & hanc ppositionem ponit Dionysius prima q̃stione. xvij. distinctionis. & ratio dionysij talis est. Non ideo acceptat nos deus ad vitam eternam: quia dat charitatem: sed e diuerso quia acceptat nos dat charitatem. Probatur sic. vnus effectus predestinatiõis est ipsa charitas infusa/& alius effectus scilicet vltimus est ipsa beatitudo. Nam predestinatio consistit in acceptatione diuina ad vitam eternam. Vnde ista rationalis est vera: quia deus acceptat aliquem ad vitã eternam dat illi charitatẽ. nam añs iportat cãm consequẽtis/hoc est res significata per añs est causa rei significate per pñs. Tunc sic arguitur. ista rõnalis est vera/quia deus acceprat nos ad vitã eternã dat charitatẽ/& nõ e diuerso. nam ista est falsa/quia dat charitatem acceptat ad vitã eternã: ergo prius natura acceptat ad vitam eternam q̃ det charitatem infusam: sed deũ acceptare vel hominem acceptari ad vitam nihil aliud est q̃ habere charitatem increatã. ideo per illam specialem assistentiam dei acceptatur homo ad vitam eternã. ideo prius natura habet charitatem increatam q̃ habeat creatam: immo quia datur increata datur creata & non e diuerso. nã datio create charitatis est effectus increate. ¶Secũda propositio/que correla rie sequitur ex prima. homo potest esse acceptus ad vitam eternam sine charitate creata. Patet bene sequitur/prius natura datur charitas increata q̃ creata/ergo potest dari increata non data creata. Patet consequẽtia ex Aristotele in post predicamẽtis/quãdo secundũ non potest esse sine primo: sed econtra. Tũc sic. põt homini dari increata non data creata: ergo tunc põt acceptari ad vitam sine creata. psequentia tenet/quia habere deum secundum illum modũ habẽdi nihil aliud est q̃ acceptari ad vitã. ergo potest homo acceptari ad vitam sine charitate creata. ¶Est difficultas circa hoc. Si hoc eẽt verum seq̃retur q̃ existens in mortali habere gratiã increatam: sed hoc est falsum/igit Patet consequẽtia/sortes predestinatus in mortali existens est acceptus ad vitam eternam: & nihil aliud est acceptari ad vitã eternam q̃ habere charitatem increatam. vel nihil aliud est habere charitatẽ increatã q̃ acceptari ad vitam eternã: ergo in mortali existens habet charitatẽ increatã. cõsequẽs est falsum. ergo & añs. ¶Ad argumentũ cum sic arguitur sequitur q̃ mortale existens haberet charitatẽ increatã. negatur consequẽtia/& cum probatur/sortes predestinatus existens in mortali vocatur predestinatus: quia ab eterno a deo est ordinatus ad vitã eternam. Dico q̃ aliquem esse acceptatũ dupliciter intelligitur. Vno modo secũdum eternam dei predestiationem. Alio modo secundum presentem dei iusticiam. Vnde aliquem esse acceptatum ad vitam eternam scdm dei p̃destinationẽ: nihil aliud ẽ q̃ deũ ab eterno habuisse volitionem seu firmum propositum isti finaliter cõferẽdi vitã eternam. Vnde certũ est q̃ quilibet siue sit siue nõ sit: siue in peccato siue in gratia: siue presens/siue futurus: est isto modo predestinatus vel prescitus. Sed esse acceptatũ ad vitã

Prima ppõ.

eternam secũdum presentem dei iusticiã: nichil aliud est q̃ homem se habere nũc q̃ si decederet in tali statu in quo est pferretur vita eterna secundũ leges a deo pstitutas. Et isto modo existẽs in mortali non est acceptatus ad vitã eternã. ¶Tunc sit prima ppositio. Acceptari secũdo modo est posterius natura & tempore acceptari primo modo. & acceptari secũdo modo/pcedit natura & non tẽpore charitatẽ creatã. Patet: quia ab eterno est acceptatio primo modo: sed acceptatio secũdo modo est q̃n acceptatus est realiter in statu salutis. Scda pars patet: quia potest quis esse in huiusmodi statu sine charitate infusa. igitur est prior natura sed non tẽpore: quia de lege nullus est in illo statu nisi sit in gratia. ¶Secũda ppositio. Acceptari primo modo pcedit natura & tẽpore charitatem infusam: vt satis patet. ¶Tertia propositio. De lege necessaria est charitas infusa ad salutem: & ad merendũ. Ista ppositio non potest euidẽter pbari: sed pbatur ex auctoritate Pauli prime ad corinth. xiij. Si lingua hoim loquar. ¶Quarta propositio. Adulto ad salutem psequendam multa sũt necessaria. Primo charitas increata. Secũdo preter illam est necessaria charitas creata: & hoc tã paruulis q̃ adultis reqritur. Tertio adulto requiritur charitas acqsita: & ista habent ordinẽ inter se: qa primũ est prius secũdo & quodã modo causa scdi. Secundũ vero puta habitus infusus est etiam causa tertij: quia effectiue concurrit ad actũ diligẽdi deum super omnia. & primũ & secundum sunt prius tertio. Nã prius viator est ordinatus ad salutem psequẽdam q̃ habeat charitatem infusam. & prius habet charitatẽ infusam q̃ acqsitam. & tertiũ non potest eẽ sine secundo: nec secũdum potest eẽ sine primo sed e diuerso. [Non videtur verũ vniuersaliter q̃ prius habeat infusam q̃ acquisitam/actus primus meritorius in adulto qui semper prius fuit in peccato precedit natura caritatem infusam]. ¶Item paruulis non est necessaria charitas acquisita: nec etiã fatuis & ratione orbatis/sed ceteris ratione vtentibus. Et sic patet de distinctione charitatis. & qualiter sit homini necessaria. Et aduerte/pro argumento facto q̃ existẽs in peccato licet sit ordinatus ad salutem/non dicit tamen habere charitatem increatã: nec deũ/quia solum ille dicitur habere charitatẽ increatam/& deum qui est in statu i quo si decederet saluaret. mõ nullus existẽs in pcõ mortali est in isto statu. ideo nullus talis dicitur isto modo habere deũ & charitatẽ increatam. Circa charitatem in generali queritur aliud dubium. Vtrum charitas sit necessaria ad preceptorum impletionem. Et circa hoc loquimur de charitate creata infusa precise/& non loquimur amplius de acquisita: nec de increata siue sit specialis modus assistendi dei ad operãdum quod vocatur auxilium dei speciale/siue sit specialis modus dei in acceptando. & proprie secũdum hoc scilicet specialiter assistere in acceptando vocatur charitas. Circa hanc materiam ponũtur due opiniones. Prima est Dionysij. xvij. distinctione primi. q. j. ponens aliquas propositiones & aliqua correlaria. ¶Prima propositio/nullus potest adimplere singula pcepta. omnia collectiue sine charitate. & hec ppositio dicit ipse Dionysius habetur de summa trinitate & fide catholica/& oppositum illius est damnatũ/potest tamen probari sic. Nullus potest saluari de lege sine charitate: ergo nullus potest adimplere omnia precepta sine charitate. Consequentia tenet: quia sequitur bene adiplebit omnia: ergo saluabitur: iuxta illud/Si vis ad vitam ingredi serua mãdata. Ex opposito bene sequitur. non potest aliq̃s saluari sine charitate: ergo no potest adimplere omnia sine charitate. ¶Secũda propositio. vt adipleatur preceptum oportet q̃ fiat opus precepti ad intentionem precipientis: & non sufficit facere opus p̃cepti. Patet sic. Si precipiatur/a/opus cum/b/circunstantia & fiat a/sine/b/non adimpletur preceptum: hoc certum est/ergo & vt adimpleatur preceptum non sufficit q̃ fiat illud opus quod precipit: sed oportet q̃ fiat taliter qualiter

Prima ppõ.

Secũda ppõ. Tertia ppũ.

Quarta ppõ.

additio

Secũda ppõ.

lege est vltimata dispositio & sufficiens ad introductionē charitatis/& sic nunq̄ diligitur deus sine charitate tanq̄ effectus saltem meritorius illius dilectionis sup oia. ¶Istis suppositis q̄tum ad vtrūq; mēbrū est altercatio inter doct. Q̄tum ad primū sensum: scilicet an volūtas cum cognitione &c. Dicit Adam prima distin. primi q̄ non requiritur charitas tanq̄ causa partialis & necessario req̄sita ad diligēdū deum super omnia. Rationes eius fuerūt adducte supra/tamen precipua eius ratio fuit / q̄ idē actus in spē est sufficiens p̄duci a potētia sine habitu & cum habitu. ergo si actus diligēdi deum super oia posset sufficienter produci a voluntate cū habitu potest produci sine habitu/ ergo nō requiritur charitas tanq̄ causa partialis necessario requisita. Tenet oppositū eliphat. Eliphat in eadem distinctione primi sententiarum/q̄ volūtas cū cognitione etiā cum influxu dei generali non sunt cause sufficientes vt p̄ducatur illa dilectio dei sup omnia: sed ad eius productionem requiritur habitus supnaturalis infusus tanq̄ cā ptialis necessario req̄sita. Q̄tū ad scdm membrū distinctionis/vtrū posset diligi deus sine charitate sup oia/vel an nō possit diligi quin dilectio sit sufficiēs dispositio de lege ad introducendū charitatē. Dicit Gabriel in tertio. xxvij. distin. in secūda ꝓclusione secūdi dubij/q̄ non potest deus diligi super oia sine charitate: quia dilectio dei super oia est sufficiēs & vltimata dispositio charitatis infuse vt introducatur charitas infusa de lege.

Probat ipse p̄ multas auctoritates. Pria/cōuertimini ad me & ego ꝑtar ad vos/q̄rite & inuenietis &c. sed sic est q̄ nō est perfectior modus cōuersionis ad deū nec perfectior modus querendi deum q̄ diligere deū super omnia/sed quicūq; ꝑtitur ad deū deus conuertitur ad illum per infusionem gratie/& deū a nobis inueniri est deum esse nobis presentē per charitatē/ergo dilectio dei super oia est sufficiēs dispositio de lege vt introducatur charitas. & vltra/dilectio dei super omnia &c. ergo nō potest diligi deus sine charitate. ¶Hanc tenēt multi doctores & Monachus. xvij. distin. primi. & multas adducit rationes. Sed pro isto dubio ponam duas propositiones que magis videntur vere. Prima/pōt elici dilectio dei super omnia a volūtate cū cognitione dei & influxu cōmuni absq; charitate infusa tanq̄ absq; causa prereq̄sita. ita q̄ nō requirit charitas tanq̄ vna cārum. Patet ex auctoritatibus allegatis. Conuertimini ad &c. nos cōuerti ad deū est prius natura q̄ deum cōuerti ad nos. alias dixisset conuertar ad vos/& conuertimini ad me. sed dicit conuertimini ad me & ego cōuertar ad vos. tūc bene sequitur/prius natura cōuertimur ad deū q̄ deus ꝑtur ad nos: ergo prius natura est nos diligere deum q̄ nos habere gratiā/& vltra prius natura est nos diligere deum q̄ nos habere gratiam: ergo illa dilectio qua diligimus deū prius natura q̄ habeamus grām non est a gratia. Consequētia tenet/quia sē per effectus est posterior natura q̄ sua causa Et vltra/hec dilectio qua prius natura conuertimur ad deū non est a gratia. & est dilectio dei sup oia / alias nō esset cōuersio ad deū imo potius auersio. ergo volūtas cum cognitione dei & influxu cōmuni pōt dilectionem p̄ducere absq; concursu charitatis infuse. & ista ꝓpositio est conformis doctrine Adam contra opinionē eliphat. s. q̄ charitas nō est necessaria ad diligendū deū sup oia tanq̄ vna causa prequisita. ¶Scda ꝓpō ꝓtra Gabrie. pōt haberi actus q̄ est dilectio dei sup oia dato q̄ non hēatur charitas / ita q̄ pōt deus diligi illa dilectione dato q̄ nō sequatur charitas. Patet/sicut dictū est/pōt causari illa dilectio a volūtate cū ꝑcursu generali nō ꝑcurrēte habitu infuso/pono q̄ causetur ira & pro illo tēpore occurrat tempus quo teneor diligere p̄ximū vel subuenire p̄ximo. Quero tūc vel producta ista dilectione dei super omnia/an volūtas est ad huc libera ad producendum dilectionem proximi vel nō. & videtur q̄ sic: sed ad istā dilectionem dei super omnia naturaliter sequitur illa volitio subueniendi proximo.

Prima ꝓpō.

Secūda ꝓpō.

Si dicas q̄ stante dilectiōe dei super omnia voluntas est adhuc libera ad diligendū vel subueniendum proximo. ergo stante dilectione dei super omnia potest non elicere. ergo cum ista dilectiō e dei super omnia stare potest peccatum mortale/quia i casu posito tenetur tunc elicere dilectionem proximi. & vltra. ergo potest quis ista dilectione summe diligere deū & non in charitate. igitur. Si dicatur q̄ supposita illa dilectiōe nō est in potestate voluntatis quin eliciat dilectionem proximi sicut supposita volitione efficaci finis non est in potestate voluntatis quin eliciat actum circa media ad illum finē Contra. illa dilectio non necessitat voluntatem pro tempore quo non est preceptū de diligendo proximum. ergo nec quando ē preceptum. consequentia tenet. Si vna causa pro vno tempore necessitat ad aliquid: ergo pro omni tempore necessitabit. & sic ꝓpositio relinquitur vera contra Gabrielem q̄ potest diligi deus super omia dato q̄ nō habeatur charitas ita q̄ illa dilectio non est dispositio sufficiens ad introducēdum charitatem. & ista etiam est opinio sancti Thome prima secunde. habemus ergo resolutorie has duas propositiōes. Prima. potest diligi deus super omnia non concurrēte charitate. Secūda/potest diligi deus super omnia charitate non habita: ita q̄ illa dilectio non est sufficiens dispositio ad hoc q̄ introducatur charitas imo pōt stare cū mortali.

Resolutio.

¶De charitate an sit requisita ad merendum. Cap. xiij.

Quid meritū.

Varta difficultas cōmunis. Vtrū charitas sit necessaria ad merendū. Primo supponitur quid sit meritū quo supposito videbitur responsio ad difficultatem. Vnde meritum secundum dio. in secundo. viij. dist. sic diffinitur Est operatio charitative dilectionis in deū mediate vel immediate in voluntate viatoris predestinata non necessitata in complacentia eius. & secundum hanc diffinitionē infert aliquas ꝓpositiones declaratiuas diffinitionis.

Prima ꝓpō. Prima. Nullus meretur quiescendo/hoc est pure omittēdo. & propterea dicit in diffinitione q̄ meritum est operatio.

Secūda ꝓpō. Secunda. omne meritum est formalis dilectio dei vel virtualis. ideo dicit in deum mediate vel immediate. hoc est ātēq̄ aliquis actus voluntatis sit meritorius vel meritū de necessitate requiritur q̄ actus ille sit dilectio dei & q̄ tendat immediate in deum / vel ex dilectione dei/hoc est q̄ sit ex aliquo actu q̄ tēdat immediate in deum.

Tertia ꝓpō. Tertia. nullus actus beati est meritum propterea ponitur in diffinitione in voluntate viatoris. [Si actus beati non esset meritorius nec actus dānati esset demeritorius sequeretur eadem ratiōe q̄ actus beati non esset moraliter bonus & ex consequenti actus dānati non esset moraliter malus/& sic odium dei in dānatis non esset malum/ quod cōmuniter negatur/& videtur q̄ non sit bonitas & malitia vnius obiecti nisi cū.] Quarta. nullus actus pure naturalis voluntatis qui causatur ex simplici apprehēsione obiecti est meritum/ ideo ponitur in diffinitione non necessitata in complacentia eius. s. obiecti.

Additio.

Quarta ꝓpō.

Quinta ꝓpō. Quinta. nullus actus formaliter presciti est meritum. propterea ponitur in diffinitiōe in volūtate viatoris predestinati. probatur ista propositio. actus non dicitur meritum nisi illius quem deus acceptat ad vitam eternā/sed deus nullum actum presciti acceptat ad vitam eternā ergo. maior nota/& minor probatur/quoniam deum acceptare aliquem actum ad vitam eternam est deum velle pro tali actu dare vitam eternā / sed pro nullo actu presciti vult dare vitam eternam. ergo pro nullo actu presciti dabit vitam eternam. nam bene sequitur deus nō vult dare huic vitā eternā. ergo nō dabit vitā eternā. Vñ ifert q̄ actus meritorius & nō meritorius sūt eiusdē spēi cuius oppositū videtur dixisse. xvij. distin. primi. patet. capio presciti & predestinatum. vterq; diligat deum in gratia/ille due dilectiones sunt eiusdem speciei specialissime. nam sunt ab eisdem principijs & causis eiusdem speciei. & illa que est in presciti nō est meritum. nisi dicas q̄ intelligebat in illa

decimaseptima distī. de merito large & nō strícte capto. ¶ Quōtum ad illam particulam diffinitionis in qua dicitur in volūtate viatoris predestínata/non vídetur hoc multū probabile/sed totum stat ad nomen. nichil ominus dícunt doctores q̄ prescitus agens ex charitate meretur vitam eternā vt tractat de alyaco. & ad argumentum díony. hunc actum deus non acceptat/quía pro hoc actu non vult dare vitam eternam/quía non dabit. nam bene sequīt/vult dare: ergo dabit. nego q̄ hunc actum prescíti in gratia factū nō acceptet ad vitam eternam. & ad probationem/non vult dare pro hoc actu vitam eternam. concedo. ergo nō acceptat/ nego consequentiam/quía deum acceptare actū ad vitam eternā non est deum habere velle quo vult aliquando dare vitam eternam/ sed est iudicare hunc esse dignum vita eterna secundum leges positas/ideo dupliciter exponitur actum esse acceptum ad vitā eternam. Primo modo vt dictum est. Secundo modo secundum presentem iustitiam deus acceptat/hoc est habet velle conditionatū quo vult pro hoc actu dare vitam eternā sī decedat in eo statu in quo nunc est/& quolíbet istorum modorum exponendo deus

Meritū

acceptat actum prescíti. Sed meritum secundum cōmuniter loquentes est actus bonus líbere elícitus ad vitam eternam a deo acceptatus/ & non facio hic difficultatem quā Holcot facit in prima questi. Vtrum actus pure naturales possint esse merita. de potentia absoluta dícitur q̄ sic/nec̄ hic querítur an omne meritū sit actus moraliter bonus/ notum est q̄ sic/quía bonitas meritoria p̄supponit moralem. meritum ergo est operatio secundum presentem iustitiam ꝓpter quam secundum leges positas deus vult dare beatitudinem/hoc supposito cum querīt vtrum charitas sit necessaría ad meritum: iterum hoc dupliciter intellígitur. vno modo sic/vtrum charitas sit necessaría tā q̄ assistēs. i. q̄ necessario requiratur assistentia ipsíus charitatis. alio modo q̄ sit necessaría tanq̄ agens/ita q̄ necessario requiratur ipsam partialiter concurrere ad actum anteq̄ sit meritorius. In ista questione duo sunt certa. Primum q̄ necessario necessitate legis positere quīt charitas ad merendū vel assistēs vl̄ coagēs. patet ex auctoritate pauli/ad cor. xiij. Secundo. certum est q̄ non sufficit coassistētía charitatis ad actum meritorium/quía co assistit peccato veniali & actibus indifferentibus secundū ponētes illos. Sed inter doct. est dubia difficultas. Vtrum supposita bonitate actus sufficiat assistentía charitatis vt actus sit meritorius/vel requiratur concursus actiuus charitatis ad illum actum producēdum/& presupponitur difficultas an habitus partialiter cōcurrat ad actus. dicit durandus q̄ non requiritur concursus actiuus charitatis/sed supposita bonitate actus sufficit assistētía illius cum illo actu. Alij dicūt q̄ habitus infusus nunq̄ concurrit nisi mediante acquisito/ideo dicerēt q̄ charitas solum assistit/sed istis dimissis ponitur ꝓpositio communis & multum probabilis. An ꝓp. teq̄ actus sit meritorius de lege requiritur & hoc sufficit concursus charitatis actiuus actus. i. q̄ charitas actiue concurrat partialiter ad productionem illius actus. Ista propositio non potest efficacibus argumentis probari/quía non est nobis euidens q̄ charitas sit/sed solū per fidem/& supposito q̄ charitas sit non sunt auctoritates in sacris litteris q̄ charitas concurrat/sed apparentie sūt/quía ponitur in anima/ideo oportet vt eam faciłitet vel inclinet ad actus & inclinare nichil aliud est q̄ partialiter concurrere. ergo vídetur q̄ ipsa charitas actiue concurrat ad illos actus. Vnde aliquid animam vel potentiā inclinare ad actus est remouere prohíbens vel partialiter cum potentia actum producere/& nō oportet q̄ charitas omne prohíbens remoueat puta concupiscentiam naturalem vel malos habitus q̄ís possit illos diminuere. ponitur ergo charitas tā q̄ productiua noui actus/ita q̄ est necessaría tanq̄ cā partialis coagens. Circa istam positionem sunt multe difficultates. Prima. vídetur seq̄ q̄ volūtas non posset remittere actum suū meritorium vsq̄ ad non gradum. Secundo sequitur q̄ alicuius rei permanētis daretur vltimum non esse completum. & tertio q̄ alicuius rei permanentis datur vltimum eē completum. & ista tria sunt correlaría que vídentur sequi ex ista positione. ¶ Primū p̄batur & pono q̄ sortes conetur elícere actū meritorium vt duo/& habeat charitatem intensam vt duo tunc intēsior elícietur actus a voluntate conante vt duo & a charitate q̄ si solum esset ille conatus sine concursu charitatis. tunc capio illam partem quam produceret solus ille conatus sine charitate & sit. a. & capio excessum illius actus quí est a charitate excedens illam partem quam produceret solus ille conatus & sit. b. tūc arguitur sic. sī voluntas remittat suum conatum ad subduplum/ puta ad vnum/ remittetur a. ad subduplum & remanebit. b. in sua ítegritate/qa eius causa adhuc manet equalis & eadem. pariter sī voluntas remitteret suū conatum ad subtriplū. a. remittetur ad subtriplum & b. remanebit equalis & sic in ifinitum procedēdo semper. b. remanebit eq̄lis. igitur nunq̄ voluntas poterit remittere totum actum ad non gradum quín semper maneat. b. latitudo in sua integritate. Secū dum probatur & pono q̄ sortes iam non dilígat platonem incípiat ramē dilígere ita q̄ immediate post hoc dilíget incípiendo dilectionem platonis a non gradū augmētando succesſiue illam & suppono q̄ charitas vltra conatum sufficit producere vnum gradum/tunc sic arguo. pars proueníens a charitate nunc non est & imediate post hoc erit/quía charitas est agens naturale & agit secundum extremum sue potentie agens q̄tum potest & q̄cito potest. ergo dabilis est certus gradus qui nunc non est/quía volūtas nihil agit nunc/ & ille totus gradus ímmediate post hoc erit/ quía q̄cito conabit volūtas erit & immediare post hoc erit conatus volūtatis/quía ímmediate post hoc aget. igitur imediate post hoc erit excessus charitatis super actum voluntatis per vnū gradum & per consequens illius datur vltimum non esse/quía nunc non est & immediate post hoc erit. Tertium probat. & pono casum q̄ sortes nunc diligat deum i gra & meritorie & incipiat nūc odire proximū vel succesſiue icipiat elicere volitionem furandi/ita q̄ nūc non odit & imediate post hoc odiet illum/& capio excessum dilectionis dei prouenientem a charitate & sit. a. Ille totus gradus nunc est & imediate post hoc nō erit. patet: quía immediate post hoc nō erit charitas: cum immediate post hoc erit i peccato/& voluntas immediate post hoc non sufficeret conseruare. a. gradum. patet quía pono q̄ dilectio dei citra illum gradū est maxima quam voluntas potest habere/ ita q̄ maiorem non potest conseruare quo posito sequitur q̄. a. corrumpetur totaliter immediate post hoc cum illius causa cō seruans non sit. igitur intentum. ¶ Primum argumentum supponit hanc difficultatem Vtrum charitas tātum agat cum paruo conatu sicut cum magno & non magís. exemplum vt sortes habēs charitatem vt duo conatur vt tria: & plato pariter habens charitatem vt duo conatur vt quiq̄/ an illa charitas equaliter concurrat & agat in sorte & in platone/hoc est dicere an charitas cū maiorí conatu concurrens faciat equalem excessum vel maiorem in actu q̄ faceret concurrēdo cum conatu minorí. Aliqui dicūt q̄ non/sed q̄ equaliter facit cum maiorí & cum minorí conatu/cuius ratio/quía charitas est causa siue agens naturale & ideo semper tātum agit cum vno sicut cum reliquo hoc est cum paruo sicut cum magno conatu. vt notum est q̄ sortes trahens nauem cum buobus & postea cum quattuor semp equalem velocitatē facit ex parte sui & semper equaliter agit. Similiter candela iuncta vni corpori lumioso & postea maiorí semper facit equalem excessum luminis. eodem modo dicendum est de charitate vt ipsī dicunt/& tunc pceditur q̄ charitas cum. a. conatu aliqualiter agit & cum subduplo conatu tantum agit & cum subtriplo tantum agit & sic i infinitum: ita q̄ sic succesſiue vo

Caritas est cā naturalis.

luntas remittat conatum suum vsq; ad non gradum/ tunc in instanti terminativo illius remissiois verum est dicere/ iste excessus semper immediate ante hoc instans fuit totus/ & eius nihil nunc est & sic datur primū nō esse totale & completum rei permanentis/ quod oportet pcedere secundum hanc opinionem/ & vt clarius hoc capiatur ponat tale exemplū/ sint sortes qui conatur vt duo & habet charitatem vt octo/ actus est intensior per aliquam latitudinem q̄ foret si non esset charitas/ puta per .a. latitudinem, tunc remittat conatum ad subduplum & conet vt vnum/ & tunc quādo conatur solum vt vnum actus remittitur & remanet idem excessus/ & si remittat iterum suum conatum ad medium gradum remanebit iterum idē excessus/ & ita pseq̄ter remittat conatum vsq; ad non gradum/ tunc in instanti terminante remissionem iam verum est dicere: iste excessus semper ante hoc fuit totus & nunc iste nihil est/ ideo desinit esse per primum instans non esse ꝓpletum/ & hoc est pcedēdū scdm hanc opinionē, & ratio est/ nam q̄cito desijt esse causa partialiter pcurrens & requisita necessario tam cito corrūpitur ille excessus seu effectus in illo instanti/ nam non est imaginandum ꝙ vna pars precise producatur a voluntate & a conatu volūtatis, & alia pars precise a charitate sed a quolibet istorum producitur totus actus sed nō a quolibet totaliter/ sed totus a quolibet/ & ideo voluntas necessario requiritur ad conseruationem illius/ qua non posita sequitur corruptio illius in illo instanti & ideo quia semper ante illud instans fuit sufficiens causa conseruatiua illius gradus, s. charitas & quicunq; conatus ideo semper immediate ante illud instans fuit, habent secūdo concedere consequenter secundum correlarium, s. ꝙ rei permanentis datur vltimū non esse completum vt probat argumentū vnde sicut in desitione quando remittebat conatum in instanti terminante non erat & immediate ante erat/ ita contra ille totus excessus nunc non est & immediate post hoc erit. ideo totus excessus incipit ver vltimū non esse completum. Q̄tum ad tertiū correlarium dicitur ꝙ est concedendum apud quācunq; opinionem etiam apud opinionem recitandam, & hoc non est inconueniens quando causa necessario requisita ad cōseruationem supernaturaliter corrumpitur subito tunc pariter illius cause effectus corrumpitur subito & vltimum esse non incōuenit, vt sortes qui iam conatur vt duo cū charitate vt octo est intensior per .a. latitudinem ratione charitatis si eliciat successiue volitionem furandi & incipiat peccare tūc a. excessus nunc est & nunq̄ post hoc aliq̄d eius erit/ quia post hoc erit solus conatus q̄ non sufficit conseruare actum in tali excessu ideo supernaturaliter quando desinit causa conseruare per vltimum non esse cessat talis effectus puta per cessationem dei non cōseruantis. ¶Alius est modus dicendi communior ꝙ charitas agit fortius cum maiori conatu q̄ cum minori/ ita ꝙ si sortes cum charitate vt quatuor & cum conatu vt duo elicit actum vt sex cum eadē charitate & conatu vt quattuor elicit actum vt duodecim ita ꝙ volitio sortis est intensior ratione gratie quando sortes conatur vt quattuor q̄ sit intensa ratione gratie quando sortes conat vt duo ita ꝙ charitas fortius agit. Vltra dicit ꝙ si remittatur conatus voluntatis successiue vsq; ad non gradum ita pcursus charitatis remittitur vsq; ad non gradum successiue cōformiter ad remissionem conatus voluntatis. Similiter si voluntas conetur a non gradu successiue ita charitas incipit cō currere a non gradu successiue/ sic. s. ꝙ sicut conatus successiue intenditur & voluntas successiue fortius agit ita charitas successiue fortius & fortius aget, ideo sicut augeť conatus voluntatis a non gradu pariter augetur pcursus charitatis a non gradu actiuitatis, & sic non admitteret ista positio ꝙ incipiat esse per vltimum non esse, ideo charitas magis pcurrit cum maiori conatu & si remittatur conatus vsq; ad nō gradum ita remittitur pcursus charitatis vsq; ad non gradum/ & hanc opinionē tenet Diony. & cō muniter fere omnes doct. & Monachus in secundo pariter hanc tenet. ¶Sed ptra hāc opinionem arguitur, charitas non est infinite actiuitatis/ vt charitas vt duo non est infinite actiuitatis, ergo dabilis est certus gradus concursus quo concurrere potest ad pducendum actum & non potest maiori cōcursu/ licet possit cōcurrere ad maiorem actum: sed nō maiori pcursu/ tūc sic arguitur ipsa charitas est solum finite actiuitatis gra exempli vt duo, ergo datur certus gradus concursus quo concurrit & non magis cōcurrit & sit .a. tūc sic, potest, .a. concursus cōcurrere cum conatu vt, iiij, & cū conatu vt vj. non magis concurrit, patet/ quia nō potest magis concurrere, ergo q̄is adiungat causa fortior non tamen magis pcurrit charitas ex parte sua. & sic non magis cum maiori q̄ cum minori, igitur pariter cū minori conatu vt, iiij, non minus concurrit q̄ concursu signato/ & sic semper equaliter pcurrit cum omnibus. ¶Respondetur concedēdo assumptum/ & admitto casum/ & nego duas vltimas consequentias: & dico ꝙ quādo dixi ꝙ cum maiori conatu magis pcurrit hoc est intelligendum quando non concurrit secundum extremū sue potentie. Nā quando charitas concurrit secunndum extremum sue potētie cum maiori conatu nō magis pcurret: sed semper cum minori conatu minus concurret/ & sic consequenter. vnde pro materia argumenti dicitur ꝙ charitas i se est solum finite actiuitatis, ergo datur certus gradus concursus quo concurrere potest/ & non maiori, & hoc est pcedendū/ alias esset in se infinite actiuitatis. ¶Cōtra solutionem argumenti replicatur/ charitas est agens naturale: igitur semper agit secundum extremum sue potentie, ergo cū omni conatu q̄tūcunq; paruo concurret sēper secundum extremum sue potētie/ & sic oportet redire i primā opinionem. Respōdent isti ꝙ verum est ꝙ est agens pure naturale (naturale inq̄ vt distinguitur contra liberum) sed agit secundum motionem agētis liberi puta dei quia est instrumentū spiritus sancti/ & ideo secundum motionem spiritus sācti magis vl̄ minus agit. & nō oportet ꝙ semper agat secundum extremum sue potētie, sed magis vl̄ minus secūdū q̄litatē vl̄ q̄titatē conatus ita ꝙ cum minori nō tm̄ agit sicut cum maiori. [Videtur mihi ꝙ oē addītio inconueniens illatum contra primam opinionem etiam potest induci de habitu acq̄sito puta de caritate acquisita & fide & spe & propterea prima opinio est satis probabilis, & similiter ista opinio est deffēsabilis satis. Sed querendum est cum quo conatu agit charitas vt quattuor ad extremum potentie, si cum conatu voluntatis vt quattuor, tunc volo ꝙ motione spiritussancti amplius conetur voluntas q̄ vt quattuor quare non plus q̄ ad extremum potentie agit.]

charitas ē agens naturale.

¶Alia difficultas secūdum hanc positionē notum est ꝙ actus est meritorius a charitate & voluntate. vtrū attendatur intentio meritorum penes proportionem conatus ad conatum/ vel penes comparationem charitatis ad charitatem. vel tertio penes aggregatum conatus charitatis vnius ad aggregatum conatus & charitatis alterius, ideo possumus hic facere tres comparatiōes etiā eiusdem speciei/ primo comparando conatū vnius ad conatū alterius: & charitatē vnius ad charitatē alterius/ & aggregatū vnius ad aggregatum alterius, q̄rit igit penes qd istorum trium sit attēdēda pportio meritorum. ¶Pro solutione primo videndum est quid sit conatus/ primo non est actus volūtatis, & hoc probat dio. cum nos dicamus ꝙ actus est a conatu/ & actus non est ab actu. igitur conatus est quid prius natura q̄ actus/ & sic non est actus. ¶Nec est habitus. patet/ primus actus voluntatis est a conatu voluntatis/ & volūtas potest agere sine habitu igit. Dicit igitur dio. ꝙ conatus volūtatis nihil aliud est q̄ voluntas libere applicans tantum vel tantum de sua actiuitate ad actum producendum/ & potest ipsa volūtas applicare totam vim suam. ideo tunc dicitur agere secundum extremum sui posse.

quid sit cōatus.

¶Similiter potest minus & minus applicare/& sic conatus voluntatis supponit pro voluntate connotando liberum exercitiū sui posse siue sue potentie. Istis suppositis queritur penes quid attenditur proportio meriti in illis qui inequaliter conātur ad diligendum deum vel proximum &c. ¶Respondet Dio. ponens talem propositionē quam habet maxima. ¶Quandocunq; sūt duo qui equaliter faciunt quod in se est/ eq̄liter merentur. patet si equaliter faciunt qd in se est / equaliter est attribuendum de pmio vni sicut alteri/nam equaliter facere quod in se est/est equaliter conari & si equaliter conantur equaliter merentur. igitur equalitas vel inequalitas meritorum est attendenda penes equalitatem conatuum. Et econtrario sequitur/isti inequaliter conātur: igitur inequaliter faciunt quod in se est. & econuerso inequaliter faciunt quod in se est / igitur inequaliter conantur. & vltra igitur inequaliter merētur/ & sic equalitas vel inequalitas meritorū est attendenda penes conatus maioritatem vl̄ minoritatem precise. & hoc tenet dio. scilicet ꝙ tantum penes proportionem conatuum attenditur proportio meritorum cereris alijs paribus. s. ꝙ sit eadē materia & idem obiectum / quoniam dilectio dei ex minori conatu est magis meritoria q̄ dilectio proximi ex summo conatu. Breuiter recapitulando hanc materiam dicitur ꝙ totus actus productus partialiter a charitate & a conatu est intensior q̄ foret si non eēt nisi a conatu. nihilominus totus actus est a conatu & totus a gr̄a/totus a quolibet sed partialiter. i. cum adiutorio alterius/quēadmodum est de duobus trahentibus nauem vel portantibus aliquod pondus quilibet illorum portat totum pondus: sed non totaliter/sicut etiam est in effectu cause secunde. nam illa ꝓducit totum effectum & etiā causa prima. sed non totaliter/quelibet istarum producit partialiter partialitate cause. Recitata est etiam tandem opinio ꝙ penes proportionem conatuū suppositā gratia ē attendenda proportio meritorum / & hoc ppō. ceteris alijs paribus puta de eodem obiecto &c. & fundamentum precipuum illius opinionis est. quia quicunq; eq̄liter facit qd in se est cum altero licet non tantum faciat sicut alter. i. nō tantam operationem: si tamē eq̄liter faciat quod in se est & non producit tantum q̄ forte habet impedimētū/nihilominus est equaliter laudandus/sicut alter q̄ facit quod in se est q̄ is maiorem operationē

¶Consequenter queritur circa hāc opinionem. Vtrum ista consequentia sit bona iste magis conatur q̄ ille i ordine ad istam operationem. ergo magis meretur supposito ꝙ vterq; sit in gratia tunc. Et apparet ꝙ nō & capio duos quorum vnus sit precise actuitatis libere vt. iiij. summus gradus possibilis quem potest producere ē vt. iiij. & potest infra totam latitudinem vt. iiij. & alius sit i duplo maioris actiuitatis puta vt. viij. & ꝙ primus conetur secundum extremum sue potentie/& secundus solum vt qnq; tūc secundus magis conatur q̄ primus & tamē nō plus meretur. patet/primus facit magis quod in se est quia totaliter facit quod in se est & non secūdus / sed solum partialiter facit qd in se est. ergo primus venit plus laudandus q̄ secundus. ¶Dicit Diony. ꝙ primus plus meretur q̄ secundus licet non tantum conetur/quia plus facit quod in se est q̄ secundus: quia facit quicquid potest & nō alter cum secundus non agat secundum extremum sue potentie / modo ille magis meretur qui facit plus quod in se est q̄ non ita faciens (vnde ista consequentia non valet. iste plus conatur q̄ alter. ergo plus meretur patet in proposito) verūtamen hoc non videtur mihi satis conuenienter dictum. nam secundum hoc fundamētum / omnes angeli equaliter meruissent. quod tamē videtur falsum. probatur tamen sequela / quia veri simile est ꝙ omnes illi qui conuersi sunt in deum puersi sunt omnes in deum secundū extremum sue potentie. & si sic igitur oēs equaliter fecerunt quod in se est/& per consequens equaliter meruerunt quod tamen ab omnibus do negatur dicentibus ꝙ pfectiores & superiores angeli & qui ꝑclariora habuerunt naturalia magis meruerūt & beatiores sunt. Et ꝓpterea ista opinione omissa aliter dico ꝙ ista consequentia nō valet/iste conatur secundum extremum sue potētie & ille non. ideo plus facit quod in se est ad istum sensum. i. plus ponit de sua actiuitate q̄ alius. vnde ponere de suo est conari: & magis ponere de suo magis est conari: ita ꝙ equaliter facere quod in se ē/est equaliter concurrere & equaliter agere. Exemplū potest capi de artificibus / quorum vnus agit q̄tum potest/& alter non tantum q̄tum potest/& tamen secundus magis lucratur / qa habet plus artis/& opera sua est maior vt ē architector respectu operarij cui pēst. ita in proposito dicendum est / sortes qui potest agere vt. viij. agens tamen vt. vj. plus ponit de sua actiuitate q̄ alius qui agit precise vt. iiij. & tota actiuitas sortis est maior q̄ tota actiuitas alterius agētis precise vt. iiij. iō sortes plus meretur. ¶Alia ē opinio/ ꝙ solum penes gratiā & nullo modo penes conatum nec penes actus est attendenda proportio meritorum. & ista est opinio multorum antiquorum quam nullus nunc tenet. Tertia est opinio ꝙ penes aggregatum ex vtroq;. s. ex conatu & gratia/ad aggregatū ex conatu & charitate alterius attendenda ē proportio meritorum. Ex qua sequuntur correlarie ista tria esse concedēda / primum videlicet ꝙ eq̄liter aliquis conādo cum alio magis meretur. vt sint sortes & plato / sortes eliciat dilectionē dei vt. iiij. & plato tm̄ conetur precise q̄tū sortes/& eliciat dilectionē vt. vj. plus meretur q̄ sortes quia actus eius est intētior. igitur primum illatum verum. Secundum quod sequitur est vbi minus conatur aliquis aliquādo magis meret aliqn̄ eq̄r. Patet/bn̄ seq̄t plato plus meret q̄ sortes qn̄ equaliter cōat. ergo p aliq̄ latitudinē meriti magis meret diuisibiliter. sed possibile ē ꝙ remittēdo suū cōatū remittat ita parū ꝙ remittet p dimidiū illius excessus & pt remittere de conatu precise: vt tollat solum illum gradum meriti quo excedit meritum sortis quo facto minus conatur / & sic patet illatum secundum. Tertium quod sequitur est. vbi minus conatur aliquādo eq̄liter meretur. Et ad argumētum prime opinionis ꝙ producatur maior actus hoc puenit ex gratia siue concursu charitatis & ille est naturalis. igitur non est in potestate sortis & per consequens ratione illius non debet laudari nec vituperari. ergo eq̄liter merentur. Distinguo ꝙ nō sit in potestate sortis vel antecedenter & formaliter & sic nego. vel cōsequēter & formaliter & sic concedo. & hoc explicatur sic/quia operatiōes siue actus ex quibus acquisiuit sortes gratiam erant in potestate sortis q̄ erāt añtia ad charitatē. & sic añs ad charitatē erat in eius ptāte. Ideo ꝓcursus gratie nunc est in eius potestate quia. s. libere eam acquisiuit / ideo concursus illius ad actum liberum imputatur ei ad premium. Sed ex hoc correlarie sequitur ꝙ admodus concursus gratie baptismalis nō auget meritum. patet/quia operatio per quam paruulus acquirit gratiam non est in potestate illius. & sic penes maioritatem vel minoritatem gratie saltem que sit acquisita vi sacramentorum que suscipiuntur ante vsum rationis/vt baptismus & confirmatio nō augmentabitur meritum. Propterea oportet aliter explicare illud verbum antecedenter. pro quo supponendum est ꝙ licet gratia & voluntas ad eundem effectum siue actum simul concurrant tamen voluntas prius natura concurrit q̄ charitas/quia volūtas potest concurrere sine gratia & agere ea nō cōcurrente/sed non econuerso. ideo concursus charitatis est in potestate voluntatis antecedenter/hoc est aliquid est in potestate volūtatis. s. concursus voluntatis quod est añs & presuppositum ad cōcursum charitatis. nam ad meritorium actum eliciendum presupponitur voluntatem concurrere quod est prius prioritate nature ad charitatem cōcurrere simul cum voluntate quod est vnū consequens quod est antecedenter in potestate voluntatis. ꝙ voluntas concurrat vel non / est in potestate voluntatis. ideo ē añs

& est pure liberū/& sic actus procedens tā a concursu voluntatis q̄ a charitate est magis laudabilis/quia concursus charitatis imputatur partialiter voluntati ad laudem licet i seipso non sit in potestate voluntatis. sed sufficit q̄ illud antecedens natura non tempore sit in pura libera potestate voluntatis hinc est q̄ actus procedens ex habitu est magis meritorius vel demeritorius q̄ si a solo conatu voluntatis produceretur/ q̄uis ipsi habitus pure naturaliter concurrant tamen eorum concursus est in potestate volūtatis antecedenter pro q̄to in eius potestate ē cōcursus voluntatis qui est prior natura concursu illorum habituum/& sic est i eius potestate q̄ habitus concurrat vel non cōcurrat pro q̄to in eius potestate est agere siue ponere actum ad quem natus ē ille habitus concurrere vel non ponere. Similiter est in eius potestate pro q̄to in eius potestate fuit ponere causam illius habitus vel nō ponere. [Ex dictis sequeretur q̄ actus mere naturaliter sequens ad alium esset meritorius nouī premij/patet consequentia/quia talis actus est antecedenter liber. & hoc est argumētum fortius cōtra opinionem sed potest dici q̄ actus ille antecedenter liber non habet libertatem intrinsecam sicut voluntas: sed semper manet replica.] addītio

¶De augmento charitatis. Cap. x.

Sequitur alia difficultas generalis de augmento charitatis. videlicet quomodo augetur charitas an solo actu elicito ex charitate: & a quolibet tali augeatur. vnde non facio difficultatem qui possit augeri effectiue / quia sicut a solo deo producitur effectiue ita ab eo solo potest augeri effectiue / sed est hic solum questio de augeri meritorie & dispositiue. Prima ppō. Quantū ad primam partem difficultatis sit ista prima ppositio. Sicut charitas sine quocunq; actu recipientis acquiri potest / ita & augmentari. Prima patet/ de paruulis baptizatis qui solum ex vi sacramenti acquirunt gratiam sine actu bono ab eis elicito: sed solum ex vi operis operati sacramentalis.

¶Secunda pars patet. s. q̄ eodē modo posset augeri virtute sacramēti & solum. capio in principio nascentis ecclesie iudeum paruulum circuncisum ante christi passionem & immediate post passionem ante perfectā etatem baptisetur/talis per baptismum sine actu voluntatis recipit augmentum gratie quia augetur charitas ex vi sacramenti baptismi sine actu ipsius cum adhuc nō habeat perfectum vsum rationis requisitum ad meritum personale vt supponit casus. Similiter patet nunc de baptisato & post añ vsum rationis confirmato. talis ex vi sacramenti baptismi recipit gratiam. a. quā adhuc habet/& virtute sacramenti confirmationis recipit gratiam b. quia cōfert gratiam ex opere operato & illa auget charitatem acquisitam in ipso baptismo. igitur sine quocunq; actus operantis augetur charitas. ¶Ex his sequitur correlarium. de lege nō repugnat vnum paruulum qui nunq̄ habuit meritū personale esse ita beatum & habere tantam beatitudinem sicut adultus qui habuit meritum personale. Vnde meritum personale est quod prouenit ex bono motu/hoc ē ex bona volitione aut nolitione merentis ita q̄ ē illd q̄d puenit rōe opis operātis. p oppositū/meritū nō psonale ē q̄d puenit non ex ope operātis. i. virtute boni motus volūtatis. s. bone volitiōis aut nolitiōis sed virtute opis opati. hoc supposito/ pbat correlariū/& capio puulū baptisatū & confirmatū q̄ discedit añ vsū ratiōis: & tūc signo gradū gratie illi collate solū virtute sacramēti cōfirmationis & sit. a. qui gradus est vltra gratiam datā virtute baptismi. tunc capio aliū paruulū baptisatū solū & nō cōfirmatū. talis cū primū puenerit ad ānos discretiōis pt elicere vnū bonū velle q̄d pcise sit meritoriū a. gradus. patet/quocunq; eius actu dato si dicas q̄ est meritorius maioris grē q̄. a. gradus/volo q̄ eliciat velle ita remissū q̄tū eēt illud si sibi pcise a. gradus correspōderet: & tūc volo q̄ sine vlteriori actu moriat & seq̄t illatū. iō nō ē icōueniēs q̄ carēs merito psonali trīm beatificet sicut hns meritū psonale.

additio [Mihi videtur cōcedendū correlariū. Sed tunc est argumentū minima gloria dat pro gratia baptismali: ergo nō est possibile aliquem decedere in minori gratia alias haberet gloriā minorē minima]. ¶Q̄ tū ad secundā partē difficultatis in qua dicitur (& a quolibet tali) est apparētia q̄ sic/ qa quilibet talis est meritorius & cuilibet meritorio actui respondet gra in certo gradu. igit ratione cuiuscūq; actus meritorij auget gra p additionē illius gadus illi rndētis. ¶Circa hāc difficultatē tres sunt opiniones. Prima S. Tho. xvij. disti. q. iij. ar. iij. in solutione ad vltimū argumētū illius articuli dicit. q̄ non quolibet actu ex charitate elicito augetur charitas/nec ex quolibet tali auget beatitudo. vñ ad hoc declarandū dicit q̄ sicut aliquo bono actu disponitur hō sufficiēter ad hndā primā gram & aliquo bono actu nō disponitur sufficienter ad summā gram hndā ita aliquo actu elicito ex charitate nō disponitur hō sufficiēter ad augmentū maioris charitatis/& tali actui non respondet charitas/& ex pnti nec gloria / seu beatitudo/& inde dicit q̄ pportio meritorū nō attenditur penes multitudinē seu pluralitatē actuum. Vnde dicit q̄ actu elicito ex gratia non sufficiēti disponere ad augmentū charitatis nō efficit homo rōne illius dignior maiori premio: sed solū eodē premio pcedēti. Eandē opinionē tenet. S. Bona. in scdo. addītio [Sic ego dico firmiter q̄ hītus acqsitus non auget a quocūq; actu: sed regrit actus sufficiēter itēsus]. ¶Scda opinio ē Richar. dist. xvj. scdi & Sco. in quarto q̄ non quolibet actu ex charitate pcedente augetur charitas quia qñ qs elicit vnum actū ita q̄ nō potest maior illo ex illa charitate elici/vel mltiplicat tot q̄ equiualēt illi simul sumpti tali maximo p tūc pie credendū & dicēdū pbabiliter q̄ illi tunc corrñdet noua gra & ex pnti gria. sed si eliciat vnū solū minus pfectū nō illi pfecto equaleti: & illū nō reiteret vt fiat aggregatū illi sūmo actui pfecto equalens/ tunc nō corrñdet illi actui aliqs gradus gratie nec ppter illū actū gratia auget / verūtū illi actui sic paruo debet determinatus gradus glorie distinctus a prioribus ita q̄ nūq̄ fit actus bonus in gratia qn augeat gloria/ qd est ptra. s. Tho. & dicit Sco. q̄ corrñdet vnū premium gratie & aliud opibus. ¶Ex quo seqtur q̄ esse de lege magis gratū deo vel magis acceptatū non est habere maiorē gratiā. Patet/stat magis gratum habere minorem gratiam. Patet. Stat illum qui habet minorem gratiam multiplicare tantū actus meritorios q̄ illis debebitur maior gloria q̄ debeatur excessui gratie quam habet alter super ipsum: quo facto ē magis gratus deo & tamen non habet maiorem gratiam immo minorem/& vt clarius capiatur declaretur hoc exemplo. aliq̄ in/a/habuerūt equales gratias & eq̄lia merita/tñ vnus imediate post/a/elicuit actū remissū/alter vero nichil elicuit/q̄ talis sit magis gratus. Patet/ qa est acceptatus ad maiorē gloriā / & hoc est esse magis gratū/ná esse gratū deo est eē acceptū a deo. ideo ille est magis gratus qui est magis acceptus. sed sic est q̄ ille q̄ elicuit actum post/a/nō habet maiorem gratiā secundū illā opinionē / & tñ ei debet maius pmiū. igit. ¶Tertia opinio cōis & moderniorū quā optīe tractat Diony. i scdo & monachus impugnādo opinionē. s. Tho. est q̄ cuilibet actui bono in gra elicito corrñdet gratia & glia/& facit Monachus egregias rōnes ptra opinionē. s. Tho. q̄ inferius ponent. Sed prius declarat opinio Tho. dicit em̄/q̄ nō quolibet actu ex charitate elicito auget charitas meritorie licet bñ dispositie nec etiā auget btitudo. Vñ. s. Tho. & Durandus nitūtur pbare istā partē hoc mō. & prio adducit rō durādi. dist. xvij. primi. q. viij. q̄ talis est. Ille nō est dignus accipiēdis qui nō bñ vtit acceptis. sed ille q̄ nō elicita actū scdm totā inclinationē charitatis nō bñ vtit acceptis. igr nō ē dignus accipiēdis. s. gra & glia. Vñ scdm. s. Tho. ad hoc q̄ qs disponat se ad grā/ oportet q̄ disponat se scdm suā totā virtutē naturalem vt habeat charitatē: & nō sufficit q̄ disponat se scdm partē sue virtutis naturalis. iō in illo q̄ non

habet charitatē vt illam recipiat oportet ꝙ
diſponat ſe ſcđm ſuā totā virtutē naturalē.
ergo vt quis recipiat augmentū charitatis
oportet ꝙ diſponat ſe & ſcđm totā virtutē
naturalē & ſcđm totam inclinationē habi-
tus/& nō ſufficit ꝙ diſponat ſe ſecūdū par-
tem ſue virtis naturalis/qm̄ voluntas eſt li
bera potens agere ſecūdum totā ſuam vir-
tutem/vel ſecūdum vnā partē quod nō cō
tingit in cauſis naturalibus q̄ agūt ſcđm to-
tam ſuam virtutem.& capitur hic virtus na
turalis nō vt diſtinguitur cōtra liberā/ſed
ꝓtra infuſam.tunc ſi non diſponat ſe ſcđm
totam ſuā virtutē nō facit quod in ſe eſt/ &
ſolum facientibus qđ in ſe eſt deus dat gra-
tiam:ſed nullus facit qđ in ſe eſt niſi ſcđm to
tam virtutē ſuā agat.igitur requirit ꝙ diſ
ponat ſe ſcđm totā virtutē naturalē ad reci-
piendū gratiā. ¶Similiter tunc ſequtur ꝙ ad
augmētū charitatis requiritur ꝙ diſponat
ſe ſcđm totā virtutē naturalē & ſcđm totam
inclinationem habitus ſcilicet gratie. ita ꝙ
non ſufficit ad hoc ꝙ augeatur charitas ſe-
cundū eum ꝙ agat ſcđm totā potentiā na-
turalē ſed regitur etiam ꝙ ſcđm totū habi-
tum. ¶Sed iſte rōnes nō ſunt multū fortes/
& iſta opinio nō eſt heretica neq; ſapiēs he
reſim & poteſt deffenſari/ſed rōnes nō ſūt
efficaces. Ideo reſpondetur ad primā.ille q
tion vtitur charitate ſcđm totā inclinatio-
nem charitatis nō bene vtitur acceptis ſcili-
cet charitate. Ideo nō eſt dignus accipiē dis
Dico ꝙ bene vtitur ſed nō vtitur optime/
& vt ſit dignus accipiēdis ſufficit ꝙ bñ vta-
tur acceptis & non requiritur ꝙ optime vta
tur.& ſic ſoluitur ratio Durandi/ſed q̄tum
ad rōnē ſancti Thome vt aliqs habeat chari
tatem (dicit) neceſſe eſt ꝙ ſe diſponat ſcđm
ſuam totā virtutē. Dico cōiter doct.hoc ne
gant: ſcilicet ꝙ neceſſe ſit ꝙ adhibeat oia q̄
adhibere poteſt ad ſe diſponendū. Nā non
requiritur ꝙ homo ſcđm extremū ſui cona
tus diſponat ſe ad gratiā recuperandā:quia
hoc eſſet nimis durum. ¶Secūda opinio ē
ꝓbabilior & videtur ꝓformis ſacre ſcriptu-
re/ſcilicet Paulo dicenti.nos ꝓportet ꝓſen-
tari ante tribunal xp̄i &c. ergo operibus de
betur gradus glorie vltra gloriā que debe-
tur gratie/& videtur ꝙ vult habere Paulus
ꝙ per oēm actum bonū elicitū ex gratia me
remur gloriā nō tñ gratiā.& ſcđm iſtā opi
nionē attenditur ꝓportio ꝓmiorū ſcđm ag
gregatorū ꝓportionē ex meritis & gratia.
Et ſecūdum iſtā opinionē oportet ꝓcedere
correlarie ꝙ de lege iſta ſimul ſtant ꝙ ſtat
habentes equales gratias iequaliter premia
ri vt viſum fuit de illis qui ſunt eq̄les in gra
tia & meritis.& tñ vnus ſolus elicit actū re-
miſſum ex gratia.ergo nō attenditur equa-
litas premiorū preciſe ex equalibus gratijs.
Similiter ſtat duos habentes inequales gra-
tias equaliter premiari/vt ſint duo equales
in merito quorum tñ vnus ſcilicet ſortes ha
bet duas gratias ſacramentales/vnā baptiſ-
mi/& alterā ꝓfirmationis/& nullū habeat
meritū perſonale/& plato habeat vnum ſa
cramētale:& aliud perſonale:hñt iequales
gratias & equalia premia/ideo ſcđm iſtam
opinionē premiū nō correſpōdet ſoli gra-
tie nec ſolis operibus ſed vtriſq;. Vnde eſt
difficultas apud iſtā opinionē quō augeat
charitas / & nō loquimur hic de operibus
ſacramentalibus.nā ex opere operato ſemp
cōfertur gratia ſi rite ſuſcipiatur/ideo ꝓha-
bita gratia augetur/ſed ſeclusis operibus ſa
cramentalibus difficultas eſt videre quō au
getur charitas in iſto qui opatur bona ope
ra/an operi opantis debeatur tm̄ premium
q̄tum deberetur ſecluſo augmento charita-
tis/hoc ē an gratie corrñdeat certus gradus
glorie/& actui meritorio alius gradus ab il
lo vt ſit ſortes qui facit actū bonū intenſum
rōne cuius datur/a/gratia/an vnus gradus
glorie debeat ſortī ꝓ actu illo/& alius gra-
dus glorie debeat ei pro/a/gra.& ſi ſic ſeq-
tur ꝙ ſi plato elicit actū remiſſū nō agendo
q̄tū poteſt ex charitate/ita ꝙ nō ꝓducit per
fectū & ſummū actū ſequit inquā ꝙ platoni
ſolum correſpondet vnus gradus gloriep
opere.vel ſic ponatur exemplū.ſint ſortes
& plato/& ſortes habeat charitatē vt quat
uor & plato vt octo/& ſortes agit q̄tū po

teſt ex charitate vt quattuor in illo augetur
charitas/& plato nō agit tm̄ q̄tū pōt in ip-
ſo platone nō augetur charitas/& ſorti cor
reſpodet ꝓmiū ex bono c pe & gradu gra-
tie.ſed platoni ſolum corrñdet gradus glo
rie ex parte ſui operis & nō ex parte ſue gra
tie ſupaddite:qa nulla ſupaddit̄:ergo nunc
ſortes meretur de nouo maiorē gloriam q̄
plato ex ꝓſimili opatione facta in gratia.er-
go de nouo efficit ſortes diginior q̄ plato
cō ſimiliter opando.ꝓſequēs videtur abſur
dum.& ſic ſtaret eq̄liter merentes inequali-
ter premiari. Et ideo ad difficultatē iudicio
meo eſſet dicēdū ꝙ qñ acgritur graria ſolū
ex parte opis opantis ꝙ nō correſpōdet no
uus gradus glorie illi gratie diſtinctus a gra
du glorie correſpondente illi operi p qd ac
quiritur illa gratia/ſed idē ambobus ſimul
corrñdet: ita ꝙ vna gloria tota ſimul corre
ſpondet opi & gratie/& nō diſtinctus gra-
dus/& alius gratie. Sed qñ gra acgritur vir-
tute ſacramēti/dico ꝙ illi q̄ ſolū ex vi ſacra
menti acquiritur q̄ dicit̄ gratia ſacramētalis
debetur certus & determinatus gradus glo
rie a gloria debita cuicunq; opi operato. &
ſic patet ſolutio illius difficultatis.

¶ Quomodo per quēlibet actū meritoriū
augetur gratia preexiſtens. Cap.XII.

Prima ꝓpō.

REſtat nūc declarare tertiā opinio
nem pro qua ponūtur aliq̄ ꝓpoſi
tiones. Prima. ois actus ꝓcedens
a gra eſt meritorius augmēti glo
rie. Hanc ponit monachus impugnando
Tho. Probatur/ois actus ꝓcedens a gratia
baptiſmali eſt meritorius augmenti glorie
ergo eadē ratio actus ꝓcedens a quacūq; al-
tera gratia eſt meritorius augmenti glorie.
Conſequentia patet/qa nō eſt potior ratio
de vna q̄ de alia.añs patet:qa oppoſito da-
to ſeq̄retur ꝙ aliqui duo eq̄liter ꝓmiarētur
quorū vnus habet ſolū baptiſmalē gratiam
ſine perſonali merito/& alter habet baptiſ
malē cū merito ꝓſonali:ſed hoc eſt ꝓtra oēs
doctores:& probatur aſſumptū/ſint ſortes
& plato paruuli habentes preciſe gratiā ba
ptiſmalē/moriatur ſortes anteq̄ perueniat
ad annos in q̄bus poteſt habere meritū ꝓſo
nale & plato peruenīat ad etatē rōnis & eli-
ciat ſolū vnū actū a gratia baptiſmali q̄ nō
eſt meritorius augmenti glorie apud Tho.
cum non procedat ſcđm totam inclinatio-
nem illius charitatis:tūc plato nō plus pre-
miabitur q̄ ſortes.igitur. Secūdo arguit &
apparētius ꝓtra ſanctum Tho. Sequitur in
aliquo caſu ꝙ aliqs gradus gratie foret ali-
cui in detrimentū. Patet:ſcđm eum ſi ſortes
habeat charitatē vt quattuor preciſe & eli-
ciat actū ex illa charitate ſcđm totā latitudi
nem actiuitatis illius charitatis/ille actus ē
meritorius alicuius gradus glorie & gratie
ſcđm eum/quia ꝓcedit ab habitu gratie ſe-
cundū totā eius inclinationē. & ſit ille gra-
dus gratie/a/quā meretur de nouo per iſtū
actū. Arguitur ſic. ſi ſortes haberet dimidie
tatē/a/gradus vltra illos quattuor gradus
gratie & nō operetur niſi ſcđm illos q̄ttuor
nunc non operaretur ſcđm totā inclinatio-
nem charitatis. ergo talis actus nō eſſet me-
ritorius nec gratie nec glorie/& nunc cū ca-
ret dimidietate/a/gradus/ille actus ē meri-
torius. ergo dimidietas gradus foret in de
trimentū eius. ergo ꝓpoſitū ſcilicet ꝙ chari
tas eſſet alicui in dānū & detrimentū. hoc
videtur abſurdū. ergo & illud ex quo ſequi
tur. ¶Secūda ꝓpoſitio cōtra ſcđam opinio Secūda
nem Scoti & Richardi. Omnis actus proce ꝓpō.
dens a quacunq; gratia eſt meritorius noui
gradus gratie. ꝓbatur/quia ſeq̄tur bñ /cor-
reſpōdet nouus gradus glorie:ergo & gra
tia/quia dicitur cōiter ꝙ ſecūdum ꝓportio
nem gratie datur gloria. igitur ſi pro omni
tali datur gloria oportet ꝙ detur gratia ꝓ-
portiōata illi gradui gr̄ie:ergo q̄libet actus
ex gratia ꝓcedens ſiue magna ſiue parua:eſt
meritorius noui grad⁹ gr̄e. poſſet aliter ſua
deri/aliqs actus ꝓcedēs ex gr̄a ex parte ope
ris opantis augmētat gr̄am (de ope opato
nō ē q̄ō:qa ſp ex ope opato ꝓferē nouā gr̄a)
& nō augmētat gr̄am niſi qa dignificat illū
de nouo maiori gloria:ſed q̄libet qui pro-
cedit a gratia dignificat agentem de nouo
maiori gloria. ergo quelibet talis augmen-

Tertia ppō. tat gratiam. Tertia ppositio. Non quilibet bet actus ex maiori gratia pcedens est ppter ea magis meritorius. probatur de dilectiōe proximi multū remissa procedente tamē ex magna gratia respectu dilectionis eiusdem pcedens ex magno cognatu & minori gratia/sed hoc est ptra antiquos exponētes illam auctoritatē: non est attēdendū quid facias: sed ex q̄to. i. quāta gratia. sed alij exponunt ex q̄ta intentione. ppō. probatur/qa alias sequtur q̄ aliquis habēs paruā gratiam nunq̄ posset peruenire ad gratiā illius qui habet iam magnam/& qui sēp licet remisse operatur. patet: quia q̄tūcunq̄ iste conetur alius eo q̄ habeat maiorē gratiā magis meretur/sed hoc non est concedendū. igit nō quilibet actus ex maiori charitate pcedēs est magis meritorius/& ista opinio videt probabilior q̄ semp pro omni actu a gratia pcedente datur nouus gradus glorie cōtra primā opinionē/& datur nouus gradus gra-
additio tie cōtra secūdam. [Hanc secūdam opinionem insequor: sed questio est de actu contritionis qui nō pcedit a gratia: sed in gra tantum videtur q̄ tali actui non deberetur noua gloria post q̄ nō pcedit a gratia nec valet dicere q̄ sit vltima dispositio ad gratiā/qa sequeretur q̄ stante illo actu ptritionis occurrente materia alicuius pcepti affirmatiui necessario volūtas se pformaret illi pcepto & per pns nō meretur se conformando/vl̄ potest omittere actū. Si scd̄m: cōtritio staret cum peccato. si primū: nō mereret. Hoc argumentū est difficile cōtra illā partē in qua tenetur q̄ quilibet actus bonus potest fieri malus. ¶ Difficultas est/vtrum solus ille actus qui a charitate pcedit sit meritorius gratie & glorie. & videt q̄ nō/sit sortes in mortali eliciat actū bonū quē cōtinuet quo vsq̄ sit in gratia. & secūdo capio dispōnem qua quis se disponit ad remissionē peccati & infusionē gratie. talis dispositio pcedit natura gratiam/ergo nō est a gratia/& per pns non est meritoria. Patet: quia ois actus moraliter bonus in gratia factus est meritorius vite eterne precipue si feratur in deum tanq̄ in vltimum finem. Pro ista difficultate quaritur: vtrū pro solo actu elicito ex charitate debet nouus gradus glorie aut gratie/est duplex modus dicendi. vt sit sortes qui prius caruit gratia iam elicit dispōnem preuiam ad gratiā & potest illā elicere in instanti verūtū ista dispositio nō est a gratia/sed potius videtur q̄ gratia sit ab illa dispositō ne saltē preparatiue. Dicunt primi q̄ talis dispositio licet in esse nature pcedat gratiā/in esse tñ gratificō vel acceptationis a deo sequitur ipsam gratiam & secundum tale eē est a gratia. Sed hoc nō intelligo/quia quero an substantia actus illius sit gratia: ita q̄ iste actus realiter sit intensior gradualiter q̄ foret si non haberet gratiam/& ideo respōdet Gabriel in secundo q̄ pro illo instanti ille actus non est meritorius nec gratie nec glorie/licet pro illo de pgruo detur gra & gloria/igit tenendo vniuersaliter q̄ ad esse meritorū requritur pcursus gratie ille actus non est meritorius pro tali instanti pro quo elicitur/sed postea si libere ptinuet erit meritorius de nouo. Sed contra: pro illo instanti est gra & gratie nō repugnat in illo instanti prio sui esse agere/& est naturalr pductiua actus vt sol in primo instanti quo pducebat emittebat lumē. cōcedit q̄ in hoc instanti gratia agit & q̄ nō repugnat illi agere/& q̄ naturaliter ē pductiua actus/sed nego q̄ agat in hoc instanti ad talē actū/qa repugnat ei agere actū ipam natura precedētē: & ratio est Nam bñ sequtur/efficit istū actū. ergo est natura prior. iō implicat ptradictionē q̄ talis actus sit natura prior ipa gra/& q̄ ipa agat ad istū actū pducēdū: sed postea charitas cō seruabit talē a sola volūtate pductū. [Vide additio tur mihi q̄ ppter ipfectionē hitus hitus nō est natus agere in prio instanti sui eē. Sed cōtra hoc est appentia qa actus pcedēs ab hitu est ipfectior charitate ifusa/ ergo si actus pt agere in prio instanti & charitas infusa. Propterea Gabriel videt bñ dicere q̄ charitas nō pōt agere nisi cū cōnatu voluntatis quā precedit prioritate nature.

¶ De diminutiōe charitatis. Ca. XIII.

Mlsum est de augmento charitatis/& termiata est difficultas scd̄m duplicē opinionē: an charitas a quolibet actu elicito augeat. Nūc cō sequēter videndū est de diminutione charitatis. vtrū videlicet charitas possit diminui Relinquo difficultatē cōem vtrū det sūmū ad qd̄ charitas sit augmētabilis vel augmētari pōt/qa iā satis hoc termiatū est cū ageretur de habitibus acqsitis cū sit idē iudiciū vñ de lege datur sūma charitas quā possum habere. vel minima quā nō/qa de lege dat certū rps vltra qd̄ nō viuā/& in tali tpe non possum infinitos actus hre. iō datur certus nūerus actuū vltra quē non possū elicere alios actus: quo facto charitas q̄ qsmeret per illos actus ē finita de lege. Sed redeo ad difficultatē motā/videlicet vtrū charitas possit diminui. Vñ charitatē posse diminui dupliciter itelligit. Vno mō demeritorie de lege. i. q̄ possit dari aliqs actus q̄ de lege erit solū demeritorius pcise pditiōis vnius partis charitatis. & illo actu habito perderetur pcise tanta pars charitatis & nō tota quēad modū datur aliqs actus meritorius pcise certe partis. Vñ certū est q̄ infusa nō diminuit actiue nisi demeritorie/qa sicut a solo deo pducibilis est: ita a solo deo corrūpit. Alio mō intelligit q̄ charitas simplr & absolute sit diminuibilis siue de lege siue ptr legem siue ptra legē. Hoc supposito dicit q̄ charitas in scdo sensu ē diminuibilis. Patet/bñ sequtur charitas est augmētabilis. ergo est diminuibilis simplr & absolute. Patet pña. bñ sequtur/ē augmētabilis/ergo pōt illi addi vnus gradus de nouo seorsū/& vltra. ergo deus pt seorsū corrūpe illū gradū/quo facto diminuet: & sic est diminuibilis simplr & absolute. ¶ Scd̄a ppō. charitas nō est diminuibilis prio mō. Contra hāc ppōnē sunt due opinionēs quibus visis & ipugnatis pbabitur nostra scd̄a ppō. ¶ Pria quā videt tenere Altisi. est q̄ charitas diminuit p venialia. hoc mō. s. q̄ primū veniale auferet vnā partē. scd̄m veniale q̄uis eq̄ graue sicut primū nō auferet tm̄ sicut primū/sed solum subduplum: vt si primū veniale auferat vnū gradum/scd̄m veniale q̄uis eq̄ graue non auferet nisi medietatē gradū/& tertiū veniale subduplū ad scd̄m/& q̄rtū ad tertiū: & sic p̄ter & isto mō scd̄m hāc opinionē venialia nō pnt diminuere charitatē ad nō gradū vsq̄ q̄tū cūq̄ illa venialia multiplicent. & sic venialia eq̄lis gravitatis nō auferūt eq̄les partes eiusdē charitatis scd̄m Altisi. & nūq̄ remittitur vsq̄ ad nō gradū p venialia sicut habilitas ad bonū remittit p malū actū & q̄tūcūq̄ multiplicētur mali actus nunq̄ absorbet hō q̄n remaneat semp aliqd habilitatis ad bonū. ¶ Alia est opinio Richardi clymetō q̄ charitas diminuit p venialia scd̄m certā gravitatē illorū & p partes eiusdē q̄titatis etiā. vt sit sortes hūs charitatē vt. viij. cōmittit vnū veniale certe gravitatis/scd̄m eum tale veniale aufert vnā partē illius charitatis vt viij. gra exēpli aufert vnū gradū demeritorie elicit postea aliud veniale tāte gravitatis cū prio tale aufert vnū aliū gradū charitatis & sic p illa duo venialia rēanet charitas pcise intensa. vt. vj. & sic p. viij. venialia eiusdē gravitatis cū primo auferet tota charitas ¶ Et cū arguit cōtra eū. ergo charitas pōt pdi p sola venialia. negat pñam: qa qñ elicit vltimū veniale qd̄. s. ē demeritoriū pditōis totius charitatis q̄ restat/dicit q̄ tūc nō peccat solū venialiter sed mortalr: nō q̄ peccet mortalr p veniale qd̄ elicit: sed peccat mortaliter omittēdo qa tenetur seruare charitatē quā nō seruat. iō peccat mortalr. & iste sunt due opiniones oppōsite secunde positioni supius posite q̄ licet nō sint multū pbabiles neq̄ apparētes nō tñ sūt heretice. iō arguit ptra ābas. Prio sic. sequr q̄ p venialē qs puniretur eternalr & pena ppetua. Patet sic/sit sortes q pcise habet gram baptismalē: & nullam aliā: & primus actus quē elicit sit venialis nō sufficiēs tñ ad demerēdū pditionē totius charitatis sed solum vnius ptis/& decedat imediate post illud veniale pmissū sine quocūq̄ bono motu. i. merito psonali. tūc solū pmiabit rōne charitatis & nō rōe operū. ergo scd̄m valorē charitatis in q̄ decedit

Secūda ppō.

ergo ꝑmiabitur minus ppetuo q̄ puulus de cedēs imediate post baptiſmū: & pro venia li ſolum ſine rōne illius: ergo illo gradu cer to glie quo puulus ꝑmiabit plusq̄ ipſe ſor tes/eternaliter priuabitur rōne illius venia lis/& vltra. ergo ꝓtm̄ veniale punief eter naliter pena dāni q̄ eſt maxima pena. Nam oīs priuatio boni qđ alias ineſſet & nūc nō ineſt rōne culpe dicitur pena dāni alias par uuli decedētes in origiali nō punirētur pe na dāni. hoc eſt manifeſte falſū: & ꝓtra oēs doc. ergo vtraq̄ iſtarū duarū poſitionū eſt falſa. & hoc argumentū eq̄liter currit cōtra ambas opiniones. [Hoc argumentū eſt ap
additio parens: ſed qui vellēt ꝓteruire dicerēt ꝙ nō ſufficienter deſcribitur pena dāni: ſed addē dum eſt ratione culpe mortalis in ſeve l i al tero. Sed fieret replica de obſtetricibus que meruerūt bonū temporale a quo potuerūt impediri p ſolū peccatū veniale.] ¶Scđo ar guif ꝓtra ſcđam opinionē. ſequtur ꝙ qlibet q̄ncūq̄ peccat venialiter ꝙ teneref confiteri de illis venialibus vel ſaltē de omiſſiōe. pa tet: incertū eſt ſorti q̄tā charitatē habeat. er go incertū eſt ei ſi habeat maiorē q̄ p venia le demereaf corrūpi/& vltra/ergo icertū eſt ei an peccet mortaliter. ergo tenetur ad mi nus ꝓfiteri ſub dubio de venialibus/ꝓñs eſt abſurdū apud oēs doc. q̄uis multiplicētur venialia ſine termino nō tenemur illa ꝓfite ri & eēt difficile multū multiplicare ſcđm il lam opinionē q̄n charitatē corrūperēt. Re linquunf ergo iſte opiniones tanq̄ minus ꝓbabiles. & ꝓbatur ſcđa ppō ꝙ non poſſit charitas diminui /qa ſi ſic: hoc eſſet p venia le vel mortale/nō p veniale vt probatū eſt: nec p mortale qa mortale nō illā diminuit: imo totaliter aufert demeritorie. Igit reſoluto rie hītur iſte due ppōnes vere. Prima ꝙ ſim pliciter & abſolute pōt diminui charitas. Scđa ꝙ nō pōt dinui de lege. ¶Cōtra hanc ſcđam ppōnem Gre. i. xvi j. d. & de Aliaco poſt eū faciūt tale argumētū. Sit ſortes q̄ hēat charitatē vt .iiij. eliciat actū meritoriū quo augeat ꝑciſe ſuā charitatē p vnū gradum ita ꝙ talis actus ſit ꝑciſe meritorius vt vnū: & talis gradus ſit a. tūc charitas ſortis habebit quinq̄ gradus. tūc ſic arguif/ ꝓt dari vnus actus ꝑciſe demeritorius vnius gradus ſicut actus erat meritorius vnius gradus. ergo il lo gradu deperdif ꝑciſe tm̄ de charitate q̄tū acquirebatur per actum meritoriū vt vnū/ & per conſequens remittitur charitas/& nō totaliter aufertur. ꝙ poſſit dari actus eq̄ demeritorius. Patet: pōt dari actus minus meritorius puta veniale/& poteſt dari ma gis demeritorius. ergo ꝓt dari vnus eq̄l̄r de meritorius ſicut a. actus meritorius. ¶Ad argumētū admitto caſū/& diſtiguo ꝙ poſ ſit dari actus eq̄ demeritorius ꝑciſe ſicut eſt actus/a/meritorius. vel in illa diſpōne in q̄ nūc eſt ſortes puta hīndo gratiā vt. v. & ſic negaf. vel ꝙ poſſit dari eque demeritorius ſimpl̄r: & ſic ꝓcedif. Dico ſcđo ꝙ actus non ſunt ꝓpabiles adiuicē ſcđm meritū & deme ritū. & tūc argumētū eēt fruſtratū/ ſed hoc admiſſo/dico ꝙ poſtq̄ hēt charitatē vt qui ꝙ nō ꝓt dari aliq̄s eq̄ demeritorius ꝑciſe. nā ſortes mereī augmētū vnius gradus gre & certū gradū btitudinis: & ñ totā btitudinē ex illo gradu. a. qa gre ꝓcedēti corrūdet ali qd btitudinis/& ſortes nō ꝓt elicere actū de meritoriū moraliter q̄n demereaf totā bti tudinē qua eſt dignus. ergo plus demereī de pditione gre & btitudinis q̄ prius mere batur de acq̄ſitione p actū meritoriū vnius & ꝓter hoc demereī penā ſenſus: ergo non pōt dari aliq̄s actus demeritorius q̄n ſit ma gis demeritorius q̄ meritorius erat ꝑciſe a ctus vnius gradus/ſed ſimpl̄r & abſolute pōt dari eq̄liter meritorius & demeritorius ſed nō cū iſta circūſtātia in hīte charitatem vt q̄nq̄/vel i illo q imediate habuit. ¶Ter- Tertia
tia ppō/ꝓtm̄ veniale bñ remittit feruorem ppō.
charitatis. vñ feruor charitatis ifuſe ē actus ex charitate ifuſa elicitus/ vel eſt hitus acq̄ſi tus ex illo actu vt dicit de Aaliaco. vt ſortes hīs charitatē infuſā/ex tali charitate infuſa elicit dilectionē dei ſup oīa: talis dilectio eſt feruor charitatis infuſe/ex illo actu derelin quif hitus aliq̄s qui vocaf etiā feruor chari tatis infuſe. Probaf tertia ppoſitio. ſit aliq̄s

diligendo deū ſup oīa cū hoc peccet venia liter amādo creaturā/ tūc nō tm̄ diligit deū ſuper oīa q̄tum diligeret ſi nō haberet illā dilectionē venialē creature/qa pluribus in tentus minor eſt ad ſingula ſenſus. ergo oc caſionaliter remittit. i. redditur minus intē ſus q̄ foret ſine tali actu veniali. Preterea/ certū eſt ꝙ ipe actus venialis remittit habitū acquiſitū ex actibus ꝓtrarijs. & illi actus cō trarij erāt a charitate: quia erāt meritorij: er go peccatū veniale remittit feruorē charita tis. Sed queſtio eſt vtrū poſſit totaliter au ferre charitatē ſiue feruorē charitatis. Dicit ꝙ aliqđ veniale aliquē feruorē totaliter po teſt auferre & eſt ei incōpoſſibile. vt venia le quo volo mētiri iocoſe eſt incōpoſſibile nolitioni qua nolo mētiri iocoſe: ſed nullū veniale ē incōpoſſibile cuicūq̄ feruori ſim pliciter vt quocūq̄ dato erit dabilis aliquis feruor charitatis cui nō repugnat: licet alijs feruoribus repugnet: & ſic aliqđ veniale ꝓt aliquē feruorē totaliter diminuere ꝓtrarie: ſed nō demeritorie. ¶Dubitatur vtrum ſit aliqđ peccatū veniale qđ ſit incompoſſibile cuilibet merito: hoc eſt an iſta ſint incōpoſ ſibilia/mereri & peccare venialr. Et appa ret ꝙ nō: quia veniale nullā aufert charita tem: ergo. ¶In oppoſitū arguif: odiū dei ſubrepticiū nō ſtat cū merito. Patet: bñ ſeq tur ille meretur: ergo habet actū qui eſt dile ctio dei ſup oīa vel qui ex illa ꝓcedit. nā qui mereī oportet ipm̄ habere actū imediate cir ca deū vel circa creaturā impatū a dilectiōe dei ſup oīa: ſed iplicat ꝙ qs habeat odiū dei ſubrepticiū & ꝙ amet deū ſup oīa: cum nul lus poſſit ſimul amare & odire idē obiectū cū ergo q̄ritur vtrū ſit aliqđ veniale ꝙ cuili bet merito repugnet: dico ꝙ nō: qa odium dei ſubrepticiū ſupponēdo ꝙ ſit tale (Nam Occhā in quolibeto dicit nullū tale eſſe po nendum. & odire deum illo) iplicat mereri odio. mō iplicat odire deū & amaī eū ſcđm eādem rōnem & adeq̄te. ſed non implicat odire deū & eū amare ſcđm diuerſas rōnes. vt nō iplicat odire ſubrepticie & amare de liberate/ſed hoc ꝓceſſo ꝙ iſta duo nō ſtent vt mereatur oportet diligere deū ſup oīa/ ideo odiū ſubrepticiū ſtabit cum merito ac tuali impato a dilectione dei.

¶De reſurgente a peccato an reſurgat ad maiorem gratiam & gloriam. Cap. XV.

COnſequēter q̄ritur. Vtrū qui ceci dit a gria & poſtea reſurgit reſur gat ad maiorē gratiam: & omitto modos q̄bus reſurgit qa notū eſt ꝙ nullus reſurgit ad gratiā niſi per peniten tiā. Q̄tum ad hoc ſit prima ppoſitio. Qui cunq̄ reſurgit a peccato mortali ad minus ſemper reſurgit ad equalē gloriā ſiue ad dignitatē equalis glorie ſiue ad acceptationē ad equalē gloriā q̄đ idē eſt. Vnde exiſtēs in mortali ſecūdum p̄ſentē iuſticiā nō eſt acce ptatus ad gloriā: ſed qñ reſurgit nō ſolū re ſurgit ad habitum infuſum. i. ad gratiā ſed de nouo ad acceptationē ad gloriam ſcđm preſentē iuſticiā. ꝓbatur ppō: quia oppoſi to dato ſequtur ꝙ quis pro pctō dimiſſo eter naliter puniref/& iſta eſt vnica ratio efficax ad hoc ꝓbandū. Patet ꝓña. bene ſequtur: iſte reſurgit ad minorē acceptationem glorie q̄ prius fuit acceptatus: ergo ſi nūc decederet minus ꝑmiabitur q̄ ſi deceſſiſſet ante caſū. i. anteq̄ cecidiſſet a gratia. hec ꝓña eſt euidēs/ & vltra/iſte minus ꝑmiabif ſi nūc decedat q̄ ſi deceſſiſſet anteq̄ caderet a gra: ergo p ali quē gradū minus ꝑmiabif: ergo illo gradu ppetuo priuabif ppter caſum. tūc ſic arguif illo gradu ppetuo priuabif ppter illud pec catū: ergo ppter pctm̄ dimiſſū ppetuo pri uabif/& illa priuatio eſt pena: ergo punie tur ppetuo p pctō dimiſſo. ꝓñs eſt falſū. pa tet p Ezechielē ſi ꝓuertaf pctor/oīm iniqta tū eius nō recordabor. ſupple quātū ad pu nitionē eternā. igif prima ppō vera. Scđa ppō ꝓbabilis eſt etiā eius oppoſitū ꝓbabi le eſt: qcunq̄ reſurgit/ad minus reſurgit ad eq̄lē gratiā. Iſta nō pōt ita efficaciter ꝓbari ſic pria/& ſupponit ꝙ ꝑciſe penes eq̄litatē vel ineq̄litatē grārū ſit eq̄litas vel ineq̄litas acceptationis ad gl̄iam ſcđm p̄ſentē iuſticiā Et iā prius allegate ſūt opiniōes ꝓtrarie ꝙ nō ſolū valori gre corrūdet valor gl̄ie/ſed

g. iiij.

valori grie & valori oprum. vñ dicit Sco. q̄ non semp oportet hoiem resurgere ad eq̄lē grām sed oportet semp ip̄m resurgere ad maiorē gr̄iā. tñ suadeo ist̄ā sc̄dam ppōnē quasi eodē argumento sicut primā. Arguitur sic. q̄uis nō solum respondeat valor gr̄ie valori gratie: cuilibet tñ gratie aliq̄d glorie correspondet distinctū (sc̄dm illam opinionē) a gloria q̄ correspondet opibus/ergo si fortes resurgat ad minorē gratiā/etiā resurget ad acceptationē minoris glorie. p̄ns est im probatum in prima propositione: q̄uis nō resurgat a debito totius glorie soli gratie debite nihilominus cuilibet gradui gratie correspōdet aliquid glorie debitū a gloria correspondēte gratie & a glotia correspondente opibus. ergo si resurgit ad minorem gratiam/sil̄iter etiā ad minorē gloriā. nam bene sequitur/resurgit ad minorem gloriā debitā gratie: ergo simpliciter resurgit ad minorem gloriam. Patet: fortes qui resurgit quātum ad debitum operibus resurgit ad equalem gloriam: sed ex parte gratie resurgit ad minorē: ergo respiciēdo ad totalem gloriam ad quā resurgit talis resurgit ad minorem gloriā. Consequēs est improbatū in prima ppōne. ergo ppositio secunda relinq̄tur vtcūq; pbata. ¶ Tertia ppositio quam multi ponunt & in qua est quasi tota difficultas. Quicūq; resurgit/resurgit ad maiorē & gratiā & gloriā. Patet: q̄cūq; resurgit/primo resurgit ad oēm gratiā quā prius habuit & ad oēm gloriā prius sibi debitam/& cū hoc resurgit ad vnum gradum gr̄e quē nō habebat & ad vnum gradū glorie qui prius illi nō debebatur. igitur tertia propositio vera. Prima pars huius propositionis patet ex secūda ppōne: & secūda ex prima. Tertia pars patet: scilicet q̄ resurgat ad gradū gratie quē prius non habebat: & glorie qui prius nō ei debebat. nā quicūq; resurgit hoc est per opus meritorium. ergo ratione illius operis meretur gradū gratie quem nunq̄ habuit & vnum gradū glorie qui nunq̄ fuit ei prius debitus. igit. Et ista est ppositio guillermi parrhisiēsis in libro de sacramentis tractatu de puidētia. Vnde nō est difficultas q̄ quicūq; resurgit per sacramentum quin resurgat ad vnū gradum gratie & glorie nō prius habite nec debite: quia ex vi operis operati ꝓfertur. Sed est difficultas de illo qui resurgit sine sacramētis: hoc est ex vi operis opantis. i. ex dispositione & bono motu volūtatis. & q̄ sit difficultas ic suadeo/sit fortes qui cecidit a gratia & gloria vt octo/resurgit a peccato per cōtritionē solū. in primo instanti quo est in gratia non est dignus maiori gloria q̄ prius: ergo nō resurgit ad maiorē gloriā. Patet antecedēs. in primo instāti in quo est i gratia post casum nullū opus elicuit ex gratia. ergo post casum nihil meruit de gloria/& nō acquirit aliq̄d de gloria ex vi opis opati. igitur. vnde dictū est q̄ nullū opus est meritorium nisi sit ex gratia. ideo cū dispositio est prior natura q̄ gratia: nō est meritoria. vñ fortes resurgēs ex vi operis operātis in hoc instāti non meret aliq̄nd glorie. Patet: q̄a in hoc instanti nō operat ex gratia. & post casum nunq̄ opatus est ex gratia: ergo post casū non est dignus maiori gloria q̄ erat ante q̄ caderet. & hoc apparet multū ꝑbabile. & hoc videtur sētire Eliphat in prima distinctione q̄ quicūq; resurgit ex vi operis operantis/resurgit ad equalitatē gratie. Sed cō tra hoc arguitur. si iste surgeret (nō dico resurgeret) ita q̄ nunq̄ fuisset in gratia prius: surgeret ꝑ opus operās ad aliquē gradum gratie quē nunq̄ habuit: ergo ratiōe istius boni motus q̄uis nō sit a charitate debetur aliq̄s gradus gratie. ergo cū resurgit nō solum resurgit ad gratiā quā habuit ante casum/sed cū hoc ad gradū vltra qui debet illi dispositioni per quā resurgit. & ponit talis analogia/sit fortes adultus non baptisatus qui nunq̄ fuit in gratia. est possibile q̄ acq̄rat gratiā ex vi opis opantis. i. per bonū motū volūtatis quo vult effici x̄pianus & baptisari sed nō habet oportunitatē: q̄a nō iuenit sacerdotē paratū. & si eū peniteat veteris vite sibi ꝓferr̄ gr̄ia añq̄ recipiat sacrām tū baptismi/& talis nūq̄ habuit gratiā & nō

Tertia ppō.

eōferr̄ nisi p opus operās. ergo isti dispositioni que est bonus motus fortis debet aliquid gratie & non minus deberetur ei q̄ si fuisset prius i gratia. ergo ille qui fuit prius in gratia resurgens per bonum motum nō solum resurgit ad equalem/sed etiā ad maiorem gratiam/& ex p̄nti ad maiorem gloriam ei debitam. & hoc videtur mihi concedendum. [Hoc argumentum est bonū ad probandum q̄ in primo instanti quo gratia infunditur concurrit ad actum alioquin aliquis habebit vitam eternam qui nūq̄ elicuit meritorium & non habuit sacramentū vllum quod non concedo.] Et ad argumētum in oppositum/quando quis resurgit i primo instanti verum est dicere q̄ non meretur per bonum motum/quo resurgit. ergo nec meretur gratiam/quia per quā cūq; meretur gloriam meretur gratiā nec prius merebatur post casum a gratia/qa nō operatur ex gratia. ergo meretur/nec ante merebatur. dico admittēdo casū q̄ fortes in hoc primo instanti resurgat per bonum motū verum est q̄ in illo non meretur de condigno/quia iste bonus motus est a sola natura & non a charitate (etiam suppositio auxilio diuino) sed dico q̄ meretur de congruo quia ex dispositione qua habet talia secundum legem deus infundet gratiam. sed vltra illam infundetur aliquid gratie ratione illius dispositionis/& consequenter meret aliquid glorie. Difficultas circa secundam & tertiam propositiones. ex illis sequitur q̄ aliquis resurgeret & non posset dari certus gradus gratie ad quam resurgeret. patet: capio sortem qui per totam horam precedentem terminatam ad hoc instans merebatur intendendo bonum motum successiue / in hoc instanti terminante horam peccet mortaliter/quia in illo instāti potest elicere volitionem prohibitam vel omittere aliquid quod precipitur eliciendum pro illo instanti sub pena peccati morralis. illo casu posito arguit sic. nō dat certus gradus gr̄e a quo cadit ergo q̄n resurgit nō dat certus gradus gr̄e ad quā resurgit. patet añs prio i hoc ista

addītio

ti iste nō het gratiā/qa ei mortali p casū positū/& nō p̄t dari maxia gr̄a quā habuit prius. ergo nō dat maximus gradus gr̄e a quo cadit. consequentia est certa. & minor probatur. quacunq; gratia signata ante illud instans adhuc aliquid merebatur quod addebatur illi gratie p̄cedenti. ergo illa non erat summa. Vnde cōmuniter dicitur apud gregorium si sit aliqua qualitas que successiue intendatur vsq; ad aliquod instans & in illo anniḥiletur tota adeo q̄ non datur certus gradus qualitatis qui fuerit/ergo i ppo sito si fortes per totam horam mereatur vsq; ad hoc instans/& in hoc instanti peccet: non datur summus gradus a quo cadit/& nō resurgit nisi ad illam a qua cecidit/& ad illam que debetur dispositioni per quam resurgit. ergo cum nō detur summum a quo cadit non dabitur summa gratia ad quā resurget: & hoc est impossibile q̄ sit aliqua q̄litas in instanti quin detur summum eius. Dico q̄ ista sunt concedēda. primum. Nō datur sūma gratia quā fortes habuit. Secundum. non datur sūma gratia qua fortes fuit dignus. & sic non datur nec summa gratia a qua cecidit/nec sūma gloria a cuius debito cadit. nā quocunq; gradu glorie fortes fuit dignus in instanti posteriori maiori fuit dignus/quamcunq; gratiam in instanti habuerit i instāti posteriori maiorē potuit habere. Tertium concedendum q̄ quando resurgit non solum resurgit ad gratiam quā habuerit nec solum ad debitum glorie prius debite: sed resurgit ad totam gratiam quam habuisset in illo instanti/& ad totum debitum glorie que debita fuisset in illo instanti. Datur analogia. aliquis adultus accedit ad baptismum/baptisatur/tamē ponit obicem ne recipiat gratiam baptismalem/si postea resurgat talis resurget ad illam quā habuisset in baptismate si non posuisset obicē Similiter dico in proposito. fortes per totū tempus meretur augmentum gratie successiue vsq; ad illud instans terminans horam & in illo ponit obicem & si non posuisset i illo instanti fuisset gratia intēlior & maior

gloria debita q̄ prius q̄uis nō fuisset in illo instanti primo merita capiēdo ly merita nominaliter. Ideo cum resurgit/resurget ad totum illud quod habuisset & debitū fuisset ei in illo instanti. Et sic dicta sufficiāt de virtutibus theologicis.

¶Tractatus tertius de virtutibus moralibus & vitijs oppositis.

¶De diuisione virturis in moralem & intellectualem.

IMPOsito fine de virtutibus super humanis. i. theologicis: consequenter agēdum est de virtutibus humanis. & presupponīt distinctio posita supra quando querebatur quomodo differunt theologice & humane. ¶Dictum enim est quia humane fūt circa aliquod obiectum secundum aliquam rationem q̄ non excedit humanam rationem. ¶Item sunt acquisite/alie vero infuse. vnde. s. Tho. nullas ponit theologicas acq̄sitas. his suppositis q̄ritur vtrum virtus bene diuidatur i intellectualem & moralem. Et apparet q̄ nō virtus intellectualis nō est virtus. ergo virtus non bene diuiditur in intellectualem & moralem. patet antecedens/habitus ille nō est virtus cuius actus est indifferens ad bonitatem vel malitiam. sed actus virtutis intellectualis est huiusmodi. igitur. Reliquo maiorem satis notam ex auctoritate Augu. dicentis virtutibus nunq̄ cōtingit male vti: supple elicitiue. hoc est nunq̄ cōtingit actū habitus virtuosi esse malum. patet minor/ inter virtutes intellectuales vna ponitur scientia/sed actus scientificus est indifferēs ad bonum & ad malum. nam stat aliquem ex habitu scientifico elicere actum / & illum in bonum & in malum finem ordinare. ideo actus virtutis intellectualis est indifferēs & ad bonum & ad malum. Igitur virtus non bene diuiditur prima sui diuisione in moralem & intellectualem. ¶In oppositum tamen est Aristoteles sexto ethicorū/q̄ post q̄ tractauit de virtutibus moralibus in precedentibus libris/consequenter in ipso sexto tractat de intellectualibus. ¶Pro solutione huius difficultatis notandum est ex doctrina sancti Thome/q̄ aliquis habitus dupliciter dicitur virtus. Vno modo/ quia facit facultatem alicuius operatiōis bonam q̄ de facto est/vel potest esse bona. Secundo modo. quia facit vsum illius habitus esse de facto virtuosum. Primo modo dicit virtutes intellectuales esse virtutes. Nam scientia facit facultatem ad actum scientificum qui actus est bona operatio ipsi potentie intellectiue. Similiter itellectus habitus facit facultatem ad assensum premissarum siue principiorum que sunt operationes bone intellectui potentie: sed habitus non facit q̄ vsus fuimet sit bonus & virtuosus/quia hoc dependet ex libero arbitrio voluntatis/ hoc ē talis habitus nō iclinat ad hoc vt vsus eius sit bonus. patet/nunq̄ aliq̄s vsus est bonus aut virtuosus nisi per actum volūtatis. sed habitus intellectuales non inclinant ad actus voluntatis. ergo secundum se non iclinant ad hoc vt vsus ad illam operationem sit bonus. Habetur ergo q̄ capiendo virtutem primo modo/virtutes itellectuales sūt virtutes: & non secundo modo capiendo sole virtutes morales sunt virtutes. & in prima diuisione capitur virtus vt est quid cōmune ad illas duas acceptiones nunc positas. ideo respondetur ad argumentum prius factum/habitus ille non est virtus cuius actus est indifferens & ad bonum & ad malum. verum est q̄ habitus ille nō est virtus secundo modo cuius actus est indifferens. sed bene primo modo. Dico q̄ aliquis habitus est virtus cuius actus est indifferēs ad bonitatem vel malitiam puta per bonam/ vel malam relationem voluntatis in finem Vnde stat actum alicuius habitus artis esse malum propter malam relationem. De distinctione virtutum intellectualium adinuicem non intendo pro nunc tractare. sed accedo ad morales mouendo questionem de distinctione illarum adinuicem in communi. ¶Vtrum scilicet bene distinguantur in

prudentiam fortitudinem iustitiam & in tē perantiam. & videtur q̄ non/quia prudentia est virtus intellectualis. ergo non debet poni inter morales. patet antecedens/ quia actus prudentialis est iudicare de agendis/ modo iudicare est actus intellectus. ergo & eius habitus. q̄ habitus & actus ab eo elicitus semper sunt in eadem potentia. Non ē difficultas de alijs tribus quin sint morales sed difficultas est de ipsa prudentia. ¶Vnde prudentia secundum essentiam eius est intellectus/quia est subiectiue in intellectu & eius actus est intellectualis. sed ipsa prudentia est virtus moralis secundum materiam/ siue secundum obiectum/quia versatur circa illud obiectum circa quod versantur cetere morales virtutes. & sic secundum suā naturam & essentiam dicitur intellectualis/ secundum vero materiam moralis. Item ipsa prudentia magis accedit ad esse virtutis moralis q̄ cetere quattuor alie intellectuales scientia/sapientia/ars & intellectus/patet sexti ethicorum tertio. quia alie secūdum se nō faciunt vsus bonos. sed ipsa prudentia non solum dicit facultatem ad operationem immo facit vsum singularum aliarum bonū. notum est enim q̄ prudentia facit vsum iustitie bonum/hoc est nisi adesset actus prudentie nunq̄ esset bonus ipsius iustitie vsus & sic de alijs dicendum est puta q̄ ipsa prudentia facit vsus aliarum bonos. Patet igitur/q̄ tres sunt virtutes morales secuudum essentiam/altera vero puta prudentia est solum moralis secundum materiā. intellectuales vero sunt secūdum essentiam intellectuales. [Prudentia facit vsum aliarum virtutū bonum/& quia circa eandem materiā versatur dicitur moralis obiectiue & vsiue alie nec vsiue nec obiectiue sunt morales.]

additio

¶De actibus prudentie. Cap. ij.

CONsequenter videdum est de actibus prudentie qui communiter a doctoribus tres assignantur. s. eubolia/synesis/ & nomin/& antistinguantur inter se. Pro declaratiōe notandum q̄ Eubolia secundum Tho. est actus quo bene consiliamur. synesis est iudicatiua siue iudicium de agendis secundum cōmunem legem. nomin est precipere secūdū ipsam rationem naturalem in his in quibus deficit lex communis. primus igitur actus ē eubolia. i. consiliari. Secundus synesis. i. iudicare. Tertius est precipere. & iste vltimus actus. s. precipere secundum Tho. vocatur proprie prudentia. Vnde dicit prima secunde queſt. l vij. q̄ isti tres actus distinguntur realiter ab inuicem. & sic se habent q̄ semp posterior est principalior priore. Vnde eubolia seu recte consiliari/seu recte inquirere est actus prudentie minus principalis q̄ iudicare. ratio est quia ille actus non est nisi propter secūdum. i. propter iudicare immo q̄n habetur iudicium non est amplius opus inquisitione. ideo primus actus est propter secundum. i. propter iudicare. dicit vltra. s. Tho. q̄ vltra actum secundum ponitur tertius actus perfectissimus. s. precipere. & ratio est (dicit) nam cum actu secundo scilicet iudicare stat peruersitas in affectiōe alias nō posset quis agere contra conscientiā/& iste prius est actus prudētie. s. precipere cū quo nō stat peruersitas/& de isto dicitur omnis malus ignorans. & habitus inclinās ad istū actum est habitus principalis prudētie qui connectitur cum virtutibus moralibus quē non stat esse sine morali virtute. Vnde facile ex ista distinctione actuum prudētie pōt intelligi multi passus. s. Tho. Actus prudētie vocat partes potentiales inclinantes ad tertium actum. & ponit distinctionem realem inter illos/actus & quia nō possum bene capere hanc opinionem: arguitur q̄ nō sit ponendus ille tertius actus scilicet precipere. & non est difficultas quin duo primi sint ponendi. Dicit sanctus Tho. q̄ postq̄ intellectus iudicat dandam esse elemosinam/ habet alterum actum qui exprimitur per ly fac. vel des. quo habito necessitatur voluntas ad volendum dare. Arguitur cōtra hoc nam secundum Aristotelem non ponunt nisi tres operationes intellectus. s. simplex apprehensio/discursus/compositio vel di

uisio/sed ille tertius actus quem ponit non est simplex apprehensio neq; discursus. ergo est compositio vel diuisio/ & nõ est cõ positio vel diuisio apprehensiua. ergo est iudicatiua/& si est iudicatiua:ergo non apparet ꝙ sit ponendus actus precipiẽdi distinctus ab actu iudicandi. ¶Secundo arguitur sic.habito actu iudicandi secundum eũ nõ necessario sequitur actus precipiendi/quia alias cum actu iudicãdi nunq̃ staret elicitio oppositi/vt habito actu iudicatiuo ꝙ danda est elemosina non necessario sequitur actus precipiendi.ſ.des vel fac. Tunc arguit sic illo actu iudicãdi habito sine productione actus precipiendi/vel possum elicere volitionem conformẽ illi iudicio:vel non.Si dicas ꝙ non possum.cõtra. possum ex simplici apprehensione secluso actu precipiendi.ergo possum etiam ex iudicio secluso ẽt quocunq; alio actu sequẽte. Si dicas ꝙ possum:Arguitur sic/illa volitio ẽ bona.ergo superfluit actus precipiendi ad bonitatem illius actus. Antecedens patet / primo talis volitio est elicita libere & scienter quia scio hoc esse faciendum & propter hoc.i.finem debitum & circa materiam debitam. & ista sufficiunt ad bonitatem actus moralis secũ dum Arist.ergo superfluit ille tertius actus quẽ ponit thomas. ¶Tertio sic.ipe.ſ. tho. videtur dicere ꝙ iste actus iudicandi nõ est perfectissimus actus prudentie quia cum tali stat peruersitas in affectione sed actus ille tertius.ſ.precipere ẽ perfectissimus:quia cũ illo non stat peruersitas in affectione. ¶Cõtra.vel causatur mere libere vel pure naturaliter talis actus precipiendi. Si dicas secũdũ ergo cum mere naturaliter ad illum actum precipiendi sequitur elicitio / ergo nec hoc nec illud erit bonum aut virtuosum. patet consequentia/nihil est bonum aut malum moraliter nisi libere eliciatur vel imperetur. ergo si tam precipere q̃ elicere causentur necessario neutrum erit bonum.Si dicatur/ꝙ ille tertius actus.ſ.precipere causatur libere sed ad illum necessario sequitur elicitio i voluntate.tunc sequitur/ꝙ bonitas aut malitia moralis esset attribuenda actibus intellectus & non voluntatis. Patet consequẽtia/ quandocunq; sunt duo actus sic se habẽtes ꝙ vnus est liber in se & alter necessario seqtur ad primum : ille secundus non habet libertatem proprie dictam nisi in primo / qa tota bonitas aut malitia attribuitur primo ideo hac ratione actus exterior non dicitur habere propriam malitiam distinctam ab interiori/quia necessario sequitur ad primum si non ponatur impedimentum. ergo cum primus actus libere eliciatus sit precipere/& ad illum in voluntate necessario sequat elicere:tota bonitas illius electionis est attribuẽda actui qui est precipere/& sic actus volũtatis essent solum boni vel mali denominatione extrinseca/quod nullus doctorum concedit.Ideo dico ꝙ vltra consiliari quod est vnum preuium ad actum prudentie nõ est ponendum aliquid preter iudicare siue preter iudicium practicum. Vt itellectus iudicat ꝙ danda est elemosina/non est opus amplius inquisitiõe vltra tale iudicium/ & non video quis alter actus esset ponendus pro actu prudentie immo ille actus iudicãdi sufficit ad voluntatem vt recte eliciat/ & si non habeat tale iudicium non scienter elicit.& sic tenent omnes doct.nam voluntas non est ancilla intellectus:sed ediuerso itellectus est seruus ipsius voluntatis. ideo resolutorie dicendum est ꝙ illud recte iudicare est propius actus prudentie:& non ẽ ponendum tale precipere distinctum ab ipo iudicio. [Argumentum fortissimum contra Tho.ꝙ non sit ponendus actus ille qui vocatur precipere sed sufficiunt cõsiliare & iudicare/sed nõ bene capio quis est propius actus consiliationis que vocatur Eubolia. Si dicas ꝙ sit talis actus: volo iquirere de bonitate vel malitia actus tunc eubolia esset actus vel habitus voluntatis & non intellectus. Si dicas/ est tale iudicium inquirẽdũ ẽ de bonitate vel malitia actus/tunc est idem cum iudicare & hoc apparet.] addicio

¶De actuali prudentia an reqratur ad quãlibet operationem studiosam. Cap.iij.

COnsequenter videndum ẽ. vtrũ ad quãlibet operationem virtutis necessario regratur actus prudentialis puta aliquod iudicium quo iudicetur hoc esse faciendum vel nõ faciendum/prosequendum vel fugiendum. Et arguitur ꝙ sic.duplici auctoritate Arist. Dicit enim in secundo ethi.diffiniens virtutem ꝙ est habitus electiuus in medio critate consistens determinata ratione. ergo videt ex hoc ꝙ anteq̃ actus aliquis sit virtuosus requiritur ꝙ obiectum illius sit medium secũdum determinationem rationis/& hoc nihil aliud est q̃ esse dictatum a recta ratione. ergo ad operationem virtutis necessario requritur actus prudentialis. Insup dicit Arist. ꝙ ad bene operandum tria requirũtur. Primo ꝙ talis operatio fiat ex electione.i. sciẽter/hoc est cum iudicio prudẽtiali. Occhã in tertio questione.xiij. pro ista questione ponit aliquas propositiones. Prima. Ad actũ virtutis non sufficit conformitas ad prudentiam aptitudinalem (& capitur semper prudentia pro actu) hoc est nõ sufficit ꝙ actus sit aptus natus esse cõformis actuali prudentie. patet/quia opposito dato sequitur ꝙ actus elicitus contra conscientiã erroneã esset actus virtutis. consequens est falsum imo quilibet talis est vitiosus/ergo & antecedens. patet consequẽtia. ille actus elicitus contra dictamen erroneum est aptus natus esse conformis dictamini recto. sed talis nõ est virtuosus. igitur ad actum virtutis non sufficit illa aptitudo ad actualem prudẽtiã. Dices ꝙ sufficit illa aptitudo ad dictamẽ actuale rectum secluso errore oppositi illi dictamini recto quod est aptum natum actũ conformare. Contra/non est eadem aptitudo quando est error & quando non est. & istud argumentum non est multum efficax qa diceret aliquis ꝙ sufficit aptitudo secluso errore: vt quandocunq; quis amat deũ q̃ uis non dictet actualiter esse amandum deũ dum tamen non dictet non esse amandum: esset difficile impugnare. Secunda propositio. Non sufficit conformitas ad prudẽtiã habitualem. patet/nullus habitus inclinat ad actum alterius habitus nisi mediante actu proprio. ergo habitualis prudentia nũq̃ inclinat aut nunq̃ dirigit actũ alterius habitus:nisi mediante actu proprio sicut habitus principiorum/certum est enim ꝙ nũq̃ inclinat ad actum cõclusionis nisi mediãtibus actibus principiorum circa principia ita nunq̃ habitualis prudẽtia inclinat ad actũ affectionis nisi mediante actu suo. & istud argumentum est contra Gregorium ꝙ nõ sufficit relatio habitualis in vltimum finem ad hoc ꝙ actus sit bonus. eodem modo ꝙ non sufficit habitualis prudentia. Tertia ꝙ positio. anteq̃ actus virtutis sit bonus requritur in intellectu actualis prudẽtia. Vnde nũq̃ actus volũtatis est bonus quin actu sit iudicium actuale in intellectu dictans hoc esse faciendum vel non faciendum/fugiendum vel prosequendum. & ista propositio satis patet ex auctoritatibus preallegatis ex Ari. in principio huius questionis. Diceret aliquis. dicis ꝙ anteq̃ actus voluntatis sit bonus requiritur dictamen prudentiale actuale in intellectu. Queritur tunc vtrum ad actum esse bonum requiratur tale iudiciũ certum vel sufficiat iudicium opinatiuum. Et apparet ꝙ non sufficiat opinatiuum. quia bene sequitur/est iudicium opinatiuum.ergo est formido de opposito. sed facere contra talem formidinem videtur malum:quia esset se exponere periculo peccãdi. ergo nũq̃ actus elicitus conformiter ad opinionem erit bonus. Vnde videtur mihi dicendum ꝙ potest esse assensus opinatiuus qui non ẽ sufficiens ad bonitatem actus sibi cõformis patet/potest esse assensus ita opinatiuus ꝙ plus est de formidine: vel ad minus tantum ꝙ hoc sit faciendum & bonum q̃um est de assensu ꝙ tale sit bonum/quo casu apparet ꝙ talis actus non sit bonus: verumtamen si esset multum de assensu & parum de formidine sicut sunt aliqui(vt dicit Arist.)q; plus essentiunt suis opinionibus q̃ alij suis conclusionibus credo ꝙ tunc esset sufficiens ad regulandum operationem moraliter bonã

Prima ppõ.

Secũda ppõ.

Tertia ppõ.

addicio in volũtate. [Per illud bene soluitur de primo actu fidei secundum Gregorium quia p talem actum potest regulari imperium voluntatis imperãtis primum actum fidei. Sed contra sequitur q̃ aliquis actus opinatiuus esset de fide/quia essemus obligati ad talem actum opinatiuum & per consequens essemus obligati ad opinãdum in fide/dico q̃ nõ sequitur ad talem assensum teneor: ergo est de fide: patet instãtia de hac propositiõe habebo beatitudinem cuius oppositum repugnat spei actui ad quem teneor.] ¶Alia difficultas. dictũ est q̃ semper ad hoc q̃ actus sit bonus requiritur aliquis assensus in intellectu. ergo ex hoc infero/q̃ ante q̃ habeatur aliquis actus bonus in voluntate necessario precedunt aliqui actus in voluntate q non sunt boni. patet cõsequentia/implicat q̃ in intellectu sit aliquod iudicium quin sit aliquis actus in volũtate preuius. vnde habitis notitijs extremorum est adhuc liberũ componere. Ideo dicit sanctus Thomas/q̃ q̃uis assensus euidens non sit bonus aut malus: ipsa tamen consideratio preuia requisita est bona vel mala. ergo non potest haberi iudicium quin sit aliquis actus voluntatis preuius: sed non est possibile q̃ talis secũdum hanc opinionem sit bonus/quia si est preuius & precedens omne iudicium nõ regulatur iudicio prudẽtiali actuali. ideo oportet de necessitate q̃ ante omnem actum bonum precedat actus voluntatis non bonus & hoc conceditur. & talis actus si sit indeliberatus/nec est bonus nec malus. Et si tenetur/q̃ ad puram deliberationẽ sufficit simplex apprehensio vt tenet Scotus/talis est indifferens. quia non habet omnes circunstãtias requisitas ad bonum actum. Cõtra/ex hoc modo dicendi sequitur q̃ rusticus raro bene ageret. Patet/quia raro format talia iudicia. Dico q̃ immo frequenter iudicat. nam viso paupere iudicat q̃ est ei danda elemosyna. [Optima est] hec difficultas & videtur q̃ obligemur ad actum indifferentẽ quia obligamur ad actum prudentialem secundum Gregorium argumẽtum esset ma

addicio

ioris ponderis nisi dicat q̃ simplex apprehensio sufficit ad bene agendum.] ¶Alia difficultas. dictum est q̃ sufficit conformitas ad iudiciũ practicũ verũ actuale ad hoc q̃ actus sit bonus. ¶Iam queritur. vtrũ hoc sufficiat q̃ in intellectu sit tale iudicium & q̃ in voluntate sit actus conformis illi iudicio siue secundum q̃ illud iudicium dictat ita q̃ sufficiat assistentia illius iudicij/vel requiratur q̃ tale iudiciũ sit partiale obiectũ illius actus concurrẽs ad illum actum partialiter producendum. Hoc iam determinatũ est vbi quesitum fuit an ad actum bonũ moraliter requiratur q̃ talis actus habeat dictamen prudentiale pro obiecto. Dicit occhã q̃ requiritur q̃ sit efficientia/immo dicit q̃ sit obiectum partiale actus/ita q̃ sicut non sufficit facere ignoranter/sed requiritur q̃ fiat ex ignorantia ad hoc q̃ actus excusetur pari forma vt operatio sit bona non sufficit q̃ fiat scienter ab operante/sed requiritur q̃ scienter & ex scientia/ideo non sufficit assistentia circunstantiarum. Scotus vero dicit q̃ sufficit assistentia illius prudẽtie actualis quod credo probabilius.

¶De voluntate an possit ferri in oppositum illius quod est dictatum a recta ratione. Cap. iiij.

Ilsum est quo modo est necessaria prudentia actualis ad bene moraliter agendum. q̃ritur nunc vtrũ ad verum dictamen prudentiale necessario consequatur ipsum bene operari moraliter/hoc est/vtrum possit esse vera prudentia in intellectu non posito in volũtate actu/& loquimur hic de prudentia actuali. Circa hoc sunt varie opiniones. Vna est sancti Thome in prima secũde. q. lxxvij. & Buridani in septimo ethicorum. querit ipse Buridanus. Vtrum voluntas possit ferri in oppositum illius quod est dictatum p rectam rationem. ad quam questionem respondet per aliqua dicta. Primum. voluntas non potest ferri in obiectum vt voluntas/nisi iudicet intellectus illud esse bonum secundum rationem vniuersalem boni vel

secundum rationem particularem bonitatis/puta delectabilis vel vtilis vel honesti. Hanc sententiam tenet adam in prima distinctione primi q̃ ex simplici apprehensione voluntas vt voluntas non potest ferri in obiectum. & quãcunq; actum habet ex simplici apprehensione talis est naturalis. [Hoc

addicio

est contra communem doctrinam Scoti dicentis q̃ ex simplici apprehensione intellectuali cõtingit peccare mortaliter/patet stat habere tempus ad deliberandum & nõ deliberare & extunc exire in actum qui a malitia excusari non potest.] ¶Secundum dictum. q̃is sit iudicatum bonum in se & nõ sit iudicatum bonum sibi/voluntas nõ necessario fertur in illud. dat duo exempla. Primum. latro iudicat iustitiam bonam & iudicem bonum: sed quia non iudicat iustitiã fieri esse sibi bonum/ideo non amat iudicem neq; iustitiam. Aliud exemplum est de demone. ¶Tertium dictum. q̃is intellectus iudicet obiectum esse sibi bonum/sed iudicat precise esse sibi bonum secundũ vnã rationem bonitatis & non secundum omnem/vel solum iudicat sibi vtile vel delectabilenõ necessario. tũc volũtas fertur in illd obiectum. patet: quia tunc ad nihil deserviret libertas voluntatis/non potentia pure naturalis sicut sensus. nam si ad omne iudicium ostendens aliquid esse bonum alicui voluntas necessitaretur ad illud ipsa non esset libera. ¶Quartum dictum. si obiectum iudicetur solum secundũ rationem vniuersalem bonitatis: & non secundum aliquam rationem particularem: non necessario sequitur operatio in voluntate/seu voluntas nõ necessario fertur in illud vt ostendit esse bonum/non tamen ratione boni honesti/vtilis/vel delectabilis. Probat ipse buridanus ga ratio particularis plus mouetiq̃ vniuersalis: sed particularis ratio boni nõ necessitat voluntatem vt dicit dictum tertium/igitur a fortiori nec sola ratio vniuersalis ipsius boni necessitat voluntatem vt feratur in illud. ¶Quintum dictum. quando intellectus iudicat obiectum esse bonum secundum oi modam rationem bonitatis etiam in speciali nõ certitudinaliter sed opinatiue/adhuc voluntas non necessario fertur in illud/sed potest discutere vt efficiatur certus. hoc est si iudicat illud esse bonum secundũ vniuersalem rationem bonitatis pariter & particularem/scilicet q̃ sit honestum vtile & delectabile: cum hoc tamen dubitat an ita sit nõ necessario fertur voluntas in obiectum sic sub dubio ostensum. ¶Vltimum dictum in quo iacet tota difficultas. Quandocunq; intellectus certitudinaliter & sine dubio aliquo iudicat aliquod obiectum esse bonum secũdum omnimodam rationem bonitatis tã in vniuersali q̃ in particulari & nullam inuenit rationem mali/sed iudicat illud esse simpliciter bonum/& similiter secundum omnẽ rationem esse bonum & nullo modo malũ tunc voluntas non potest non ferri in illud obiectum. & in isto satis concordat ipse buridanus cum sancto Thoma. & ista est propositio buridani q̃ si intellectus iudicet de tali obiecto certitudinaliter q̃ sit bonum secundum omnimodam rationem bonitatis tam in particulari q̃ in vniuersali & nullam reperit rationem malicie ad tale dictamẽ necessario sequitur bene operari in ipsa volũtate. & hoc expresse dicit sanctus Thomas. tamen aliqui volunt eum glosare: imo ipsemet. j. secũde. q. x. articulo secũdo ait q̃ voluntas necessitatur ad specificationem actus non tamen ad exercitium actus/sic scilicet q̃ non necessario habet actum seu q̃ nõ necessario vult illud/sed potest non velle illud & suspendere actum suum circa illud. tamẽ non potest nolle illud. & ideo necessitatur ad non nolendum/& hoc est necessitari ad specificationẽ actus. Buridanus enim pbat suum dictum/quia dicit q̃ vnusquisq; experitur in se q̃ quando videt & iudicat aliqd esse sibi simpliciter & secundum omnem rationem bonum sibi & nullo modo esse malum nec sibi nec alteri: non potest non velle illud. Item vt in tertio probauit/quando p̃ sentantur per intellectum volũtati duo bona voluntas non potest velle minus relicto

maiori bono. igitur illud quod ostenditur ei simpliciter & maxime bonū & nullo modo malum necessitabit eam ad illud volendum. ¶Itē voluntas necessario ferē in finē in particulari sibi ostensum: igitur ostensio melioris finis necessitat volūtatem ad omittendum minus bonum finem: & simpliciter & summe bonus finis necessitat simpliciter eam. & hec est sententia buridani quam cepit etiam a sancto thoma: ¶Sed occham impugnat hanc opinionem. & primo notat ꝙ quattuor modis capitur prudentia.

Quatuor mōis capitur prudentia.

Vno modo pro notitia directiua operationis siue talis notitia sit vniuersalis siue particularis siue acquisita per disciplinam siue per experientiam. Exemplum / hoc iudiciū benefactori būfaciēdum est / est prudentia / omnis iracundus est per dulcia verba mitigandus / istud iudicium potest haberi p experientiam. primum vero per doctrinam & experientiam. Alio modo capitur prudentia pro notitia particulari alicuius particularis operationis directiua sumpta ex vniuersali notitia seu propositiōe cum vna minore singulari. exemplum / vt istud iudiciū huic benefactori benefaciendum est / est prudētia isto modo: quia ex isto vniuersali omni benefactori benefaciendum est cum ista particulari iste est benefactor potest inferri illa. Tertio modo capitur pro notitia particulari directiua alicuius operationis particularis siue habeatur pet experientiam siue per disciplinam. vt ista. hic iracundus lenibus verbis est mitigandus pōt haberi vtroꝙ modo. Quarto modo capitur pro aggregato ex omnibus notitijs tā vniuersalibus q̄ particularibus directiuis operationū humanarum. i. pertinentibus ad vitam humanam. Tunc nititur probare contra sanctum Thomam / ꝙ non sit vnica prudentia omnium humanarum operationum / quia cū prudentia vnius stat error alterius / vt cum prudentia castitatis stat error temperantie vel iustitie: igitur non est eadem prudentia vtranꝙ virtutem dirigens. ¶His suppositis ponit aliquas propositiōes.

Prima ppō.

¶Quarta ppositio.nulle virtutes theologice necessario connectũtur adinuincem simpliciter/aliqua tamen illarum necessario alteri cõnectitur pro statu vie.prima pars patet.primo / charitas non necessario connectitur alijs duabus nec alteri earum/quia ipsa manet in patria/& nulla illarum manet. igitur prima pars vera. Insup nec fides nec spes cõnectuntur charitati necessario.patet: quelibet ipsarum manet cum mortali & nõ manet charitas cum illo'. Similiter nec fides necessario connectitur spei. Nam cõtingit aliquem esse infidelem qui non desperet:ergo fides & spes non necessario connectunt. Similiter contingit aliquem desperare absq; infidelitate q̃is regulariter peccet desperans peccato infidelitatis/ & sic nulla theologica necessario connectitur alteri theologice:igitur prima pars quarte propositiõis vera.Secunda pars patet: puta ꝙ pro statu vie aliqua necessario connectitur alteri:scilicet charitas fidei/quia sine fide impossibile est placere deo.Similiter necessario connectitur spei:ergo aliqua theologica p̃ aliquo statu de lege posita necessario cõnectitur alteri. Ex supra habitis patet q̃liter virtutes cõnectuntur & q̃tum ad actus & q̃tũ ad hitus.

¶De tribus gradibus virtutum positis ab Aristotele:scilicet continentia/temperãtia/ & gradu heroico. Cap.x.

Am restat videre de gradibus virtutum quos ponit Aristoteles & pria difficultas occurrẽs est ista. Vtrum in vna quaq; virtute morali:scilicet temperãtia/fortitudine & iustitia reperiantur isti tres gradus/continentie/temperantie/& heroicus/ & vtrum illi tres gradus differant specie. q̃tum ad primum videtur ꝙ non reperiatur in vnaquaq; virtute morali:quia non assignãtur illi gradus nisi propter passiones/sed sunt aliq; virtutes que nõ sunt circa passiones vt iustitia: igitur. Item probatur ꝙ non distinguũtur specie in virtutibus in quibus inueniuntur. & est argumentum commune & multũ apparens/nam capio sortem continentem circa materiam temperantie virtutis/ tunc certum est ꝙ sortes per frequẽtationem actuũ continentie tandem faciet ꝙ non amplius erit insultus vehemens/ & successiue diminuetur.cum primum talis insultus non est amplius vehemẽs/ille est temperatus/& ipse nondum habet habitum nisi illum quem acquisiuit per actus continentie/& primus actus temperantie est primus actus quẽ habet:ergo iste idem habitus in numero q̃ prius erat continẽtia gradus iam efficitur temperantia gradus/ & sic continentia & tẽperantia solum differunt secundum magis & minus. ¶Pro solutione huius questionis primo declarandi sunt isti tres termini/scilicet continẽtia gradus/temperãtia gradus/ & gradus heroicus.postea videndum erit de distinctiõe specifica habituum importatorum per illos terminos. Vnde continentia secundũ Tho.secunda secunde questiõe centesimaquinquagesimaquita:& Burida in septimo ethicorum: capit̃ tripliciter Vno modo pro omnimoda abstinentia a delectationibus venereis/& tunc idem est ꝙ virginitas. Secundo modo vt tãtum va

De tribus gradibus virtutum positis ab ari. fo. LXIII

let sicut temperantia. & de istis duabus ac
ceptionibus nō est hic ad propositum: sed
solum de tertia que talis est/continentia vt
importat gradum in vnaquaq; virtute est
habitus inclinans ad agēdum conformiter
secundum rectam rationem non obstanti
bus vehementibus passionibus ab illo bo
no rationis retrahētibus. Occham in tertio
in vltima questione dicit q̄ continētia tria
connotat. Primum q̄ in intellectu sit iudi
cium practicum de aliquo operabili vel fu
gibili/puta hoc est faciendum vel fugiēdū
Secundum/q̄ in appetitu sensitiuo sit vehe
mens passio retrahens ipsam virtutem con
tra dictamen recte rationis incitans ipsum
hominem ad fugiendum aliquid/& si illd̄
sit fugiendū q̄ in appetitu sensitiuo sit pas
sio incitans ad illud prosequēdum. Tertiū
q̄ in voluntate sit electio dictamini recto cō
formis/hoc est q̄ voluntas eligat illud ope
rari non obstantibus passionibus retrahen
tibus. Exemplum/sit sortes in quo insurgit
valde vehemēs motus illecebre: habet hoc
iudicium non est a me mulier cognoscēda
& in appetitu sensitiuo est passio incitās il
lum multum ad agendum contra istud di
ctamen/non obstante tali passione habet ac
tum quo nult cognoscere mulierem. talis ē
actus continentie gradus/& habitus quem
gignit est habitus continentie gradus/no
tum est q̄ in sorte per replicationem actuū
conformium non obstantibus vehementi
bus passionibus generatur habitus vel di
spositio que est eiusdē speciei specialissime
cum tali habitu/talis est continētia gradus.
Tho. dicit q̄ talis gradus participat cū vir
tute & nō dicitur completa virtus. & sic pa
tet quid sit continentia gradus ḡtum ad ac
tum & ḡtum ad habitum. ¶Consequēter
videndum est quid sit temperantia gradus.
Vnde continentia & temperantia aliquan
do capiuntur vt sonant specialem virtutē.
aliquando vt sonāt gradum virtutis & nō
specialem virtutem. & de istis loquimur in
proposito. Vnde omnis continentia gra
dus vel temperantia gradus est virtus/sed
non omnis continentia gradus est tempe
rantia vt est specialis virtus/quia in fortitu
dine & iustitia reperitur continentia & tē
perantia gradus & tamen fortitudo & iusti
tia non sunt temperantia. Item temperātia
gradus vt dicit Occham capitur dupliciter Tēpan
Vno modo pro habitu firmante animum tia gra
in bono rationis non insurgentibus vehe dus ca
mentibus passionibus in contrarium. notū pit du
est q̄ postq̄ sortes se exercuit per multos ac pliciter
tus in materia temperantie/continue debi
litatur passio. postq̄ ex ista frequentissime
peruenit ad tantam intensionem habitus q̄
non amplius insurgit passio vel saltem de
bilis est/talis habitus impediens vehemen
tem insultum est eiusdem speciei specialissi
me cum habitu continentie/immo solū illi
duo habitus differunt secundum magis &
minus. Nam prius talis habitus ꝓpter eius
remissionem non impediebat vehementes
passiones &c. Aliquando capitur temperā
tia gradus pro habitu inclinatiuo ad agen
dum non solum conformiter ad rectam ra
tionem/non insurgentibus vehementibus
passionibus: sed etiam ad fugiendum occa
siones ipsarum passionum/scilicet ad fugiē
dum presentiam obiecti nati causare passio
nes. similiter ad fugiēdum tactus natos cau
sare passiones. & isto modo tēperantia gra
dus differt specie a continentia gradu: quia
habet vnum obiectum partiale quod non
habet continētia gradus: scilicet fugam oc
casionum ipsarum passionum vel concupi
scentie. Vnde continentia gradus est habi
tus connotans insultum vehementem pas
sionum inclinans ad oppositum vt dictum
est: sed temperantia gradus est habitus i cli
nans secundum dictamen recte rationis/nō
insurgentibus vehementibus passionibus.
¶Difficultas est: vtrum temperātia gradus
& continentia gradus differant specie. aliq
dicunt q̄ non est continētia gtadus nisi ha
beat vehementes passiones pro obiecto: vt
nolo fornicari non obstantibus vehemēti
bus passionibus. similiter volo aggredi nō
obstante timore vehementi retrahente ab

aggressu vel incitāte ad fugam. habitus ge
bitus ex tali actu est habitus continētie gra
dus. & dicunt q̄ temperantia gradus fertur
in passionem sub ratiōe parui/ vt nolo hāc
cognoscere/ non obstante parua passione
incitante fertur in passionē sub ratione par
ui. & tunc differunt specie. sed hec difficul
tas potius est ad nomen. si vero aliquis di
cat (vt multi dicunt) q̄ de ratione continē
tie est q̄ insurgant magne passiones siue ha
beat illas pro obiecto siue non/& de ratiōe
temperantie q̄ non insurgant magne pas
siones: tunc illi habitus non differunt spe
cie ponendo illos habitus in voluntate/qa
quicquid est obiectum vnius est obiectum
alterius & secundum eandem rationem. er
go non differunt specie. ¶Alia difficultas
quam tractat Buridanus: vtrum in illo qui
elicit actum secundum gradum continentie
sit in appetitu sensitiuo actus conformis ac
tui voluntatis virtuosi. Similiter an sit i vo
luntate actus conformis illi concupiscentie
que est in appetitu sensitiuo. Vnde quādo
sortes habet vehementem passionem/puta
mouetur ad cognoscēdum mulierem: vtrū
ex illa concupiscētia causetur in appetitu ra
tionali aliqua passio que trahat volūtatem
ad consentiendum appetitui sensitiuo. nō
obstante ista concupiscentia voluntas ha
bet nolle quo nult hoc obiectum/an ex ista
nolitione causetur in appetitu sensitiuo fu
ga obiecti/ hoc est vtrum appetitus sensiti
uus habeat duos actus/vnum fugitiuū cau
satum ab imperio voluntatis quo fugit ob
iectum sub ratione turpis/ & alterum quo
prosequitur illud obiectum sub alia ratiōe/
puta quia vult delectari in illo. ¶Quantū
ad hanc difficultatem contrariātur Burida
nus & Occham. Vnde Buridanus questio
ne quinta septimi ethicorum dicit q̄ in cō
tinentie est duplex tractus tam in sensu q̄ in
voluntate/vnus ad prosequendum causa
tus ex apprehēsione obiecti sub ratione de
lectabilis/alter ad fugam causatus ex appre
hensione obiecti sub ratione turpis. & ideo
dicit non esse inconueniens concupiscen
tiam trahi ad fugam & prosequi obiectum
secundum diuersas rationes obiecti vel ap
prehensiones. Similiter in voluntate est
prosecutio & fuga. & apparentia est/quia
nisi sic dicatur/videtur q̄ nunq̄ aliquis pos
set pertingere de gradu continentie ad gra
dum temperātie. patet: bene sequitur i isto
continente nullus est actus refugitiuus: er
go in appetitu sensitiuo non causatur habi
tus qui resistat insultationi passionum. vñ
passio i appetitu sensitiuo causatur pure na
turaliter sicut calor ab igne non ex obiecto
sicut dicit Scotus in secundo/ sed ex appre
hensione obiecti. nam si nō ponatur obsta
culum posita apprehensione obiecti causat
naturaliter passio in appetitu sensitiuo/tūc
bene sequitur in hoc appetitu non est aliqs
actus refugitiuus obiecti: ergo nō causatur
habitus inclinans ad refugiendum/ qui ha
bitus si esset resisteret productiōi passionū.
& vltra non causatur habitus &c. ergo q̄tū
cunq; continuē actum vel replicem causabi
tur equalis passio. patet consequentia: erit
eadem causa naturalis & eque fortis: qa ni
hil causatum est in appetitu sensitiuo: ergo
ex ista causa pure naturali causabitur equa
liter effectus. Si dicas q̄ volūtas resistit. Cō
tra/prius non poterat facere q̄ nō insurge
ret passio: ergo si nichil sit derelictum in ap
petitu sensitiuo quod resistat/voluntas nō
poterit facere q̄ apprehēso obiecto nō cau
setur passio. & sic modus Buridani est q̄ in
continente est duplex passio in sensu/ vna
qua prosequitur obiectum sub ratione con
uenientis/altera causata ex imperio volun
tatis qua fertur in obiectum sub ratione tur
pis. eodem modo in voluntate est duplex
actus. vnus causatur naturaliter propter cō
uersionem ad sensum. alter causatur libere
quo iudicat de tali obiecto sub ratione tur
pis. ¶Aliter dicit Occham q̄ in continen
te non generatur habitus in sensu cōformis
habitui genito in voluntate. ratio eius est
actus sensus est prosecutiuus: ergo non est
actus refugitiuus. Ideo in continente in sen
su est vnica concupiscentia inclinans ad cō

trarium recte rationis/& est vnicus actus in voluntate conformis. & dicitur continentia propter assistentiam passionis que est in sensu/& est magna apparentia q̄ omnis actus refugitiuus distincte secūdum eandem potentiam contrarietur actui distincto psecutiuo. vnde nō possum odire & amare distincte idem obiectum. Similiter non ē possibile q̄ in sensu appetam aliquid & refugiā illud. Ideo apparet cōtra Buridanum q̄ sit precise vnus tractus/& ad rationē Buridani cum infertur: ergo in appetitu sensitiuo non causatur habitus resistens productioni passionis que nunc est/immo potius causabitur habitus inclinans ad passionem istā q̄ resistens passioni: ergo per replicationē actuum continentie & presentetur obiectum equaliter insultabit tāta possio sicut prius/immo forte maior & per consequens nunq̄ pertinget ad gradum temperantie. Dico q̄ verum est q̄ in parte sensitiua nullo modo causabitur habitus qui resistat/quia nō potest causari sine actu illius appetitus sensitiui/& cum infertur: ergo insurget postea tāta passio presentato obiecto illo eodem sub eadem ratione sicut prius insurgebat. Dico q̄ consequentia non valet/& licet voluntas non possit facere quin insurgat passio inclinans ad vitium stante apprehensione obiecti/tamen voluntas potest facere q̄ obiectum non sit presens. quo facto non continuatur passio/sed presente obiecto non potest/& est illud quod dicit Augu. Impossibile est quin visis tangamur. Secundo voluntas potest facere q̄ non insurgat tanta q̄ta insurgeret si voluntas nullo modo niteretur ad oppositum. patet per experientiā/& vltra post istum actum quo voluntas nititur in oppositum derelinquitur habitus sine voluntate/tunc si secundo presentetur obiectum magis renititur q̄ prius/quia habet maius adiutorium q̄ prius. nam prius renitebatur secūdum solum conatum ipsius voluntatis: & nunc habet habitum vel dispositionem eiusdem speciei cum habitu adiuuantem ad renitendum. ergo voluntas cū tali adiutorio facit q̄ non tāta insurgat passio. & ex tali actu intenditur habitus/& sic tertio voluntas magis nitetur/& sic consequenter per replicationem potest fieri q̄ tādem voluntas poterit facere mediante tali habitu q̄ nullo modo vel saltem debiliter insurgat passio/& tamen primo quando p̄sentabat obiectum non poterat hoc facere. Secundo dico q̄ non solum habitus partis sensitiue resistit in oppositum/sed etiam habitus partis intellectiue propter conectionem appetitus sensitiui ad voluntatem/si eliciam actum conformem appetitui sensitiuo elicio intensiorem & illa concupiscētia sensitiua iuuat volūtatem. Similiter pono coniunctionem habitus in oppositum cō cupiscentie existentis in voluntate resistit p ductioni passionis in sensu.

¶ De comparatione graduum temperātie & continentie in bonitate. Cap. xj.

QVeritur consequenter. Vtrū gradus continentie sit melior q̄ gradus temperantie. & hanc questionem tractat. s. Tho. secunda secunde. q. clv. & buridanus. q. v. septimi ethicorū & apparet q̄ sic: quia qui habet gradum continentie plus meretur: ergo est melior gradu temperantie. consequentia est nota. antecedens patet: qui habet gradum continentie agonizat cum certamine. i. cum resistentia: quia est passio sensualis rationi resistens: sed tēperatus non agonisat siue non operatur cum certamine/quia iam sunt sedate passiones: sed operari cum certamine virtuosius est q̄ operari sine difficultate: quia virtus & ars sunt circa difficilia. Vnde q̄tū ad hoc melius est esse temperatum i habitu q̄ esse continentē in habitu/& oportet concedere q̄ melior est habitus in gradu temperantie q̄ consimilis habitus in gradu continentie. patet sic. habitus intensior & ex pluribus actibus bonis genitus semper est melior quando vterq̄ habitus est circa eandē materiam: sed circa eandem materiam acceptis duobus habitibus continentie & temperantie/ille qui est temperantie est intensior & pluribus actibus virtutis genitus: ergo ceteris alijs paribus est melior illo qui est i gradu ptinētie. Sest est difficultas. vtrū ille qui opatur ex gradu ptinentie ceteris alijs paribus plus per talē opationē mereat & magis virtuosius agat q̄ ille qui operatur secūdum gradū temperātie. hoc est/an operatio actualis ab habitu ptinētie gradus precedens sit melior illa p̄cedente ab habitu tēperantie gradus. Dicit Buridanus q̄ nō. & ratio eius precipua est. quia opatio quecūq̄ dicit virtuosa ingtum plistit circa bonum rōnis & nunq̄ est operatio virtuosa nisi sit erga aliquid quod cōstituitur p recta rōnē tanq̄ bonū. sed maius bonū rōnis est in tēperato q̄ in ptinēte: ergo ille qui tempate agit virtuosius agit q̄ qui ptinēter agit. Cōsequentia est certa cū maiore: & patet mior. In tēperato subditur pars sensitiua rōni tāq̄ edomita a rōne/sed in cōtinente recalcitrat pars sensitiua rōni/& ratio resistit/sed maius bonū rōnis plistit in hoc qd̄ est partem sensitiuā subdi rōni q̄ solū in hoc qd̄ est resistere ipsi parti recalcitrāti: ergo tēpate agēs secdm gradū temperantie virtuosius agit q̄ continēter agēs. & ecce p̄cipua ratio illius. & cū arguit/qui ptinēter agit: agit cū agone & certamine/dicūt q̄ certamen qd̄ prouenit ex debilitate complexionis vel maiori occasione habita de cōcupiscentia habenda vel debilitate rōnis vel de parte sensitiua nō auget meritū: sed difficultas pueniens ex bono gratie vt ex tentatione auget meritū. sed hoc non satisfacit argumento/& capio sortē qui scit & iudicat q̄ non lubrice agendum est/non obstante tali iudicio allicitur sortes ad opus illecebre vt lubrice agat. & insurgunt passiones & motus sensuales ex presentia obiecti lubrici inclinantes ad lubrice agendū/tūc difficile est nollc tale obiectum nichilominus nult lubrice agere ex tanto conatu q̄tum plato qui nō patitur illum motū sensualitatis ex equali conatu/iam sortes agit secūdum gradum ptinentie & plato secūdum gradum tempantie/ questio est vter istorum magis mereatur. nā dicere q̄ talis concupiscētia diminuat de merito/est absurdū: quia est contra voluntatē ipsius sortis q̄ insurgit/& nō est in eius potestate/& tamē si propter presentiam illius concupiscentie minus mereretur illa diminueret de merito. Dicit Altisiodorensis q̄ ille qui habet habitū vitiosum qui post talē habitum genitū exercet operationes cōtrarias operationi ex qua genitus est ralis habitus/ex equali conatu cū alio qui non habet habitum vitiosum plus meretur/quia magis difficulter agit. ergo cum propter talē difficultatem p̄uenientem ex habitu vitioso genito ex culpa sua magis mereat: a fortiori sequitur vbi sortes agit contra illū motum sensualitatis ceteris alijs paribus q̄ magis meretur q̄ plato qui nō patitur tales insultus sensuales. Ideo concedo q̄ qui agit continēter vbi cetera sunt paria/virtuosius & magis meritorie agit. Sed diceret aliquis contra/sequetur q̄ per aliquid q̄ nullo modo esset in mea potestate/imo contra volūtatem meā augeretur meritū/& hoc est eq̄ magnum inconueniēs sicut q̄ per illud diminuatur meritū. Patet p̄sequentia. iam nō insurgit in me cōcupiscentia/quia non est obiectum lubricum presens cōformiter ad rationem rectam elicio nolle itemperate agere/post illam elicitionem efficitur obiectum presens causans p̄cupiscentiam: ille actus qui continuatur efficitur magis virtuosus q̄ prius secūdum hāc solutionem/quia cōtinuatur cum maiori difficultate/& hoc solum propter istam cōcupiscentiā que nō est in mea potestate: ergo per aliquid quod est contra meam volūtatem & non in potestate mea actus efficietur magis meritorius q̄ prius. Ad argumentū concedo q̄ non efficitur magis meritorius p̄pter illā cōcupiscentiā: sed effitur magis meritorius p̄pter ea/quia libere ptinuo nō obstante tali concupiscentia siue passione difficultante. vnde nō est inconueniēs q̄ actus q̄ nunc est malus penitus inuariatus: postea efficiat peior p̄pter circūstantiā q̄ nō est i ptāte hūtis. sed efficit peior p̄pter hoc/q̄a nō obstante tali

circūſtātia libere ꝓtinuaꝫ. ideo etiā rōne libere ꝓtinuationis cū maiori difficultate pueniēt eq̄ prius actus eſt magis meritorius. & ſic patet de gradibus tēperantie & ꝓtinētie.

¶De gradu heroico. Cap. XII.

CONſequenter videndū eſt quid ſit gradus heroicus. & differenter loquūtur antiqui doc. de gradu heroico & moderni. Antiqui Tho. vocant gradū heroicū quando ratione virtutis/ſunt ita ſedate paſſiones q̄ ſupra communem hominum facultatem nō inſurgūt puta propter aſſuefactionē in operibus virtutis/vl̄ quādo parū inſurgūt. nā eſt ſupra cōmunem hominum facultatem q̄ nō inſurgant vel quaſi non inſurgāt paſſiones. Sed Okam. xv. tertij dicit q̄ gradus heroicus in vnaquaq; virtute eſt habitus inclinās ad operationem que excedit cōmunem hoim facultatem. vel ex natura obiecti vel ex aliq̄ circūſtantia: hoc eſt quam cōmunis hominum facultas nolet ita operari. Exemplum primi/vt velle ſuſtinere mortē pro deffenſione reipublice. ex natura obiecti. i. mortis hoc excedit cōmunem hominū facultatem Exemplum ſecūdi. vt velle ſeruare caſtitatē non obſtante morte que probabiliter exiſtimatur futura. vt ſortes ꝓponit ſeruare caſtitatem ꝓponit ei mors niſi deſerat caſtitatē: ſi cōtinuat volitionē ſeruandi caſtitatē nō obſtante tali circūſtantia/heroice agit ratōne circūſtantie ſuperadiūcte vel ſuperueniētis ad obiectum ſue volitionis/& nō heroice agit ex natura obiecti. Pro iſto notandū q̄ imaginatur triplicē actū in iſto qui vult ſeruare caſtitatē nō obſtāte morte ſibi propoſita niſi deſerat caſtitatē. vnus eſt quo fertur in caſtitatē ſolum tanq̄ in obiectū. alius quo fertur in mortē ſolū. alius quo fertur i vtrūq; tam in mortē q̄ in caſtitatē. Primus actus non eſt heroicus: ſed duo vltimi ſunt heroici/quia ferūtur in ſufferētiam mortis tanq̄ in obiectum: ſed primus nō eſt heroicus eſſentialiter. i. ex natura obiecti. ſed dicitur heroicus extrinſece: ſcilicet rōne talis circunſtātie/quia excedit cōem hoim facultatem. ideo ille idē actus inuariatus qa cū maiori difficultate cōtinuatur efficitur virtuoſior. Vltra diceret aliq̄s. fortes habet iſtum actū/volo ſeruare caſtitatē nō obſtāte morte/ſit ita q̄ ꝓponatur ei mors niſi deſerat caſtitatem/ſi ꝓtinuet in ipſo neceſſario cauſabitur volitio ferende mortis. & iſta volitio neceſſario ſequitur ad preambulas volitiones/ſcilicet ad volitionem qua vult ſeruare caſtitatē nō obſtāte morte &c. ergo de ſe nō habet bonitatē vel malitiā. dicit Occhā q̄ nō: ſed preambula efficit melior: qa difficilior/& iſte volitiones q̄ ſequūtur naturaliter ad illā nō addunt bonitatē vel malitiā. & ſic patet de gradibus virtutum.

¶De diſtinctione virtutum moralium a donis. Capitulum. XIII.

Quid gradus heroicus.

NOtandū eſt de virtutibus moralibus in genere/& de diſtinctione ipſarum tam ex parte obiecti q̄ ſubiecti & de ꝓnexione earū/& de gradibus. Cōſequenter videndū eſt de diſtinctione ipſarum a donis. Vñ ab Eſaia capi. xj. enumātur ſeptē dona ſpūſſancti: ſcilicet donū intellectus/ſcientie/ſapiētie/& conſilij/que quattuor ꝓtinēt ad itellectū. ſed donū pietatis/timoris/& fortitudinis ſpectāt ad affectū. Queritur ergo vtrū ſit mutua diſtinctio iter quaſcūq; virtutes tam morales q̄ theologicas & iſta ſeptē dona. ¶Pro ſolutione in primis notādū q̄ duplex eſt modus dicēdi. Primus. s. tho. pria. ij. q. lxviij. q̄ virtutes & dona ab inuicē diſtinguunt nō ſolū rōne ſed re ipſa. ¶Alij vero dicūt q̄ tm̄ diſtinguūtur rōne. & ſcdm eos dicūtur virtutes inq̄tū habilitāt potentiā ad faciliter prōpte/& delectabiliter exeūdū in actū/ſed dicuntur dona in ordine ad cām. Tho. vero dicit q̄ nō ſolū rōne/ſed realiter diſtinguūtur. & modū diſtinctionis aſſignat iſto mō. notū eſt/hō a duobus mouet ad bñagendū. ſ. a rōne & ab ipſo deo. a rōne tanq̄ a motiuo itrinſeco/& a deo tanq̄ a motiuo extrinſeco/& anteq̄ moueat a deo oportet illum eſſe diſpoſitum. quia actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. tunc dicit Sctūs

Tho. q̄ illa diſpoſitio diſponēs hoiem inquantū eſt mobilis per rationē dicitur virtus: ſed illa diſpoſitio inq̄tumeſt mobilis a deo vocatur donum. & ſicut ibidem dicit oportet hominē habere perfectiorē diſpoſitionem vt moneatur ad perfectiores effectus/& quia homo excellētiſſime a deo mouetur propterea requiritur diſpoſitio excellētior q̄ ſit virtus: & hoc fit per dona. ideo donum eſt habitus hominem diſponēs vt ſuſcipiat motionē a deo/& ſic diſtinguuntur dona & virtutes: ſed hoc eſt multū difficile ad intelligendum. Propterea arguitur ſic cōtra eum: non ponitur diſtinctio habituum niſi ꝓpter diſtinctionē actuū: ſed non eſt diſtinctio inter actus virtutū & donorū. ergo nec iter illos habitus. nā nō poteſt reperiri diſtinctio donorum que ponuntur i intellectu ab ipſis virtutibus intellectualibus: ergo nō eſt reperibilis diſtinctio ab ipſis virtutibus quorūcunq; donorum/nam apud Tho. nulla eſt diſtinctio eorum que ponunt in intellectu a virtutibus itellectualibus. ergo nec quorūcunq; donorum. Patet/quia nō eſt maior ratio de vnis q̄ alteris Antecedēs patet/nam. s. Tho. ponit quatuor dona in itellectu: ſcilicet donū intellectus: ſapientie: ſcientie: & conſilij: & ponit differentiam inter actus donorum. Dicit prio oportet intellectū penetrare. i. apprehendere rem: & hoc pertinet ad donū itellectus. vltra poſtq̄ intellectus penetrauit ſeu cepit id eſt apprehēdit rem/oportet de ipſa re rectum habere iudicium. & hoc ſi talis res ſit increata pertinet ad donum ſapiētie: ſi creata ad donū ſcientie: & preter hoc id eſt apprehenſionem & preter rectum iudicium oportet applicare ad opperationem. & hoc pertinet ad donum cōſilij. ideo dicit ponēdo iſtam diſtinctionem ſecūda ſecūde q̄ intellectus primo capit rem. ſecūdo iudicat recte. tertio applicat ad operationem. tūc ſic arguo: illa recta eſtimatō quā ponit ſiue ſit de deo: ſiue de creaturis eſt actus fidei: vel actus ſciētie capiendo ſciētiam put eſt virtus intellectualis: ergo actus illi nō diſtinguunt ab actibus virtutū. cōſequentia eſt certa/& añs patet. Iſta recta eſtimatio/vel eſt euidēs vel ineuidens. ſi ineuidens eſt actus fidei/nam recte eſtimare q̄ deus ſit ſummū bonū ſumme prudens: ineuidenter eſt actus fidei. eodē mōdo in rebus creatis q̄ dies iudicij erit eſt actus fidei. ideo ſi tales recte eſtimationes ſeu iudicia ſint ineuidētia/tūc actus illorum donorum nō diſtinguūtur ab actibus fidei: ſed ſi talia iudicia ſint euidentia/pertinent ad intellectuales virtutes puta ad ſapientiam. ſi de rebus ſint altiſſimis/vel de agibilibus ad prudentiā &c. ergo illi actus quos ponit pertinere ad donum ſapientie/ſcientie &c. neceſſario pertinent ad virtutes intellectuales. ¶Aliter dicit Sco. in tertio & melior & probabilior eſt ſua opinio/q̄ dona nō diſtinguūtur a virtutibus niſi ſaltem ratione & non realiter. Ratio Scoti eſt talis. tota neceſſitas ponendi habitus non eſt niſi propter actus. vnde duplex eſt habitus/infuſus. ſ. & acquiſitus. infuſi ſunt tres/ fides/ſpes/& charitas. Alij ſūt habitus acquiſiti quorum quidam ſunt itellectuales. alij infuſi. morales. Intellectuales ſunt duplices/quidam ſpeculatiui/quidam vero practici. de ſpeculatiuis nihil ad propoſitū. ſed de practicis. alij ſunt morales/& ſunt cōmuniter tres in voluntate. ſcilicet iuſticia: temperantia/& fortitudo. prudentia in itellectu. tūc ponit talem ꝓpoſitionem. ad hoc q̄ homo perfecte ſe habeat circa omne obiectum ſufficit habere iſtas virtutes puta theologicas & morales. nam ad diligendum deum ſufficit charitas. Similiter prudētia perficit intellectum ſufficienter ad hoc q̄ recte ſe habeat circa quodcunq; agibile. Similiter morales ſufficienter perficiunt volūtatem ad hoc q̄ recte ſe habeat circa ſe & proximum. Ex hoc ſequitur q̄ non ſunt ponenda dona q̄ ſint alij habitus diſtincti ab illis virtutibus. ita q̄ omne donum vel erit prudentia: vel iuſticia &c. vnde ſunt aliqua dona in intellectu & volūtate. q̄ ſunt in itellectu nō diſtinguūtur a virtutibus intellectualibus: q̄ ivolūtate nō diſtinguunt a virtutibus volūtatis.

Tres ſūt habitus

ꝓpō.

¶De peccatis. de diffinitione & diuisione ipsorum.
Capi. XIIII.

IN superioribus visū est de virtutibus in genere & in communi/& de operationibus virtuosis/& de habitibus virtutū tam theologicis q̄ humanis tam intellectiuis q̄ affectiuis:& de distinctionibus illarum inter se. consequenter videndum est de peccatis. Primo quid peccatum. Secūdo de multiplici peccatorum diuisione. Tertio de differētia inter membra illarum diuisionum. Quarto de grauitate & pena respondente illis peccatis. Q̄ntum ad primū/peccatum cōmuniter diffinitur ab Augustino

q̄d peccatum.

Est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. Pro cuius declaratione primo videndum in qua operatione reperitur peccatū. Dicit sanctus Thomas q̄ nullus actus vel operatio vel entitas est peccatum nisi sit operatio humana. ita q̄ de ratione peccati est q̄ sit operatio hūana/hoc ē libera tanq̄ elicita: vel tanq̄ imperata. cetere autem operationes non sunt humane licet sint operatiōes hominis. ¶Particule illius diffinitionis sic declarantur. per concupitum non solum intelligimus actū voluntatis quo concupiscimus: sed etiam actum volūtatis quo aliquod obiectum refugimus ita q̄ se extendit ad vtrūq̄/& illa particula .s. concupitum se extendit proprie ad actus elicitos volūtatis q̄ sūt nolle & velle. ¶Alie particule. s. dictum vel factum se extendūt ad operatiōes iperatas: puta exteriores. alia particula contra legem dei/tangit formale peccati. nam in omni peccato duo sunt/materiale/& formale. Materiale est operatio libera elicita/vel imperata. formale vero est difformitas ad legem dei. ¶Circa hāc diffinitionem multe occurrunt difficultates. Prima/in q̄bus operationibus hominis potest reperiri illud materiale peccati. Vtrū solū in operationibus voluntatis interioribus & exterioribus imperatis/& non in operatiōibus intellectus. Et ex diffinitiōe peccati posita. apparet q̄ nō reperiatur peccatum pro materiali in operationibus itellectus. qa in diffinitione non dicitur peccatum est intellectus. ¶Secunda/vtrum reperiatur peccatum sine operatiōe: hoc est in pura omissione. Tertia/vtrum quodlibet peccatū sit peccatum quia prohibitum/vel prohibitū qa peccatum. nam in diffinitione peccati dicit contra legem dei. ergo apparet q̄ dicit peccatum quia prohibitū. Quarta difficultas/quid sit formale in peccato:& vtrum in omni peccato formale distinguitur a materiali.

¶Q̄tum ad primam dificultatē sit prima propositio. In cuiuslibet potētie operatione in qua reperitur libertas vel itrinseca vel extrinseca potest reperiri peccatū. Hec propositio satis nota est/quia in tali potentia potest reperiri operatio libera ptra legē dei ergo. Secūda propositio. operatio nō dicitur libera quia volita vel nolita. hoc est qa feratur actus voluntatis super talem operationem/& loquor de iperatis. ¶Tertia propositio operatio extrinseca dicitur libera/quia volita. & secluſa volitione qua est volita omnibus alijs positis nō produceretur ita q̄ illa que remanent nō producerent talem operationem. Verbi causa quando sortes ambulat: secluſa volitione qua vult ambulare quibuscūq̄ alijs positis sortes non ambularet. ergo illa ambulatio ē libere posita imperatiue. Similiter quādo sortes vult credere & habet motiuum/ipse credit:& secluſa volitione nō crederet. Sed habita demonstratione sortes scit pclusionem/secluſa volitione equaliter sciret/quia demonstratio est causa sufficiens actus sciēdi absq̄ actu voluntatis. ideo ille assensus scientificus nō ē liber siue libere causatus. Propterea dicit Sanctus Thomas secūda secunde q̄stione prima q̄ scientia nō potest esse demeritoria nec meritoria. quia nō pōt eē libera sed non est simile de actu credendi: quia talis actus se habet in ordie ad actū volūtatis/q̄ secluſa volitiōe ipante talis actus nō produceret. ergo relinq̄t tertia ppō vera. ¶Ex hoc seqtur q̄ in opationibus potentie motiue/puta lingue auditus & intellectus reperitur peccatum. Patet de intellectu. nam actus oppositus fidei puta infidelitas vel ipse actus fidei/si referatur i malum finem est peccatū. ergo in operationibus intellectus reperitur peccatum. quid ergo dicēdum est ad diffinitionem Auguſt? Dicitur q̄ in concupito intelligit omnem operationem immanentem interiorē siue sit intellectus siue voluntatis ad hoc q̄ ipsa diffinitio sit completa. ¶Quereret aliqs de opatiōibus oculorum & aliorum sensuum. Dico q̄ nulla visio vel auditio est peccatum. quia nunq̄ causatur visio quin causetur secluſo quocunq̄ actu voluntatis. similiter & auditio: sed appertio oculorum ad videndum potest esse peccatum/quia nō causatur secluſo quocūq̄ actu voluntatis. sed illa visio que causaretur apertis oculis secluſo actu volūtatis nihil habet libertatis. ideo nō vocatur peccatum sed effectus peccati. sed illa apertio vel mora in presentia obiecti est libera/& etiam potest esse peccatum/& talis includitur in illa particula diffinitionis vel factū. & breuiter omnia peccata potentie motiue exterioris includuntur in illo verbo factū. ¶Quantum ad secūdam difficultatem duplex est modus dicendi. Primus/quem reputo probabiliorem q̄ potest reperiri peccatum secluſo quocunq̄ actu positiuo. Patet sic. sit sortes habens precise istud iudicium nunc est a me diligēdus deus super omnia. ita q̄ non apprehēdat deum sub aliqua ratione mali:& non odiat. tunc stante precise tali iudicio/vel necessitatur ab illo iudicio ad diligendū deum/vel non. si secundū ergo stat cum tali iudicio non elicere illam dilectionem dei super omnia. tūc ponatur in esse: scilicet q̄ non eliciat/iam peccat sine actu/quod patet. tenetur iam elicere/& nō elicit/& potest. igitur sine actu voluntatis peccat. neq̄ dicendum est primum. qa nūq̄ iudicium necessitat ad eliciendum actum licet possit necessitare ad non eliciendum. & ratio predicta est precipua ipsius Occham in tertio ad probandum q̄ sit dabile peccatum pure omissionis. Dices: ergo erit aliqd peccatum quod nō erit dictum aut factum. &c. Dico q̄ in istis terminis includūtur opposita priuatiue. puta est dictum/vel omissio dicendi/factum vel omissio faciendi/cōcupitum vel omissio concupiendi. ergo est aliquod peccatum sine actu penitus: scilicet peccatum pure omissionis.

¶An peccatum sit peccatum quia prohibitum. Capitulum. XV.

QVantum ad tertiam difficultatē qua querebatur vtrum quodlibet peccatum sit peccatū quia prohibitum/vel prohibitum quia peccatum. apparet q̄ non. nam aliqua sūt mala que habent intrinsecam maliciam. vt patet per Aristo. tertio Ethicorum dicit q̄ alē qua sunt que habent inuolutam malitiā vt mentiri/adulterari. ergo aliqua sunt opera que sunt intrinsece mala/& illa non solum sunt mala quia prohibita. Patet: deus contingenter prohibet illa. nā precipere & prohibere sunt actus dei respicientes exteriora. Vnde in hac questiōe est vnum certum/& aliud dubium. nam certum est apud oēs q̄ quocūq̄ peccato dato deus contingēter acceptat vel deacceptat ad penam quancunq̄ aliam ab ipsomet: nam nullum datur peccatum qn sit possibile illud cōmitti:& tamen a deo ad nullam penam deacceptari. Patet/est possibile deum nolle penam infligere/quia est vnum pure extrinsecum: ergo quocunq̄ peccato signato hec sunt compossibilia/hoc cōmittitur/& tamen ad nullam penam deacceptatur. propterea querūt aliqui doctores an possit eē aliquod peccatum actuale qd̄ non sit mortale nec veniale/mortale hoc est non deacceptatum ad penam eternam:& veniale id est non deacceptatum ad temporalē/sed erit peccatum pure morale quod concedit Martinus in materia de martyrio quoniam non imputatur ad aliquam penam/& aliqui etiam dicunt q̄ sic vt Durandus q̄ stando precise in lege nature fuisset talia pctā secluſa q̄cūq̄ reuelatiōe homo potuisset peccare sed solum moraliter.

ergo nullū est peccatum quin possibile sit ꝙ cōmitatur & tamen ad nullam penā imputabitur. ¶Alia difficultas vtrū sit aliqua operatio libera exterior que possit ab hoie fieri & non esse peccatū. Dico ꝙ sic. quoniā nulla est operatio exterior quin possit ipari a volitione que nō erit peccatū. Patet indu ctiue per singulas operationes vt operatio exterior que est adulterium stat ꝙ illa q̄ cognoscitur carnaliter efficiatur cognoscētis & erit eadem operatio. Similiter de operatione que est homicidium possibile est ꝙ talis non sit peccatū/quia potest fieri auctoritate legis & dei precipientis: quo facto non erit peccatum. Similiter prolatio propositionis falsę si non fiat cum assertione nō est peccatum. &c. ergo nulla est operatio exterior quin possit ab homie libere fieri & nō esse peccatum: & in hoc concordant omes. ¶Sed difficultas est de operatione interiori: vt volitio cognoscendi alienam inq̄tum aliena. Similiter volitio furti que cadit sup alienum inq̄tum alienum inuito quocūq; domino an tales possint ab homie elici & non sint male moraliter & peccata. Aliqui dicunt vt de Alya. & Ierson in aliqubus locis & de Castro in fine primi sententiarum. ꝙ nulla est operatio interior quin possit libere ab homine non male fieri sicut de operatione exteriori dictum est. Patet: deus cōtingenter prohibet hanc operationem: & secluſa prohibitione non erit peccatum. ergo quicunq; talis potest simpliciter de lege absoluta fieri & nō erit peccatum: & omne peccatum dicitur peccatum quia cōtra legē dei/& ista est fortior apparentia. ¶Addu cunt auctoritates adp̄bandum ꝙ aliquādo fuerunt dispēsati aliqui in talibus operationibus. ¶Consequenter habent concedere ꝙ potest ab homine elici odium dei & non erit malum. Similiter volitio qua vult detinere alienum inq̄tum alienum iuito domino non erit mala. Patet/qa stat ꝙ deus nullum illorum prohibeat. Iam est difficultas apud eos vtrū quelibet talis operatio possit esse bona que solet cōmuniter tractari in schola: nam si omnis talis possit esse licita/ & referri in vltimum finem: ergo odiū dei poterit eē bonum & acceptatum ad vitam eternam. Sed si dicamus ad operationē esse bonam necessario requiri ꝙ fiat ex amore dei imperāte illam: ita ꝙ sit de intrinseca ratione illius bonitatis tunc odium dei non potest esse bonum: quia non stat habere amorem dei: & odium cum non possim eliere odium dei ex amore dei. & si hoc requiratur ad bonitatē alicuius actus: ita ꝙ amor dei partialiter cōcurrat/sequitur manifeste ꝙ odium dei nūq̄ potest bene fieri: quia ille due qualitates scilicet amor & odium repugnant: & propterea non est possibile ꝙ odium dei ab aliquo homine bene fiat: puta volo ex amore dei efficaciter odire deum quia si efficaciter volo odire/odio: & tunc non amo. & sic non est possibile ꝙ odium dei in me sit imperatum ex amore dei.

¶Sed in illo casu dispēsationis facte fortes potest bene moraliter me vele odire deum sed non est possibile ꝙ fortes ex amore dei odiat deum. Similiter possum velle ex amore dei ꝙ alter odiat deum/sed hoc non est possibile in me. ideo non sequitur/odium dei potest esse licitum: ergo bonum. si dicamus igitur ꝙ ad bonitatem moralem actus nō requiritur ꝙ eliciatur ab amore dei/sed sufficit ꝙ non sit contra voluntatem dei & ꝙ ab eo acceptetur: conceditur tunc ꝙ odium dei potest esse bonum & meritorium. &c. ¶Est tamen apparentia quam facit Andreas contra se in primo volens probare ꝙ sit aliquis actus indispensabiliter malus. Patet: sit fortes qui habeat actum quo velit facere cōtra preceptum dei/talis actus nō potest non esse malus: igitur non omnis actus potest non esse malus ipso existente. Patet antecedens: bene sequitur/vult contra preceptum/ergo peccat/ex diffinitiōe peccati. ¶Respondet ibidem Andreas distinguendo/vel illa volitio terminatur ad hoc totū aliquid ꝓtra ꝑceptū/& sic nō segꝫ ꝙ sit mala si vult ꝓtra ꝑceptū nā non sequit/volitio terminatur ad hoc ꝙ sub ratione alieni: ergo

hoc est alienum. Similiter non sequitur fortes vult hoc sub hac ratione quia ꝓtra preceptum: ergo habet preceptum de non volendo. & sic non sequtur: ergo illa volitio ē contra legem dei siue cōtra preceptū vt ly contra preceptum sit solū determinatio specificans obiectum scilicet vt equiualet isti/volo contrauenire precepto: talis volitio stat ꝙ nō sit mala: puta si nullum sit preceptum Alio modo potest capi ly ꝓtra preceptum vt determinat hoc verbū velle nō in ratiōe obiecti: sed in ratione determinationis: ita ꝙ nō fertur in hoc obiectum contra preceptum sed in aliquid aliud: puta in odium fortis: vel in furtum/vt puta fortes volēs odire platonem vult contra preceptum/& verū est dicere ꝙ volitio eius est contra preceptū & volitio tamen non terminatur in hoc contra preceptum: sed solum determinat conditionem volitionis/sicut si diceremus intense vult: remisse vult: non sunt obiecta partialia nec cōdictiones obiecti sed determinationes. eodē modo dicendū est fortes odiendo platonem vult cōtra preceptum: & est sensus/elicit volitionē cōtra p̄ceptum de nō eliciendo hāc volitionē. sed tūc consequētia est bona/vult contra preceptū: ergo peccat. ita ꝙ ista ꝓsequētia est inuitabilis ex diffinitiōe peccati quin sit bona. Isto modo capiēdo/fortes vult cōtra preptum fortes nult ꝓtra preceptum: ergo peccat: sed dico omnis volitio & nolitio contingēter est contra preceptum/& stat antecedens eē falsum/puta si nullum sit preceptū tñ quelibet volitio contingēter est mala/& potest non esse mala/licet necessario sequatur. ista volitio est contra preceptū dei. ergo est mala. Sed cōsequenter est difficultas de ista volitione volo occidere Platonem contra preceptum dei/vt ly contra preceptum dei nō determinat ipsum velle seu actū volēdi. sed determinat ly occidere. apparet ꝙ illa sit necessario mala. Patet: illud iudicium practicum est necessarium/non est occidēdus plato cōtra preceptū dei. nō est licitū occidere platonē ꝓtra p̄ceptū dei. ita ꝙ in istis dictaminibus practicis ꝛcludit nō licet: seu nō est licitum: ꝙ aūt illud iudicium practicū sit necessarium. patet: suum cōtradictorium implicat contradictionē puta est occidendus plato contra legem dei. licitū est occidere platonem contra legem dei. Implicat eñ ꝙ sit contra preceptū & licitum. ergo hec volitio que fertur super hoc totū occidere Platonem contra preceptū dei/nō pōt non eē mala. cū sit difformis iudicio practico necessario. ergo talis est necessario mala. Ista cōsequentia negatur ab eis imo concedunt ꝙ agens contra cōscientiam erroneā stat non male agere: & sic stat agere contra dictamē verū & non male agere: qa stat ꝙ deus non obliget nos ad non contrauenire ꝓscientie erronee. ita ꝙ licet tunc ei cōtrauenire. ita si deus potest dispensare in oibus p̄ceptis eodem modo poterit in istis. & sic ista consequentia non valet. ista voluntas est difformis dictamini vero necessario pure practico: ergo est necessario mala. ¶Cōtra. istud iudicium est verū: ergo ita est in re ꝙ nō est licitum taliter facere sicut per ipsum significatur non esse faciendū. concedo: sed habēs illam volitionē faciendi contra rectā rationem seu volendi occidere hominem cōtra legem dei facit taliter qualiter nō esse faciendum significatur per illud iudiciū practicū & necessario verū. ergo illa ē necessario mala. Distinguo. vel ly contra legē dei in illo dictamine importat ꝓditionē obiecti: & sic est contingēs. & pōt esse falsum pura quando nullū est preceptū: quia falsum est ꝙ occidere tunc sit cōtra preceptū. vel determinat ly velle & sic est necessariū: quia sensus est/ nunq̄ potest licite quis occidere hominem quādo illud occidere est cōtra preceptum. tunc distinguitur ꝙ illa volitio sit contra illud dictamen. vel si esse cōtra preceptū determinet velle: & sic nego. vel si determinet obiectum: & sic distinguo ꝙ sit cōtra dictamen/vel vere & sic nego/vel false & credite seu apprehensiue: & sic cōcedo. sed hoc nō sufficit vt illa sit mala: sed oportet ꝙ vere ei contraueniat.

¶De actibus intrinsece malis. Ca. XVI.

Lia opinio ꝓbabilior est ꝙ aliqui sunt actus qui sunt intrinsece mali: ita ꝙ non est in potestate dei facere ꝙ tales actus libere eliciantur ab homine/& non sint mali vt furari/mentiri. & hanc multi tenẽt vt Greg. in secũdo Occham. S. Tho. & Bonauẽtura. Dicitur notanter ab homine/quia si a solo deo producuntur iã non possunt esse mali. Et ad argumentũ. omne peccatũ est peccatum quia lege dei prohibitum: & deus mere contingẽter prohibet. igitur potest non phibere. Distinguit ibidẽ Grego. ꝙ duplex est prohibitio & preceptum. quedã indicatiua/alia imperatiua. Indicatiua que explicatur ꝑ verbum idicatiui modi: vt ꝓpositio qua significatur aliquid esse faciendũ: vel antecẽs ad quod sequitur ipsum nõ esse faciendum: vt furtum est malũ/oẽs adulteri raptores auari &c. vitã eternã nõ habebũt/per illam propositionem antecedẽter significatur ꝙ nõ licet fornicari/adulterari &c. nam bñ sequitur/fornicatio est mala: ergo nõ est faciẽda & sic dicit ꝙ dantur aliqui actus & non est possibile quin sint prohibiti a deo ista prohibitione indicatiua & non potest nõ phibere. nam sicut necessario deus iudicat se eẽ ita necessario iudicat adulterium esse malũ. Alia est imperatiua que explicatur per verbum imperatiui modi vt fac illud: vel illud fuge: & tales deus contingenter prohibet aut precipit: sed necessario prohibet aut ꝑcipit prohibitione indicatiua: & ad actum esse malum sufficit ꝙ sit prohibitio indicatiua: & non requiritur prohibitio imperatiua. & est magna apparentia pro hoc. Vnde in moralibus dãtur alique propositiões per se note/& alique contingentes. Patet/sunt alique propositiones de lege nature: & ideo euidentes. & deducuntur ex per se notis vel per experientiam. Nam si sit per se nota in moralibus: ergo necessaria. si necessaria: ergo indicatiua. si indicatiua: ergo ostendit aliquid esse malum vel faciendũ/igitur actus ei cõtrauenientes sunt necessario mali: ergo oportet fateri ꝙ sunt aliqui actus stãdo ꝓcise in lege nature qui necessario hñt inuolutã malitiam/vt volo capere hanc rẽ alienam inuito domino: ita ꝙ volitio ferẽ super hoc alienum domino inuito/talis est intrinsece & necessario mala. & deus nõ potest facere quin sit prohibita phibitiõe indicatiua/licet possit facere ꝙ non erit phibita phibitione iperatiua. Similiter volo hãc cognoscere/talis nõ est necessario mala: quia potest esse mea: sed ingtum est aliena: talis non potest esse quin sit mala. Resolutio est ꝙ precepto imperatiuo mere contingenter deus prohibet vel precipit: quia mere cõtingenter reuelat homini ꝙ faciat hoc vel illd imperando: sed hoc non sequitur ꝙ si nullum tale preceptum sit ꝙ actus non erit malus: quia ad actum esse malum sufficit solũ preceptum indicatiuum. vnde non est peccatum: quia lege preceptiua prohibitum/sed potius omne tale peccatum est peccatũ: quia lege idicatiua prohibitum/immo nõ prohibetur lege indicatiua: quia peccatum sed econtra peccatum: quia lege indicatiua prohibitum. patet: omne tale peccatum est peccatum: quia contra dictamen rectum. & ista est causa precipua peccati etiam apud Gregorium qui tenet actus intrisece malos. formale in peccato est agere contra rectam rationem/& omne tale peccatum est peccatum: quia contra rectam rationem. omnis talis recta ratio est preceptum vel prohibitio indicatiua qua significatur de aliquo ꝙ sit faciendum antecedenter vel consequenter. Antecedenter/quia significatur esse malum vel punibile q̃ sunt antecedens ad hoc consequens/hoc non est faciẽdum/vel hoc est bonum fieri. Et licet ista secunda opinio sit probabilior q̃ prima: apparentia tamen est in oppositum. Dictum est ꝙ omne tale peccatum est peccatum quia cõtra dictamẽ rectum/& omne tale dictamen est lex ꝑceptiua vel indicatiua: ergo omne peccatum ẽ peccatum ad minus quia contra dictamẽ legis indicatiue. Arguitur sic & apparenter: illa lex indicatiua non est vera nisi quia hoc

est peccatum: igitur prius natura est peccatum q̃ illud dictamen sit verum: quia ab eo ꝙ res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa: ergo hoc est prius peccatum natura q̃ illud dictamen sit verum. & vltra/hoc ẽ prius natura peccatum q̃ illud dictamen sit verum: ergo hoc non est peccatum. quia contra dictamen verum/immo potius hoc ẽ verum dictamen: quia peccatum est peccatum Nam ista lex indicatiua seu hoc dictamen ẽ rectum/non est furandum/actus quo volo furari est malus: quia difformis illi dictamini: tunc cum arguitur hoc iudicium solum est verum: quia res ita se habet sicut per illd iudicium significatur: ergo hec res prius natura se habet ita q̃ illd dictamẽ sit verũ/ideo hec res prius natura ẽ mala q̃ illud dictamẽ sit verum quia ipsam esse malã est causa veritatis illius iudicij precisa: ergo. negat̃ consequentia: puta ꝙ sit prius natura mala q̃ iudicium sit verum: quia ista sunt correlatiua rem sic se habere & iudicium esse verũ/ideo sunt simul natura. Datur simile/sortes est ꝑcise pater: quia habet filium/non prius natura habet filium q̃ sit pater/immo precise habet filiũ qa pater. vnde ī istis relatiuis & correlatiuis nõ oportet hãc pleq̃ntiã valere hoc est precise tale propter illud: ergo illud est prius natura sic se habens ꝙ sit tale.

¶De formali peccati. Cap. xvij.

Consequenter circa vltimam difficultatem agendum est de formali peccati. nam secũdum Tho. materiale tãgitur in istis verbis positis in diffinitione peccati/dictum/factum &c. & formale in hoc verbo/contra legem dei. Dico primo ꝙ formale peccati nõ est priuatio alicuius actus vniuersaliter: patet. homo potest peccare pro tempore pro quo nõ tenetur aliquem actum habere: vel pro tẽpore quo tenetur nullum actum habere. vnde sortes odiẽdo deum potest dupliciter se habere. vno modo ꝙ odiat pro tempore quo tenetur diligere. secundo ꝙ odiat pro tẽpore/& pro illo non tenetur diligere: tunc sit tempus. a. in quo non tenetur diligere & nihilominus odiat deum/illud odium ẽ peccatum: & formale non est carẽtia actus debiti in esse. i. actus amoris: ergo formale peccati non est carentia actus/vt dicit Occham. q. x. tertij. Dico secundo ꝙ omne formale peccati est carentia quedã non actus/& hoc dicit Greg. equalẽter ẽt nõ ponẽdo pplexe significabilia: sed illa ẽ carentia ꝓformitatis ad legẽ dei vl ad rectã rõnẽ. ꝺquo nota ꝙ ista simul stant: sortes conformiter se habet ad legem dei vel ad rectam rõnem: & tamẽ nullum actũ elicit. Patet: pro tempore quo nõ teneor diligere deum ista est recta ratio: deus nõ est odiendus/nõ est furandum nullum actum eliciẽdo. vnde cõformiter se habere ad legem dei vel ad rectã rationẽ est taliter se habere qualiter tenetur se habere. & difformiter se habere ẽ taliter se habere qua liter tenetur se nõ hre: & sic cõformitas ad legem potest haberi sine actu. Igitur carentia illius cõformitatis nõ est carentia actus debiti ineẽse in aliquo casu. Patet in illo casu in quo nõ teneor diligere sortem cõformem tali legi sine actu positiuo: ergo carentia illius conformitatis non est carentia actus debiti ineẽse/qa talis conformitas nõ est positio actus quãdo ꝓformat se legi nullum actum eliciẽdo. Vnde breuiter dico ꝙ illa carentia ꝓformitatis ad legẽ dei est vnũ aliqualiter se habere: puta esse difformẽ: sed difficile est videre pro quo supponit illud aliqualiter se habere. diceretur ꝙ ī peccato omissionis supponit pro homie. vnde sortes diformat se legi aliquando mediante actu/aliquãdo mediante omissione. si cõformitas ad legem supponebat pro omissiõe actus/illa carentia conformitatis supponit pro illo actu. [Formale peccati est carẽtia conformitatis ad legem dei siue ad rectã rationẽ. & per hoc soluitur argumentũ cõtra Occham de odio dei pro tempore pro quo non tenetur diligere. Ex quo sequitur hanc cosequẽtiam non valere. iste taliter se habet qualiter tenetur se habere: ergo bene agit: sed sequitur bene/sortes taliter se habet qualiter tenet nõ se habere. ergo male agit.

addítio

¶De actu exteriori an habeat bonitatē aut malitiam distinctam ab actu iteriori a quo imperatur. Cap.xvij.

CONsequenter est quinta difficultas circa eandem diffinitionē peccati. Vtrum in ipso facto vel cōmisso sit aliquid malitie vltra malitiam ipsius cōcupiti. hoc est querere/vtrū actus exterior habeat malitiam distinctam a malitia actus interioris. hoc est an actus exterior addat aliquid bonitatis vl malitie actui interiori. Pro quo notandum ꝙ est cōtrouersia inter doctō. vnde Sco. & post ipsum climetō & bogn kan tenent partem affirmatiuam ꝙ sic. Sed pro parte negatiua q̄ communiter tenetur ponuntur propositiones. Prima. Ipsum factum vel ipsum dictum solum ita ꝙ non includitur actus interior ē peccatum: patet. verum ē dicere/hoc opus est mendacium: igitur hoc opus est peccatū Similiter hoc opus est dictum vel factū contra legem dei: igitur est peccatum. patet: a diffinitione ad diffinitum. tamen Diony. dicit oppositum in fine secundi/ ꝙ nullum opus est peccatum/nisi simul includatur actus interior voluntatis. ita ꝙ nititur probare ꝙ nullus actus exterior per se sumptus. i. sine interiori nullo modo est bonus vel malus. Pro cuius probatiōe supponit/ ꝙ nulla operatio pure naturalis est peccatum: qa propter naturalia nec laudamur nec vituperamur. secundo supponit ꝙ posita volitōe efficaciter imperāte actum exteriorem ꝙ pure naturaliter sequitur illa operatio ad illā volitionem efficaciter imperatiuam illius sicut calor naturaliter sequitur ad ignem qa si non/deus posset vnam prohibere altera permissa. inducitur ad hoc auctoritas augustini: scilicet ꝙ membra possunt dicere voluntati ꝙ deus ea subiecit voluntati taliter ꝙ necesse habent parere voluntati/ Ideo ipsa membra obediendo voluntati. obseruāt legem eis a deo traditam ideo dicunt volūtati/tu sola mereberis vl demereberis. Hoc supposito sic arguit Dionysius/hec ē operatio pure naturalis vt probatum est: igitur non est peccatum. ꝙ sit operatio pure naturalis. patet: quia posita sua causa de necessitate ponitur: ita ꝙ non est in potestate cause quin ponatur: ergo est effectus pure naturalis/ideo non est peccatum. Respondetur secundum eum ꝙ ille qui habet vtrunq; actum tam interiorem q̄ exteriorem non peccat pluribus peccatis q̄ ille qui habet solum interiorem. hoc tamen est contra communem modum dicendi. & argumentum eius non est difficile cum arguit: hoc est effectus pure naturalis. Dico ꝙ verum est in se/sed est liber in sua causa. Ideo argumentum bene probat ꝙ nō habet propriam malitiam aut bonitatem: sed est malus malitia sue cause/scilicet volitionis efficaciter imperatiue. relinquitur ergo prima propositio vera. s. ꝙ opus exterius est peccatum. Ex qua sequitur correlarie ꝙ qui peccat exteriori & interiori actibus magis peccat extensiue. ¶Secūda propositio in qua iacet difficultas. illud peccatum exterius non habet malitiā distinctam a malitia actus interioris. ideo nō est malus actus nisi extrinsece. vnde malitia actus positiui non est nisi actus positiuus: sed malitia actus exterioris est ipse actus iterior a quo imperatur. patet sic: albedo dicit̄ esse alicuius albi/qua posita dicitur albū & qua remota non dicitur album. Ita actu iteriori posito exterior est malus & secluso nō est malus: ergo eius malitia qua denominatur formaliter malus est actus interior/ sed actus interior malus est malitia suimet & ē etiam malitia actus exterioris & per consequens est vnica malitia illorum duorum actuum. Ratio Dionysij est sufficiens ad probandum ꝙ actus exterior non habet libertatem nisi libertatem actus interioris: & fit solum libere antecedenter id est in illo interiori qui libere elicitur/ & necessario ad illum sequitur exterior: ergo in se non habet laudem vel vituperium: sed solum in suo antecedente & in sua causa. ¶Contra hanc positionem sunt multa argumenta/& fortiora tangam: sed prius ponitur tertia propositio Quis actus exterior non habeat bonitatem aut malitiam super interiorem tamē in aliquibus actibus puta satisfactorijs magis satisfacimus per vtrunq; ita ꝙ magis satisfacit qui ponit vtrunq; actum tam iterioremq̄ exteriorem simul/ita ꝙ quo ad meritum accidentale/& ad rationem satisfactiui actus exterior addit ꝓpriam bonitatem cū magis mereatur accidentaliter & magis satisfaciat qui illos simul habet q̄ qui solum iteriorem/sed non in ratione bonitatis proprie. ¶Arguitur sic. secluso iteriori actu ad huc exterior est malus: ergo. consequentia est nota. antecedens patet: sit sortes qui de facto vult ire ad ecclesiam propter vanam gloriam/vel vt occidat inimicum. iam ambulatio est mala: vt patet ex prima propositione/cōtinuet illam ambulationem interrumpendo illam volitionem: ambulatio adhuc est mala: & tamen interior actus ē depositus: ergo secluso interiori actu & deposito adhuc remanet exterior malus. ¶Eodē modo probatur de bonitate. sortes vult dicere horas propter deū/non cogitat de deo pro omni tempore quo dicit & dicēdo bñ agit: ergo illa operatio exterior est bona secluso interiori imperante. ¶Item aliquis ex passione secluso quocunq; actu voluntatis libere elicito occidit/ stat ꝙ solum ex motu sensitiuo moueantur potentie executiue/ q̄ uis sanctus Tho. dicat oppositum: hoc supposito illa occisio est peccatum/& tamē nō est actus interior sibi correspondens qui sit peccatum: ergo secluso quocunq; interiori adhuc exterior est peccatum. immo martinus nititur probare in libro de temperātia ꝙ aliquando est actus interior bonus & exterior malus/vt existens in bello emittit sagittam vt occidat inimicum fidei non tamē bene adhibet diligentiam an sit aliquis infidelis. velle sagittare ad occidendum inimicum fidei est actus bonus: & tamē illa sagittatio est peccatum & est imperata ab actu iteriori bono: ergo stat ꝙ actus exterior sit malus sine malitia actus interioris. Ad hoc argumentum cum dicitur ꝙ opus exterius aliquando est malum sine interiori/ primo concedo ꝙ aliquando est malum quando ē solum omissio exterior. vnde tenēdo ꝙ ipse appetitus sensitiuus sufficit mouere potētiam executiuā ad opus exterius/ talis operatio exterior manet & causat nisi reprimatur/& talis operatio est mala malitia omissionis/quia omittit habere motum repressiuum actus appetitus sensitiui/& non ē mala malitia actus interioris imperantis illam operationem extetiorem. Concedo vlterius ꝙ dato ꝙ remaneat ille motus sensitiuus & cum hoc eliciat actum voluntatis liberū conformiter ad illum motum sensitiuū/ vt ex sensualitate mouetur ad occidendum & cum hoc habet velle liberum occidēdi/ tūc illa operatio exterior est mala duabus malitijs/scilicet malitia operationis interioris illam imperantis & malitia omissionis. ideo est peior saltem extensiue. i. pluribus malitijs mala q̄ actus imperās interior. Ad secūdum dico ꝙ si non continuet interiorē nec habeat omissionem actus interioris quā tenetur habere: illa operatio non est amplius bona neq; mala/vt ait Occham i tertio. vt sortes continuans horas non continuādo actum iteriorem nihil meretur de nouo/ & illa continuatio non est bona bonitate que sit presens/quia omnis bonitas est i affectu & in casu non est bonitas in ipso affectu/ si vero dicatur bonus vl malus malitia vl bonitate preterita que infuit hoc stat ad nomē sed si non continuet actum interiorem cum exteriori: nihil merebitur de nouo. Secūdo arguitur sic: sequitur ꝙ volitio medij necessarij ad aliquem finem non haberet malitiā super malitiam volitiōis efficacis finis: sed hoc est falsum. patet sequela. ad volitionē efficacem finis cum iudicio certo de aliquo medio necessario requisito ad illum finem quod tale sit necessarium/ ita naturaliter sequitur volitio medij sicut ad volitionē efficacem imperatiuam operationis exterioris sequitur illa operatio exterior si non ponat impedimētum: ergo illa volitio medij nō est plus i se libera q̄ sit operatio exterior/ sed solum antecedenter/puta in sua causa. vt si

An actus exterior habeat priā malitiam. Prima ppō.

Nulla opatio pure naturalis ē peccatū

Secūda ppō.

Tertia ppō.

velim efficaciter ſanitatem & efficior certus q̄ ad illam habēdam neceſſaria eſt potio amara naturaliter ad illa duo ſequitur volitio potionis amare/& non eſt in poteſtate mea continuata volitione efficaci finis qui velim medium: ergo non habebit bonitatē aut malitiam ſuper finem ipſum. ſed q̄ hoc ſit falſum/probatum eſt ſupra/cum volitio finis eſt bona & electio mediȷ mala. ¶Quātum ad hoc argumētum Occham in prima diſtinctione primi/& in tertio quindecima diſtinctione concederet q̄ ſi eſſet aliqua volitio efficax alicuius finis &c. q̄ in caſu prędicto talis volitio mediȷ non habet malitiā diſtinctam aut bonitatem a bonitate vł malitia finis & iudiciȷ /quod iudicium poteſt eſſe malum extrinſece. vnde dicit q̄ ſi ſit aliqua virgo que habeat volitionem efficacē non deliſtendi a virginitate pro quocunq̄ contra iudicium rationis. & in ipſa ſit certitudo q̄ non poterit cōſeruare niſi per mortem. naturaliter ſequitur in illa virgine volitio mortis ſubeūde & nullam penitus habet bonitatem propriam. Et cum probatur oppoſitum/quia aliquando ſtat volitionē finis bonam & volitionem mediȷ malam. dico q̄ nunq̄ ſtat quando illa electio neceſſario ſequitur ad illam volitionē finis. ſed ſepe habemus multas electiones que non neceſſario ſequūtur ad intentionem ſeu volitionem finis: vt volo efficaciter ſubnenire pximo poſſum illi ſubuenire & de meo & de alieno/tunc ſi velim ſubuenire de alieno & ad hoc non neceſſitor ad ſubueniēdū de meo vel de alieno/ideo eliciendo volitionem ſubueniendi de alieno talis non neceſſario ſequitur ad volitionem efficacem finis/ideo i tali caſu habet propriam malitiā & volitio finis eſt bona & mediȷ mala. Dico etiam q̄ ſtat volitionem efficacem eſſe alicuius finis & ſtat habere volitionem mediȷ ad illum finem que quidem volitio mediȷ mere libere elicitur/quia ſtat elicere non habendo iudicium q̄ tale mediū ſit neceſſarium ad illū finem/ſed ſtantibus iſtis duobus puta q̄ volitio finis ſit bona/& q̄ habeatur iudicium rectū de aliquo medio neceſſario ad illum finem/non ſtat volitionē mediȷ eſſe malam/immo iſta tria repugnāt volitio finis ē bona/& iudicium de medio neceſſario eſt rectū/& volitio circa tale medium eſt mala. ¶Contra. ſit ſortes qui non teneatur nunc ſubuenire proximo: quia nō eſt in extrema neceſſitate nihilominus vult efficaciter ſubuenire/querit medium vt ſubueniat/inquiſito medio reperit q̄ non poteſt ſubuenire niſi capiendo alienum/ecce iſta volitio finis eſt bona/& iſtud iudicium non eſt malum/non poſſum proximum releuare niſi capiam alienum/immo tale iudicium eſt verum/neq̄ imperatur a mala volitione/& tamē illa volitio qua volo capere a proximo vt ſubueniam eſt mala/quia furtum. ergo adhuc ſtat q̄ volitio finis nō ſit mala & iudicium non ſit malum/immo verum: & tamen volitio mediȷ ſit mala.

¶Dico ad hoc q̄ ſuperueniente iudicio certo non poſſum releuare proximum niſi capiendo a proximo. illa volitio efficax finis eſt mala: & eodem precepto quo teneor nō capere a pximo teneor deſiſtere ab illa volitione finis/& ſi cōtinuetur erit mala. patet. Omnis libera continuatio alicuius ad qd̄ neceſſario ſequitur aliquid contra preceptū dei & ſcienter illud eſt malum/ſed ad volitionem efficacem finis in predicto caſu ſeq̄t aliquid contra preceptum diuinum: ſcilicet volitio capiendi alienum: ergo illa continuatio libera illius volitionis circa talem finem eſt mala/& ſic volitio illius mediȷ nō habet malitiam niſi malitiam volitionis finis/& eſt mala malitia furti & ſtat eandem volitionem numero continuatam ſuperuenientibus diuerſis iudiciȷs habere diuerſas malitias ſcilicet malitiam furti & homicidiȷ Exemplum: ſortes vult efficaciter ſeruare vitam platōis/ſuperuenit iudicium quod nō poteſt ſeruare niſi mentiendo/talis volitio ptinuata eſt mala malitia mendaciȷ. & apd̄ iſtam opinionem nūq̄ efficitur volitio mediȷ mala quin prius volitio finis fuerit mala/& tenetur ſuperſedere a volitione finis,

¶Forte replicaret aliquis/ſit ſortes qui habet volitionem efficacem. a. finis/Inquirit media & requirit duo/& habet iudiciū q̄ neceſſario oportet per alterum iſtorum cō ſequi illum finem/& q̄ quodlibet illorum eſt ſufficiens & nullum iſtorum neceſſariū: ſed qd̄ eſt neceſſe per alterum iſtorum cōſequi finem/& illa duo media ſint. b. c. tūc arguitur ſic. cum volitione efficaci. a. finis nō neceſſario elicit volitionem. b. mediȷ/nec e. mediȷ & volo q̄ tam. b. q̄. c. ſint media p hibita/tunc neceſſitatur ad aliquam volitionem eliciendam: ergo neceſſitabitur ſortes ad eliciendum & quamcunq̄ eliciat peccabit nouo peccato libere in ſe. nego q̄ neceſſitatur ad aliquam volitionem eliciendam: quia poteſt adhuc conſulere quod ipſorū ſit vtilius ad illum finem conſequendum/vt volo efficaciter ire Romam/iudico q̄ oportet tranſire per. a. vel. b. non neceſſitor ad vnam volitionem circa aliquem iſtorū locorum: quia poſſum conſulere an req̄ eliciam volitionem circa quemcunq̄ iſtorum

¶Aliter dicūt q̄ volitio mediȷ ſuperaddit ad malitiam finis/& nō eſt idem ſicut de opere exteriori q̄ is naturaliter ſequatur volitio mediȷ ad volitionem efficacem finis/tamen eſt aliquid diſſimile/quia ſecluſa volitione finis volitio mediȷ poteſt conſeruari/ſed ſecluſa volitione imperatiua efficaci operatiōis exterioris: illa operatio exterior nihil plus habet libertatis que dependet ab interiori imperante/ſed tota libertas volitionis mediȷ non dependet omnino & totaliter a volitione & libertate finis. ideo illa volitio mediȷ habet aliqd libertatis in ſe/& vterq̄ modus eſt probabilis: ſed primus probabilior.

¶De prima diuiſione peccati in originale & actuale. Cap. xix.

Pria diuiſio pcī.

NVnc vidende ſunt diuiſiones peccatorum. Prima diuiſio. Peccatorum aliud eſt originale/aliud actuale. vnde in diffinitione peccati ſupra poſita ſolum diffinitur actuale & nō originale: ideo nunc videndum eſt de ipſo originali/circa quod eſt controuerſia inter varie o doctores. Aliqui dicunt q̄ originale nichil pniōes aliud eſt q̄ carētia iuſtitie originalis debite de pētō ineſſe. & dicit Occham q̄ aliud eſt loqui de origiali peccato originali de facto/& aliud de peccato originali de poſſibili. Nam originale de facto ſecundum anſelmum de conceptu virginali (& adducit hoc Sco. in ſecundo) nihil aliud eſt q̄ carentia. ſi autem loq̄mur de poſſibili hoc eſt falſum/ita q̄ ſit conuertibilitas inter diffinitum & diffinitionem/quia ſtat in aliquo eſſe originale ſine carentia cuiuſcunq̄ debiti: ergo illa non eſt conuertibilis cum diffinito. patet antecedens: ſtat aliquem eſſe in puris naturalibus i quo nullum erit donum ſupernaturale nec iuſtitia/fides/nec ſpes & cetera/& erit acceptus ad vitam eternam/& illi poterit dari preceptum quēadmodum fuit datū Ade ſub illa conditione q̄ ſi tranſgrederetur illud/ipſe & tota poſteritas ſua erit deacceptatus ad vitam eternam. Tunc ſic arguitur. In aliquo deſcendente ab iſto eſt peccatum originale/tamen non eſt carentia cuiuſcunq̄ doni gratuiti ſcilicet nec iuſtitie originalis nec gratie. & q̄ ſit originale in ipſo patet: eſt peccatum in omni illo q̄ eſt idignus vita eterna. & non eſt actuale: ergo originale. dicit ergo reſolutorie Occham in quolibeto tertio/queſtione. x. q̄ peccatum originale de facto non eſt niſi carētia iuſtitie originalis debite ineſſe. Sed de poſſibili eſt idignitas ad vitam eternam ex peccato alterius proueniens. & qui ita naſcitur ex illo mediate vel immediate: q̄cito natus eſt: in illo eſt indignitas ad vitam eternam ex peccato primi ſui parentis. vnde peccatum originale conuertibiliter eſt indignitas ex peccato alterius proueniens/ideo nec eſt fomes nec carentia iuſtitie conuertibiliter. Diceret aliquis: ergo in Adam fuit originale/q̄ poſtq̄ peccauit/erat carentia iuſtitie originalis debite ineſſe. Nam perdidit illam & reneba tur conſeruare. ¶Item ſi in paruulo nato ſit carentia iuſtitie debite ineſſe: ergo talis paruulus obligatur ad iuſticiam originalē ha-

bendam. & vltra: est obligatus ad illam habendam & non habet eam: ergo transgreditur preceptum vel legem obligantem. & si transgreditur: ergo peccat peccato actuali. Preterea iste paruulus non est obligabilis: quia preceptum non est ei manifestabile: ergo ista est falsa: originale est carentia iustitie debite inesse. ¶Quātum ad primum dico ꝙ originale est carentia iustitie originalis debite inesse ex peccato alterius proueniens & non ex proprio/& sic est intelligēda diffinitio. vnde in primo parente erat carentia iustitie originalis debite inesse/ sed non proueniebat ex peccato alterius/sed ꝓprio. & sic erat peccatum actuale. Similiter dicendum est ꝙ in Eua fuit actuale peccatum.

Duplex debitū. ¶Quātum ad secundum dico quod aliquid est debitum dupliciter. Vno modo debitū debito precepti. Alio modo debitum debito statuti. vnde paruulus nō est debitor iustitie originalis debito precepti: quia nō est capax precepti neq; obligabilis. Nullus ei potest obligari nisi possit ei preceptum manifestari. Sed est debitor iustitie debito statuti. hoc est fuit tale statutum a deo factum ꝙ quicunq; regulariter descendens ab Adā mediate vel immediate per propagationē non habens iustitiam originalem in se vel in equiualēti damnabitur si in tali statu decedat. & talis paruulus subijcitur tali statuto: sed non est preceptum obligans sub pena peccati mortalis. eodē modo paruulus non tenetur ad baptimum debito precepti cuius transgressio inducat mortale actuale: sed tenetur debito illius statuti/nisi quis renatus fuerit &c. [Debitū statuti nihil prohibet/ ergo non est aliqua malitia in peccato originali. probatur consequentia qa vel illa malitia prouenit a prohibitione vel a p̄cepto/vel illa malitia est intrinseca/non secundum quia si deus faceret statutum ꝙ nisi quis fuerit natus in septembri non habebit summam gratiam & gloriam/& sortes nascitur in octobri sortes non propterea esset peccator / ergo eodem modo propter quod cunq; statutum liberale paruulus non dicitur peccator / dicendum videtur ꝙ si non esset auctoritas sanctorum vel scripture ad hoc mouēs non esset concedēdum/& videtur concedendum consequenter ꝙ tali statuto posito paruulus natus in octobri haberet peccatum hoc modo / sed hoc non potest dici / quia stat cum statuto predicto ꝙ nato in octobri deus velit dare gloriam & gratiam citra summñ.] ¶Alia est opinio quam tenent multi doct. vt Gre. in secundo. & Bonauentura. ꝙ originale

Alia opinio de pctō originali.

ꝗtum ad substractum. i. mālē nichil aliud ē ꝗ fomes qui multis nominibus nominatur scilicet qualitas morbida. lex membrorum &c. ita ꝙ peccatum originale est fomes existens subiectiue in anima: & idem fomes q nūc est in me erat originale anteq̄ essem baptizatus. ideo originale ꝗtum ad substantiā remanet post baptismum. Sed non proformali: quia cōnotat ꝙ sit deacceptatio ad vitam eternam. & ratiōe huius originale ponitur iustitie originali: quia iustitia originalis nihil aliud est ꝗ donum supernaturale gratuitum quo inferiores potentie redduntur subiecte superiori parti ratiōis. sed fomes facit oppositum: quia reddit vires inferiores rebellantes rationi. ideo iste fomes & iustitia originalis repugnant omnino: cum habeant effectus omnino repugnātes & properea/quia iste due qualitates habēt effectus oīno repugnātes/& vna dicitur iustitia originalis: ex opposito altera debet dici peccatum originale. ideo secūdū istos nihil aliud est peccatum originale ꝗ fomes & ista opinio videtur esse Augu. vt allegat Grego. in secundo. ¶His visis queritur cō sequenter/ in quo est subiectiue peccatū originale vel in carne vel in anima. & videtur ꝙ in anima/quia caro nō est subiectum peccati nisi illud sit extrinsece peccatum/vt sūt operationes exteriores. igitur. & si sic / vel est effectiue solum ab ipso deo. & hoc nō: quia esset causa peccati. vel ab aliqua qualitate existente in carne. & hoc nō / quia qualitas corporalis non agit in spiritum. Dico ꝙ ipsa qualitas morbida que est originale

quid iustitia originalis

est in ipsa anima reddens ipsam pronam ad concupiscendum ea que apparent corpori bona vel delectabilia. ideo talis est effectiue ab aliquo existente in carne/non a deo / qa non potest esse effectiue se solo causa peccati. nec ab aīa nec ab aliquo exīte i aia solū: quia deus creat illam nudā sine habitibus. ergo necessario oportet ꝙ sit effectiue ab aliquo existente in carne. ¶Cōtra/corpus nō agit in spiritum. hoc negatur: immo actiōe intentionali corpus agit in spiritum. obiectum enim causat partialiter notitiam sui in animam vel i angelum presentem: & sic corpus agit in spiritum. Eodem modo nō est inconueniens aliquam qualitatem esse i anima que reddat animam concupiscibilē eorum que apparēt corpori delectabilia / que quidem qualitas erit producta a qualitate existente in corpore. ¶Cōtra/ illa qualitas est alicuius intensionis. ergo non potest in primo instāti in quo anima infunditur corpori/ab aliquo agente produci: quia purū agens naturale finitum non potest producere effectum in instanti ꝗtūcunq; sit actiuū sed solum in tempore. Queritur ergo cū in corpore nō sit aliquod agens quod possit illam qualitatē in instanti producere & certum est ꝙ contrahitur originale in instanti infusionis anime a quo producitur: Difficile esset dicere a quo producitur talis qualitas tenendo ꝙ agens naturale non agit in instanti nisi dicatur cum Holcot ꝙ producit a solo deo. Dico tamen ꝙ oppositum ē mltum probabile & probabilius videlicet ꝙ agens naturale potest producere effectum suum in instanti/nam agens naturale nō habens resistētiam in passum producit effectū suum in instanti. habetur ergo ꝙ illa qualitas producitur a qualitate existente in corpore. & est quid positiuum pro materiali: sed ꝓ formali importat aliquid priuatiuū. [Sequeretur eodē modo ꝙ ignis ex sua natura posset agere i spiritum / hoc cōsequēs communiter negatur / sequela patet post ꝗ corpus potest agere i animam. nec valet dicere ꝙ corpus potest agere actione intētio-

Corpus agit in spiritū

Agēs naturale non potest effectū producere i instāti. additio

nali sed non reali quia qualitas illa morbida non esset intēlibilis quia nec notitia nec volitio vel nolitio nec passio sequens aliqua illarum ergo non videt que qualitas esset nisi dicatur qualitas realis & naturalis dicendum est ꝙ est qualitas intētionalis solum licet nō sit passio proprie dicta naturā tamē passionis insequitur.] Difficultas. sit sortes adultus non baptisatus habēs originale/volo & baptisetur. & quando baptisatur peccet mortaliter/non suscipit gratiā an in ipso remittatur originale vel non: nō potest dici primum. quia nūq̄ potest remitti peccatum incompossibile gratie quin infundatur gratia. originale est incompossibile gratie/quēadmodum & mortale. ergo non potest remitti/quin infundatur gratia & non remittitur tunc/queritur ergo quando postea remittetur: videtur ꝙ nō postea remittatur: quia non potest remitti originale nisi per baptismum qui est institutus contra originale. Dico ꝙ tunc non remittit sicut licet cum baptisatur: quia ponit obicē / sed postea remittetur nō virtute penitentie sed baptismi suscepti: & de illo originali non oportet neq; atteri/neq; ꝓteri/neq; ꝓfiteri. qa sicut non libere contrahitur: ita non requirit nolitionem qua nolem fuisse in originali. sed oportet cōteri de obice posito ꝙ precabat eo tēpore quo suscipiebat baptismū. & in illa contritione de obice posito virtute sacramenti baptismi remittuntur omnia que fuissent pro tunc remissa: si non fuisset positus obex/& non oportet agere penitētiam de peccatis precedentibus. sed tantum de illo peccato quo posuit obicem. ¶Alia difficultas. ꝗ pena punitur originale? Gre. dicit ꝙ pena sensus: & adducit mltas auctoritates Augustini. sed est nimis rigorosus: ideo vocatur tortor paruulorum. & probabilior opinio est ꝙ puniuntur solum pena damni. hoc est ꝙ in anima eorum nūq̄ erit tristitia/nec in eorum corpore dolor post resurrectionem. sed solum habebunt perpetuam carentiam visionis eterne. ¶Contra. habent nolitiones detineri: & tamen detinē

Qua pena puniuntur originale.

tur. vellent habere beatitudinem: & nō habent/& ista sunt cause sufficentes causare tristitiam. Similiter post resurrectionē corpora eorum non erunt impassibilia: quia non resurgent cum dotibus. ergo applicato nociuo habebunt dolorem sensuum. dico ꝙ nollent esse miseri/& damnati/& sciunt se esse dānatos: sed deus impedit ꝙ ex illa apprehētione causetur tristitia in eis: quia nō concurrit cum illa causa particulari ad causandam tristitiā. Similiter post resurrectionem q̄is habebunt corpus passibile nunq̄ deus cum quocunq̄ nociuo concurret ad causandum passionē in ipsis. ideo non erūt impassibiles simpliciter: sed ex dono dei nō concurrentis ad causandum qualitatem afflictiuam in ipsis. Ad auctoritates Augustini ꝙ patiātur ab igne/dico ꝙ in igne habebunt penam damni non ꝙ ab igne patiant penam sensus: & immutētur ab eo sed ibidem detinebuntur.

¶Secunda diuisio peccati. Cap. xx.

Consequenter videndum est de secūda diuisione peccati scilicet actualis in mortale & veniale. quid autē sit veniale/dicit Diony. in secundo ꝙ peccatū quadrupliciter dicit veniale. scilicet ex causa/ex effectu siue ex euentu/ex parte operis operātis/& ex parte operis operati. Primū quando causa est talis ꝙ peccato inde sequēti debetur venia (vt quando pecatum mortale etiam procedit ex ignorantia) dicit veniale ex causa/quia causa est ratio venie. & ideo beatus Paulus dicit. veniam cōsequutus sum: quia ignorans feci. Secundum est: quia iam remissum est in effectu. & sic peccatum mortale de quo quis punitur dicit veniale in effectu. Tertio est quando quis mouetur ad peccatum mortale. & tamen reprimit illum motum anteq̄ deliberate exeat in effectum: vt motus secundo primus est venialis isto modo/nam tali motu mouetur ad contrarium rationis/& talis motus ē ad mortale. tamen quia alliditur ad petram. i. per imperium rationis/remittitur vel totaliter corrumpitur/ita ꝙ non exit contra rationem seu in contrarium rationis deliberate/est solum venialis: vt motus ad illecebrā indeliberatus & imperfectus. Quarto modo est ꝙ licet exeat in opus est tamen venialis: vt q̄is consentiat plene adhuc est peccatum veniale: quia illa materia circa quam ē/est solum venialis vt mendacium iocosum De peccato veniali duobus primis modis non est questio. quia illud est mortale. quia ritur ergo vnde peccarū dicitur veniale tertio vel quarto modis. Et difficultas est apd doctores vtrum peccatū deacceptatum solum ad penam temporalem sit veniale in se hoc est ꝙ ex natura actus solum sit dignum pena tēporali/ita ꝙ ex natura actus nō posset imputari ad penam eternam: vel solū ex misericordia dei deacceptatum solū ad penam temporalem: vbi tamen posset ad eternā imputare. ¶Respō det dominus de Gersono per talem propositionem. Omne peccatum ex parte ipsius actus pro quanto est ppō. difformis rationi/& contra legem dei: est mortale & offensiuū dei ex indignitate eius ¶Ex quo sequitur. ꝙ nullum peccatū quātum est ex parte actus est veniale: sed mortale. & nititur probare hoc Gerson aliquibus rationibus. Prima deus quodcunq̄ peccatum etiam ex indignitate actus: quia offensiuum dei/& contra legem eius posset punire pena eterna: & pena anihilationis & breuiter omni pena possibili: & non nisi peccatum ex sua indignitate hoc demeruisset. igitur omne peccatum est mortale. Secunda ratio. illud peccatum veniale si nunq̄ remitteretur quo ad culpā puniretur pena eterna. & ista est apparentia maxima pro opinione sancti Tho. dicentis ꝙ veniale adiunctū mortali punitur pena eterna. igitur q̄tū est de se & ex natura actus est mortale. Q̄ autē culpa non remittatur in inferno. patet/culpa nunq̄ remittitur nisi infundatur gratia: quia quicquid deus sanat perfecte sanat: sed in inferno nunq̄ remittitur culpa. ideo puniretur eternaliter. Tertia ratio. illud peccatū est ifinite malitie qd̄ pro quocūq̄ bono siue finito siue ifinito non est faciēdūnec cō

Ꝑtim q̄ dupliciter dicit veniale.

mittendum. sed veniale est huiusmodi. igit est infinite malitie. Ex quo infert correlarie ꝙ ptim veniale est solū veniale ex mia dei & nō ex natura actus. hoc est dictu/deus ex misericordia sua ratione illius peccati non aufert gratiā que tamen ex natura actus eēt auferēda/sed ex misericordia sua solum punit illum actum pena temporali qui tamen ex ratione actus esset pena eterna puniēdus. Et secūdum istos peccatū veniale ē illud qd̄ solum ex misericordia dei ad penā solū temporalem iputatur. dicitur ergo veniale eo ꝙ ratione ipsius nō perditur gratia que est vita anime: & mortale qa rōne ipsius perditur gratia/vel perderetur si haberetur. & infert carētiam vite puta gratie/& ratione illius infligitur pena eterna. habetur ergo ex ista opinione ꝙ quodlibet peccatū est mortiferum. sed aliquod dicitur veniale solū ex misericordia dei nō iputantis illud ad penā eternam. Sed est apparentia cōtra hanc opinionem & maxime de operationibus que nō sunt peccata nisi prohibita. vt capio actum indifferētē prohibitum solum sub pena vnius diei in purgatorio/talis actus nō est malus: nisi phibitus/& est peccatū veniale vt notum est. Igitur nō habet maiorem malitiā ex parte actus q̄ habeat ex parte prohibitionis. sed illa est solum temporalis: igitur ex parte actus solū est demeritorius pene temporalis. ergo ex parte non est mortalis imo non esset malus nisi prohibere sub illa pena. Respondetur dicendo primo ꝙ implicat contradictionem ꝙ deus prohibeat aliquem actum sub quacūq̄ pena etiā minima/& ille q̄tū est ex parte sui non sit mortalis/ita ꝙ implicat ꝙ sit phibitus & nō sit mortalis. Probatur/implicat contradictionem ꝙ sit aliquod peccatū solum finite malite/imo quia cōtra legem dei est ifinite malitie/& quia dei offensiuum est infinite malitie. sed omne peccatū est offensiuum dei. igitur eo ipso ꝙ est contra legē dei est mortale. Secundo dico ꝙ potest prohiberi solū sub pena temporali infligēda. Dico tertio/ꝙ eius malitia ē maior q̄ sit reatus seu obligatio ad penam: ita ꝙ secundū istū respectū quia ille actus est contra legē dei/insurgit i peccatore vna indignitas maior q̄ sit q̄cūq̄ pena temporalis quam deus posset infligere. & ratio huius est quia quacūq̄ pena posita vel quocūq̄ posito malo tali ē minus fugiendū q̄ sit ille actus cōtra legem dei.

¶An veniale possit esse mortale.
Capitulum. XXI.

Queritur consequenter. vtrū peccatum veniale possit effici mortale. & apparet ꝙ sic: quia peccatū illecebre per successionē temporis efficitur mortale qd̄tamen prius erat veniale. ergo. In oppositū arguitur/quia sūt due diuerse species/& vna in aliā transire nō pōt. ¶Pro solutiōe notandū ꝙ questio duplicē potest habere sensum. Primus/vtrū id qd̄ modo est veniale/vt actus volūtatis stante lege iam posita possit effici mortale. Sēs sensus/an actus qui iam est peccatū veniale simpliciter & absolute superueniente lege noua vel nouo p̄cepto vel nouo voto possit effici mortale. & secūdū Tho. adhuc potest intelligi in alio sensu/puta vtrū possint multiplicari venialia in tantū ꝙ ipsa simul iuncta equiualebunt vni mortali. i. obligabunt ad tantā penam ad q̄tam obligat vnū mortale. Si loquamur i primo sensu adhuc est questio de illo qd̄ est veniale extrinsece: id est de actu exteriori/vel de illo qd̄ est veniale imediate. i. de actu interiori. ¶ Q: tū ad primum an scilicet actus exterior q̄ de facto est veniale peccatū possit effici mortale Dico ꝙ sic/nam possumus ptinuare eandē ambulationē propter finē mortalē q̄ prius continuabatur ppter finē venialem. igitur nō est difficultas de exteriori actu quin primo veniale possit esse mortale. Restat ergo inquirere de interiori actu puta vtrū illa eadem volitio que nūc est peccatum veniale possit effici mortale. q̄tum ad hoc Occhā & doctores dicentes/ꝙ illa volitio que nō habet finē pro obiecto/sed est causata a volitione finis solū & superueniente alio fine manet eadem: habent concedere ꝙ illa voli

tio medij que nō habet finem pro obiecto partiali remanet eadem trāseunte volitiōe finis imo supueniente volitione alterius finis talis potest esse successiue & venialis & mortalis/vt habeo volitionem vane glorie venialis ex ea elicio volitionem eūdi ad ecclesiam ita ꝙ illa volitio eūdi ad ecclesiā non habet vanā gloriā pro fine/neqꝫ p obiecto: talis est venialis supposito ꝙ desistā ab illa volitione vane glorie/& nihilominus volo ire ad ecclesiam/& icipiam habere finem volitionis mortalis puta occidendi aliquē in ecclesia/illa eadē apud Occhā efficitur successiue venialis & mortalis. Sed questio est de illa que est venialis & mala ex obiecto. vt volo mentiri iocose/ an talisq̄ est mala ex obiecto & venialis solum possit fieri mortalis. Dico ꝙ pōt effici mortalis p nouū preceptū: vel per votum supueniens. Vnde dicit Diony. circa finē secūdi ꝙ veniale pōt effici pars mortalis/sed nō pōt effici mortale. Sed dico qđ malū ex obiecto & venialiter solū pōt effici mortale. nā deus pōt p̄cipere ꝙ actus indifferēs sub pena peccati mortalis non continuetur. tunc si continuetur etiā actus erit mortalis. Similiter a fortiori pōt prohibere illud quod ē venia- le sub pena mortalis. tunc si continuetur erit mortale. Similiter quis pōt vouere ꝙ nō mentietur iocose si continuet/illud mēdacium post votum emissum erit mortale. ergo apparet ꝙ eadem volitio successiue pōt esse venialis & mortalis. dicit ad hoc Diony. ꝙ peccat mortaliter: quia vult mentiri iocose cōtra p̄ceptū vel contra votū: & hoc quod erat prius veniale efficitur pars mortalis. & illa eadem volitio que prius erat venialis efficitur mortalis superueniēte voto vel nouo precepto. Difficultas ponatur ꝙ solum emittat votum ꝙ nō peccabit venialiter deliberate per totā hāc horam. Iam in ista hora velit mentiri iocose deliberate: an talis volitio sit mortalis vl venialis. Si mortalis: ergo per illā nō trāsgreditur votū de non peccando venialiter. Si venialis ergo transgreditur votū. ergo est mortalis. fortē dices/ꝙ nō peccare venialiter nō potest esse materia voti: quia votū est de materia licita/& etiā cuius oppositū est licitum puta de consilijs. sed supposito ꝙ possit votum fieri de preceptis. dico pro solutione argumenti ꝙ illud votū est intelligendum non peccabo venialiter. i. non exercendo actum qui alias secluso voto esset peccatum veniale. ideo illa volitio est mortalis. Contra/ergo per eam non peccat venialiter. cōcedo/ergo nō transgreditur votum: nego consequentiam: quia intelligitur nō peccabo venialiter id est non eliciam actum qui seclu- so voto esset venialis. Primum igitur dictū verū puta ꝙ veniale potest effici mortale. Alia difficultas an veniale posset effici mortale ex consuetudine/vel solum ex circūstātia persone. Dicunt cōmuniter doctores ꝙ veniale ex obiecto: si nō superueniat preceptum vel votum ex q̄tacunq̄ cōsuetudine vel quātacunq̄ dignitate non potest effici mortale. ꝙ ex quāracūq̄ consuetudine nō fiat mortale dūmodo nō superueniat alia noua circūstantia. Patet/quia secundus actus non aggrauat infinite. ergo q̄tūcunq̄ frequenter talis actus nō efficitur mortalis. Similiter circūstantia persone nō aggrauat infinite/& si mutaret in mortale aggrauaret infinite vt simplex fornicatio in prelato est semper simplex fornicatio q̄uis propter dignitatem sit grauior q̄ in altero. ergo ex quantacūq̄ circūstantia persone non mutata specie neq̄ etiam consuetudine non potest veniale ex obiecto effici mortale. Sequitur iterū alia difficultas de peccato veniali.

¶An veniale fuerit compossibile iustície originali. Cap. XX.

UTrum veniale fuerit compossibile statui innocētie/ hoc est/an sicut veniale habet compossibilitatem ad gratiam gratum faciētem quia vocatur ideo veniale/quia non aufert gratiā. Similiter an habeat compossibilitatem ad iustitiam originalem. ¶ Pro solutione notandum ꝙ hec questio dupliciter potest intelligi. Vno mō sic. vtrū entitas q̄

nunc est peccatum veniale potuisset elici ab eo qui habebat iusticiā originalē: sed rōne status fuisset peccatum mortale. & ita ex demerito eius fuisset pdita iusticia originalis. Secūdus sensus. vtrū ipa iusticia originalis ita subdiderit ipsas vires inferiores parti superiori rationis ꝙ pro tūc fuerit homo impossibilitatus ad eliciēdum actū: qui nunc est peccatū veniale. ita ꝙ nō potuisset elicere actum venialē anteq̄ peccasset mortaliter

Pria p̄positio ¶Pro solutioue sit prima p̄positio. Venia le ex opere operātis hoc est propter iperfectionem ipsius deliberationis nō fuisset cō possibile iusticie originali quēadmodū sūt primi motus vt primus motus ad gulam/ad luxuriā &c. non primo primi: sed secundo primi qui ponūtur a doct. venialia/nō fuerunt compossibiles iustitie originali. & omnes in hoc cōueniunt: quia iusticia originalis reddebat sensualitatē subiectā portioni superiori rationis. Ita ꝙ iustitia originali stante non potuisset insurgere motus cōtra iudicium rationis: ergo repugnabat ꝙ in habente iusticiam originalē fuisset talis motus venialis ratione indeliberationis Sed difficultas est de veniali ex opere operato/id est ex obiecto quod veniale est perfecte deliberatum: vt de mendacio iocoso. an tale fuerit compossibile iusticie originali. ¶Tenet sanctus Thomas & multi ex antiquis ꝙ non. & difficultas huius materie est circa distinctionem supradictam. Dicūt isti doctores ꝙ veniale ex obiecto non est compossibile iusticie origiali. queritur ergo ab ipsis/vtrum talis incompossibilitas proueniat ex eo ꝙ habens iusticiam originalem: si elicuisset velle mētiri iocose peccasset mortaliter ratione talis status. & sic fuisset perdita iusticia originalis. Vel solū propter hoc ꝙ habens iusticiam originalem nō potuisset tale veniale elicere. Si dicas primum: tūc ponatur ꝙ Adam elicuisset velle mentiri iocose. sequitur ꝙ in primo instāti elicitionis non habuisset iusticiam originalem: & per consequens fuisset extra statum innocentie ergo talis actus non fuisset mortalis ratione illius status. & hoc argumentum est multum apparens. ¶Preterea si iste status pure nature lapse faciat ꝙ ille actus qui alias fuisset mortalis de facto sit solū venialis. ergo status nature lapse infinite diminuit de grauitate peccati (ga veniale est in ifinitum minus q̄ mortale) & si in ifinitum diminuit de vno: ergo & de quolibet. & vltra: ergo qđlibet peccatū pro statu nature lapse erit solum veniale. Patet/quia eadem ratione in infinitū diminuet de gravitate homicidij/& non potest in ifinitum diminuere de homicio quin ipsum faciat trāsire in aliam speciem peccati: quia duo peccata eiusdem speciei: neutrum alterum excedit infinite: neq̄ est in infinitum peius alio. [Dato ꝙ nullū peccatum eiusdem speciei sit peius altero in finite nō sequitur ex hoc ꝙ omnia peccata huius status essent venialia quare in genere peccati mortalis vnum peccatum mortale est infinite peius altero: sed ex hoc videtur concedendum ꝙ nullum peccatum cōmissum in statu innocentie esset eiusdem speciei peccati in esse peccati cū peccato circa eādem materiam in isto statu]. ¶Aliud argumentum etiam potest fieri de leuatione festuce. & sic ista opinio non videtur multū probabilis. videlicet ꝙ tale peccatum veniale fuisset mortale ratiōe status. & nullus doctor illam tenet q̄q̄ alias fuerit defensata in scholis. Dicit sanctus Thomas ꝙ veniale est incompossibile iusticie originali ad istum sensum ꝙ non fuit possibile habentem iustitiam originalem pro primo peccato elicere illum actum qui solum esset venialis. Et forte ratio sua est/quia omne veniale ex obiecto est in inferiori parte rationis. Vnde ratio diuiditur in duas portiones/in superiorem que respicit obiectum increatum & effectus proprius ipsius iusticie originalis erat non solum subdere sensualitatem rationi: sed etiam portionem iferiorem rationis portioni superiori. ita ꝙ iferior pars rationis non potuisset moueri ad aliquid nisi secūdum leges eternas quas superior portio rōnis considerat. sed peccare venialiter

addicio

repugnat legibus supernis. ergo stãte iusti
cia originali nõ erat possibile elicere actum
venialẽ. ergo similiter stante iusticia origi
nali non fuisset possibile sensualitatem mo
ueri ad illecebram neq; ad irã. Contra hoc
est solum vnum fortissimum argumẽtum.
Si deus potuit: & de facto prohibuit Ade
ne ederet de fructu ligni vetiti sub pena pec
cati mortalis/etiam potuit prohibere solũ
sub pena peccati venialis/quia talis esus nõ
est mortalis de se/& si prohibuisset solũ sub
pena peccati venialis Adam potuisset equa
liter elicere illũ actũ/volo edere de tali fru
ctu posito etiã illo precepto. ergo illud pec
catum. s. veniale quod est venialiter malũ/
quia prohibitum nõ repugnat iusticie ori
ginali ex natura ipsius iusticie origialis/&
est argumentũ fortissimum in hoc proposi
to. Aliud argumentũ potest fieri. Adam in
statu innocẽtie obligabatur nõ mẽtiri ioco
se. ergo poterat illud trãsgredi/quia nõ da
tur preceptum nisi de illo quod potest adi
pleri & transgredi. Aliqui dicũt verũ eẽ q̃
de potentia absoluta iusticia originalis nõ
repugnat veniali sicut charitas de potentia
absoluta nõ repugnat mortali: sed de lege
statuta repugnabat veniale iustitie origina
li. sed nõ de potẽtia absoluta. & sic argumẽ
tũ faciliter solueretur / quẽadmodum dice
remus de mortali & gratia p̃ statu isto. ita
dicerent de veniali & iusticia originali pro
statu innocentie. Aliter dicit sco. in secũdo
q̃ veniale ex obiecto; & non ex imperfectio
ne actus/est p̃possibile iusticie originali. &
rationes eius possunt esse ille q̃ cõmuniter
fiunt contra. s. Tho. Sed arguitur apparen
ter p̃tra sco. si aliqs voluisset in tali statu na
ture integre mẽtiri iocose: ex illa repetitiõe
freq̃nti illius actus potuisset generari vnus
habitus multũ intensus qui fecisset difficul
tem ad eliciendũ actum cõtrarium: quia ha
bitus habet hoc ex natura sua. ergo aliquis
pro tali statu habuisset repugnantiã & con
trarietatem & rebellionem ad bene faciẽ
dum. & tamẽ hoc ponitur vnus effectus iu
stitie originalis puta nullam pati difficulta
tem/& rebellionẽ ad bene agẽdum. Preter
ea si tũc peccasset venialiter qũo fuisset pec
catum remissum & pena soluta: quia Adã
in tali statu erat impassibilis. ergo non po
tuisset pati penam in tali statu pro veniali/
& sic mansisset impunitũ. Ad primum dico
q̃ Adam potuisset reiterare sepe/ sed nõ fe
cisset/& negatur cõsequẽtia puta q̃ potuis
set generari habitus. quia iustitia originalis
que se habebat per modũ habitus est incõ
patibilis habitui inclinãti ad veniale: quis
non sit cõpatibilis actui. nam de ratione iu
stitie originalis erat difficultatẽ prouenien
tem ex parte agentis excludere: ergo in adã
non fuisset genitus talis habitus. Quãtum
ad secundũ dicitur q̃ fuisset illud veniale re
missum per bonum motum dilectionis: &
fuisset satisfactũ nõ per penã/sed per feruen
tem actum amoris in deũ. & sic patet de istis
duabus opinionibus: quarũ q̃libet est pro
babilis. [Facilior ẽ opinio Scoti: sed argu
mentum de habitu mentiendi est multũ ap
parens. Nec sufficit dicere q̃ iustitia origia
lis phibuisset generationem habitus: quare
seq̃retur hoc modo q̃ nullus habitus fuis
set genitus in illo statu vel saltẽ solum habi
tus boni vel indifferẽtes: & cũ actus bonus
potest fieri malus & similiter indifferẽs tũc
volo q̃ post q̃ habitus est genitus q̃ sub pe
na veniali phibeatur talis actus. &c.]

addicio

¶ An veniale aliquando puniatur
etenaliter. Capi. XXIII.

COnsequenter queritur de veniali
quo ad punitionẽ. Vtrũ aliq̃n pu
niatur eternaliter vel semp solum
temporaliter. & ista difficultas a
gitatur a Sco. & .s. Tho. Nã dicit sanctus
Tho. & multi antiqui q̃ veniale si fuerit iũ
ctum mortali punietur eternaliter. Nam vt
notum est / aliquis potest decedere precise
cum vno mortali & vno veniali. talis sic de
cedens punietur pro veniali non in purga
torio/sed in iferno/quia erit damnatus. &
punietur eternaliter in inferno pro veniali
dicit. s. Tho. Ratio pria est: quia in inferno
nulla ẽ redẽptio: ergo nõ puniet i inferno

aliquando plus aliquãdo minus/sed aliq̃n
in infetno punietur pro veniali/alias rema
neret impunitũ: ergo semper in inferno pu
nietur illa pena veniali. Scdm motiuũ appa
rentius est/peccatũ veniale in quo decedit
cum mortali nũq̃ remitteretur quo ad culpã:
ergo etiã nunq̃ remanebit sine pena. Patet:
secũdum oẽs doctores nunq̃ pẽtm̃ saltema
ctuale post q̃ cõmissum est potest remitti ni
si per aliquẽ bonum motũ/etiã q̃is applia
cetur sacramẽtũ requiritur aliqs bonus mo
tus. sed i isto nõ põt esse bonus motus/ qa
dãnatus nõ potest bene moraliter agere: er
go non põt veniam consequi de illo. Item
nũq̃ remittitur peccatũ quo ad culpã q̃diu
placet: sed verissimile est q̃ placet dãnatis cõ
mittere peccata. ergo. Ratio igitur quare ve
niale punietur eternaliter/est quia non põt
remitti quo ad culpã. discrepantia est de pe
na que debetur adhuc pro mortali remisso
& de veniali: qñ enim mortale est remissum
quo ad culpã adhuc est obligatio ad penã.
Dicunt multi Thomiste p̃babile esse q̃ i in
ferno solũ temporaliter puniat pro morta
li remisso/quia solũ restat sustinere talẽ pe
nam: sed veniale nõ est remissũ quo ad cul
pam/ideo oẽs thomiste p̃cordant q̃ eterna
liter pro veniali punieť. ¶ Contra hoc ista
tur apparenter primo: sequeretur q̃ veniale
puniretur ad p̃dignũ/imo supra cõdignũ.
Patet: veniale est solũ p̃dignũ tẽporali pe
na/& punitur eternaliter: ergo supra condi
gnum. Item sequtur q̃ aliqs tm̃ vel plus pu
niretur pro veniali sicut pro mortali. conse
quens est falsum/quia mortale quãtũcunq;
paruum est in infinitũ maius q̃ veniale quã
tũcunq; magnũ: ergo non puniretur secun
dum equalitatem proportionis peccati ad
peccatum: ergo deus esset iniustus: patet se
quela. sortes punitur eternaliter gradu di
stincto pene pro mortali / & alio gradu di
stincto pene pro veniali: quia punitur diui
sibiliter plusq̃ si decederet in solo mortali.
tũc sic. Iste gradus pene quo punitur eterna
liter vltra penã que debetur adequate mor
tali/non est in infinitum minor illo qui res
pondet mortali/ponatur q̃ sit in decuplo
minor: ergo illud veniale tm̃ punitur in in
ferno q̃tum puniretur subdecuplũ mortale
ad illud in quo decedit/sed hoc est falsum:
igitur & illud ex quo sequitur. & hoc argu
mentum est apparens. tm̃ respondetur cũ sic
arguitur sequitur q̃ aliquis pro veniali tan
tum puniretur sicut pro aliquo certo mor
tali/nego p̃nam. Dico tm̃ q̃ punitur eterna
liter de per se pena dãni: sed solum pro mor
tali. Dico secũdo q̃ illa pena sensus debita
veniali est in infinitum minor pena q̃ pena
qua punitur pro mortali. Vnde illd quod
punitur aliqua pena et nõ punitur nisi ratõ
ne adiuncti nõ punitur illa pena per se/& li
cet veniale puniatur eternaliter pena sensus
& pena dãni: hoc tm̃ est ratione adiuncti. er
go nõ punitur de per se/sed de per accidẽs.
Dico tertio q̃ in infinitum minus eternali
ter punitur pro veniali q̃ pro mortali in ra
tione pene. & ratio est. In infinitũ est peius
ei puniri pro aliquo de p̃ se q̃ per accidẽs
Vltra/est in infinitum peius tali pena puni
ri pro mortali q̃ pro veniali sicut cõiter di
cunt doc. si eadem pena sensus qui iam infli
gitur damnato pro culpa infligeretur ali
cui sine culpa non esset ei pena sicut illi cui
punitur pro culpa: vt carentia visionis diui
ne nobis existentibus viatoribus nõ est no
bis pena/quia non infligitur pro culpa: sed
post mortem erit pena/quia infligetur pro
culpa. Dico vltra q̃ eadem carẽtia in nume
ro pro maiori peccato est pena/& pro mi
nori est minor: propterea quia pena dicit re
spectum ad culpam. Ex quo sequitur q̃ il
lud quod infligitur pro mortali est in infi
nitum maior pena q̃ illud quod infligitur
pro veniali/quia infligit pro aliquo quod
in infinitum excedit culpam venialem/ideo
in genere pene est in infinitum maior q̃ illd
quod infligitur pro culpa que est in infinitũ
minor in ratione culpe. Dico ergo q̃ do
lor in inferno pro veniali nõ est in infinitũ
minor gradualiter q̃ ille qui infligitur pro
mortali/sed est in infinitum minor in rõne
pene. Alius est modus dicendi Scoti q̃ so

lum temporaliter punietur in inferno pro veniali iuncto mortali/ & hoc est multum probabile. Et ad rationes aliorum dicentiū ꝙ in inferno nō est redemptio. Dico ꝙ nō est redemptio ereptiua: hoc est a tōto/sed bene a parte pene puta ab illa que infligitur pro peccatis dimissis in hoc mūdo vel pro veniali. Ad secundū cū dicitur/veniale nō potest remitti quo ad culpā: ergo neq; quo ad penam & realiter manet culpa: & est precipua ratio quare punitur eternaliter peccatum/eodem modo de veniali nō potest remitti in inferno cum non habeāt bonū motum ratiōe cuius remittatur. Dico ꝙ potest remitti per satisfactionem absq; bono motu. vnde secūdum sco. duplex est modus remittendi veniale. Vnus modus est satisfactio. i. per actionem & operationem illius qui peccauit venialiter. Alius modus est p satisfactionem/quādo ille qui illud cōmisit patitur penam ad quam obligat peccatū & dicit Scotus de ratione venialis est ꝙ solum ad penam temporalem obliget: ideo p satisfactionem in inferno remittitur. [Scotus tamen non manet fixus in soluendo vt patet distinctione. xxj. quarti. sed hec solutio est ab eo acceptanda. Contra istum modum dicendi est argumentū tale sequeret ꝙ inuite perderet culpam. patet sequela/extra gratiam peccauit mentiendo iocose. & cō placet ei illud in inferno. tūc illud inuite remitteretur: sed hoc non videtur pcedēdū in via vbi requiritur bonus motus.

addītio

¶De primis motibus. Cap. XXIIII.

NVnc agendum est de peccato veniali ex parte operis operātis: & primo de primis motibus: quid sit motus/& in quo sit subiectiue & vtrum omnis motus primus ad obiectū illicitum & phibitum sit peccatum veniale.

quid sit motus.

Dicitur ꝙ motus nihil aliud est q̄ quedam qualitas partis sensitiue consequens apprehensionem simplicem subiecti ipsum supositum inclinans ad prosequutionem illius obiecti vel fugā. Vnde experientia docet ꝙ apprehensis obiectis sub ratione conuenientis causatur in nobis quedam qualitas que nos mouet ad prosequutionē illorum obiectorum. Similiter apprehensis obiectis sub ratione disconuenientis causatur in nobis quedam qualitas i parte sensitiua inclinans nos ad fugam illius obiecti vt notū est. Et voco motus primos qui non sunt deliberati precedentes oēm deliberationem. ¶Difficultas est vtrum sint reperibiles ivoluntate quēadmodum in sensualitate. & dicitur ꝙ sic. Patet: qa experimur nos moueri istis motibus apprehenso obiecto solū apprehensione intellectiua etiam vbi nulla p̄cessit sensatio: vt in absentia obiecti q̄s potest illud aprehendere & hoc apprehensione intellectiua qua statē statim mouetur ad prosecutionem vel fugam illius obiecti: & non nisi motu voluntatis. igitur. Secūdo experimur nos moueri istis motibus in obiecta non sensibilia vt in beatitudinē q̄ non est circa sēsibilia/illis apprehensis statim insurgit appetitus illorū & nō nisi in voluntate. ¶Queritur igitur post q̄ pro certo habetur & oēs concedunt primos motus reperiri in voluntate: vtrū voluntas respectu illorum motuum se habeat pure passiue/vel se habeat aliquo modo actiue. Respondet roRosetus setus ꝙ se habet pure passiue: & nullo modo actiue respectu primorum motuum: seu respectu motuum precedentiū omnē deliberationē quod idem est. & facit tres rationes. Prima: omne agēs liberū q̄cunq; agit agit libere. sed voluntas si libere ageret illos motus peccaret mortaliter: sed nō peccat mortaliter & est agēs liberum. igitur nullo modo agit. Secūda. voluntas in ordine ad istos motus non plus se habet actiue q̄ sensus ad sensationes: sed sensus respectu sensationū se habet pure passiue. igitur. Tertia ratio est quia nullum passum agit illum effectum a quo ipsum patitur/& si agat agit vt causa libera / sed voluntas patitur seu recipit primum motum. igitur non agit illum/ vel si agit mere libere agit/sed hoc non / quia peccaret mortaliter: igitur. Sed quodlibet istorum quod assumit est falsum/ideo argumenta sua parum valent. primum enim est falsum. similiter & secundum/quia sensus actiue concurrit ad sensationes. similiter primum assumptum est falsum: quia anima est agens liberum & tamen naturaliter producit intellectiones. Tertium dictum similiter est falsum: quia intellectus i se producit intellectionem &/tamen mere naturaliter p ducit. sed ista propositio est bene vera/nun q̄ aliquod agens est causa totalis alicuius effectus quem immediate in se suscipit: nisi sit causa libera. & ratio est quia alias semper illum effectum haberet in se/esset enim inco ueniens ꝙ esset causa naturalis & totalis & non ageret/cum necessario agat omnis causa naturalis. Dico igitur ꝙ ipsa voluntas ē causa partialis illius motus primi & naturalis: & cum hoc stat ꝙ aliquando sit libera/ sed hoc est respectu alterius effectus. Similiter ille motus causatur partialiter a cognitione intellectiua. & dicitur motus intellectiuus: quia presupponit cognitionem intellectiuam. Iam respondetur ad questionem in qua est cōtrouersia. ¶Sanctus Tho. dicit vniuersaliter/ꝙ omnis motus animalis. i. qui presupponit cognitionem cōtra precepta dei/est venialis vt patet vicesima quarta distinctione secūdi. & dicit ibi ꝙ distinctio doctorū de motibus primo primis & secundo primis nihil valet. sed quia opositum communiter tenetur: ideo defensabimus ipsum/declarando illam diuisionē.

quid sit motus primo primus.

Vnde ille motus vocatur primo primus q̄ non est in potestate ipsius hominis aliquo modo nec in se nec i sua causa ad minus quē homo non tenetur vitare vllo pacto nec in se nec in sua causa: vt presentata alicui pulchra muliere ipo de illa nihil cogitante nec hoc sperante/tunc illa visa causatur in illo i sensualitate quedam qualitas que inclinat eū ad prosecutionem illius obiecti/& talis q̄litas dicitur motus primo primus/ qa ea visa non est possibile quin moueatur: cum impossibile sit (secundum augustinum) quin visis tangamur. & non tenemur vitare illū motum / quia licet potuisset vitare causam illius motus scilicet vitando presentationē quia tamen sibi non constabat non tenetur vitare eam/& non potest vitare motum illum: igitur talis motus est primo primus. Motus igitur vocatur primo primus p illo tempore quo voluntas non potest illū motum amouere & reprimere. Sed ille vel alius dicitur secundo primus quando volūtas potest illum aliquo modo amouere & reprimere. Secundo supponitur ꝙ illo motu insurgente & intellectu reflectente se sup illum motum voluntas potest multipliciter se habere vt dicit Gerson: vel se habet vt totaliter abiiciens per nolle detestatiuum illius motus/vel obiecti ad quod inclinat ille motus/vel vt consentiens/vel vt titubās id est nec consentiens nec dissentiens: sed merene gatiue se habens ad illum motum. Si primum/non peccat vt notum est. si secūdum peccat: qa iam consentit. ideo ei imputatur. si tertium/quia scilicet fert illum motum & tamen nec consentit nec dissentit. dicit Bonauētura ꝙ securius est dicere ipsum peccare mortaliter: quia exponit se periculo peccati mortalis & contēnit illud vitare. Sed quicquid sit/ hoc est vnum certum/ ꝙ actus deliberatus circa materiam mortalem est peccatum mortale. sed quando habetur actus indeliberatus circa materiam peccati mortalis: est peccatum veniale. Quid autē sit ille actus indeliberatus: est difficultas. Et inquiritur sic. vel talis motus est motus sensitiuus vel rationis vel naturalis. si naturalis: igitur nullo modo i se est peccatū/ quia nullum est in se peccatum nisi sit in se liberū & ideo talis motus sensualitatis si sit peccatum est peccatum secundario & extrinsece. & per consequens oportet ꝙ sit aliquid aliud quod sit in se peccatum / & illud aliud peccatum non potest esse nisi actus volūtatis liber vel negligentia qua tenebatur vitare huiusmodi motum que negligentia dicitur consensus virtualis/seu interpretatiuus sed si sit consensus liber/ verus/ vel virtualis/est peccatum mortale: igitur & ille motus naturalis qui ab eo denominatur dicet

mortalis. ¶Respondeꝫ ꝙ verum est ꝙ omnis consensus verus vel interpretatiuus liber contra precepta dei est peccatum mortale & nullus veniale / sed negatur ꝙ omnis consensus sit liber: quia requiritur deliberatio ad hoc vt sit liber. Vnde deliberatio fit quando inquiritur de aliquo an sit faciẽdũ vel fugiendum/an sit bonum vel malũ &c. sed proprijssime vltimus assesus qui habeꝫ ex tali inquisitione vocatur deliberatio/ita ꝙ deliberatio formalis nichil aliud est q̃ iudicium ꝙ hoc est malum vel fugiendũ &c.

additio [Videtur sequi ex dictis ꝙ nullus talis motus est veniale tantũ quia si talis motus nullo modo sit liber nullo modo est peccatũ nec veniale nec mortale & per dicta hic posita si est liber est mortale / ergo nullo modo reperiretur veniale. Respondendum est ꝙ hic loquitur de perfecta deliberatione & non de semiplena que nihil aliud est q̃ iudicium formidolosum ꝙ malitia vel nõ iudicare de bonitate vel malitia pro tempore p quo teneꝫ iudicare sub pena peccati venialis puta tempus pro quo multum difficile se reflectit super motum primũ/ & sic videꝫ ꝙ omnis motus secũdo primus est omissio intrinsece/extrinsece est ille motus.] ¶Queritur vtrum in sorte in quo est motus secundo primus sit illud iudicium vel non: scilicet iste motus est reprimendus. & si sic: igitur est vere liber. quia ille motus est vere liber de quo habetur pfecta deliberatio/ quoniam illa habita in potestate voluntatis est ꝙ ille motus reprimatur vel continuetur. Si dicas ꝙ non habet/tunc queritur: vel tenetur habere vel non. si sic: igitur idem ẽ ac si haberet: quia ignorantia non excusat a toto/licet bene a tanto: & per consequẽs dicitur liber interpretatiue/ & peccat mortaliter. si non tenetur habere: igitur est ignorãtia inuincibilis/ & per consequẽs nullo modo peccat. patet. ignorantia dicitur inuincibilis non quia non possit vinci/sed quia nõ tenetur eam vincere/ & talis excusat omnio a peccato. Si igitur dicatur ꝙ in sorte est pfecta deliberatio de illo motu reprimendo & si omittit reprimere: illa omissio est perfecte libera / quia poterit tunc perfecte libere elicere nolitionem habendi illum motum. & illa omissio est tam perfecte libera q̃ perfecte liber est actus per quẽ poterat ille motus reprimi/ & ideo talis omissio est peccatum mortale. Dicunt aliqui docto. vt Occham in quolibeto ꝙ non sunt ponendi actus subrepticij contra preceptum dei nec odium subrepticium/ & ꝙ in voluntate nullus est motus venialis circa materiam mortalem. Sed hoc est nimis durum. ideo respõdetur secundum aliam opinionem que cõnior & mitior est / quando queritur an habeat illud iudicium. Dico ꝙ non habet / vl̃ si habet: habet multum formidolosum/ qđ non sufficit ad mortaliter peccandum. vel dico etiã ꝙ nullo modo habet. Et quando dicitur postea/vel tenetur habere vel non. dico ꝙ tenetur habere/sed nõ sub pena peccati mortalis/sed solum venialis. vnde quãdo sortes mouetur ad illecebram vl̃ ad aliđ illo motu primo est sibi multum difficile se reflectere super illum motum / & aduertere periculum/licet posset se reflectere. & quia est ita nimis difficile / deus non obligat eũ nec aliquem nostrum ad illam reflexionem faciendam sub pena peccati mortalis: quia neminem ita vult obligare ad nimis difficile. Correlarie sequitur ꝙ talis motus secundo primus non est immediate peccatũ / sed solum ratione omissionis qua omittit illã reprimere. & quia nõ tenetur reprimere nisi sub pena peccati venialis/ideo non est nisi peccatum veniale. Et ideo quando q̃rit docto. in secundo vtrum in sensualitate sit peccatum: dico ꝙ non nisi denominatione extrinseca. quia nullus actus est in se liber ipsius sensualitatis/ideo nullus est in se peccatum sed solum denomiatiue. & sic patet de peccato veniali propter imperfectionẽ deliberatiõis/ ꝙ scilicet est circa materiã mortalem. & dicitur veniale/ vl̃ quia scilicet deliberatio contra quam fit .i. iudicium ẽ valde formidolosum/ita ꝙ habeat plus de formidine q̃ de iudicio/vel quia non est aliqđ

iudicium verum seu aduertentia ad malitiã illius peccati/nec pro tunc tenetur ad illud iudicium & diligentiam habẽdam nisi sub pena venialis. Et dicit de Gandauo in quo libetis ꝙ illi primi motus sunt solum mali malitia omissionis & non transgressionis. Ratio est/quia tales motus solum sunt mali propter negligentiam ipsius voluntatis in reprimendo. Nam negligẽtia importat omissionem & non transgressionem: ergo illi motus solum sunt mali malitia omissionis & non transgressionis. & hoc videtur satis apparẽs ex prius dictis cum illi motus nõ sunt in se liberi/ immo pure naturaliter causati ex cognitione & apprehensione habentis: sed solum sunt liberi interpretatiue/ hoc est/quia voluntas non reprimit: & tñ tenetur reprimere: ergo illi motus habent solum malitiam omissionis. Soluta est prius difficultas de illa ignorantia an esset iuicibilis vel non. ¶Restat alia difficultas. dicis ꝙ primus motus qui est secũdo primus q̃is sit ad rem illicitam mortaliter / nihilominus est veniale propter imperfectionem deliberatiõis: ergo ex hoc infero ꝙ motus primo primus ad peccatũ veniale propter imperfectionem deliberationis nullo modo erit peccatum. Vnde sicut cõtingit moueri ad materiam que prohibetur sub pena peccati mortalis/vt ad adulterium / ad homicidium &c. ita contingit moueri ad materiam prohibitam solum sub pena peccati venialis/vt habere motum alicientẽ ad mẽtiendum iocose: ergo sequitur ꝙ talis motus nullo modo esset peccatum. patet consequẽtia: & arguitur sic. Ista imperfectio deliberationis infinite diminuit de motu qui est ad materiam mortalem quia facit illum esse venialem qui tamen foret mortalis si esset perfecta deliberatio: ergo etiam infinite diminuet de veniali / sed non potest de veniali infinite diminuere/nisi ipsum faciat penitus non peccatum: ergo illa imperfectio deliberatiõnis taliter facietꝙ talis motus nl̃lo modo erit peccatum. ¶Alia difficultas de istis motibus/moueaꝫ aliquis sim̃ duobus motibus secũdo primis ad diuersa mortalia/puta ad fornicationem & ad homicidium/ sic ꝙ ad perfecte deliberandum circa quodlibet eorum seorsum requireretur dimidia hora / ita ꝙ nullus seorsum efficereꝫ mortalis nisi in fine dimidie hore/tunc notum est ꝙ requiritur maius tempus ad perfecte deliberãdum circa illa duo q̃ circa vnũ solũ/a deo ꝙ quẽlibet seorsum posset reprimere in dimidia hora ex deliberatione perfecta/& non est possibile ꝙ perfecte deliberet in dimidia hora circa vtrunq̃/quia qđlibet illorum per casum requirit dimidiã horam ad perfecte deliberandum vt reprimaꝫ. tunc omittat deliberare & reprimere. an in instanti terminante illam medietatem hore peccauerit duobus peccatis? Nam secundũ altissimo. motus illecebre est primo mortalis in instanti terminante totum tenpus i quo tenetur illum reprimere. sed quilibet istorum motuum in instanti terminante illam dimidiam horam esset mortale peccatũ seorsum. questio est vtrum vterq̃ sit mortale vel alter mortale & alter non: non est dicendum ꝙ vterq̃. qa per casum in dimidia hora non est possibile neq̃ teneꝫ circa vtrũ q̃ deliberare sub pena peccati mortalis/ qa non potest/cum quilibet illorum seorsum requirat totam mediam horam ad perfecte deliberandum: ergo non potest in tempore ita deliberare perfecte circa illa duo. ergo si non obligetur non est perfecte mortalis: ergo non peccat omittendo. nec est dicendum ꝙ vnus illorum est peccatum & alter non/quia non videtur maior ratio de vno q̃ de alio/cum quilibet si seorsum esset & omitteret deliberare & reprimere in instanti terminante illam mediam horam: esset mortale. & equaliter se habet omittendo circa illa duo: igitur videꝫ ꝙ peccat duplici peccato/fornicationis videlicet & homicidij. ¶Ad primum dico ꝙ per illud p̃ceptũ nõ mentiaris iocose/non solum obligatur ad non mentiendum: sed etiam ad aliquod positiuum habendum pro aliquo tempore. s. nolle mentiri pro tẽpore quo mouetur ad

mentiendum/sicut aliquis obligatur aliqñ circa precepta negatiua ad habendum actū positiuum/puta si moueatur ad occidēdū non solum tenetur non velle occidere/ sed etiam habere nolle occidēdi. Dico ergo q̄ primus motus secundo primus ad mentiē dum iocose est veniale. Cōtra. deliberatio imperfecta mutat id quod de se est mortale in veniale(quia illa sunt de se mortalia/ sed venialia ex parte operis operantis)ergo a fortiori mutabit id quod est veniale in nō peccatum. quia certum est q̄ plus remanet de culpa quādo remittit a mortali in venia le q̄ a veniali in non culpam. Dico q̄ verū est sed non mutabit veniale in non peccatū. nam mētiri iocose deliberate & moueri ad mendacium differūt in ratione peccati etiā specie/ ita q̄ apud non ponentes proportionem inter peccata differentia specie nulla est proportio grauitatis vnius ad alterū/ quia sicut iam dictū est vnū habet solū malitiam omissionis scilicet negligentie reprimendi. sed alterum habet malitiam trāsgressionis/ideo ille due malitie differunt specie & sic improportionabiliter excederet vnus ab altero. ¶Ad aliud vbi est maior apparētia admitto totum casum/& dico q̄ peccat mortaliter vtroq̄ istorum duorum motuū in instanti terminante illam dimidiam horam/quia non est maior ratio q̄ peccet vno q̄ alio:ergo vtroq̄. Dico secūdo q̄ illi duo motus simul iuncti in instanti terminante illam dimidiam horam non faciunt maiorē grauitatem q̄ faceret vnicus seorsum. nam si fortes in illa dimidia hora deliberaret circa motum fornicationis & reprimeret: nō peccaret mortaliter ratione motus homicidij. Similiter si deliberaret circa motum homicidij & reprimeret non peccaret mortaliter ratione motus fornicationis: vterq̄ ergo indifferenter est peccatum / sed non ē nisi vna grauitas: quia non omittit nisi vnica omissiōe cū teneatur solum vnū reprimere.

additio [Vibetur ramē q̄ licet perfecte deliberet de homicidio & reprimat illud peccare mortaliter non reprimendo fornicationē post q̄ consensus interpretatiuus in mortale sufficit ad peccandum mortaliter & propterea videtur dicendum q̄ tenetur reprimere vtrunq̄ motū simul q̄tum potest in illa media & licet non reprimat vtrunq̄ totaliter non peccat quia facit quod in se est. sed tūc est questio quomodo peccat vtrāq̄ repressionem omittendo/ videtur q̄ non peccet/ quia non potest vtrūq̄ simul reprimere oīno & ad hoc tenebatur. dico q̄ eodem modo esset dicendum sicut dicit auctor q̄ vtroq̄ modo peccaret sed grauitate vnius pēti] Simile est argumentum sicut de illo qui videt duos in extrema necessitate & cuilibet seorsum subuenire potest / sed non ambobus simul neglīgat & omittat subuenire: q̄ritur que omissio est peccatum vel illa qua omittit subuenire isti puta platōi / vl illa q̄ omittit subuenire alteri puta sorti. nō vtraq̄/quia non potest vtrunq̄/& non est maior ratio de vna q̄ de altera. Dico q̄ est homicida vtriusq̄/ & vtraq̄ omissio est peccatum/sed homicidium illorum duorū paupertum non est sorti grauius q̄ vnum solū seorsum. & sic ille due omissiones non faciunt maiorem grauitatem q̄ vnica. Similiter dicendum in proposito. [Contra non est homicida alicuius illorum omittue qa nō tenebatur vtriq̄ subuenire. dico q̄ tenebat vtriq̄ subuenire sub disiunctiōe/& hoc sufficit. Contra non magis occidit platonem q̄ si dedisset panem sorti sed si dedisset panē sorti non peccasset/ igitur.]

additio

¶De diuisione peccati actualis in omissionem & commissionem. Cap. xxv.

Visum est de diuisiōe peccati actualis in veniale & mortale. Consequenter ponitur alia diuisio peccati actualis in peccatum omissionis & commissionis(originale non dicitur neq̄ omissio neq̄ cōmissio)& ista diuisio nō datur solum de mortali: quia est aliqua cōmissio venialis & aliqua omissio venialis. Primum patet de mendacio iocoso. Secundum patet: nam in isto precepto de nō mentiri non solum prohibetur actus mendacij / sed etiam precipitur actus positiuus contrarius per regulam generalem. omne preceptum negatiuum includit affirmatiuum / & sic aliquo tempore obligatur hō nolle mentiri iocose:quando scilicet habet incitatiuum vehemens ad mentiendum tenetur illud reprimere sub pena peccati venialis. & si non reprimat/ tunc erit omissio venialis. Sunt hic alique difficultates. Prima: vtrum detur transgressio sine omissiōe Similiter/an detur omissio sine trāsgressiōe & est apparentia de vtroq̄ q̄ nō detur trāsgressio sine omissione / quia bene sequitur iste transgreditur : ergo habet actum quem tenetur vitare. & vltra/ habet actum quem tenetur vitare & non vitat:ergo omittit vitare: & sic peccat peccato omissionis.

qd trāsgressio.

¶Pro solutione aduertendum est q̄ transgressio nihil aliud est q̄ actus positiuus quem volūtas elicit & tenetur pro tunc non elicere: qa scilicet prohibetur. vel sic. Transgressio est actus libere elicitus contra preceptum negatiuum. Et omissio nihil aliud est q̄ carentia actus positiui quem pro tunc voluntas tenetur elicere: & sic omissio est contra preceptum affirmatiuum/& transgressio contra negatiuum. S. Bonauen. in. ij. ponit differentiam inter omissionem & negligētiam. nam omissio est carentia actus principalis qui precipitur/ vt carentia dilectionis dei vl proximi &c. Negligentia vero est carentia alicuius circunstantie que pro tunc debet ipse actui principali: vt cum quis dicit horas: & habet inaduertentiam circa illa que dicit: vocatur negligentia. Istis suppositis consequenter ad Occham in tertio/dico tria. Primum: stat esse transgressionem sine omissione. Secundū/ stat esse omissionem sine trāsgressione. Tertium/ stat q̄ illa duo sint simul puta circa eandem materiam. Patet primū. fortes non tenetur pro omni tempore amare proximum/quia non tenetur pro semp/ sit pro hoc tempore presenti. tunc stat q̄ eliciat odium proximi/quo posito in esse/ fortes in hoc tempore transgreditur / quia elicit actum contra preceptum negatiuum: ad

qd omissio.

quem non eliciendum pro semper obligatur/& ipse in hoc tempore non omittit. Patet: in hoc tempore nulla est carentia actus principalis quem teneatur pro hoc tempore elicere: quia maxime esset carentia amoris proximi. sed pro hoc tempore ad illum eliciendum non tenetur. Igitur nulla est omissio pro hoc tempore. Et cum arguitur bene sequitur fortes tunc transgreditur. ergo elicit actum quem pro nūc tenetur vitare. Respondetur q̄ dupliciter possumus vitare aliquem actum. Vno modo nos pure negatiue habendo:hoc est nullum actum eliciendo. Alio modo affirmatiue / id est habēdo actum contrarium tali actui/sufficit in casu pure negatiue se habere. Vnde non sequit/ fortes pro hoc tempore tenetur vitare hoc & non vitat:ergo peccat peccato omissiōis quia q̄is omittat vitare: talis omissio vitādi non est omissio sed est transgressio capiēdo vitare primo modo/quia omissio vitādi est elicitio illius actus. & per consequēs trāsgessio. Breuiter omittere vitare ē omittere. Vnde Sco. in fine quarti in vltima. q. vbi querit de proportione pene dāni dicit q̄ quis cum elicit actum malum tenetur elicere actum bonum:sed hoc est difficile sustinere secundum eum / cum ipse ponat actus indifferentes & libertatem contradictiōis. [Probatur q̄ nunq̄ cōtingat peccare commissiue quin peccet omissiue/quia maxime esset in casu posito in probatiōe sed hoc nō quia odiēdo proximum pro tempore pro quo non tenetur diligere omittitur conformitas ad istud dictamen/non est odiendus proximus /sed pro quolibet instāti homo tenetur ad conformitatem illius dictaminis ergo tūc peccat omissiue. Respondetur negando consequētiam saltem q̄ peccet omissiue non addit malitia/quia illa omissione cessario sequit ad commissionem & sic nulla talis habet nouam malitiā propterea michi videtur propositio opposita vera q̄ nūq̄ cōtingit peccare commissiue quin peccet etiam omissiue.] ¶Secundum probatur/ videlicet q̄ potest dari peccatum omissiōis

additio

sine ꝑccato transgressionis, sit sortes q nũq̃ prius transgressus est mandatum / & nũc habeat iudicium verum practicum q̃ꝑ nũc sit hoc faciendum ab eo / certum est q̃ non necessitatur ab illo iudicio ad elicięndum actum. ergo stat q̃ sortes nullũ actum eliciat circa illam materiã. quo facto peccat omissione/quia pro tunc tenetur elicere. ergo ē carentia actus principalis pro tunc debiti: & tamẽ tunc non peccat peccato transgressionis. ergo stat q̃ aliquo tempore sit omissio: & tamẽ pro tunc nec ante vnq̃ fuit trãsgressio. ¶Ex quo sequitur / q̃ est possibile primum peccatum primi ãgeli & primi parentis fuisse peccatum omissionis. cuius oppositum videtur dicere san. Bonauen. quia stat q̃ habuerunt iudicium verum practicũ q̃ pro aliquo tempore deus erat diligẽdus & tamen ante confirmationem non elicuisse talem actum nullum oppositum eliciendo. igitur. ¶Tertium dictum probatur / sit sortes qui pro hoc tempore tenetur subuenire corporaliter platoni / est in sua potestate nolle subuenire & odire. iam peccat peccato transgressionis: quia elicit actum quẽ tenetur non elicere. similiter omittit quia ē in ipso carentia actus debiti pro tunc. ergo ista simul stant. s. peccatum transgressionis & peccatum omissionis in eodem. ¶Difficultas/an omissio superaddat malitiam ad ipsam transgressionem cum ipsa naturaliter sequatur ad ipsam transgressionem. dictũ ē ad hanc difficultatem in prima lectione huius compilationis. Alia difficultas. quãdo quis omittit: vtrum detur semper primum instans in quo omittit, / vel certum tempus in quo omittit. ¶Pro solutione dicitur q̃

Genus actuũ ē duplex.

duplex est genus actuũ. Quidam sunt actus factibiles in instanti: vt omnes actus interiores apud opinionem communiorem. Alij sunt actus non factibiles in instanti: vt sunt actus exteriores vt dicere horas. ire ad ecclesiam &c. hoc requirit vnum certum tẽpus. De primis aliqui sunt imperatiui actuũ nõ factibilium in instanti vt volitio que imperat dicere horas. Quidam vero non sunt imperatiui alterius actus. sed sũt circa aliquod obiectum absolute nihil imperando: vt dilectio dei / nam illa non habet alterum actũ pro obiecto. De istis actibus primi generis id est qui sunt factibiles in instanti / non est difficultas quin macula pure omissionis cõtrahatur in instanti. Difficultas ergo remanet de operationibus non factibilibus in instanti: sed in tempore vt est operatio dicendi horas / & suppono gratia exempli q̃ requiratur dimidia hora ad dicendum illas / ita q̃ breuius tempus non sufficeret ad dicendũ eo modo quo tenetur aliquis dicere: & illa dimidia hora sit. a. & omittat. an sortes peccauerit pctõ omissiõis i instãti ichoatiuo / vl i instãti termiatiuo: vl i instãti ꝓtinuatiuo/vl i tꝑe/hoc est in illa dimidia hora/& in nullo instanti illius. Non videtur q̃ in instanti inchoatiuo: quia non tenetur pro illo instanti dicere. ergo omissio pro illo instanti non est peccatum. & similiter dicendum de alijs instantibus: ergo videtur q̃ pro tali dimidia hora peccet omissiue. Dices/tenetur in instanti inchoatiuo habere velle dicendi formaliter imperatiuum & efficax: & tunc si habeat necessario necessitate consequẽtie incipiet dicere horas. Contra/si immediate post illud instans inchoatiuum incipiat dicere horas/illas dicet in tali dimidia hora: ergo non omisit in illo instãti inchoatiuo: nec potest omittere vt videtur/quia post illud instãs põt inchoare & finire añ vltimũ instans dimidie hore. Maior difficultas esset si daretur minimum tꝑs in quo non posset talis operatio fieri puta in isto nõ ꝑt/& in quolibet maiori posset: sit sortes ad imaginationem añ meridiem tenetur dicere horas/& dimidia hora nõ sufficit quocũq̃ tẽpore dato/añ instãs inchoatiuũ vltime dimidie hore nõ peccat pctõ omissiõis: quia post illd tꝑs põt ichoare & finire ãte meridiẽ/qa post illd instãs sequtur tps maius q̃ dimidia hora/& qlibet tale sufficit. Dicit Altissio. q̃ prio omittit in instanti in quo est impossibilitatus ad dicendũ scilicet in instãti ichoatiuo scde dimidie hore: in illo prio

ꝑtrahit culpã: & prio verũ ē dicere q̃ ē i peccato i instãti prio i quo prio ē ipossibilitatus vt dicat horas. iõ q̃tũ ad hoc scdm Altissio. si det minimũ tꝑs nõ sufficiẽs/ita q̃ qlibet maius sufficiet: tũc ē i culpa omissiõis instãti ichoãte illd minimũ tꝑs. Sed ponat q̃ dimidia hora sufficit: & nullũ minus tꝑs: q̃rit q̃n ē i culpa omissiõis: dico q̃ qn talis opati reqrit certũ tꝑs in instãti ichoatiuo talis tẽpis adhuc nõ omittit: sed sp post hoc omittet / qa ꝑ qlibet ꝑte tꝑis obligat ad vnam partẽ illius operationis. & sic omittet secundũ q̃ negliget successiue / & aggrauatur suũ peccatum successiue vsq̃ ad finem dimidie hore in qua totaliter terminatur omissio.

additio [Melius est dicere q̃ datur minimum tempus in quo potest dicere horas: quia dãdo maximũ quod non / esset difficile respondere quãte grauitatis esset omissio sortis si diceret de horis q̃tũ potest in ista dimidia hora. & videtur q̃ nihil omitteret quia sit vnũ verbum istud successiue ꝑfertur: ergo requirit aliquod tempus ad istud proferendũ: & vltra: ergo alterum nõ fuit maximum tempus in quo nõ potuit dicere horas: quia in aliquo maiore non potuit. & propterea relinquenda est opinio Altissiodorensis.

¶De grauitate omissionis. Ca. XXVI.

Veritur penes qd attenditur malitia omissionis: & videt q̃ nõ potest dici nisi penes bonitatẽ actus cuius illa omissio ē priuatio. ita q̃ omissio melioris actus est peior q̃ minoris / quia ē priuatio melioris & omissio mioris boni sit minus mala q̃ alia &c. ¶Sed cõtra hoc est forte argumentũ. Sequtur q̃ esset aliqua omissio q̃ non esset alicuius determinate malitie si omissio capiat suã malitiã ꝓportionaliter ad bonitatem actus cuius est priuatio. Patet consequẽtia. sorti datũ est preceptum q̃ diligeret deũ super oia nihilominus nõ est de aliquo certo gradu ei ꝑceptũ puta q̃ eliciat i cãto gradu / vl i certo gradu tam intẽso / puta vt quattuor aut qnq̃. notum ē q̃ dilectio dei super oia est vna q̃litas habẽs partes nõ extensiuas: sed intẽsiuas & q̃libet pars illius ē dilectio dei super oia & pars q̃tũcunq̃ remissa si esset sola in volũtate / per illã partẽ homo adimpleret preceptũ. Tunc arguit sic. sit plato cui preceptũ est q̃ diligat dilectiõe intensa vt q̃tuor / & omittat / illa omissio est peior in duplo q̃ si esset preceptũ ei solũ q̃ diligere vt duo / quia est priuatio melioris boni in duplo / & si esset preceptũ q̃ diligeret vt q̃ttuor omissio illius esset in q̃druplo maior q̃ si eẽt preceptũ vt solũ diligeret dilectiõe vt vnũ / quia priuatio actus in q̃druplo melioris / & ẽ i octuplo peior q̃ si esset solũ preceptũ vt diligeret dilectione vnius dimidij gradus intẽsa & sic cõsequenter in infinitũ procedẽdo: ergo si penes hoc attendat malitia omissiõis illa omissio in platõe erit infinite malitie / & in sorte in infinitũ miioris malitie: sed cõsequens est falsũ. nec valet dicere qd cõiter dicitur q̃ illa omissio ẽ alicuius determinate malitie: sed hoc non nobis pstat / nec possumus signare: sed deus scit. quia hoc pẽitus nihil valet. Quatum ad hoc sit prima ꝓ positio. Non attenditur malitia omissiõis culpabilis penes bonitatem actus ad quem obligatur omittens: vt sint sortes & plato omittentes / non oportet q̃ in eadem proportione malitiarum omissionũ omittãt in q̃ pportiõe se hñt bonitates actuũ ad quos obligãtur. patet manifeste ꝑ argumentũ supra factum. Et secundo probatur. quia est possibile q̃ ad nullum actum obliger determinate: & tantũ omittã. [Contra hãc pro- additio positionem arguitur sic / iste due regule topice maius malum maiori bono opponit / & priuatio est tã mala q̃ bonus est habitus intelliguntur de malo priuatiuo in ordine ad bonum priuatum / ergo in qua proportione se habẽt bona priuata in tali proportione se habẽt mala priuãtia / & vltra ergo ꝓ prima falsa / forte dices q̃ vtraq̃ regla debet sic itelligi maius malũ maiori obligatiõe ad bonũ opponit & sit priuatio est tã mala q̃tũ ẽ maior obligatio ad bonũ priuatũ & ista credo vtrãq̃ regulam intelligẽdã alias dicta extra nõ hẽrent apparentiam.]

Prima ꝓpõ.

Secũda propositio.

¶Secũda ppositio: grauitas peccati omissionis debet attendi penes latitudinẽ obligatiõis qua obligatur aliqs ad actum sicut dictum est/omissio est cõtra preceptum affirmatiuum/vltra dico datis duobus precetis affirmatiuis/vno obligamur maiori obligatione ꝙ altero vt magis obligamur diligere deum ꝙ pximum/& nosipsos ꝙ pximum/maiori obligatione obligamur ad vnum ꝙ ad alterum/nõ in isto sensu ꝙ magis obligemur deũ diligere ꝙ proximũ maiori & intensiori dilectione. sed magis obligamur. i. maiori latitudie obligationis ita ꝙ in obligatione est imaginanda intensio & remissio & latitudo sicut in albedie. hoc supposito dico ꝙ malitia omissionis est attendenda penes latitudinem obligationũ quibus obligãtur omittẽtes ad actus omissos: ita ꝙ tales omissiones nõ sunt ꝓportionande in malitia penes proportionem bonitatum ipsorum actuũ omissorum/sed penes proportionẽ obligationũ quibus obligantur omittentes ad actus omissos. vt sortes dupliciter obligat. s. diligere se/& diligere pximũ. omittat. Dico ꝙ iste due omissiones nõ sunt ꝓparãde nec attẽdẽde penes sui dilectionẽ/& pximi: sed solũ penes obligationes ꝗbus obligatur/ita ꝙ si obligatio vna sit i duplo maior ꝙ alia: vel inꝓportiõe sesqualtera aliꝙ alia: eadẽ ꝓportione omissio illius ad quod magis obligatur est grauior alia. s. in ꝓportiõe dupla/vel sesquialtera. Vltra dico ꝙ stat sortẽ teneri diligere deũ vt ꝙtuor/& plato sub nullo gradu dilectiõis: & tñ eꝗliter peccare omittendo. Patet/stat ꝙ nõ maiori latitudine obligationis obligat vnum ꝙ alterum/quia in eius potestate est magis vel minus obligare. Si igitur obligationes sint equales: pariter & omissiones erunt equales. Est alia difficultas magis logicalis ꝙ theologica. qñ aliqs peccat nullũ actum cõmittẽdo: pro quo supponit ꝑtm̃ illo/hoc est pro quo supponit peccatum omissionis: Dicunt noiales ꝙ pro hoie vel aima/quia dicunt terminum priuatiuũ supponere pro subiecto qd̃ potest habere habitum priuatum: & sic cõceditur ꝙ peccatum omissionis beatificabitur. Alij dicũt aliter ꝙ nihil est: sed est pura priuatio: ita ꝙ omissio pro nullo supponit: sed est purũ nihil. Et sic patet de diuisione peccati in peccatũ cõmissionis & omissionis: & penes quid attenditur grauitas omissionis nõ penes bonitatem actus omissi vel actus ad quẽ qs est obligatus: sed est attendẽda penes latitudinem obligatiõis/qua quis obligatur. ideo stat aliquẽ maius bonũ omittere/& minus peccare/quia stat illum minus eẽ obligatũ ad illud ꝙ ad minus bonum. & sic stat actũ omissum eẽ meliorem & hominem minus obligatum/stat etiam omissiones actuũ eꝙ bonorum esse inequaliter malas: quia stat vnum plus obligari ad actum ꝙ alterum: ergo omissio vnius erit peior ꝙ alterius. & iste modus dicendi est multum facilis.

¶Consequẽter circa hanc diuisionẽ queritur an possit esse peccatum quãuis illud nõ sit omissio actus debiti/nec actus positiuus prohibitus: ita ꝙ nec sit peccatum omissionis nec commissionis/& loquor de actuali peccato secludendo originale. Apparet ꝙ sic/sicut dictum est supra de merito & conatu voluntatis. Nam conatus voluntatis distinguitur ab ipso actu voluntatis: vt expresse tenet Diony. in secũdo quia actus volũtatis est a conatu & ex conatu/imo conatus ẽ natura prior ꝙ actus/& ipse actus natura posterior. Tũc arguitur sic. Si actus distinguitur a conatu libero voluntatis & actus ipse sit natura posterior conatu. ergo contingit conatũ esse & nõ esse actum seu cõtingit voluntatem conari & actum non producere/quo facto si sit conatus ad actũ malum & sit liber erit peccatum/quãuis nõ sequatur actus: & tamen non erit omissio actus debiti/quia suppono ꝙ pro tunc non teneatur ad aliquem actũ nec erit actus positiuus voluntatis: ergo contingit dare peccatum actuale quod non erit omissio/nec transgressio. & hoc videtur habere apparẽtiam/ꝗuis non sit ita de facto. vel saltẽ raro videtur hoc possibile: scilicet voluntatem

peccare nec eliciendo actum nec omittẽdo. Nam contingit illam conari & non elicere actum/quia ipsa conante ad eliciendũ actũ stat deum concursum suspendere ad productionem actus/quo facto voluntas non minus peccabit vel saltem peccabit. quia si libere conatur ad actum malum peccat. ergo. Alia apparẽtia tenẽdo precipue ꝙ voluntas patitur resistentiam in suis actibus/& potest necessitari/tũc volo ꝙ patiatur resistentiam non tñ tãtam quãtam habet actuitatẽ. vt sit actiuitatis ꝑcise vt octo/& patiatur resistentiã vt tria: tunc volũtas ex sua libertate potest conari ad actum eliciendũ: vt duo respectu cuius patitur resistentiã vt tria. nam tota latitudo actiuitatis voluntatis est in potestate ipsiusmet volũtatis: ideo stat ꝙ conetur vt duo precise: quo facto voluntas conabitur ad actũ malũ libere & patitur resistẽtiam respectu actus qui esset malus si eliceretur/& nõ eliciet: quia minus conatur quãdo patitur resistentiam: ergo nõ agit: quia a proportione minoris inequalitatis non fit actio. Datur analogia: sortes ꝙ est actiuitatis vt octo ad eleuandũ lapidem qui est resistentie vt sex potest minus conari ad leuandum lapidem ꝗ requiratur: puta potest conari precise vt duo vel tria & tunc non leuabit: ergo pariformiter si sortes patiatur resistentiam ad elicitionẽ actus etiam interioris: nõ tamen tãtam quin possit illã superare est in sua potestate tam parum de actiuitate apponere ꝙ illud nõ sufficiet: iõ non eliciet actum. ergo stat ꝙ peccabit non eliciendo actũ nec omittẽdo. & ista opinio potest deffensari & aliqñ defensatur i scholastica/scilicet ꝙ voluntas põt peccare nec omittendo nec cõmittendo. Sed apparentia est põt pec in oppositum. sequitur ꝙ actus malus elicitus nõ plus haberet de malitia intrinseca ꝗ actus imperatus. Patet cõsequentia: sicut actus exterior necessitate naturali sequitur ad actum interiorẽ efficaciter imperatiuum illius/non habet malitiam nisi malitiã actus interioris: ita etiam ille actus interior elicitus necessitate naturali sequitur ad conatũ voluntatis si non ponatur resistentia. ergo sicut talis exterior non habet malitiam nisi malitiã actus imperãtis interioris: ita ille actus interior non habebit malitiã nisi malitiam conatus voluntatis qui distinguitur realiter ab illo/& sic ista opinio figeret nouum modum dicendi cõtra omnes doctos. videlicet ꝙ malitia non est in actu interiori malo primo sed in conatu voluntatis libere ꝓducẽtis talem actum. Item dicẽdum eẽt de bonitate ꝙ sicut operatio exterior naturaliter sequitur ad volitionẽ bonam efficaciter imperatiuã talis operationis exterius nec habet bonitatem nisi bonitatem illius interioris volitiõis imperãtis/eodẽ modo talis operatio interior bona necessario necessitate naturali sequitur ad conatũ voluntatis nisi ponatur obex: ergo sicut operatõ exterior nõ habet ꝓpriam bonitatem/etiã talis interior nõ habebit nisi bonitatem ipsius conatus. & sic ex hoc infertur ꝙ aliquis potest mereri sine actu & consequi remissionem peccatorum sine actu positiuo de lege Patet: sicut cõtingit conari ad actum malũ & illum nõ elicere/talis conatus erit peccatum: quia conatus est liber ad malum: eodẽ modo contingit conari ad actũ bonũ: & illum non elicere: & sit conatus ad contritionem/tũc foret remissio peccatorũ sine quocunq; actu positiuo/& hoc est maximũ inconueniens quod potest inferri ex ista opinione/scilicet ꝙ actus interior elicitus non haberet propriam bõitatem aut malitiã. & sic pro talibus actibus interioribus bonis nõ esset merces imediate neq; punitio pro malis: cuius oppositũ sonãt doct. ꝙ tã pena ꝗ merces imediate redditur pro operibus interioribus/& tales haberẽt concedere ꝙ pro solo voluntatis conatu quis immediate puniretur vel premiaretur: ergo si possunt ista duo separi/scilicet conatus & actus/oportet necessario cõcedere consequenter ꝙ vltra premium vel supplicium debitum conatui nichil penitus debebitur actui interiori elicito. Propterea apparet ꝓbabilius ꝙ nõ põt eẽ conatus sine actu/nec ẽ dabile ꝑtm̃

actuale quin illud sit omissio vel cõmissio. Ad apparẽtiam partis oppolite / operatio distinguitur a conatu / imo est natura poste rio ipso: quia est ab ipso: ergo ptingit conatum esse sine operatione voluntatis / puta volitione vel nolitione. cõcesso anteceden te nego plequẽtiam / & datur vnũ simile / ca lor distinguitur ab igne agẽte siue calefaciẽ te / & tñ non ptingit ignẽ calefacere sine ca lore. Similiter tenendo motum distinguia mobili motus distinguitur a graui descen dente: ergo cõtingit graue descendere sine motu. Consequentia nõ valet: eodẽ modo in ppolito operatio iterior distinguitur a conatu voluntatis (quia conatus volunta tis est voluntas agens) ergo ptingit conatũ esse i sensu composito operatione non exi stente / consequẽtia non valet / imo est ipli catio in terminis q̃ sit conatus voluntatis sine actu quẽ pducit / quia dicitur conatus inq̃tum producit. Q̃ttum ad scdm / qñ vo luntas est actiuitatis vt octo. & conatur pci se vt duo & habet resistẽtiã vt tria respectu volitionis pducende. Dico q̃ est iplicatio q̃ sortes conetur pducere actum iteriorẽ vt duo solum stante. resistentia illius vt tria / quia illa resistentia vt tria impossibilitat vo luntatem ne conetur precise vt duo: quia si conaretur precise vt duo conaret libere ad malum: & nullum actum malum eliceret.

¶ De peccato ex ignorãtia: passione: & certa malitia. Capitulum. XXVII.

alia peccatorũ diuisio. pctũ ex ignorãtia.

DOnitur alia diuisio peccatorum. Nam aliquod fit ex ignorantia: aliud ex passione: aliud ex certa malitia. Dicitur esse ex ignorãtia quando perpetratur posita ignorantia ali cuius circũstantie cuiusquidem ignorantie si haberetur scientia vel noticia opposita il lud peccatum non perpetraretur / vt sortes occidit patrem quem credit inimicũ / habet ignorantiã alicuius circũstãtie / puta q̃ iste sit pater: & si haberet scientiam oppositam tali ignorantie nullo modo perpetraret il lud homicidium. Peccatũ vero ex passione est illud quod perpetratur propter incitati uum vel inclinationem alicuius passionis preuie & insurgẽtis quod alias. i. secluso il la passione nõ perpetraretur. passio aliquã do totaliter diminuit culpa & pena / vnde quãdo totaliter aufert vsum rationis vt in furiosis & maniacis. [Arguitur sic tantum impellit habitus ad prosequendũ quãtum passio & eque naturaliter: ergo si ppter pas sionem excusatur malitia peccati etiam pro pter habitum debet excusari: & tamen actus ex habitu est peccatum ex malitia: ergo pec catum ex malitia nõ est grauius peccato ex passione. Forte dices discrimen eẽ quia ha bitus acquiritur ex sua culpa secus ẽ de pas sione. Contra / stat passionem acquiri ex cul pa: ergo solutio nulla.] Aliud est peccatũ ex malitia / & circa hoc queritur pro nũc / an sit aliquod peccatum vel possit esse ex certa malitia ad istum sensum q̃ peccãs feratur in actum vel malam operationem sub ratione malitie & sub rõne peccati ita q̃ vult hoc fa cere quia malũ / & vult hoc facere quia pec catum. Climeton & multi alij dicunt q̃ ali quis potest peccare ex certa malitia ad istũ sensum q̃ potest ferri in obiectum & velit il lud facere sub ista ratiõe quia peccatum. & nitũtur hoc suadere multis rationibus / pre cipua tñ est ista q̃ istud sit peccatũ quis nõ possit a me apphẽdi sub rõe boni honesti / sed pt apphẽdi sub rõe bõi vtilis & delecta bilis. exẽplũ: possũ apphẽdere q̃ si peccaue ro rõe pctĩ ego plequar qđ ẽ mihi vtile & de lectabile / ergo tũc potero taliter ferri in illd obiectum sub ratione peccati / puta volo fa cere quia peccatum est / notum est q̃ ferori potionem amaram sub ratiõe amari / quia talis amaritudo apprehẽditur sub ratione boni vtilis / quia propter sanitatem: ita q̃ non solum volo potionem sed potionem amaram: ergo similiter si formale peccati apprehendam sub ratione vtilitatis / puta q̃ est medium ad aliquod vtile / poterit tũc voluntas ferri in illud obiectum sub ratio ne mali. ideo potest quis peccare ex certa malitia ad istum sensum q̃ vult peccare / quia peccatum est. Occham non faceret

Passio aliqñ diminuit a culpa & pena

additio

pctũ ex certam litia.

difficultatẽ vt patet ex fine secũdi eius / con cedit q̃ voluntas potest ferri in obiectum omnino apphensum sub ratiõe mali. Et cũ arguitur q̃ bonum est obiectũ volũtatis vt cõiter dicitur / dicit q̃ bonum capitur tranf cendenter. Nihilominus isti doctores con cedentes q̃ volũtas nõ potest ferri in aliqđ obiectum nisi sub ratione boni dicũt q̃ po test ferri in pctũ sub rõne peccati: quia pec catum inq̃tum pctũ potest apprehẽdi sub ratione vtilis. ideo potest quis ferri in pec catum sub rõne peccati volẽdo illud: qa est peccatũ / & iste est vnus modus peccandi ex certa malitia. Consequẽter dicũt cõiter do ctores q̃ est vnus alius modus peccandi ex certa malitia qñ peccatur nõ ex ignorantia nec ex impulsu alicuius passionis: imo pre uenitur passio in peccãdo: sed solũ ex qua dam inclinatione aut naturali aut p̃suetu dinem acquisita. vt sit sortes habituatus ad furtũ: nõ habet passionẽ ad hoc nec̃ igno rantiã q̃ hec res sit aliena nichilominus ex habitu capit illã rem. dicit sanctus Tho. q̃ hoc peccatũ proprie est ex certa malitia / sed peccatum est ex maiori malitia: qñ ferturin peccatum sub rõne peccati / & isto mõ pec cauerunt angeli: quia non habebant passio nes impellentes ad peccãdũ nec̃ ignorãtiã. Circa primũ membrũ peccati ex malitia cer ta / est difficultas tenẽdo q̃ sit possibile an si aliqs vellet peccare venialiter ex certa ma litia an esset mortale / vt volens mentiri io cose quia peccatũ est. & apparet q̃ sic per au cto. Aug. nõ est aliquod veniale qn efficia tur mortale si placeat. & doc. precipue hoc exponunt si placeat sub ratione peccati (nã si placeret veniale rõne recreatiõis / vel alio modo nõ esset mortale) oppositũ tamẽ ar guitur sic. mentiri iocose habet solum mali tiam venialẽ: ergo si quis habeat cõplacen tiam in illa malitia cum illa volitio non ha beat malitiam nisi ex obiecto illud obiectũ in tali mendacio qđ est formale sup qđ fert talis volitio est solum venialis: ergo videt q̃ talis volitio sit solum peccatum veniale. Q̃ttum ad hoc dico q̃ vtrũq̃ potest proba

Peccare ex certa malitia.

biliter teneri. Vñ Gerson exponit auctorita tem Augu. dupliciter. nullũ est veniale sup ple ex parte operis operãtis quin si placeat efficiatur mortale. Secũdo sic. nullũ est ve niale quin si placeat supple sub rõne pecca ti efficiatur mortale. & tenet Roditon q̃ si quis feratur i peccatum sub rõne peccati q̃ est mortale / & quicunq̃ fert in qcunq̃ ob iectum sub illa rõne / quia trãsgressiuum le gis dei / aut quia dei offẽsiuum (qđdẽ est) ois talis volitio est mortalis. & licoẽ pecca tum ex certa malitia scdm primã acceptio nem esset mortale. Ad argumentum prius factum volitio est precise mala ex obiecto / sed obiectum sup quod fertur habet solum malitiam venialẽ / vt velle mẽtiri iocose: qa venialiter offẽsiuum dei: ergo talis volitio est solum mala venialiter. Dico q̃ ex obie cto formali habet malitiã mortalẽ. & licet illi obiecto formali insit solũ malitia venia lis: tñ quicũq̃ fertur scdm illam rõnem pec cat mortaliter / nõ q̃ ratio formalis sit in se mortalis / sed quia sub pena peccati morta lis est disproportionata actui venialis. vt si sorti sit prohibitũ ambulare sub pena pec cati mortalis: tale obiectum continet mali tiam mortalem solum ratione prohibitio nis. Similiter dico / quicunq̃ fertur in obie ctum sub rõne offensiui dei siue venialis si ue mortalis / peccat mortaliter etiam ex ob iecto. alij dicũt etiã pbabiliter q̃ solũ peccat venialiter sicut posset velle pãr carere bri tudie solum peccat venialr / posset similiter velle qđ est demeritoriũ talis pene solũ ve nialiter. sed primus modus dicẽdi apparet mihi pbabilior / scilicet q̃ quicũq̃ ferf i ob iectũ sub tali rõne quia dei offẽsiuũ / peccat mortaliter. & sic patet qđ sit peccare ex ma litia / ex ignorãtia / vel passione. & quo mõ dupliciter peccatur ex malitia: id est ex habi tu sine ipulsu passionis aut ignorantia agẽ dorum. nã habitus vocatur malitia: & isto modo peccare ex malitia contingit frequẽ ter / & est peccatum in spm̃ sanctum de quo in sequenti capitulo. ¶ De pctõ in spm̃ sanctum & speciebus eius. Ca. XXVIII.

Sex ſpēs pcti iſpiritūſanctum.

IIdendum eſt de alia diuiſiõe peccati in ſpiritū ſanctū: & cõmuniter a doc. aſſignantur ſex ſpecies: ſcilicet deſpatio/preſumptio/impugnatio veritatis agnite/iuidētia fraterne gratie/impenitentia/& obſtinatio. Queritur an ſit peccatum in ſpiritumſanctū quod nõ ſit in patrem & filium. arguitur ꝙ non. quia offēditur quelibet perſonarū tali peccato. Oppoſitum arguitur/ex ſcriptura dicitur ꝙ peccatū in patrē remittitur/ & ſupponitur ꝙ quelibet perſonarum in diuinis eſt ſpiritusſanctus ſtando in rigore termiorum: quia quelibet eſt ſpiritus. & nulla eſt corporea. igitur cū quelibet ſit ſanctiſſima: quelibet eſt ſpiritusſāctus. nihilominus attribuitur ſpiritusſanctus vni perſonarū ſcilicet tertie per attributionem. Supponitur ſecūdo ꝙ ſecūdum diuerſitatē doc. etiam ſāctorum ponitur triplex imaginatio de peccato in ſpiritū ſanctū. Hierony. ſimiliter & Chryſo. illud peccatum in ſcriptura vocāt i

pctm̄ in ſpiritū ſanctū capitur duplici ter.

ſpiritum ſanctū quod eſt blaſphemia in ipſam diuinitatē. Pro cuius declaratione notandū ꝙ Chriſtus aliqua exercuit ſecūdum humanitatē/aliqua vero ſecūdum diuinitatem. Secūdum humanitatē comedit & bibit ambulauit/ conuerſatus ē cū peccatoribus/ſecundū vero diuinitatē fecit miracula/ſanauit leproſos/cecos illumiauit/mortuos ſuſcitauit &c. iudei aūt blaſphemauerūt ſecūdum ea que operabatut ſecundū humanitatem qñ dicebant eum voracem/& vini potatorem/& talis blaſphemia vocatur peccatum in filium hominis. Aliquando vero cõmiſerunt blaſphemiam ſecūdum ea que operabatur Chriſtusſecūdum diuinitatē qñ dicebāt ꝙ in principe demoniorū eijciebat demonia/& illā blaſphemiā vocāt pctm̄ in ſpiritū ſanctum. & ſecundum iſtū modū loquendi de peccato in ſpiritūſanctū/ſpiritus ſanctus accipitur vt cõuenit cuilibet perſonarum in diuinis. & illud peccatū dicitur in ſpiritumſanctū qđ eſt blaſphemia ſcđm aliquid qđ conuenit diuinitati qđ eſt ppriū ſoli diuinitati/nā eijcere demonia eſt ppriū ſoli diuinitati. & ſic loquuti ſunt illi doct. de pcto in ſpiritūſctm̄. & iſto mõ capiẽdo/aliquod pctm̄ in ſpiritūſctm̄ põt ꝓmitti ex ifirmitate aut ex ignorātia: & ſic non oē pctm̄ in ſpiritūſanctū eſt ex certa malitia. nā potuit ſtare ꝙ aliq rudes & ſimplices blaſphemauerunt in xpm̄ ſcđm id qđ erat ppriū ſoli diuinitati ex ignorātia. & ſic nõ oē ē ex malitia. Aliter capiūt alij doc. peccatū in ſpiritū ſanctum. Sūt enī tres pſone in dinis q̄ ſic ſe hñt ꝙ aliq̄ attribuunt vni & nõ alteri: & ediuerſo vt pri fortitudo & potētia/filio ſapientia/ſpūſctõ bonitas. & pctm̄ ꝓmiſſū cõtra id qđ patri attribuit dicit in prem pattributionē/puta pctm̄ ꝓmiſſū ex ipotētia/& peccatū cõmiſſū ex ignorātia dri filiū: & ex certa malitia i ſpm̄ſanctū. & ſic patet/ꝙ dupliciter ꝓmittit pctm̄ in ſpm̄ſctm̄. primo mõ blaſphemādo ptra id qđ eſt ppriū ſoli diuinitati. & tunc ſpūſctūs capit vt eſt cõe tribus pſonis. ſcđo mõ qñ ꝓmittit ptra attributū ſpūſctõ puta ex malitia. Alio mõ accepit Aug. ſolū pro finali ipenitētia: qa eſt cõtra remiſſionē pctõrū q attribuit ſpūſctõ ſicut infuſio gratie: nā diffuſa eſt gra i cordibus nris p ſpm̄ſctm̄. ió finalis ipenitentia vocat in ſpm̄ſanctū ſcđm Aug. iſto mõ capiendo pctm̄ ꝓtinuatū vſq̄ ad mortē: ita ꝙ peccatū in ſpm̄ſanctūeſt ſolūmõ circūſtātia peccati in quo qs pſeuerat vſq̄ ad mortē inclusiue: & apđ iſtos ponēres ſex ſpēs pcti in ſpiritū ſanctū/vt eſt Tho. Durā. & fere oēs: pctm̄ ꝙ qđ ex ꝓcēptu remouet illud qđ ꝓducit ad deliſtēdū a pctõ & ad nõ peccandū/vel qđ eſt ordinatū ad remiſſionē pcti vocat in ſpiritū ſanctū. Vñ ex parte dei aſſignātur duo quia ex parte dei ꝓuocamur ad nõ peccādū & deliſtēdū a pctõ ex ꝓmiſſione bonorū p ſpem/& terrore penarum: que debent inſligi ꝓ pctis. ió illud pctm̄ qđ de directo aufert ſpem ſicut eſt deſpatio: dr̄ in ſpm̄ſanctū: & illud qđ aufert timorē ſicut ꝓſumptio: dr̄ in ſpiritūſctm̄. p illa duo. ſ. depationē & ꝓſumptionē auferē ſpes ꝓmiorū & timor penarū Sīc ex pte nr̄i duo ſūt q̄ retrahūt a pctõ. ſ. veritas agnita & gr̄a incitās & mouēs ad non

peccandū. ipugnatio ig̃r veritatis agnite q̄ aufert ipſā veritatē q̄tū eſt ex ſe ē peccatū in ſpiritum ſanctum. ſicut inuidentia fraterne gratie. illa duo ordinantur de per ſe vt iuuent ad non peccandum. ideo oppoſita dicūtur in ſpiritum ſanctum. Ex parte autem peccati duo ſunt que poſſūt retrahere a peccato. primum vilitas peccati. ſecundū/ breuitas illius delectationis peccati. contra primum eſt impenitentia/& capitur in penitētia non ſolum priuatiue: ſed etiam poſitiue pro volitione non penitēdi/vel nolitione peccandi. contra ſecundum eſt obſtinatio

Ad penitētiā duo req runtur.

que firmat nos in peccato. Ad penitentiam duo requirūtur. primum eſt deteſtatio peccati. contra illud eſt nolle penitere. Secūdū eſt propoſitum non peccandi in futurū. cõtra illud eſt obſtinatio. ſecundum doct. in glo. ſuper Mattheum/ penitentia ex duobus oritur/ex timore/& ſpe. penitentia vt ſit vera requirit cognitionē veritatis & gratiam. nam non eſt contritio ſine gratia. Illa peccata que de directo/& per ſe auferunt illa ſex que neceſſario requiruntur/ vel tanq̄ cauſe/vel tanq̄ cognitiones/vel tanq̄ de eſſentia penitentie: vocantur in ſpiritum ſanctum. Ideo iſto modo capiendo dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum per quod auferatur aliquid quod eſt neceſſarium ad penitētiam/vel tanq̄ cauſa/vel tanq̄ concomitās/ vel tanq̄ de eſſentia penitentie. Et dicit hoc peccatum quod fit ex certa malitia irremiſſibile: quia non habet in ſe cauſam excuſantē ſicut peccatum ex ignorantia vel paſſiõe cõmiſſum. vnde āgeli ex propria malitia peccauerunt ſine ignorantia/aut impulſu: ſed primi parentes ex tentatione. ideo peccatū eorū habuit aliquo modo cauſam excuſantem. Dicitur ergo peccatum in ſpiritum ſanctum irremiſſibile/quia non habet in ſe cauſam vnde debeat remitti. Dicitur etiam alio modo irremiſſibile: quia communiter ē ex habitu/& habituati difficulter penitent/ q vero peccant ex ignorantia ſuperueniente cognitione: vel qui ex paſſione recedēte penitent. ſed qui ex propria electione abſq̄ impulſu paſſionis & ignorantia: recedente actu adhuc non penitent. dicitur ergo irremiſſibile: quia difficulter/& raro agitur penitētia de illo peccato ex certa malitia & electione commiſſo. Si capiatur peccatum in ſpiritū ſicut capit Auguſtinus tūc finalis ipenitentia dicitur ſimpliciter irremiſſibilis: quia non põt remitti de lege. breuiter dico duo Primum/ quodlibet peccatum in ſpiritum ſanctum poteſt remitti & quodlibet peccatum poteſt eſſe peccatum i ſpiritum ſanctū: quia de quolibet āte mortem poteſt agi penitentia. Dico ſecundo ꝙ de lege poſita implicat iſtud eſſe peccatum i ſpiritum ſanctū & ꝙ remittatur: quia bene ſequitur/remittitur: ergo non erit finalis impenitētia: quia non poteſt remitti de lege ſine penitentia. & dicitur irremiſſibile: quia non ſtat ꝙ ſit i ſpiritum ſanctum & ꝙ remittatur. Vtrum nolle penitere de peccato veniali/& eſſe obſtinatum in veniali ſit peccatum in ſpiritū ſanctum: Dico ꝙ iſta difficultas ſtat ad nomen. Si requiratur ad hoc ꝙ ſit peccatum in ſpiritum ſanctum ꝙ ſit mortale: tūc illa nõ ſunt peccata in ſpiritum ſanctum/ cum ſint venialia.

¶ De punitione peccatorum. Cap. xxix.

OPoſitis peccatorum diuiſionibus finaliter reſtat videre de punitiõe peccatorū. & primo an deus ſemper puniat quecunq̄ peccata citra condignum: & an ſit eadem proportio penarum qualis eſt proportio culparū. & iſte ſunt due precipue difficultates in hac materia. Quātum ad primum eſt apparētia ꝙ nõ/ & arguitur primo ſic. aliquando pena ē peior q̄ culpa ſit mala: ergo deus non punit citra condignum immo ſupra condignum. antecedens patet/pena damni quam habēt paruuli eſt carentia beatitudinis debite ineſſe: ſed illa eſt peior q̄ carentia iuſtitie originalis debite ineſſe: quia beatitudo eſt melior q̄ iuſtitia originalis. ergo etiam carētia ſeu priuatio beatitudiuis eſt peior q̄ priuatio iuſtitie originalis. conſequentia tenet/ quia vt i pluribus ſuppoſito debito priua-

tio melioris habitus est peior q̃ priuatio habitus minus boni: ergo videtur q̃ paruuli decedentes cum originali/supra condignũ puniantur. Quantum ad secũdam difficultatem. videlicet an sit eadem proportio penarum & culparum. apparet q̃ non/ & capio duos. ſ. sortem & platonem. sortes decedit in duobus peccatis. ſ. in originali & mortali. ſ. simplici fornicatiõe/ & plato decedit precise in vno mortali. ſ. simplici fornicatione eque graui cum fornicatione sortis. isto casu sortes decedit in pluribus peccatis q̃ plato/ & vnum istorum peccatorũ est eque graue sicut peccatum platõis: & tamẽ sortes non plus punitur q̃ plato. Patet/ sortes non plus punitur q̃ plato pena damni imo eq̃liter: neq; plus punit q̃ plato pena sẽsus (q̃ pena sẽsus solũ mortali correspõdet) ergo simp̃r sortes nõ plus punit q̃ punitur plato. ergo nõ oportet q̃ secũdũ pportionem peccatorum in quibus decedũt aliqui duo sit proportio penarum quibus puniuntur. ¶ Pro solutiõe istarum difficultatum notãdum q̃ in peccato actuali tria sũt consideranda. Primum est ipsum peccatũ quo actualiter peccatur siue ille actus peccati. secundum est indignitas ad beatitudinẽ/ & dignitas ad penam aliquam seu obligatio seu reatus quod idem est/ qui reatus cõsequitur ipsum peccatum/ & remanet i peccatore transeunte actu peccati. Tertium ẽ ipsa pena que postea infligitur ratione peccati precedentis etiam posterior admin⁹ natura ipso reatu. & inter ista est ordo talis q̃ primum est peius q̃ secundum videlicet actus peccati vel peccatũ siue omissio siue cõmissio est peius q̃ indignitas ad vitam eternam & q̃ dignitas ad penam siue sensus siue damni qua efficitur dignus: & illud secũdũ est pena primi/ immo primum est etiam pena sui ipsius. patet/ quia primum. ſ. peccatũ habet quandam malitiam in se secluſa etiã malitia reatus/ ita q̃ si ex illo actuali peccato (quod est possibile) non seq̃retur talis reatus: adhuc illud primum esset malum i se/ & fugibile. & secundum. ſ. reatus ad eternã penam: vel indignitas glorie future sequit & oritur precise ex malitia actus. ergo illud primum. ſ. malitia actualis peccati est fugibilius q̃ secundum. i. reatus ad penam eternam. quẽadmodum notitia premissarum ẽ perfectior q̃ notitia conclusionis: ita illud primum ad quod sequitur aliud: ẽ peius & fugibilius q̃ secundum. Vltra est notandũ q̃ illud secundum est pena. Vnde duplex ẽ pena. ſ. pena damni & pena sensus in actuali peccato. preterea duplex est pena. ſ. contracta: & inflicta. pena inflicta/ est illa quam deus infligit/ vel per se vel mediantibus demonibus & causis secundis/ vt pena sensus quam patiuntur damnati. Sed pena contracta seu derelicta seu permissa (quod idem ẽ) est illud quod sequitur propter ablationẽ auxilij dei specialis seu ꝓpter derelictionẽ/ vel permissionem a deo factam. Nam ratione peccati precedentis deus aufert suum auxilium speciale a creatura/ & permittit illã agere quicquid vult contra rectam rationẽ/ & illud peccatum perpetratum ratione ablationis auxilij specialis vel derelictiõis: seu illud bonum q̃d nõ agit quod alias ageret vocatur pena contracta seu derelicta seu permissa/ vt sortes cadẽs in mortale/ habet penam inflictam: & cum hoc deus eum derelinquit non ipsum adiuuãdo/ & permittit eũ exire in malas operationes/ puta in odium sui/ in murmurationem cõtra deum: in estimationem q̃ iniuste punitur: & nihil boni agit/ omissio illorum bonorum est sibi mala & actus sunt pene contracte & non infligite a deo. Cum ergo queritur/ vtrum aliqs puniatur semper citra condignũ. Dico primo: q̃ pena inflicta semper punitur quis citra cõdignum immo nõ posset deus de sua potentia punire peccatum ad condignum pena inflicta. Patet/ deus non potest facere q̃ pena inflicta sit peccatum & malum culpe: sed solum malũ penale. sed sic est q̃ quocunq; malo pene inflicte quodcunq; malũ culpe est in infinitum peius & fugibilius. ergo deus nõ potest facere q̃ pena inflicta puniatur ad condignum immo in infinitum

In pcõ actuali tria sũt pliderãda.

Pena ẽ duplex.

Penain flicta.

pena cõ tracta.

minus citra condignum. nam implicat contradictionem q̃ sit pena inflicta & sit peccatum/ immo de necessitate: si est inflicta est tãtum pena: sed implicat contradictionem q̃ inter duo sit equalitas: & q̃ vnum sit culpa & aliud pena. immo quicunq; gradus culpe est in infinitum peior q̃ infinita pena: sicut quilibet gradus albedinis est in infinitũ pfectior infinita nigredine: sed inter actum peccati & illud quod est solum penale nulla est proportio/ immo vnum excedit aliud improportionabiliter. ideo non potest fieri q̃ inter illa sit equalitas. igitur. Sed difficultas est vtrũ sit aliqua pena permissa/ derelicta/ vel contracta/ aliquando ita fugibilis sicut peccatum cuius est pena. dico q̃ sic/ & deus non est auctor talis pene: sed ille q̃ peccat. ideo non est inconueniens peccatorem propter demeritum minoris peccati cadere in maius peccatum/ & per consequens non est inconueniens q̃ pena contracta excedat illud peccatum cuius est pena. immo Dion⁹. in fine quarti dicit q̃ damnati grauius peccant in inferno q̃ fecerunt in via/ nec est inconueniens q̃tum ad penam contractam q̃ illa sit peior q̃ culpa. cum ergo queritur an puniatur citra cõdignum/ dico q̃ sic pena inflicta: sed pena contracta aut permissa non est inconueniens q̃ puniatur ad condignum immo supra condignum. ita q̃ aliq̃ pena eius sit fugibilior q̃ fuerit peccatum precedens. sed pena inflicta semper est minor q̃ fuerit culpa. nam quicquid non est culpa q̃ tũcunq; fuerit penale: est in infinitũ minus q̃ quecunq; culpa quantũcunq; parua. hoc est si tota latitudo pene poneretur ex vna parte: & tota latitudo culpe ex altera: tunc dico q̃ minimus gradus culpe in infinitum excedit totam latitudinem pene & est in infinitum fugibilior q̃ tota latitudo pene inflicte ideo non potest culpa q̃tum ad penam inflictam ad cõdignum puniri. & sic necessario semper punitur citra condignum. Sed contra hoc arguitur sic/ sit sortes qui peccato aliquo peccauit/ pro tali peccato duplici pena punitur. ſ. pena damni/ & pena sensus.

Qõo intelligit punitõ ptra cõdignũ.

Regula

Nam pena damni qua punitur/ est carentia beatitudinis. & illa ẽ sorti peior q̃ sua culpa ergo punit⁹ p sua culpa supra ꝑdignũ. pña ẽ certa. patet antecedẽs/ aligs actus in hac vita elicitus est eque bonus i suo genere sicut ip sa culpa est mala in suo genere. quia potest elici actus cõtrarius cum tanto conatu sicut elicitur culpa. sed sic est q̃ beatitudo quocũq; actu bono in hac vita elicito est melior: ergo eius carentia erit peior q̃ sit iste actus malus in hac vita elicitus. vel sic/ stat actum esse ita bonum in genere bonitatis sicut culpa est mala in genere malitie. sed beatitudo est melior elicienti actũ q̃ sit ei actus bonus. ergo etiam carentia illius beatitudinis erit peior isti q̃ sit sua culpa quam committit in hac vita. Exemplum. sit sortes qui pro hac hora tenetur diligere platonem/ ipse nõ diligit. beatitudo quam haberet pro actu dilectionis esset ei melior q̃ actus dilectionis quo dilexisset platonem: ergo carentia dilẽtionis platonis que est ei culpa est minor q̃ carentia visionis dei que est beatitudo: & ꝑ consequens punitur supra cõdignum. Pro solutione iam dictum est. & dico iterum q̃ nunq̃ aliqua pena sensus est ita fugibilis sicut quecunq; culpa quantumcunq; parua. Secundo dico q̃ nunq̃ pena damni que nõ est culpa/ est eque mala sicut culpa. Vnde stat aliquam priuationem esse culpam i dãnato: sed nũq̃ pura pena ẽ ita fugibilis quãtumcũq; magna sicut minima culpa. Et ad argumentum/ sortes pro carentia dilectionis platonis punietur carentia visionis dei/ tũne que erit sibi peior q̃ culpa/ nego quia carentia beatitudinis nunq̃ est culpa. & ad probationem/ beatitudo foret sorti melior q̃ dilectio platonis. ergo carentia beatitudinis est sorti peior q̃ carentia dilectionis platonis: concedo antecedens/ & distingo cõsequens: vel si ille due carentie considerent solum per modum carentie: & isto mõ nulla illarum est culpa: sed solũ pena. sed si vna istarum cõsideretur in ratione culpe inq̃tũ est carentia debiti inesse/ dico q̃ illa ẽ peior que est carentia minus boni. ſ. carentia dile

Pena sẽsus maxia nõ ẽ ita fugibilis sicut minima culpa.

ationis platonis in sorte in casu posito: & licet sit carentia minoris boni respectu carentie beatitudinis: sed quia illa est carentia alicuius debiti ad quod debitum ille qui caret obligatur sub pena peccati. & carentia beatitudinis non est huiusmodi carentia secundum ꝙ cõsideratur sub ratione debiti. ideo alia carentia que est sub ratione debiti ẽ culpa & per consequens peior. sed inq̃tum carentia/est minus mala: quia minoris boni ẽ carentia q̃ carentia beatitudinis: & inq̃tum culpa punitur. & p consequens habeẽ semper ꝙ pena inflicta est minor: nec; tantũ fugibilis sicut culpa. Quantum ad aliud vtrũ videlicet deus semper seruet eandẽ proportionem penarum quãta est culparum. Difficultas huius quesiti ẽ de pena damni. vtrũ vnus plus puniatur pena dãni q̃ alter. hoc concesso penes quid attenditur maioritas pene damni in vno: & in altero. vel penes maiorem gloriam ad quam erant ordinati vel penes culpam. Est apparentia ꝙ sit maior pena damni in vno q̃ in altero. nam paruuli non tantum puniuntur pena damni/sicut adulti: ergo est maior in vno q̃ in altero. Patet antecedens/precipua pars damnationis/& precipua pena est pena damni/& pena damni est fugibilior q̃ pena sensus. ergo illi qui damnantur ex culpis propriis plus puniuntur pena damni q̃ decedentes paruuli in solo originali. Quãtum ad hoc dico ꝙ vna pena damni est peior in vno q̃ in alio. Secundo dico ꝙ peioritas illius pene damni non est attendenda penes p̃miũ quo alias fuit aliquis dignus qui punitur. Primum probatum est de paruulis. Secundum patet/qa priuatio beatitudinis in illo q̃ fuit dignus maiori p̃mio non ẽ peior q̃ in illo qui fuit dignus minori. patet. gentiles & paruuli nunq̃ fuerunt digni beatitudine ergo malitia pene damni nõ est attendẽda penes bonitatem premij quo alias fuerunt digni. Exemplum/sit sortes qui fuit in gratia maiori in duplo q̃ plato / nichilominus cadit a gratia & dignitate p̃mij per simplicem fornicationem. & plato per adulteriũ.

an vnus plus puniat pena dãni q̃ altera

nõ est dicendum ꝙ sortes puniatur plus pena damni q̃ plato: quia alias plus puniret; minori culpa q̃ alius pro maiori. & tamen argumentum concluderet hoc efficaciter/si illa pena damni esset attendenda penes maius premium quo alias fuit dignus qui punitur. Dico tertio cum Diony. ꝙ malitia illius pene est attendenda penes causam ratione cuius est iflicta illa pena vel carẽtia/ hoc est dictu/si alicui infligatur propter maiorẽ culpam infligetur ei maior/ & est ei peior q̃ illi cui infligitur pro minori culpa. Pena ei dicit ordinationem ad culpam. Nam priuatio beatitudinis non est mihi pena: quia non priuor propter culpam. Similiter/si deus creasset hominem in puris naturalibus: & non conferret illi suam beatitudinem seu visionem claram: nõ esset illi pena talis priuatio. quia pena dicit respectum ad culpã ita ꝙ priuatio non est pena nisi propter culpam p̃cedentem. & inde in paruulis illa priuatio beatitudinis est pena ip̃is propter culpam precedentem. Vnde quando illa est propter maiorem culpam est maior pena: & si propter maiorem culpam in duplo erit peior i duplo vt sortes decedit in peccato duplo ad peccatũ platonis. tunc priuatio beatitudinis est forti in duplo peior q̃ platoni. Resolutorie habetur ꝙ pena damni dicitur maior vel minor vel equalis ex causa. propter quã infligitur: & non ex debito ad maiorẽ vel minorẽ gloriã [Eodẽ modo dicendũ ẽ de pẽtõ omissiõis ꝙ mẽsurat penescausã ex q̃ orit. s. obligationẽ / sed q̃stio tũc vñ orit maioritas culpe/dicit ꝙ ex multis/ex obiecto/ex itẽsiõe/ex circũstãciis/sed q̃stio ẽ de odio dei & ptibus eius.] Et ista pauca sufficiant circa materias pertactas in generali tã virtutum q̃ vitiorum.

Pena respicit culpam.

addítio

¶ Moralium acutissimi doctoris theologi Magistri Iacobi Almain Finis.

CAVREA CLARISSIMI ET ACVtissimi doctoris Theologi magistri Iacobi Almain senonensis in tertium Sententiarū lectura a quodam suo discipulo collecta.

POSTEAQVAM Magister pertractauit in primo sentētiarum de trinitate superbenedicta quo ad se & secūdum rationem sue naturalis perfectionis & de quibusdam attributis sibi conuenientibus ratione creature. Et in secundo de deo inquantum relucet eius potentia in opere creationis. In hoc vero tertio agit de eo inquantum eius sapientia relucet in opere reparationis lapsi hominis. Primo agens de verbi diuini incarnatione / consequenter de eiusdem passione / & demum de ipsius donis & virtutibus excellētissimis. Vnde Paulus ad Galath. quarto. Ante principiū huius textus / cum venit plenitudo temporis &c. ponit aliquos textus qui declarantur per istum. Dicit enim quāto tēpore heres paruulus est nihil differt a seruo cum sit dominus omniū: sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad prefinitum tempus a patre ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes / at vbi venit plenitudo tēporis misit deus filiū suū. &c. vult dicere cum eramus paruuli. i. sub lege solum & solam litteram veteris testamenti habebamus / que erat solum figuratiua aduentus Christi sub elementis eramus seruiētes. id est eramus solū sub legalibus obseruātijs. quasi vellet dicere / cū eramus in veteri testamēto habebamus doctrinā q̄ erat figura illorū ministeriorū q̄ facta sunt i lege Christi: sed nos voluit deus facere magnos cū venit plenitudo tpis misit deus filiū suū factū ex muliere / factū ex lege / vt eos q̄ sub lege erāt redimeret vt adoptionem filiorū recipemus. Vnde lapsus homo in pātm reparatus est p Iesum Christū dnm nostrū dei & hoim mediatorem qui caput est ecclesie nosq; mēbra eius Ephe. primo. Tempore enim de promissione filij dei & de observatione legalium adimpleto / misit deus filium suum vt incarnaretur. & ista missio non est aliud q̄ eius benedicta incarnatio. & sic filium dei mitti a deo non est nisi filiū incarnari. hoc est naturam humanam assumere / quāobrem queritur primo. Vtrum solus filius dei qui est secunda persona in diuinis naturam humanam sibi vniuit in vnitatem suppositi. ¶Pro solutione questionis primo declarabuntur termini quibus declaratis ponentur conclusiones & / tertio mouebuntur dubia / quod intendimus facere per totum processum.

¶Quantum ad primum notandum q̄ per verbi incarnationem nihil aliud intelligimus nisi assumptionem humane nature a verbo in vnitatem suppositi per quam vere deus dicitur homo & homo deus / hoc est aliquam personam diuinam aliquam naturam taliter assumere. id est taliter eius dependentiam terminare q̄ denominationes concretiue denominantes illam naturā competant persone & suppositō assumenti. & sic secundam personam in diuinis assumere naturam humanam est illam effici hominem ita q̄ predicata hominis non importantia imperfectionem dicuntur de persona diuina assumente vt infra declarabitur. Sed primo declarandi sunt isti tres termini / natura / persona / suppositum / quita men principaliter declarātur in primo sententiarum. Vnde secūdum Occham in primo & secundo distinctione tertia. Natura est res aliqua positiua habens esse reale nō tantum esse obiectiuum in anima: ita q̄ natura nihil aliud est q̄ res actualiter & realiter existens. Quelibet enim res que realiter & actualiter existit vocatur natura vt albedo / plato / sortes &c. & non est hic questio de natura communi quam imaginati sunt aliqui philosophi / nec loquimur de natura vt est altera pars compositi essentialis de qua Aristoteles scdo physicorū q̄ sola materia & forma dicunt natura: sed in ppōsito natura nihil aliud est q̄ res realiter existens.

Suppositum vero est ens completum ab altero/non substantatum /non natum alteri inherere: neq; alterum informare /ita q; suppositum importat triplicem negationem/ actualem scilicet/& aptitudinalē/& partialem ita q; illa res que est suppositum non sit pars alterius. Secundo q; non sit ab altero sustentata. & tertio q; non sit nata alteri inherere vel alterum informare. Ex quo sequitur q; quelibet pars sortis quāuis sit natura non tamen est suppositum. Similiter accidentia in sacramento altaris vt est albedo quāuis non sit pars alterius nec inhereat non est tamen suppositum: quia habet naturalem inclinationem ad inherendum: accidentia enim in sacramento altaris non habent modum substantie neq; per se sunt vt ly per se dicit proprium modum substātie. Vnde per se vt est proprius modus substantie dicit duas negationes: scilicet non inherere neq; natum inherere: sed accidentia in sacramento altaris licet non inhereāt tamen nata sunt inherere. ideo non habent modum substantie. Similiter anima beata non est suppositum/quia habet naturalem inclinationem ad informandum corpus/ & appetit ipm informare/& sic anima non erit completa beata quousq; informet iterum corpus. Tertio dico q; humanitas in Christo. id est a verbo sustentata non est suppositum cum sit ab altero sustentata/licet non sit pars sustentantis & assumentis/ nam secunda persona in diuinis est simpliciter simplex/& per consequens incomponibilis: & sic illa humanitas assumpta non est pars tertij nec alteri inherens nec nata alteri inherere neq; suppositum/quia ab altero sustentata. Ex dictis patet/q; iste terminus suppositum includit negationem partis/sustentationis & inhesionis. Ex quo sequitur q; illud quod est suppositum si assumatur desinit esse suppositum. Nam quelibet entitas positiua creata potest assumi a verbo diuino secundum multos/quia omnis creatura est in plena obediētia respectu persone diuine. Vnde quelibet natura humana in se. id est in proprio supposito est vere persona. & si assumeretur desineret esse persona. si postea dimitteretur iterum esset persona & suppositum. Sed persona est rationalis nature indiuidua substantia vt ait Boetius. Vel sic est intellectualis nature incommunicabilis substantia secundū Richar. de sancto victore quarto de trinitate/& est eadē in sentētia cum prima. sed breuiter persona secundum Occham est suppositum intellectuale: ita q; solum persona supponit pro supposito intellectuali sicut angelus/deus/homo. Ex quo segtur q; nullum irrationale: nullum inanimatum: nullum accidens est persona. Vnde ad hoc q; aliquid sit persona/vt ait Occham: oportet q; sit substantia intellectualis completa ideo partes substantie non possunt esse persona. Item de ratione persone est q; sit incōmunicabilis. id est non vnita alteri siue nō sustentata. & sic persona supponit pro natura intellectuali connotans negationem quadruplicis communicabilitatis seu inniti entie scilicet qua pars communicatur/ seu innititur toti: constituens constituto: forma subiecto: sustentificatum sustentificanti: & sic patet differentia inter illos tres terminos persona/suppositum/& natura/siue singulare. Natura enim nihil aliud importat nisi actualem existentiam /persona suppositum intellectuale/sed suppositum triplicem negationem. illa tamen se habēt per ordinem. Omnis enim persona est suppositum/& omne suppositum est singulare seu natura: sed non econuerso sequitur/ hoc est est singulare seu natura. ergo hoc est suppositum. & vltra hoc est suppositū: ergo est persona. Nam humanitas assumpta a verbo est singulare seu natuta: & tamen non est suppositum neq; persona. Similiter nullum accidens dicitur suppositum aut persona quanuis accidens sit singulare seu natura. & hoc propter illas negationes quas important suppositum & Quid p. sona.

persona vt dictum est.

¶Vltra notandū est pro modo loquendi doctorum in hac materia q; quādo dicitur ista natura personatur & illa psona personat illam natnram. vt persona secunda in diuinis personat humanam naturam dupliciter hoc intelligitur. vnomodo in sensu proprio/ita q; sit sensus natura humana efficitur persona a persona in diuinis/& persona diuina eam facit personam & sic ille sensus est falsus/quia natura humana in supposito diuino. id est assumpta a verbo non est persona/& sic non efficitur persona a supposito in diuinis: persona enim cōnotat q; non sit assumpta. Alio modo potest intelligi in sensu improprio natura humana personatur. id est sustentatur in vnitatem suppositi/& tunc vidēdum est quid sit sustentari in vnitatem suppositi & oportet captiuare intellectum ad credēdum personam in diuinis assumptisse naturam humanam in vnitatem suppositi. Et primo supponitur q; illa natura que assumitur si non esset sustentata esset in se suppositum. vnde si deus assumeret albedinem vel animam rationalem precise non assumeret eā in vnitatem suppositi/quia illa natura sic assumpta in se relicta. id est non sustentata illa specie sustentationis non esset in se suppositum/nam illam assumi in vnitatē suppositi presupponit q; si relinquatur ab assumente esset suppositum. & vltra ista propositio alterum ponit scilicet q; illa natura quātum ad eius dependentiam terminetur ad illam personam assumentem / & breuiter sicut dicit Scotus difficulter declaratur quid sit illa dependentia nature assumpte ad personam assumentem /& nō potest dari aptior analogia ad hoc declarandum nisi accidentalis ad subiectum/nam dependētia accidentis ad subiectum est proximior similitudo. oportet igitur q; illa natura assumpta quantum ad eius dependentiam terminetur ad illam personam assumentē: hoc est q; communicet persone assumenti ea concreta que communicantur isti nature si esset in se relicta. id est non assumpta/ nam si esset in se relicta diceret rōnalis risibilis/substātia/corpus/aīal/& breuiter dicendum de omnibus alijs predicatis non importantibus imperfectionem. Ex dictis patet quid sit persona diuina assumere naturam in vnitatem suppositi. Si autem vellemus dicere q; posset eius dependētiā terminare/posset albedinē assumere & alias res que in se derelicte non essent persone neq; suppositā. Vnus modus dicit q; persona nō dicitur persona nisi per entitatem in ipsa/& per hoc volunt seruare transitum contradictoriorum per mutationem rei. id est per corruptionem illius rei per quam dicitur persona: sed ista opinio vix deffensari potest/nam sequeretur ex illa q; in illa natura assumptibili esset aliqua entitas quam deus non posset mecum assumere/si ita sit q; persona importet entitatem a qua res denominatur formaliter persona/quia si assumeret mecum ego assumptus ero adhuc persona. ergo non sustentatus & per consequens non assumptus. Item ex ista opinione sequeretur q; esset possibile hanc naturam remanere non sustentatam ab alio nec partem alterius & tamen non erit persona. Assumptum patet/quia secunda persona in diuinis potest relinquere naturam quā assumpsit nihil denouo in ipsa producendo/quo facto verum est dicere q; non est ab alio sustentata neq; nata informare neq; inherere/nec erit persona.

Resolutio Scoti in prima questione tertij/ & omnium aliorum est q; natura que est persona vel suppositum non dicitur persona per entitatem in ipsa existentem: sed persona & suppositum denominantur taliter solum per negationes supradictas. Suppositum enim importat duplicem negationem scilicet actualem & aptitudinalem/ siue in natura intellectuali/siue non: vt lapis est suppositum. sed in natura intellectuali idem bene dicitur suppositum & persona.

Persona autem suppponit pro natura intellectuali /& preter illam nihil aliud importat nisi negationem quadruplicis communicabilitatis vt patuit.

¶Consequenter notãdum circa vnionem illam mirabilem nature humane ad verbũ ꝙ difficultas intelligendi & exprimendi modum eius ex duobus consurgit. Primũ/ quia nulla similis inuenitur in natura creata/ad cognitionem autem diuinorum nõ nisi ex creaturis ascendimus / vbicunq; autem vnio in creaturis inuenitur: ibi maior est dissimilitudo q̃ similitudo ad illã vnionem benedictam. Secundum/quia non est vndiquaq; certum an illa vnio ypostatica siue personalis qua natura humana assumitur seu vnitur verbo importet aliquid distinctum ab extremis vnitis quo formaliter fiat illa vnio: an nihil distinctum. De hac materia est difficultas iter doctores: ex vna parte Scotus & Occham prima questione tertij. & Gregorius distinctiõe. xxviij. questione secũda. videlicet quid importat ista dependentia qua dicimus naturam assumptam dependere a secunda persona in diuinis. Vnde natura assumpta a verbo non dicitur dependere a secunda persona in diuinis quantum ad conseruari/quia quelibet persona in diuinis equaliter conseruat illã/ cum opera trinitatis ad extra sint indiuisa. & tamen non dicitur depẽdere ab alijs duabus personis: sed dicitur dependere a secunda persona in diuinis/quia eius dependentia terminatur ad secundam personam: & non ad alias. Alie enim non dicuntur terminare illam dependentiam: sed de hoc in dubijs sequẽtibus. Sed queritur qd sit illa dependentia seu vnio an oporteat aliquẽ respectũ seu relationẽ. Occhã vbiq; negauit relationes nisi in incarnatione neq; vnq̃ posuit nisi respectũ vniõis nature humane ad personam diuinam. & talis secundum eum nõ est realis sed tm̃ modo ratiõis. Hoc illi scotiste ponentes dicũt ꝙ fuit coactus fateri veritatem. Vnde Scotus & sequaces dicunt ꝙ ista dependentia. id est vnio est relatio realis extrinsecus aduenies disquiperẽtie que non ponit in altero extremorum relationem eiusdem speciei scilicet realem/ quia vnioni nature humane inherenti nulla correspondet relatio realis in verbo. Nam verbo immutabili per suam incarnationem nihil noui aduenit cum non sit potentiale. & sic illa relatio non est mutua seu communis realiter licet sit communis secũdum denominationem. fundatur igitur & inheret nature humane non diuine licet terminetur ad diuinam. Terminare autem nullam dicit imperfectionem. Dependentia autem secundum eos imperfectionem dicit/ nam licet filius in diuinis realiter producatur a patre: tamen non dependet ab illo/ quia non potest esse dependentia inter alias nisi sint alterius nature. Et dicit Scotus ꝙ propter hoc ꝙ natura humana vnitur verbo non sequitur dependentia in persona diuina vel potentialitas vel compositio immo dicit ad terminandum illam vnionem requiritur ꝙ sit persona independens habens talem naturam qualis requiritur ad terminandum. Non sequitur ergo dependentia in persona/quia persona diuina nõ potest aliqua relatione reali referri ad creaturam. Dicit consequenter Scotus ꝙ non repugnat persone diuine terminare illam vnionem inquantum hec persona. Dices omnis respectus creature ad deum terminatur ad tres personas. Respondet ipse ꝙ respectus creature ad deum qui in se insequitur propriam naturam creature terminatur ad tres personas/ non tamen oportet de respectu aduentitio. id est qui ex tempore potest aduenire sicut ista vnio. Exemplũ primi/ vt sortes creatur. iste respectus insequitur propriam naturam creature & terminatur ad tres personas/ quia omnis talis respectus creature ad deũ in termino requirit essentiam diuinam: sed ille respectus scilicet vnio psonalis non insequitur propriã naturam nature creature. quare &c etera.

Ex dictis huius opinionis patet quid sit illa dependentia & vnio & in quo fundetur: & ad quid terminetur.

Opinio Grego. Alia est opinio Gregorij de arimino in primo sententiarum opposita prime quiditur omnino improbare talem relationem. Dicit enim ꝙ talis vnio nature humane ad verbum non dicit aliquam entitatem distãtam a natura humana & a verbo: sed tantum naturam humanã & verbum nõ qualitercunq; sed vnita: ita ꝙ talis dependentia siue vnio nihil aliud est capiendo collectiue q̃ res vnite vel ita se habentes ad inuicem sit ꝙ dependentia est res ab altera dependens que ei cõmunicat suas denominationes concretiuas. ¶Istis vtcũq; declaratis respondendum est ad questionem per aliquas conclusiones.

Prima conclusio. Prima. Natura creata siue humana siue non humana supositaliter diuine persone simpliciter vniri potest. Patet/illud est simpliciter possibile quod nullam includit repugnantiam. sed humanam naturam suppositaliter persone diuine vniri nullam includit repugnantiam. igitur. consequentia est certa cum maiore. Patet minor. Primo non includit repugnãtiam ex parte nature vnibilis nec ex parte persone diuine dependentiam suppositalem terminantis. & aliunde nulla potest assignari repugnãtia. antecedens patet pro prima parte/quia cum natura humana sit finite perfectionis non plus repugnat sibi suppositaliter & simpliciter dependere ad suppositum diuinum q̃ ꝙ accidens dependeat a suo subiecto vel partes tam essentiales q̃ integrales a toto. ergo ex parte nature que est in pura potentia obediẽtiali respectu diuine persone/ non repugnat dependere ab illa. Secundo non repugnat ex parte suppositi diuini / quia terminare dependentiam nature humane non includit imperfectionem vt tactũ est in notatis/ nec importat in supposito diuino aliquam imperfectionem / quia nec limitationem nec potentialitatem nec compositionem in termino: sed solam cõmunicabilitatem. vnde sicut nec ex accidenti & subiecto fit vnum ens per se: ita nec ex persona diuina & natura humana fit vnũ per se. Patet ex his quo modo non implicat naturam humanam supposito diuino vniri & quomodo illud est possibile.

Secunda. ¶Secunda conclusio. Natura humana potest suppositaliter vni persone diuine vniri & non alteri. Probatur/ratio terminandi istam vnionem que terminatur ad suppositum diuinum est incommunicabilitas in supposito. ergo vbi sunt diuerse incommunicabilitates sunt diuerse rationes terminandi istam dependentiam seu vnionem: sed in patre & filio & spiritu sancto sunt diuerse incommunicabilitates. ergo in ipsis sunt diuerse rationes terminãdi istam dependentiam: sed in quibuscunq; sunt diuerse rationes terminandi vnionem ad vnam illorum terminari potest quãuis non ad alteram. ergo potest ad vnam personam terminari & nõ ad alteram. neq; est idem de causalitate rerum ad extra & de ista assumptione nature. vnde in patre & filio & spiritu sancto est eadem ratio secundum quam producunt res ad extra: quia diuina & infinita potentia/ sed nullum perfectibile nullum attributum est ratio terminandi istam vnionem ypostaticam/ imo potius proprietates personales. Terminare enim non importat actionem sed terminum alicuius relationis secundum Scotum. Cum igitur assumere sit terminare que nullam actionem importat potest vni persone conuenire & non alteri. Igitur cum in patre filio & spiritu sancto sint diuerse proprietates personales potest vnio ad vnam terminari quãuis non ad alteram / & sic potest vni persone vniri & non alteri.

Tertia. ¶Tertia conclusio. Sicut natura humana vnitur verbo ita potest vniri cuilibet supposito patri scilicet & spiritui sancto/ quia non magis implicat q̃ vniatur patri aut spiritui sancto q̃ filio cum quecunq; ratio probans possibilitatem huiusce modi vnionis respectu vnius psone pbet pariformiter respectu aliarum personarum igitur &c.

¶Quarta conclusio ꝙ natura humana sit vnita filio est articulus fidei necessario credendus quis illud non possit naturali ratione demonstrari. Prima pars patet/quia est articulus fidei verbum factum esse carnem id est hominē Ioan.j.qđ sine vniõe nature humane cū verbo fieri non põt. Scđa pars patet/quia verbum esse hominem non potest euidēter probari ex principijs per se notis nec̄ per experientiam/nam anteq̄ habeatur per experientiam ꝙ verbum est incarnatum necessario requiruntur notície extremorum ituitiue:sed vna scilicet noticia verbi diuini est nobis impossibilis pro statu vie.igitur.¶Quinta conclusio/natura humana nec̄ patri nec̄ spiritui sancto ypostatice vnita est:sed tantum verbo. Patet/nullibi legitur pater aut spiritussanctus est factus caro:sed legitur ex Augustino in ecclesiasticis dogmatibus non pater carnem assumpsit nec̄ spiritussanctus: sed filius tantum. Filius enim missus est & nõ pater propter multas congruentias quas tangit magister in textu.

Primus dubium. ¶QVANTVM AD TERTIVM ARticulum mouentur dubia circa conclusiones. Primum contra primam conclusionē dictum est ꝙ natura humana potest vniri verbo. Contra/anteq̄ aliqua sint vnibilia oportet ꝙ interea sit proportio: sed inter personam i diuinis & naturam humanam nulla est proportio cum finiti ad infinitum nulla sit proportio/ imo magis distant ad inuicem q̄ quecunq̄ contraria/quia infinite distant.ergo apparet ꝙ inter ea nulla potest esse vnio. Respondetur negando maiorem/imo que magis distant regulariter sunt magis vnibilia. vnde inter substantias magis distantes sunt materia & forma que plus adinuicem distant q̄ homo & asinus/ plus distant adinuicem accidens & subiectum q̄ due forme:& tamen materia & forma & accidens & subiectum sunt adinuicē vnibilia: & non due forme.igitur non requiritur anteq̄ aliqua sint adinuicem vnibilia ꝙ inter ea sit proportio. Saltem quantū ad gradum perfectionis ꝙ vnum ab altero distet secundum certum gradum proportionis. & hoc modo infinite distantie perfectionaliter bene sunt adinuicem proportionata. Vnde cum dicitur finiti ad infinitum nulla est proportio verum est entitatiua & quo ad perfectionem:quia quantumcunq̄ ens finitum reduplicetur nunq̄ attinget perfectionem entis infiniti:sed possunt esse multe alie proportiones puta passi ad agens/sustantati ad sustantans &c̄. Contra verbo diuino nihil potest vniri. Patet:que vniuntur fiunt vnum/sed impossibile est creaturam fieri vnum cum creatore/quia tunc creatura fieret creator/ & multa alia possunt inferri absurda.igitur. Dico ꝙ verbo diuino nihil potest vniri per modum compositionis scilicet ꝙ ex ipso & verbo diuino componatur vnum totum tanquā ex materia & forma:sed bene suppositaliter Vnde naturam vniri alteri suppositaliter non est hanc fieri illam: sed hanc dependere ad illam. Vnde dicit Occham non esse imaginandum istam vnionem esse vinculum ligans naturam humanam cum verbo diuino sed est dependentia nature sustantate ad verbum sustantans/ita ꝙ secundum eum homo vt importat naturam humanam non substantatam est terminus cognotatiuus supponēs pro humanitate cognotando illam non esse sustantatam & illa sustantata propter defectum cognotationis non potest dici homo:tamen per illam aliquid est homo puta verbum diuinum. & sic patet de primo dubio. ¶Secundo dubitatur circa secundā conclusionem in qua dicta est ꝙ natura humana potest suppositaliter vni psone diuine vniri q̄is non alteri. Contra/non potest natura humana dependere ab vna persona quin ab alia.igitur. Patet/opera trinitatis ad extra sunt indiuisa.ergo non solus filius est terminans illam dependentiam. non enim potest filius agere quin pater & spiritussanctus agant & econuerso.igitur eodē mō implicabit vnā naturā dependere suppositaliter ad vnā & nō ad

2.m dubium.

alias ¶Altera ratio apparentior/vna persona in diuinis nō potest obiectum terminare noticiam quin quelibet persona terminet illam obiectiue. ergo natura humana non potest dependere suppositaliter ad vnam personam quin suppositaliter dependeat ad quamlibet aliam cum nulla videatur ratio diuersitatis.antecedens patet/per dictum Christi/Philippe qui videt me videt & patrem/quia ego in patre & pater in me est.i.sumus idem essentialiter/tūc arguitur sic.non potest vna persona terminare noticiam quin quelibet persona terminet/ quia persone vnum & idem sunt. ergo eodem modo vnio ista hypostatica propter eandē causam non potest terminari ad vnā quin terminetur ad reliquam. ¶Ad primū istorum negatur antecedens/& consequentia &ad probationē. Dico ꝙ est eadē ratio in patre filio &spiritusancto/secūdum quā ad dextra producunt creaturas scilicet potentia que est attributum pueniens imediate essentie. nam in simbolo dicitur nō tres omnipotentes sed vnus omnipotens:sed non est eadem ratio terminandi suppositalē dependentiam quia est proprietas personalis ideo q̄is implicet vnam creaturam dependere effectiue ab vna personarum quin dependeat etiam effectiue ab alia non tamen implicat de dependentia suppositali quare vna persona potest terminare dependētiā suppositalem creature sine alia: sed nō causalem. ¶Ad secūdum/quātum ad illud ꝙ assumitur in antecedente est multiplex modus dicendi. Nam Scotus & Depalude tenent ꝙ pater potest videri & non filius/& creatura potest frui vna persona & non altera dato tamen antecedente nego cōsequētiam/quia ad vnum est testimonium sacre scripture & non ad aliud Qui videt me videt & patrem &c̄.ideo oportet fateri vnū/ & non reliquum quia est reuelatum: sed de causa potest esse suasio. Nam cognitiones nostre feruntur in obiectum sub ratione veri:sed est eadem veritas in patre filio & spiritussancto/quia veritas est vnum essentia le. propterea non potest terminari noticia ad vnam personam quin ad quālibet/sed ratio terminādi non est attributum sed proprietas personalis. ¶Circa conclusionem tertiam dubitatur rertio. Vtrum tres persone possint eandem naturam terminare seu suppositare simul an tantum successiue. videtur ꝙ simul & semel:quia successiue non est difficultas. Circa hoc est controuersia inter Scotum & Occham/nam Scotus dicit ꝙ implicat contradictionem eandem naturam suppositari simul & semel a diuersis personis. & ratio sua precipua est. quia implicat contradictionem eandem rem totaliter & effectiue dependere totaliter a duabus causis. nam bene sequitur dependet totaliter effectiue ab ista.ergo nullo modo ab alia implicat ꝙ totaliter a prima & totaliter a secunda(non enim implicat quim idē effectus dependeat personaliter a duabus causis vt calor ab igne dependet & a celo. similiter filius a patre & matre: sed ꝙ ab vtroq̄ totaliter implicat contradictionem) ergo videtur ꝙ implicet cōtradictionem ꝙ quelibet personarum assumat eādem naturam & totaliter dependeat a qualibet illarum. Guillermus occham apparenter tenet contrarium.pro cuius imaginatiõe dupliciter intelligimus effectum totaliter dependere a duobus. Vno modo ꝙ dependeat totaliter.i.secūdum quālibet eius partem dependeat ab illis. Alio modo ꝙ dependeat totaliter ab illis duobus.i.dependet ab vno illorum totaliter/ita ꝙ ad eius productionē & conseruationem aliud non concurrit & sic implicat:sed non implicat in primo sensu ꝙ dependeat totaliter a duobus.i.secundum quālibet eius partem. Ignis enim producit totum calorem & totaliter totalitate effectus.id est secundum quālibet eius partem. Similiter & ipe deus producit totū calorem secundum quālibet sui partem. ideo calor dependet totaliter ab illis duabus causis scilicet ab igne. & ideo. Similiter voluntas producit actum secundum quamlibet eius partem. & cū hoc noticia obiecti.

id est nulla est pars quin causetur ab actu cognoscendi & ab ipsa voluntate: sed tamen est falsum ꝙ producatur totaliter a voluntate. i. ꝙ a nullo altero dependeat preterq̃ a voluntare/cum ergo sit possibile ꝙ aliqs effectus totaliter dependeat quo ad produci a duabus causis potest vna natura depẽdere simpliciter a duabus personis. & tunc est verum dicere quelibet istarum personarum hypostatice pōt hāc naturam sibi vnire. ergo tres persone possunt eandem naturam simul & semel assumere. & ē resolutio probabilior: sed vtrum tūc totaliter suppositetur a qualibet illarum. dico ꝙ sic in primo sensu: sed non in secūdo puta ꝙ a qualibet dependeat sic ꝙ a nulla alia/quia hoc implicat. Vtrum tunc ille persone sint plures homines. dico ꝙ supponendo ꝙ nō sit in homine nisi vnica anima. Ista est concedenda caput & manus sunt duo animata. Similiter dicerē in illo casu pater & filius & spiritussanctus/licet quilibet sit homo non tamen essent vnus homo sed tres homines & quilibet esset filius virginis non tamen vnus filius virginis: sed tres filij virginis/quos tamen virgo vna cōceptione & vno partu genuisset/nec tamen propter hoc pater esset verbum aut spiritussanctus/sicut si eadē albedo informaret tres homines eēnt quidem albi eadem albedine/non tamen essent vnum album sed tria alba. ¶Dubitatur vltimo circa materiam questionis: nam habitum est ꝙ secunda persona in diuinis est immediatus & proximus terminus vnionis nature humane ad diuinitatem/dubitatur modo an essentia diuina possit esse primus terminus & immediatus istius vnionis & assumptionis hoc est an essentia diuina possit sibi vnire suppositaliter naturam humanam. Vnde supponendum est quid est esse primum terminum & immediatum talis vnionis. Pro cuius declaratione notādum ꝙ primus terminus vniōis est ad quē terminatur vnio omni alio circūscripto per ymaginationem: quod formaliter distinguitur ab ipso/ & de quo verum est dicere hoc est vnitum illi & ad quem terminatur adhuc si per imaginationē secluderet quelibet alia res ab ipso. Secundo supponitur ꝙ licet inter essentiam & personas nō sit realis distinctio (Nam ista est vera essentia est persone/& persone sunt essentia) tamen inter essentiam & personas simul iunctas est formalis distinctio. Nō formalis vt loquitur Scotus: sed hic vocatur formalis vt trā valet sicut identitas realis ita ꝙ idem est distinctio formalis & identitas sed non conuertibiliter. hoc est quādocunq; aliqua sic se habēt ꝙ de ipsis verum est dicere hoc est hoc/est identitas realis/inter ipsa nichilominus de vno predicatur vnum predicatū quod negatur de alio/tunc illa dicuntur distingui formaliter: licet enim ista sit concedenda essentia est pater & sic est idētitas realis. tamen ista est vera essentia est communicabilis/& ista est falsa/ pater est communicabilis. Similiter vera est ista pater generat & ista falsa essentia generat/& sic aliqd verificatur de essentia ꝙ negatur de patre/& econuerso quanuis essentia realiter sit pater/ergo distinguntur formaliter. distinctio ergo formalis est realis identitas sed non conuertibilis/hoc est quando hoc est hoc: sed aliquid dicitur de vno & non de alio. Hoc supposito illud dicitur immediatus terminus vnionis ad quem per ymaginationem. si omne aliud secluderetur ipso remanente adhuc vnio terminaretur. vt nunc vnio humanitatis terminatur ad secūdam personam in diuinis: & ratio terminādi est proprietas personalis apud doc. quia ponit constitutionem in diuinis & non cōpositionem post Occham. filius enim constituitur ex essentia: sed non cōponitur. Secundo notandū ꝙ non est idem vniri alicui & suppositari ab aliquo/hoc est aliud ē terminare vnionem & suppositare naturā assumptā. nā vniri suppositaliter siue suppositari nihil aliud est q̃ dependētiam suppositalem terminari ad suppositum extrinsecū/ita ꝙ natura que assumitur in assumente dicit assumentem esse formaliter suppositum quia si non habeat formaliter suppositare non poterit dare alteri dependētiam suppositalem. Ex quo sequit ꝙ iplicat contradictionem naturam assumptam suppositari in essentia diuina/ cum eēntia nō sit formaliter persona cum non sit incommunicabilis: imo formaliter est tribus personis cōmunicabilis. His suppositis qñ queritur an possit essentia diuina esse imediatus & proximus terminus illius vnionis. dico primo post ocham prima questione tertij. & post Scotum in quita distinctione questione. j. ꝙ persona diuina potest esse imediatus terminus vnionis. Secundo/non potest natura humana suppositari in essentia diuina/ quia essentia diuina non potest suppositare. Tertio si natura diuina esset immediatus terminus illius vnionis/quelibet personarū esset terminus mediatus illius & q̃libet pſōa denomiaret hō mediate: a natura vnita immediate essentie. ¶Contra: essentia diuina potest esse imediatus & proximus terminus vnionis/patet/natura diuina est immediatus terminus quo aia grata vnit deo & beati vniuntur deo: ergo potest esse immediatus terminus vnionis nature humāe ad ipsam. patet cōsequētia cum nō videtur maior ratio de vno q̃ de alio. Ad hoc dico ꝙ licet essentia diuina possit esse terminus primus alicuius vnionis nature hūane ad ipsū/nō tn̄ pōt esse terminus primus vnionis suppositalis ita ꝙ essētia diuina nō pōt suppositare naturam assumptam immediate. ratio quia non est formaliter pſona cum non sit incommunicabilis vt dictum est. Itē si essentia esset immediatus terminus vnionis quelibet personarum esset remotus terminus. patet quicquid pūenit essētie vt termino primo respectu creature conuenit omnibus personis. nam quelibet personarum ex essentia constituitur secundum occham. ergo cum ista habitudo que tūc erit in ista essentia sit habitudo ad aliquam creaturā. i. ad naturam assumptam eademcompetet quamuis remote ipsius pſonis. ergo quelibet personarū mediate termiaret. Dicunt aliqui quod ad terminandum non requiritur incommunicabilitas sed sufficit infinita & per se & singularis existentia. Sed essentia infinite & per se simpliciter existit. ideo potest dependētiam creature terminare. & si terminaret non solū essentia esset homo sed quelibet persona: sed nunc terminatio non conuenit essentie sed secūde persone in diuinis/quia ratio terminandi est proprietas personalis:

¶Questio secunda.

Vtrū verbum & quelibet persona diuina possit dependentiam indifferenter cuiuscunq; nature terminare tam rationalis q̃ irrationalis/tam substātie q̃ accidentis. Constat ex fide ꝙ potest terminare dependentiā nature rationalis adminus humane. sed difficultas est an possit terminare dependētiam aliarum creaturarū vt lapidis/arboris/& accidentalis nature. ¶Circa hoc est duplex modus dicendi/& est cōmunis opinio/ ꝙ deus potest sibi vnire hypostatice/aut personaliter/aut saltem quantum ad illam dependentiam indifferenter quamlibet creaturam siue rationalem siue irrationalē: patet/non est maior repugnantia ꝙ lapis suppositetur a suppositio siue persona in diuinis q̃ homo. ergo. Patet in pura potentia obedientiali se habet lapis ad deū sicut homo: ergo sicut potest terminare dependentiam suppositalem hominis/& etiam lapidis: vel asini. & credo magis huic opi. q̃ opposite. ¶Alia ratō fortissima q̃ apparet. in triduo erat anima separata a corpore Christi/& tunc corpus Christi non erat animatum anima tationali: imo dicunt doct. pro maiori parte ꝙ tunc erat informe saltē quātum ad formam substantialem/tenendo ꝙ non sit nisi vnica forma substantialis in homine/oportet hoc necessario fateri ꝙ in triduo erat informe & non erat forma cadaueris/quia tunc de nouo deus aliquid assumpsisset scilicet formam cadaueris. nam tunc

in triduo erat illud corpus vnitum suppositō diuino sicut & anima rationalis erat vnita: sed in triduo corpus nullomodo erat rationale, quia non habebat animam ratiōalem nec assistentem/quia descenderat ad inferos/secūdum communiorem opinionē & probabiliorem: ergo si posset vnire sibi & assumere corpus sine anima poterit eodē modo res irrationales & inanimatas imo etiam incorporeas assumere. Hoc cōfirmatio cōfirmatur nam in triduo non erat corpus vnitum anime & erat vnitum verbo/similiter erat anima vnita suppositō diuino & non corpori: ergo poterat deus deserere animā nō deserendo corpus quo facto fuisset verū dicere aliquod irrationale: id est non rationale negatiue/precise est vnitum suppositō diuinis. & prima consequentia videtur apparens quia corpus erat vnitum & non per animam quia non erat medium per quod vniretur corpus/& ista ratio inter ceteras videtur apparentior & rationabiliter suppositis auctoritatibus sacre scripture. Ideo potest assumere quācūq; naturam & substātialem & accidentalem corpoream & incorpoream. Ex quo sequitur q; ista est possibilis deus est lapis/deus est asinus/nā si deus assumeret in vnitatem suppositi lapidē vt assumpsit humanitatem ista esset concedenda deus est lapis sicut ista nunc/deus est homo. Queret aliquis suppositō q; deus assumat albedinem sicut assumpsit humanitatē vtrum deus esset albus: dico q; non: quia esse album non solum importat dependentiam talē: sed etiam inhesionem/& albedo non potest inherere secunde persone in diuinis quia non est capax inhesionis vel informationis cuiuscunq; forme: quis ergo assumeret albedinem non concederetur deus est albus: sed bene concederetur tunc deus est albedo. christus autem bene denominatur albus ab albedine inherēte humanitati quā assumpsit in vnitatem suppositi sed si assumeret albedinem per se nō pōt denominari albus sed vtrum posset assumere peccatum sicut potest assumere albedinē vel naturam actu peccantem/vel dyabolū: & si sic: ergo esset concedendum: deus peccat/& deus est damnatus/que videnī multum absurda. & ista omnia currunt deposentia absoluta & non ordinata. Vnde ad hoc q; assumat aliquam naturam non requiritur q; sit in gratia ita q; nulla dispositō accidentalis requiritur vt assumat. ¶ Aliqui concedunt illa correlaria sed propter offentionem piarum aurium non conceditur q; posset assumere naturam peccantē actu: puta q; hec duo sint vera simul assumit hāc naturam: & hec natura peccat. Et cum dicitur q; non requiritur accidētalis dispositio ad hoc q; deus assumat naturam. predo q; nō requirit accidentalis dispositio ex parte nature. Sed dico q; requirit accidētal dispositiois priuatio. Ita q; nō est necessariū ex parte nature que assumitur q; habeat qualitatem positiuam sed ē necessarium q; habeat alicuius qualitatis priuationem. ideo ex parte nature de necessitate requiritur peccati priuatio quia videretur contra bonitatem dei q; assumeret sibi naturam peccātem sed hoc admisso q; possit assumere peccatum non sequitur ipsum esse peccatorem sicut ad ipsum assumere albedinem non sequitur ipsum esse album. ¶ An possit assumere actum qui est peccatum. Dico q; potest absolute assumere & nō erit volitio aut nolitio quia nō erit in subiecto immutabili vitaliter. Dico ergo q; non potest assumere actum peccati qui tempore assūptionis sit peccatū. resolutio ergo est q; deus sicut potest rationalē naturam ita potest indifferenter quascūq; naturas simpliciter assumere. Queritur si assumeret albedinē an illam assumeret in vnitatem suppositi. vel vtrum esset sibi simpliciter vnire albedinem. apparet q; non quia albedo in se non est suppositū. Dico q; terminare suppositū duo dicit. primo quod illud q; terminat sit suppositum. secundo q; illud quod assumi pōt i se derelictū sit suppositum: cum ergo albedo i se nō esset suppositum quia suppositum importat negationem ad informandum f alsum esset dice

An deus possit naturā peccātem assumere

An possit peccatum assumere.

re q; albedo vniretur suppositaliter secūde persone diuine/vel q; secunda persona supponitaret albedinem: sed capiendo large secus est. patet quid dicēdū secūdū hanc opinionem. Iam accedo ad declarandum secūdam opinionem quam multi tenuerūt. vt Henricus in quolibeto quinto. Pro quo notandum est q; vnio apud eos nihil aliud est q; quedam entitas accidētalis positiua inherens nature vnite/qua illa natura denominat corpus album/ita q; illa entitate destructa natura nō esset amplius assumpta. suppoitur vltra q; apud eos in christo ponitur triplex gratia. Est gratia persone singularis/est gratia capitis/& est gratia vnionis. grā singularis psone nichil aliud est q; habitus supernaturaliter infusus anime christi per quā anima christi dicitur deo grata & placens: scriptum est enim Mathei. iij. & hic est filius meus dilectus i quo bene michi cō placui. & nichil aliud est q; gratia gratū faciens animā p christi perficiens quam homo cristus secundum naturam assumptam excellenter & singulariter placuit deo & similem habemus q; tum ad speciem: sed maior multo intētione fuit christi gratia. gratia capitis est gratia per quam non solum si bi meruit sed tanquam caput ecclesie gratiā influit membris eiusdē corporis de qua ad ephe. j. ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus eius. Nam sicut in capite sunt omnes sensus ita in christo eminēter & meritorie sunt omnia merita nostra. Non immerito igitur i christo habitat ois plenitudo gratie sicut in capite omnis sensus ait augustinus. ¶ Paulus posuit eū caput super omnē ecclesiam. gratia igitur capitis est gratia per quam meruit efficaciam omnibus sacramentis quibus viuificamur quia per sacramenta nobis cōfertur gratia viuificans. Nam q; in sacramētis sit illa virtus viuificandi est ex institutione dei & q; deus in illis instituit talem virtutem est nō ex meritis nostris/sed capitis. ¶ Alia est gratia vnionis. Et est qualitas per quam dispo

qđ vnio hipostatica.

quid grā vnionis

nitur natura vt vniatur hypostatice suppositō diuino: & Alexander vocat eam dei assimilationem. Vnde quilibet existens i charitate aliqua vnione vnitur diuinitati: sed per talem vnionē equaliter vnitur cuilibet particulari persone & per talem non verificatur ista deus est homo. Ideo preter charitatē que est vnio illa requiritur alia maior & perfectior gratia que vocatur dei assimilatio/quia per illā efficit homo deus. ¶ Ex istis possunt trahi duo. Primum q; illa gratia vnionis vocatur dei assimilatio. Secundum illa est maior gratia q; gratum faciens vnde non est intelligendū q; natura humana efficiatur deus. Certum est si concederetur hoc est deus: & hoc non semper fuit deus: tunc concederetur ista. Aliquando hoc incepit esse deus/& sic daretur deus nouus sed efficit hanc veram homo est deus: quia vi talis vnionis assumens efficitur homo. Vltra dicit q; talis vnio vel talis gratia iteroēs est perfectior & maior & sic augustinus comparans istam gratiam ad alias dicit i rebus ex tēpore factis suprema gratia vel maxima est gratia vnionis siue incarnationis. & sic ista gratia vnionis est perfectior q; gratia singularis psone & q; gratia capitis. ¶ Diceret aliquis si ista essent separabilia puta illa vnio & beatitudo & daretur optio nature alterum illorum solum eligēdi an melius foret nature que assumitur q; esset solū vnita & non beatificata: vel q; esset beatificata: & non assumpta. quod illorum esset magis eligendum. Videtur q; deberet citius eligere q; esset vnita/quia gratia vnionis est maior gratia & perfectior/q; gratia gratum faciens. sed tamen ista non sunt separabilia secundum hāc opinionē. ¶ His suppositis sit prima conclusio. Persona in diuinis non potest immediate assumere naturam nō rationalem. patet: bene sequitur natura non rationalis non est capax gratie gratum facietis propter sui imperfectionē & perfectionem gratie gratum facientis: ergo non est capax gratie vnionis. ergo non est vnibilis. nec imediate assūptibilis a ver-

Primus correlarium.

Augustinus.

Dubium

Regula. bo ad vnitatem ſuppoſiti. patet cõſequentia. quandocũq; ſunt aliqua duo ſe habentia ſicut magis perfectum & minus perfectum: & datur tertium q̃ non eſt capax minus perfecti a fortiori non erit capax perfectioris: ſed gratia vnionis eſt multo perfectior q̃ gratia gratum faciens. ergo natura nõ rationalis que non eſt capax gratie gratum facientis propter ſui imperfectionem non erit capax gratie vnionis que eſt i termio perfectionis grẽ create. & per conſequens nec

Secũda cõcluſio. erit vnibilis. ¶ Secunda concluſio grã vnionis ẽ qualitas inherens anime chriſti ſecũdum eius portionem ſuperiorem & non ſecundum inferiorem. i. ſenſualem que ẽ nobis communis cum brutis: patet. bene ſeq̃ eodem modo ſicut in prima cõcluſione ipſa charitas propter perfectionem eius inheret anime ſecũdum partem ſuperiorẽ / ergo cum gratia vnionis ſit perfectior inherebit anime ſecundum partem ſuperiorem. nobiliori enĩ forme debetur ſubiectũ nobilius / añs patet qa caritas ſiue gratia gratũ faciẽs eſt in ſubiecto in quo poteſt habere operationem naturalem que eſt inclinare i bonũ eternum tanq̃ in finem vltimum quod ẽ ſolius portõnis ſuperioris anime / igitur.

Tertia cõcluſio: ¶ Tertia concluſio per gratiam inherentem ſoli anime totum compoſitum & quelibet pars compoſiti eſt ſecunde perſone vnita id eſt quelibet pars humane nature tam eſſentialis q̃ integralis & proprietas conſequens naturam per vnionem ſoli anime adherentem eſt a ſecunda perſona i diuinis aſſumpta. patet per damaſcenum totam hominis naturam & animam & carnem & harum proprietates ſiue accidentia aſſumpſit omnia inq̃ que in noſtra natura plantauit dei verbum aſſumpſit ſcilicet corpus & aiam intellectualem & horum ydeomata. Vltra fatendum eſt q̃ immediatum aſſumptum & proximum non eſt humanitas ſed anima chriſti quod eſt directe contra Scotũ Cum ipſa vnio inhereat immediate anime & mediate anima inheret toti cõpoſito ita q̃ totũ compoſitum eſt ſubiectum remotũ & non proximum / igitur. Et hec eſt reſolutio illius opinionis. ¶ Vltra dicit iſta opinio q̃ non poteſt eſſe natura humana vnita alicui niſi habeat gratiam ita q̃ gratia requiritur de neceſſitate ad vnionem: imo dicit q̃ requiritur actualis fruitio. Breuiter q̃uis iſta opinio videatur rationabilis apparet tñ mihi multũ difficilis ad ſuſtinẽdũ / & precipue ſecundũ iſtũ doctorẽ ſcilicet Gabrielẽ qui ponit vnionẽ eſſe qualitatẽ abſolutã. Nam q̃cunq; ſunt due entitates abſolute totaliter diſtincte adiuicem deus poteſt alterum illorum ꝓſeruare altero deſtructo apud omnes: ſed apud doc. gratia ſingularis perſone & gratia vnionis ſunt huiuſmodi ſcilicet ſunt qualitates abſolute oĩ no realiter diſtincte ſic q̃ vna non eſt pars alterius / ergo poteſt deus alterum iſtorum conſeruare altero deſtructo &c. Et vltra, ergo deus poterit conſeruare gratiam vnionis non conſeruando gratiam ſingularis perſone: quo facto erit concedẽdum q̃ illa natura ſit vnita q̃uis non ſit in gratia & ſimiliter q̃uis non fruat deo. ¶ Similiter eſt vnũ aliud quod ſequitur ex doctore q̃ totũ cõpoſitum non ſit immediate aſſumptũ / ſed ſola anima. hoc videtur ſatis periculoſũ immo aliqui dicunt oppoſitum vt Sco. & bene q̃ ipſa humanitas eſt immediatum aſſũptum: nam ipſa humanitas in ſe relicta eẽt ſuppoſitum & non anima: ergo eſt illd̃ qd̃ hypoſtatice aſſumitur in vnitatem ſuppoſiti & nõ ipſa anima. patet. illud eſt immediate aſſumptum cuius eſſe ſuppoſitale terminatur ad aliud id eſt ad ſecundam perſonã in diuinis quod in ſe relictum haberet eſſe ſuppoſitale / ſed propter dependentiam & vnionem nõ habet eſſe ſuppoſitale / ſed ſuum eſſe ſuppoſitale tranſit in aliud. melius ergo dicitur q̃ illud aggregatum eſt q̃ immediate aſſumitur & non ipſa anima ſola eſt imediate aſſumpta: & malem tenere primam opinionem q̃ ſecundam. ¶ Sed ſecundum ſecundam opinionem quid dicendũ eſt ad rationes prime: vna eſt: omẽs creature ſunt indifferenter in pura potentia obediẽtiali reſpectu dei ſiue rationales: ergo indifferenter poteſt deus eorum exiſtentiam & dependentiam terminare: vel ſic / nõ eſt impoſſibile apud deum omne verbum. i. nichil eſt deo impoſſibile q̃ non implicat cõtradictionem / ſed non eſt repugnantia ex pte dei quin poſſit terminare dependentiam lapidis / nec ex parte lapidis. igitur. Dico q̃ repugnat ex parte dei & lapidis q̃ deus terminet: quia ſicut repugnat lapidi vniri deo gratifice & beatifice ita repugnat lapidi vniri deo hypoſtatice / quia non eſt capax illius qualitatis per quam fit vnio hypoſtatica / nec gratie gratum facientis. & tota repugnantia eſt / quia talis vnio fit per aliquid ſuperadditum cuius nullum eſt ſubiectum preter animam rationalem. Ideo facile dat repugnantia quare non vniuntur ei irrationalia. ¶ Alia ratio apparentior de corpore in triduo. nam ſecunda perſona i triduo ſuſtentabat corpus. & tamen non erat anima nec informatiue nec̃ localiter quia aliter non fuiſſet mortuus: ergo vnio per quã ſuſtentabatur corpus non erat i anima: ſed in corpore. & hoc argumentum eſt apparẽtius. vnde nullus poteſt maiorem negare / ſed negant conſequentiam / immo dicit expreſſe Alexander: q̃ q̃uis anima non informaret corpus tamen adhuc diuinitas ſuſtẽtabat corpus mediante anima: nã in triduo forma non ſuſtentabat corpus & aia dat eĩ ſequia forma ſubſtãtialis dat eſſe animato cum ergo corpus Chriſti in triduo realiter eſſet corpus oportet q̃ ſit ab aliqua forma quia forma dat eſſe materie & quãuis non fuiſſet forma informans nichilominus poterat dare eẽ illud corpori / quod dabat qñ informabat. nam anima ex quo vnitur corpori relinquit in corpore diſpoſitionem que remanet i corpe ſeparata anima ab ipõ & illa diſpoſitio eſt ipſius anime ſicut effectus quidem / & propter hoc quicq̃d fit per illam diſpoſitionem vel mediãte illa fit mediante anima. Ideo dicunt conſequenter q̃ in triduo q̃uis non informaret anima corpus: nichilominus diuinitas / corpus mediante anima ſuſtentabat. ¶ Reſtat nunc aliqua dubia occurrẽtia ſoluere. primũ vtrũ natura humana aſſũpta ſit vnita verbo vna vnione aut pluribus. Ad hoc reſpondetur ſecũdum duas opiniones prius declaratas. nam ſecundum opinionem ſecũdã tenẽtẽ ſolam naturam gratificabilem eſſe ſuppoſitabilem a verbo & q̃ vnio eſt res abſoluta & non relatiua dicendum eſt: q̃ ſecundum vnam vnionem formalem dumtaxat q̃ in ẽ anime tantum ſubiectiue ratione cuius anima / prio & perſe vnitur verbo & corpus ſecundario. i. mediãte anima. Secundũ vero primam oportet dicere q̃ tot vnionibus q̃ ſunt partes vnite realiter diſtincte: ita q̃ alia vnione vnita eſt caro alia anima. nam ſicut deus poteſt ſuſtẽtare brachiũ ſolum non ſuſtentendo corpus totum: imo ſicut anima ſecundum multos incipit ifformare ſucceſſiue ita poterat deus i cipere ſuſtentare ſucceſſiue: eſt ergo alia ſuſtentatio vnius partis & aliarum partium. & ſic erũt tot vniones realiter diſtincte quot vnita realiter diſtincta. ¶ Aliud dubium logicum. vtrum poſſit aſſumere ſuppoſitum. Reſpõdeo ad hoc breuiter: conformiter ad Occã q̃ ſuppoſitum poteſt aſſumi a perſona i diuinis vt eſt diuiſa propoſitio modalis. patet: hoc poteſt aſſumi a natura diuia demõſtrãdo ſortem & hoc eſt ſuppoſitum. Igit. ſed iſta ẽ impoſſibilis. ſuppoſitum aſſumit a perſona in diuinis. Nam bene ſequit hoc aſſumitur / ergo non eſt ſuppoſitum / quia ſi aſſumitur ergo ab alio ſuſtentatur & ſi ab alio ſuſtentatur: ergo non eſt ſuppoſitum ergo iſta eſt impoſſibilis perſona i diuinis poteſt aſſumere ſuppoſitum / quia ſua de in eſſe eſt impoſſibilis. Tertio dubitatur. vtrũ eadem perſona in diuinis poſſit aſſumere ſimul plures naturas. Conueniunt omẽs q̃ ſic / q̃ idem ſuppoſitum in numero poteſt plures naturas imo omnes aſſumptibiles ſimul aſſumere / ratio iſtorum eſt. ille dependentie ſuppoſitales ad idem ſuppoſitũ terminate non repugnant magiſq̃ dependentie effectiue aut finales / ſed ſimul & ſemel

Primus dubium.

Secũdus dubi.

Tertium dubium:

Datia nomialiũ

efficaciter & finaliter dependent omes creatura a deo. & non videtur maior repugnãtia inter dependentias suppositales q̃ inter effectiuas aut fiales. ergo simul & semel potest idem suppositum dependentias suppositales terminare. certum est q̃ eadem causa potest esse causa totalis diuersorũ effectuũ deus enim simul & semel tanq̃ causa totalis plures effectus potest producere: imo agẽs creatum tãquam causa totalis creata simul potest plures effectus producere: vt ignis calorem & lucem simul & semel producit: ergo idem suppositum simul & semel põt dependentiã suppositalẽ plurium imo omnes dependentias omniũ creaturarũ assumptibilium terminare. Sed cõtra sequeretur contraria & disparata verificari de eodem supposito vt si secunda persona in diuinis assumat ethiopẽ/& hominẽ albũ: ista ẽ pcedẽda demõstrato isto supposito: hoc est albũ & eodẽ demõstrato hoc ẽ nigrũ: & supposito q̃ asinus sit assumptibilis tũc ista cõcedetur hoc est homo: hoc est asinus: & sic disparata & cõtraria de eodẽ verificarẽtur. Item si assumeret plures humanitates idem esset homo vnus & plures homines demõstrato eodem supposito. Item videtur possibile q̃ idem sit pater & filius suimet. patet sicut suppositum in diuinis potest assumere naturam sortis & platois/ potest assumere sortem postq̃ genuerit Platonem/ quo facto/ cõcedetur hoc suppositum est pater demonstrato supposito assumente. patet/ quia habet naturam ex qua genitum est aliquid quod est pater & eadem ratione hoc suppositum est filius. Et si ista sit concedenda hoc suppositum est pater non est pater nisi suimet: quia non est pater nature sustẽtate: quia nõ est pater nec mater: ergo oportet necessario cõcedere q̃ hoc suppositum sit pater suimet: & vltra: ergo generauit se & vltra: ergo idem ẽ causa & effectus/ & tũc idem ẽ prius & posterius seipso quo nihil videtur impossibilius secundum augustinum. Item non est difficultas quin suppositum diuinum possit sustentare mulierẽ & stante illa potest concipi fetus: & in instãti conceptionis sibi vniri quo facto pcederet q̃ hoc suppositum nascitur ex hoc supposito: & sic tota difficultas est in correlarijs sequentibus. nam potest simul sustẽtare diuersas naturas si assumat illas diuersas: an hoc suppositum sit vnicus homo vel plures. dico si assumeret plures naturas humanas esset vnicus homo/ implicat enim hoc suppositum esse plures homines/ quia tũc esset plures persone & plura suppositа/ & impossibile est q̃ suppositum diuinum sit plura suppositа: quia si esset duo suppositа & adhuc sunt duo/ in trinitate esset quaternitas. ideo implicat q̃ sint plures homines sed vnicus q̃uis sit qualificatus diuersis qualitatibus est tamen vnus/ quia terminus numeralis adiunctus importat significata materialia & nõ formalia. Ad aliud dico q̃ cõcederetur q̃ eẽt album & nigrum. quia oia predicata non importantia imperfectionẽ conueniunt supposito sustentanti. ¶ Similiter concederetur hoc suppositum ascẽdit & descendit/ & ita de alijs predicatis que videntur contraria: sed non est cõtrarietas esse album & nigrum secundum diuersas naturas. ¶ Queritur si tale suppositum posset assumere diuersas naturas contrario modo vnã passibilem/ & alteram impassibilẽ: an tunc concederetur hoc est mortuum & viuum quod videtur implicare/ & est q̃stio de priuatiue oppositis. Dicit scotus q̃uis idem ponatur in diuersis locis & quiescat ĩ vno & non in alio non est concedendum q̃ hoc quiescat. similiter si assumat duas naturas & moriatur vna & non alia an concederetur hoc ẽ mortuũ. Dico q̃ hoc stat ad nomen. si mortuum iportat simpliciter nõ viuere non est mortuum: sed si importat vẽ uere in vna natura & non plus in ista tunc esset mortuum. Ad aliud dico q̃ idem suppositum potest dici pater suimet secũdum diuersas naturas: sed non secundum eandẽ naturam. Et q̃ est prius seipso secundũ diuersas naturas sed nõ est simpliciter concedendum q̃ sit prius semetipso. & sic cõcor-

Vtrũ suppositum creatum possit sustẽtare aliud creatum.

dant omnes in hoc q̃ idem suppositũ põt sustentare simul diuersas naturas. Vltimo dubitatur. vtrum suppositum creatũ possit sustentare naturam creatam. vnde p hoc suppono primo q̃ suppositum increatum non potest sustentare aliud suppositum increatum/ filius non potest sustẽtare patrem in diuinis/ hoc implicat quia pater filius & spiritussanctus sunt eiusdem nature. & oportet q̃ sustentans sit alterius nature q̃ sustentatum quia vnio est diuersorum. Sed difficultas est/ an suppositũ creatũ possit sustẽtare naturã creatam. pro declaratione respondetur quod dupliciter intelligitur q̃d aliquis aliqd sustẽtet vno mõ q̃ sustẽtet terminatiue. i. q̃ terminet illam vnionem/ & aliomodo actiue. i. agendo illam vnionẽ: & sic pater & spũssanctus agunt illã vnionẽ sicut filius sed non sustentant terminatiue

Scotus Occham

hoc supposito ad dubium Dicunt Sco. & Occhã q̃ vnum suppositum creatum non potest sustentare aliud suppositum creatũ actiue. i. non possunt illam agere dependẽtiam. Secundo probabiliter dicunt q̃ põt sustentare terminatiue ita q̃ deus potest illam dependentiam subiectiue causare in illa natura & terminari ad vnum suppositũ creatum: sicut tota trinitas agit totam depẽdẽtiã humanitatis ad Christum & nõn terminat eam. Ita potest esse q̃ sortes sustentet naturam platonis: est tñ difficile adducere rationem efficacem sed non videtur aliqua contradictio. ergo non est negãdum de potẽtia dei q̃ hoc suppositum creatum termi-

Solutio.

net dependentiam alterius nature create. Dices anteq̃ aliquod suppositum possit terminare dependẽtiam alicuius & sit vltima tus terminus dependentie/ oportet q̃ sit oĩno ídependẽs/ sed non potest dari suppositum creatum omnino ídependens. igitur. dico q̃ non oportet q̃ sit independens in genere cause efficientis. Cõtra anteq̃ terminet dependentiam alterius/ oportet q̃ sit ĩfinite perfectionis. dicit Scotus in quolibetis suppositum diuinum. s. filius terminat dependentiam nature secundum proprietatem filialem qui secundum illam non ẽ formaliter infinitus q̃uis alij doct. eũ impugnent. Omne q̃d est in se supposituũ põt alterius nature adminus imperfectioris oĩmodam dependentiam terminare: sed necessarium ẽ q̃ deus agat illam & sic assumeret in vnitatem non actiue sed terminatiue: & sic homo erit asinus secundum illam sustentationem. Similiter si sortes albus sustẽtaret naturam nigram tũc album eẽt nigrũ: est vnũ album secũdum suppositum sustẽtans & nigrum secundum naturam sustentatam. & tenendo q̃ creatũ suppositũ posset sustentare naturam creatam non possunt inferri maiora inconuenientia q̃ tenẽdo q̃ idem suppositum potest sustẽtare duas naturas simul. & eadem inconuenientia que inferuntur ex solutione primi dubij inferuntur ex secundo.

¶ Distinctio secunda.

Visum est in prima distinctione de possibilitate incarnationis/ & quomodo tres persone possunt eandem naturã assumere & eadem persona plures naturas/ & an possint persone indifferenter omnes naturas vel solũ rationales assumere queritur consequenter Vtrũ verbum simul assumpsit naturã hũanam: & quamlibet illius partem immediate. vel an assumpsit ipsas partes vnam post aliam vel vnam mediate alia & non quãlibet immediate. & sic questio querit duo. primo. vtrũ assumpsit simul & semel quamlibet partem nature humane. i. animam & corpus/ brachium/ & caput &c. Secundo querit q̃is assumpserit quãlibet partem simul: vtrum assumpsit quãlibet eque immediate vel vnam immediate. i. animam & alteram mediate puta corpus. ¶ Pro solutione notandum q̃ in incarnatione considerãda sunt tria: primo formatio corporis: nã corpus fuit formatum ex diuersis partibus que ante non erant vnite: & in illa formatione corporis fuit organisatio quedã in par-

tibus vnitis que nō erat anteq̄ formaretur illud corpus qua organisatione completa fuit corpori anima infusa illud informans & postea totum aggregatum ex corpore/ & anima fuit assumptum. Ideo tria sunt cō siderenda. s. corporis formatio: secundo ip sius animatio: tertio ipsius corporis anima ti assumptio siue vnio. ¶ Circa primum. s. formationē corporis necesse fuit multa cō currere sicut circa formationem aliorū cor porum animatorum. Primo/ oportuit esse motum localem duplicem & motum alte rationis in materia. de motu locali duplici quia sicut dicitur regulariter fuit formatū il lud corpus de purissimis sanguinibus vir/ ginis marie/ & ille partes non erant simul i matrice quia fuit formatum in loco natura li sicut cetera corpora vt tenēt omnes. Ideo ante formationem corporis oportuit illas partes sanguinis deferri ad illum locum na turalem & non nisi per motum localem/ ergo formatōnem illius precessit motus lo calis. Et vltra illud corpus non fuit forma tum ex superfluo vt ex spermate sicut cete ra corpora/ sed ex purissimis sanguibus vir ginis quorū partes nō erant oēs simul con globate. ergo necessarium fuit deferri illas ad locū mediāte motu locali. ergo motus localis saltem natura precessit. Item secūdo oportuit esse alium motum localem. notū est q̄ corpus humanū post q̄ formatum est habet materiam depressiorē q̄ materia sāguinis/ vt materia corporis mei est depressior q̄ materia sāguinis mei/ ergo anteq̄ saltē natu ra formaret corpus humanū ex purissimis sanguibus oportuit ptes ꝓdensari & nunq̄ fit ꝓdēsatio sine motu locali quia condēsa tio est partium adinuicem maior approxi matio/ ergo necessarium fuit q̄ esset ille du plex motus localis. Item / oibus illis factis id est delatione partium sanguinis ad locū naturalem/ & condensatione sufficiente: o portuit adhuc diuersas partes diuersimo de organisari. Nam alia est organisatō ma nus/ alia pedis/ & organisatio fit per altera tionem etiam concomitante motu locali:

In formatione corporis Christi. fuit duplex motus localis.

sed tamen est ibi alteratio necessario requisita. ergo oportuit tertio reperire talē mo tum alterationis quibus completis fuit ne cessarium animam creari & informare cor pus. Et tertio illud aggregatū a verbo hy postatice vniri. tunc est difficultas vtrum il li motus. s. localis & alterationis fuerint si mul an successiue: & an simul cum illis mo tibus fuerit informatō anime ad corpus & simul tempore fuerit facta vnio vel postea. ¶ Dicunt aliqui q̄ omnia ista simul tempo re facta sunt (non dico simul natura) ratio istorum est anteq̄ consenserit virgo angelo denuncianti/ ecce concipies in vtero & pa ries filiū. Luce. j. nihil de ꝓdictis ad incarna tionem erat factum/ nec erat coagulata ma teria/ nec organisata/ nec condensata: sed q̄ cito consensit angelo: & consensum expli cuit verbis istis. Fiat michi secundum ver bum tuum: in instanti terminante prolati onem verborum fuit verbum incarnatum sicut in instanti terminante prolationē ver borum sacramentalium confertur effectus sacramenti. tunc sic arguitur in tali instantē fuit verbum incarnatum: sed ante illud in stans nō fuerat aliquid factum de predictis requisitis ad formationē corporis. ergo o portet dicere/ q̄ omnia illa simul instanta nee quo ad tēpus fuerūt facta / & oportet necessario fateri ex fide q̄ informatio: aiatio & incarnatio/ simul fuerūt tpe/ qa alias ali q̄ virgo fuisset mater hois q̄ non fuisset mater dei: quia illud aiatum fuisset homo & tamen nondum fuisset deus incarnatus ergo oportet necessario fateri q̄ nō fuit an te animatio q̄ incarnatio. Sed est maior dif ficultas de motibus ꝓrequisitis. dicūt enim doct. q̄ illi simul fuerunt cum animatione & sic consequenter oportet necessario fate ri q̄ fuit motus localis in instanti. quia ante instans terminationis prolationis verbo rum erat pars sanguinis: ex qua partialiter formatū est corpus que non erat in matrice tunc ante illud instans fuit in alio membro & in illo instanti fuit in matrice / ergo de ne cessitate mouebatur in instanti de illo mē

bro ad matricē/ ergo in instanti fuit motus localis. Itē cū fuerit in instanti condēsatio & ipa non fit sine motu locali/ ergo in instanti fuit motus localis. Similiter organisatio non fit sine motu locali & vt ꝓcedit illa fuit in instanti igit. Sed est maior difficultas cū in eodē instanti ille partes informabant for ma sanguinis: & in eodē fiebat aiatio ex aia rōnali & vnio hypostatica: ergo illa mate ria informabat simul & semel duabus formis substātialibus pro illo instanti/ scilicet forma sanguinis & aia rōnali. Itē si ita sit q̄ in tali instanti fiebāt ille mutatiōes locales: & cum hoc in tali instanti fiebat organisatio & assū ptio: ergo aliq̄ due partes pro eodē instanti erāt simul diuerse & vnite ad inuicē. Patet sic/ ex duabus ptibus sāguinis existentibus in diuersis partibus vt in manu & in corde & alijs fuit ꝓfectū corpus. tūc hec pars san guinis est in capite/ & hec in corde. ergo fūt diuise. & vltra in illo instanti sunt in matri ce/ ergo adinuicē vnite. Sequit ergo corre larie q̄ eedē partes adinuicē sunt vnite & ad inuicē sunt diuise. nam vt dictum est fiebāt motus localis quo deferebantur partes san guinis ad locū gnationis. i. ad matricē / an in illo instanti materie ille partiales eēnt i for mate forma sanguinis. dico q̄ non erāt sed semp añ illud instās fuerūt inforate illa for ma sanguinis. Sed in instanti illo terminā te plationē verborū exprimentiū ꝓsensū virgi nis ille ptes primo fuerūt inforate forma rō nali. Et q̄n dr vltra añ illud instās ptes erāt in diuersis mēbris distātibus corpis virgīs: & in eodē instanti sunt adhuc in illis ptibus: quia q̄n mobile mouet in instanti est simul i termino a quo & in termino ad quē & i to to medio: ergo ille ptes fūt simul diuise & se parate. Dico q̄ dupl̄ possumus ymagina ri de illo motu locali. vno mō q̄ in illo ista ti terminā te plationē verborū virginis ille partes sint subitanee delate nō existētibus i medio nec in termino a quo: & sic ꝓprie nō esset motus localis. & credo q̄ ita fuit. & sic nō sunt diuise: qa nō sunt in ptibus distāti bus i q̄bus erāt prio. Secūdo possumus ima ginari de motu locali instātaneo inuacuo/ ita q̄ simul instātanee in ptibus in toto me dio & in ipa matrice an sint tūc diuise. dico q̄ fūt diuise in illis locis. sed nō inferf. ergo nō fūt ꝓiūcte. Sed vltra pōt q̄ri/ & est difficile saluare q̄n vna ps sanguis fuerit adminus mota pro instanti diuersis motibus q̄ viden tur adinuicē repugnare: nā oportet fateri q̄ motu deorsū a loco supra deorsū ad matri cē: sed sic est q̄ p eodē instanti erat eiusdē par tis ꝓdēsatio simul & organisatio q̄ ꝓsuppo nit aliū motū dispatū imo forte motū sursū ergo videf q̄ p eodē instanti fuerūt motus contrarij & in eadē pte materie. Dico q̄ nō esset incōueniēs ꝓcedere miraculose: qa hoc totū miraculosū fuit. Sed q̄ñter q̄rit vtrū cō cederetur q̄ in illo instanti xps fuerit motus vel vtrū in tali instanti xps mouebat: apparet q̄ sic/ qa q̄libet pars sui corpis mouebat in illo Instanti: ergo xps. nam bñ seqtur hoc mo uef: ergo ꝓfuit. Dico q̄ p cōicationē ydeo matū nō est magnū incōueniēs/ & sic vides q̄ sunt ꝓcedēda q̄ñter in hac materia: q̄ vide licet oia simul in instanti fuerūt facta, & req rebaf duplex motus localis & ꝓdēsationis. & tertio organisatio. & in eodē instanti nō fuit ap̄lius forma sanguis subālis: sed aia rō nalis in eodē instanti inforauit: & in eodē ta li instanti fuit assūptio totius aggregati. & sic nō fuit successio. ¶ Sed a ꝓcio. Prius na tura fiebat delatio partiū q̄ ꝓdēsatio: & pri us natura ꝓdēsatio q̄ organisatio: & prius organisatio q̄ incarnatio: licet simul fiebāt in tpe & instātanee: vñ illud dr prius natu ra altero q̄n pōt eē sine altero & nō ecōtra/ q̄uis ergo iter ista nō fuerit ordo & succes sio tpis fuit tñ ordo nature. Cōcedendū er go est q̄ xps simul tpe q̄n fuit aiatū corpus assūptū aiam & corpus & quālibet partem corporis. & sic non fuit ibi successio tpalis: Vtrū aūt fuerit ordo sic q̄ vnū mediāte al tero assūpserit. tenēdo q̄ suppositū diuinū pōt indifferēter oēm creaturā assumere. di co q̄ Christus nō assumpsit vnam istarum mediante altera. Patet: quando cunq̄ sunt duo vnita adinuicē per tertium si illud ter tium separetur ab altero illorum vnitorū etiam fit separatio illorum que vniuntur

Si duo corpora vniãtur mediãte glutino a quocũq; sepaꝛ glutẽ fit sepatio a quocunq; illorũ. sed in triduo fuit sepatio aie a corpore & nõ fuit sepatio a diuinitate. ergo non fuit vnitũ corpus mediãte aĩa/licet ergo separetur aĩa a corpe nõ sepatur diuitas in triduo: ergo aĩa non est mediũ: licet aĩa bñ sit mediũ ꝓgruitatis .i. ꝓgruũ fuit ꝙ deus nõ vniret corpi nisi haberet aĩam rõnalẽ. Sed tenẽdo partẽ oppositam videlicet ꝙ deus nõ põt sustentare siue suppositare indifferenter quãlibet naturã sed solã rõnalẽ saltẽ immediate/oportet ꝓfiteri ꝙ scda pona in diuinis fuit vnita corpi mediãte aĩa/ & fuit opinio Hẽrici ꝙ nõ põt deus vniri immediate nisi nature rõnali: & sic fuit vnitus corpori solũ mediãte/ergo mediãte aliquo tertio: & non videt ꝙ sit illud nisi aĩa rõnalis/ergo fuit vnitum corpus mediãte aĩa. Sed altera opinio est ꝓbabilior. Et sic patet de ordine eorũ q̃ facta sunt in assumptiõe hũanitatis a verbo scilicet de delatione materie ad locũ naturalẽ de ꝓdensatiõe/ de organisatione/de aiatiõe & assumptione quõ se hñt q̃tum ad ordinẽ. & resolutio est ꝙ oĩa simul tpe facta sũt in instãti terminante plationẽ verborũ explicantiũ ꝓsensũ virginis licet illa habeant ordinẽ naturalẽ adinuicẽ. Visum est etiã qualiter assumptit quãlibet partẽ eq̃ primo & vltimo vise sũt ille due opi. &c. ¶ Circa ꝓdicta dubitaꝫ primo. Vtrũ assũpserit naturã singularẽ ꝓpria singularitate: dicit ꝙ sic/qa ois res mũdi est singularis ꝓpria singularitate nõ ponẽdo naturas cões. patet/accepta quacũq; re oibus distinctis ab ea sepatis adhuc remanet singularis: ergo q̃libet res mũdi est seipa & nõ alia re a seipsa distincta singularis. notissimũ enĩ est ꝙ xps nõ assumpsit suppositum ꝓpria suppositalitate/nã hũanitas assũpta nõ est suppositũ propter ꝓnotationẽ: quia sustẽtabatur: sed bene assumpsit naturã singularẽ. Nolo dicere ꝙ vnaquecq; res sit singularis per ꝓpriã differentiã indiuidualem & ꝙ sortes est singularis sua differẽtia in diuiduali. sed de hoc alias. ¶ Secũdo dubitaꝫ de causis ꝓgruitatis quare sit icarnatus christus. Non põt dari causa necessitatis incarnationis. i. necessitãs vt incarnaretur/qa sicut mortuus est qa voluit: ita incarnatus est quia voluit: & nõ est altera causa: sed a doctoribus ponũtur q̃dã ꝓgruẽtie exꝑte reparationis siue redẽptionis. Aliq; enĩ ex parte reparatiõis siue redẽptionis/alie vero exꝑte repabilis. Primo quidẽ ꝓgruũ fuit vt incarnaretur & manifestaret eius potẽtia/sapientia/& bonitas. vñ manifestat eius potentia inquantũ ꝓiunxit extrema/nã maxima potentia videtur esse ꝑ quã ꝓiũgũtur extrema & maxime distantia ad inuicẽ quẽadmodũ sunt creator & creatura. manifestat sapiẽtia in perfectionẽ totius vniuersi ꝑ ꝓiunctionẽ primi & vltimi. verbi scilicet q̃dẽst oĩm pricipiũ & hũane nature q̃ fuit vltima creatura rũ creationis tpe. Scdo ex parte repabilis cõ gruũ fuit vt homo qui ꝑ pctm̃ erat deiectus tanq̃ brutũ oculo corpali cognoscceret suũ creatorẽ. Vide latius illas ꝓgruẽtias in sancto Bonauẽ. qui illas declarat ad longum. ¶ Tertio dubitatur. vtrũ si Adã nõ peccasset nihilominus deus incarnatus fuisset/arguitur ꝙ sic per illud Ione. ij. ꝓpter me orta est illa tẽpestas. dicit glo. ꝙ diabolus ꝓuidit incarnationẽ Christi/& ex hoc inuidebat generi humano qd̃ videbat sup se exaltari/ ideo Christus poterat dicere ꝓpter me orta est hec tempestas. ergo cum ante casum de mon preuid̃erit incarnationem si non peccasset nihilominus fuisset icarnatus. In oppositum Mathei. xviij. veni querere quod ꝑierat. Pro isto dubio sũt aliq̃ opiniões. ꝑ pria opiniõe tenẽt Alexan. & Sco. ꝙ q̃is non peccasset Adã nihilominus xps fuisset incarnatus. ratio in qua Sco. fundat se tota liter est hec. semp ille qui intẽdit aliqd intẽdit prius finẽ q̃ media ad finẽ/& adhuc qd̃ est pximius supmo fini q̃ illud qd̃ est magis distãs ab illo fine. Quod enĩ est vltimũ in executione est priuũ in intẽtione: & mediũ ꝓpinquius fini est semp prius in intẽtione: ergo prius natura deus ordinauit ad bẽitudinẽ quod erat futurũ supme ꝓpinquũ fini: sed inter oẽs btõs xps est maxie ꝓpinquus fini: ergo prius natura ꝓuisus ẽ btificãdus q̃ ceteri btificãdi: sed ceteri btificãdi sũt prius ꝓuisi natura ad btitudinẽ q̃ ad gratiã/& prius ad gratiã q̃ sub priuatiõe hitus. i. q̃ sup peccato: ergo xps prius natura fuit preuisus ad btitudinẽ scdm̃ aĩam q̃ fuerit ꝓuisus Adam peccaturus. & ꝑ põs q̃uis nõ peccet Adam xps fuisset btificãdus scdm̃ humanitatẽ. vñ pro hoc est notandũ ꝙ quis sit vnica notitia qua deus se cognoscit & cetera creata: tñ illa notitia scdm̃ Sco. prius natura fertur in aliqua obiecta q̃ in reliqua prioritate nature & nõ tpis: qa alias deus nõ fuisset semper oiscies. prius enĩ seipm̃ cognouit tanq̃ summũ bonũ & est btũs sua notitia. Scdo non tpe sed natura cognouit oẽs suas creaturas Tertio aliq̃s ordiauit ad btitudinẽ & alias nõ ordiauit pactũ negatiuũ: habet enĩ actũ circa btitudinẽ negatiuũ circa aliq̃s creaturas. & quarto de ordiatis ad btitudinẽ ꝓuidet aliquos casuros: & ꝓnter ordinat de medio quo resurgẽt ad gratiã. & sic est talis ordo naturalis quo ferẽ deus in obiecta. Prio in se tanq̃ in sũmũ bonũ. Scdo in singulas creaturas absolute. Tertio i creaturas aliq̃s cõpatiue ad btitudinẽ alias vero nõ. & q̃rto cũ aliq̃s creaturas btificandas ꝓuideat casuras in illo tertio instãti nature ordinat de mediis q̃bus casuri resurgẽt &c. cũ ergo ꝓuideat prius xpm̃ scdm̃ hũanitatẽ saluandũ q̃ adã peccaturũ/casus ade nõ est cã q̃re fuit incarnatus. imo fnisset icarnatus q̃uis non cecidisset. Sed ista opinio assumit mĩta/ & videt ꝙ nõ sufficiẽter dicat. Dicit enĩ ꝙ deus prio videt se. scdo creaturas &c. tũc ergo prius natura ꝓuidet alias puulorũ decedẽtium post baptismũ btificandas btitudinẽ q̃ btificãtur & habituras gr̃am baptismalẽ q̃ preuideat Adã casurũ. Si sit ita ꝙ prius natura ꝓuideat & ꝓordinet ad btitudinẽ & ad tñ gradũ q̃ videat Adã casurum/tũc q̃ro si prius natura ꝓuideat has aias & ordinet ad hũc gradũ gratie ꝓcise: si sic ergo ꝓuidet eas hunc habituras ꝑ aliqd̃ mediũ/ & nõ videt nisi ꝑ passionẽ: ergo prius natura ꝓuidet illud mediũ ꝑ qd̃ sũt hiture q̃ videat adã casurum: ꝓns videt falsũ imo nõ assũpsisset naturã passibilẽ. Scdo apparẽtius qa forte dices ꝙ prius ordiat ad tantã gratiã ꝓcise: ergo prius natura ordiauit de medio per qd̃ ꝓsequẽret illũ finẽ. ꝓna nõ valet qa prius natura videmus finẽ q̃ disponam̃ de mediis. tũc arguit sic: prius natura deus ordiat istas aias ad tãtã gloriã & gr̃am ꝓcise q̃ ꝓuideat adã casurũ/ergo q̃uis nõ cecidisset adã habuisset illũ gradũ glie & gr̃e ꝓcise: qa prius natura scdm̃ eũ ꝓuidit xpm̃ btificãdũ q̃ adã casurũ: ergo q̃uis nõ peccasset adã xps btificandus erat: ergo tales aie fuisset btificande tanta btitudine. ꝓns est falsũ: qa si adã non peccasset singule erãt btificãde btitudie meritoꝑio qd excedit gr̃am sacrãlẽ. ió nõ sequitur apud Scotum prius natura preuideret eas ad btitudinẽ simplr̃ q̃ ꝓuideat adã casurũ & ad tm̃ gradũ/qa ꝓuidit aĩam xꝑi sũme btificandã: ergo prius natura ꝓuidit gradũ btitudinis q̃ adã casurũ. nã si ista ꝓna sit bona/prius natura ꝓuidit aĩam xꝑi btificandã q̃ adã sit casurus: ergo si non peccasset nihilominus aĩa xꝑi fuisset beata. Simiľr bñ sequitur prius natura ꝓuidit aĩam puuli tãta btitudie debere decorari. ergo si nõ peccasset nihilominus habuisset talẽ btitudinẽ. ꝓns est falsũ: ergo ista rõ nõ vr̃ vrgẽs. Dices prius natura vidit naturã hũanã sũme btificãdã q̃ adã peccaturũ: ergo ista aĩa fuisset btificata: sed dico ꝙ nõ fuisset vnita supposito xꝑi: sed ꝓiunctionẽ xꝑi ad hũanitatẽ posteriꝰ natura vidit q̃ Adam casurum. si aliquis sic dicat quomodo impugnabit Scotus.

Opinio Alexan. & Scoti.

Cõfutatio ꝓme opinionis

Quantũ ad hoc dubiũ videt mihi ꝙ vtraq; pars ꝓbabiliter defẽsari põt. Bona. dicit ꝙ vna est ꝓformis intellectui/altera apparentior ꝓpter sacras litteras. ideo secundũ primam opinionẽ ad rationes Pauli venit vt nos saluos faceret. dicunt ꝙ auctoritates q̃ sonãt ꝙ illius aduẽtus est causa redẽptiõis intelligũtur de aduẽtu in carnẽ passibilem q̃is ꝓcedatur ꝙ si Adã nõ peccasset fuisset Christus incarnatus nõ tñ assumpsisset na-

turam passibilē. ¶Alia opinio q̄ defensat cōius in quā magis inclinat Tho. & bona. q̄ si Adā nō peccasset Christus nō incarnatus fuisset. Et ad auctoritates in oppositū quas adducit Alexander de hallis q̄ pter eū orta est talis tempestas: & q̄ demon cognouit. hoc dato q̄ lucifer preuidit ante casum ipsius Ade dico q̄ stat q̄ preuiderit effectū & nō preuiderit causam sicut dicunt doc. Adā preuidit misterium icarnationis cū ait Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea Genesis secūdo. sed nō preuidit se casurū/ideo nō segtur demon p̄uidit Christū incarnandū. ergo preuidit causam eius. Item dicit Augu. q̄ sicut aīa beati q̄tū ad intellectū per visionē dei satiatur ita q̄tū ad sensū post resurrectionē satiabitur in visione humanitatis Christi. & dicit ipse Augustinus ad hoc incarnatus est Christus vt homo totus saluus fieret. Dico q̄ illa non est tota ratio quare est icarnatus: sed est vna ex causis: sed alijs nō positis, i. illo casu adē nō posito nō fuisset incarnatus. Item sicut homo genitus ē sine viro & muliere/& homo fuit genitus ex viro & muliere/ideo q̄tum ad ꝓplemētū vniuersi oportuit aliquē gnari qui genereī ex muliere sine viro. Dico q̄ ista ratio nō cogit quia deus nō necessitatur ad opa ad extra. Ad rōnem Scoti q̄ deus prius natura preuidit Christū beatificandū q̄ casum Ade. & q̄ prius natura videt finem intentū & illud qđ est p̄ximius fini q̄ remotoria. Dicit Occhā q̄ nullo modo est ponēda illa prioritas nature in diuinis/eq̄ cito ordiat predestinatū ad beatitudinē & reprobum ad dānationē. & sic nullo modo est ordo nature q̄tū ad ista/licet ita sit in veritate q̄ deus est p̄ductiuus effectum mediāte causa nō prius natura videt cām q̄ effectum/est ita q̄ deus est colaturus beatitudinē mediāte gratia tñ nō prius natura videt gratiā q̄ beatitudinē ergo negat q̄ in cognitione diuina sit prioritas nature sed in cognitiōibus nostris est prioritas nature & tpis: quia cognitiones nostre sunt accidentia nobis: sed in deo cognitio dei est ipse deus. Secundo hoc admisso ꝓbat tñ q̄ aīa fuisset beatificāda q̄uis Adā non peccasset: sed tñ non prius natura p̄uidit vnionē hypostaticā verbi ad humanitatē q̄ preuiderit hoiem casurū talis vnio fuit medium repationis. & sic argumentū nō probat q̄ quis nō peccasset Adā nihilominus fuisset Christus incarnatus. Queritur quarto quare distulit illā incarnationē. Dicit Bona. q̄ distulit repationē. primo ad pugnitionem criminis: & ita crimen fuit punitū p dilationem reparationis. Secūdo vt homo cognosceret grauitatē criminis: & cognita grauitate magis refugeret crimen. & tertio vt magis desideraretur redēptio: & post longam dilationē gratius acceptareī. ecce ꝓgruētie sed oīa ista sunt referenda ad vltimam causam: quia sic deus voluit.

¶Distinctio tertia.

IN PRECEDENTIbus distinctionibus actū est de psona carnem assumente & modo assumēdi. Hic aūt p̄sequēter agitur de qualitate nature assumpte. ideo q̄ritur primo de sanctificatione virginis/ vtrū virgo Maria mater Christi fuerit aliq̄n maculata peccato originali. Pro cuius declaratione notandū q̄ sctm̄ in ꝓposito capitur pro eo quod est a pcō purgatum: sed hoc dupliciter aliquid potest dici purgatum a peccato Vno mō q̄ aliquo tpe habuerit peccatū & nō sit āplius in pcō: & tūc dicit purgatū a pcō qđ infuit. alio mō dicit purgatū a peccato q̄ nec ineſt nec ifuit/sed ifuisset nisi specialiter poneretur obstaculum ne ineſſet. Et sic questio est vtrum fuit virgo sanctificata. i. vtrū specialiter a deo fuerit preseruata per speciale dei auxiliū qđ nō cōtraheret peccatū. Secūdo supponitur q̄ duplex ē cōceptio/quedā corporis/quedā aīe/corporis est seminū cōmixtio que p̄cedit tpe cōceptionem anime. ¶Circa hanc questionem an virgo aliq̄n fuerit in peccato originali/ & postea sanctificata. vel ante fuerit per speciale auxiliū preseruata ne illud cōtraheret fuit duplex modus dicēdi temporibus antiquis: sed nunc vnus est & alter phibitus per concilium basilience. Multi antiquorum vt Alex. Tho. & Bo. credūt ipsam fuisse cōceptā in originali. vnde originale est in sola anima rationali/nā in eodē est originale in quo est iusticia originalis. sed i sola aīa existit iusticia originalis. igitur. Cū ergo queritur an virgo ꝓtraxerit originale/nō queritur an in cōmixtione seminū fuerit originale. quia nōdū erat aīa: sed questio est vtrum organisatione facta in primo instāti in quo creata est anima & corpori organisato infusa an modo & lege cōi ꝓtraxerit originale. Dicūt q̄ sic in illo instāti/qa gnata fuit per propagationē & cōmixtionē seminū sicut nascūtur oēs/& ex fetiditate carnis fuit ꝓtracta labes peccati originalis. i. caruit iusticia originali quā tenebat habere. & fundant se in multis auctoritatibus & rōnibus/nā habetur ad Ro. tertio oēs in Adā peccauerūt & egēt gloria dei. ibi nulla fit exceptio. & loquitur de illis qui mō naturali descenderunt ex adā. ergo cū virgo ex illis fuerit cōtraxit originale ex primo parente. & nulla fit exceptio/ergo. Sāctus Tho. adducit duas rōnes. prima: nisi virgo ꝓtraxerit originale Christus non fuit vlis nature humane redemptor. Patet: bñ segtur/virgo Maria nō fuit in originali: ergo nō eguit redemptione a pcō/ergo nō fuit merito passiōis Christi liberata. & vltra: ergo Christus nō fuit vniuersalis redēptor. Secda ratio est ex his̄ que fuerūt in virgine. nā passa est penalitates & mortē q̄ sunt pene peccati originalis: ergo/alias si fuerit p̄seruata ab originali debuit p̄sequēter preseruari a penis p̄sequētibus originale aut cōcomitātibus. Ista est ergo prima opinio q̄ est ꝓdēnata in cōcilio basilienſi/sed qui illā defendebāt nō peccabant quia nondū erat determinatum de pte vera/ideo probleumatice poterāt deffensare quācunq̄ partē. Similiter sancti multi erranerūt in multis: qa nōdū erat oppositum decretū per ecclesiā: sed post determinatio

Alexan. Tho. Bonauē tura.

Quid sctum

Duplex cōceptio.

nem ecclesie deffensare oppositū esset hereticum: ꝓclusio ergo vera q̄ virgo nunq̄ fuit in originali peccato. vnde Sco. dicit q̄ possibile est q̄ fuerit in originali p instans cōceptionis, & q̄is hoc fuerit possibile de potentia absoluta nunq̄ tñ fuit/& precipua ratio eius talis. Decēs est q̄ p̄fectissimus redēptor habeat p̄fectissimū modum liberandi: sed Christus fuit p̄fectissimus liberator ergo debuit habere p̄fectissimū modum liberandi respectu alicuius redēpti/& nō videtur respectu cuius nisi virginis: & redimere isto modo est impedire ne aliquis efficiatur filius ire/vel ne aliqs incidat in odiū illius in cuius odiū alias incideret/hoc est/facere ne ꝓtrahat culpā ratione cuius creatura habeatur odio/est perfectior modus liberādi q̄ facere q̄ priusq̄ incurrerit culpā remittat illa: ergo Christus respectu virginis debuit habere istum modū redimēdi: sicut dictum est/ sāctificare aliq̄n tñ valet sicut impedire ne ꝓtrahatur culpa q̄ alias ꝓtraheretur. aliq̄ tñ valet sicut a culpa ꝓtracta liberari. & sanctificari primo mō perfectius est q̄ secdo modo. nā multo p̄fectius nō cōtraxisse culpā q̄ post ꝓtractā liberari ab illa: ergo si xps habuit p̄fectissimū modū sanctificādi respectu creature habuit illū respectu virgis gloriose scilicet cauere ne illa caderet in culpā. ergo oportet fateri q̄ nunq̄ ꝓtraxit originale. & ista est ratio suasiua. Alie sunt rōnes q̄ sunt ex Aug. Oēs aūt auctoritates scripture & sanctorū q̄ dicūt oēs cecidisse in originale intelligūtur nisi fuerint sp̄aliter p̄seruati vel ipediti/& oēs sonātes q̄ nulla fuit exceptio sunt intelligēde q̄tū ex se/& secluso impedimēto extrinseco. ¶Resolutio/ipsa virgo fuit p̄seruata a pcō originali. & nisi sp̄aliter p̄seruata ꝓtraxisset originale peccatum/qđ nihil aliud est q̄ carētia iusticie originalis debite in eē q̄tum ad formale saltē. Occhā vero tenet oppositū/illa carētia & in se & in equalēti vocat originale & p̄seruatur ab illa p infusionem iusticie originalis aut illius equiualentis scilicet caritatis/ ita est p̄seruata virgo gloriosa. deus simul

cum infusione anime ifundit caritatē/& sic habuit iusticiā originalē adminus in equivalenti/& sic preseruata fuit ne contraheret originale. Vnde dicit Scotus nisi preseruata fuisset prius naturaliter fuisset virgo sub originali q̄ sub gratia/quia in se derelicta sine auxilio extrinseco fuisset in originali.

Ad aliam rationem partis aduerse nisi virgo concepta fuisset in originali non fuisset Christus vniuersalis redemptor. nego imo perfectius fuit redemptor virginis isto modo scilicet preseruādo ea a peccato q̄ ab ipso eam releuādo. Patet igitur q̄ nū̄q̄ fuit in originali/& si preseruata ab originali etiā preseruata fuit ab actuali/qđ est magis fugiendū q̄ originale saltē mortale.

¶Questio secunda.

QVeritur secūdo/ an sicut peccati fomes fuit virgini ablatus/ ita etiam nec Christus ē in lūbis abrahe decimatus. Circa primum oportet supponere quid sit fomes. Secundo q̄ duplex fuit sanctificatio virginis. Et difficultas est inter doctores de fomite in quo sit subiectiue. Vnde nihil aliud est fomes: nisi illud qđ inclinat nos ad delectandum vel tristandū/cōtra dictamen recte rationis/& vocatur a Paulo lex, vt vidi aliā legem repugnantē legi mētis mee: circa qđ aliqui voluerūt dicere: q̄ non est qualitas: sed est ipsa aīa/que delectatur in rebus conueniētibus & tristatur in disconueniētibus. & sic attrahit ipsam aiam rationalē ad ei assentiendū/ista tamē nō est cōis quis sit Io. de Gerſono, sed apud doc. cōiter fomes vocatur qualitas: sed vtrū sit subiectiue in anima vel in corpore/ sicut enim iusticia originalis erat quedam qualitas que regulariter ipediebat illos motus naturales: ita fomes est quedā qualitas que facit vltra q̄ rectum sit delectari vel tristari. Questio est in quo sit subiectiue/& de hoc Occhā & Holcot ptrariātur/ Occham dicit q̄ est subiectiue in corpore & apparēter: qa Paulus dicit vīdeo aliā legē &c. Ista qualitas repugnat dictamini recto & inclinat voluntatem ad delectandū seu tristandum: & hoc propter vnionem inter appetitū rationalem & sensualem. Holcot dicit cōtrarium q̄ est qualitas fundata in anima, ratio nō est ponenda habitus nisi in illa potentia in qua ponuntur actus qui inclināt ad tales habitus: sed delectatio dolor & tristicia sunt passiones in anima existentes. igitur & ipsa qualitas que est fomes est in anima. Item secūdū Augustī. ista qualitas est effectus peccati originalis, sed originale est in ania. igitur. Item ista qualitas & iusticia originalis opponūtur cōtrarie: sed cōtrariorū est idē subiectū: quia hñt fieri circa idē. ergo tales qualitas ē in aia & nō in corpore. Quelibet istarū opinionū habet apparentiā & faciliter pōt defensari. ad rōnes in oppositū vtriusq̄ tenēdo secundā: ad auctoritatē Pauli dicit q̄ vocauit eā legē membrorū: ideo qa qualitas q̄ est in aia causatur ab aliqua dispositiōe corporis: qa per decisionē seminalē & pmixtionē ideo dicit lex mēbrorū. ¶Scdo notādū duplex est sanctificatio corporis, quedā est in cōceptione q̄ vocat passiua/alia actiua q̄ fuit facta in pceptiōe Christi: qa tūc tantā recepit pfectionē quantā poterat recipe/alias mētitus fuisset angelus dicēdo aue grā plena. Vñ cū q̄ritur vtrū fuerit fomes extinctus in virgine. dupl̄r intelligit vel /q̄tū ad eius substantiā vel q̄tū ad accidēs. Iste due q̄litates fomes peccati & caritas nō repugnāt ad inuicē q̄tū ad substantiā: sed p suos effectus qa caritas inclinat ad illa q̄ sunt vtilia aie: & fomes ad illa q̄ sunt inutilia aie. Nā fomes trahit ad actus carnales: & caritas ad actus spūales. hinc est q̄ tenet Occhā q̄ qñ qs facit aliq̄d bonū opus fomes remittit q̄tū ad suas opationes & nō q̄tū ad substantiā: qa nō tantū inclinat sicut ante. Difficultas est an fuerit totaliter extinctus ipse fomes in virgine maria. Aliqui dicūt q̄ in prima concptione virginis nō fuit ablatus quātum ad substantiam nō quantū ad totalem inclinationē/quia adhuc iclinabat ad peccatū venial: sed in secūda conceptione fuit totaliter ablatus quantū ad suas opationes. Alia opinio dicit q̄ totaliter fuit ablatus in prima cōceptione q̄tum ad inclinationem ita q̄ non fuit inclinata ad peccatum post primam conceptionē. ¶De secūdo/ an Christus fuit decimatus in lūbis Abrahe/oportet supponere q̄ Abrahā obtulit decimas Melchisedec sacerdoti sibi benedicenti Genesis. xiiij. Secūdo supponitur q̄ quilibet qui descendit ab aliquo fuit in lumbis eius vt fui in lumbis patris mei/quia fuit causa immediata: sed Adā & Abraham & alij patres fuerūt causa mediata virginis: ergo & Christi. ergo Christus fuit in lumbis ade & abrahe. Patet/quia Abrahā fuit causa christi. Secūdo dicitur q̄ aliter fuit Christus in lumbis Abrahe q̄ Leui/qa Leui fuit in lumbis Abrahe per effusionem seminis/nō tñ Christus quia fuit ꝓceptus de spūsancto. ille etiā dicitur decimatus in lumbis Abrahe qui descendit ex semine eius vel qui fuit figuratus per decimas quas Abrahā obtulit Melchisedec & Christus non fuit decimatus in lumbis abrahe vllo istorū modorū/ sed virgo Maria bene fuit decimata i lūbis eius/& omnes alij qui descenderūt ab ipso Vtrū virgo maria potuit peccare/dico q̄ fuit impeccabilis per gratiā: sed nō p naturā sicut nec Christus: nā nō pt stare tāta gratia in homine q̄ necessitet voluntatē q̄ nō possit elicere actū peccati. & sic nō capitur gratia pro habitu infuso: sed pro gratia gratisdata: qua deus dicitur ipedire volūtatem de quocūq; actu vt eliciat illū/& pōt volūtatem necessitare non aūt cogere/nam virgo erat obligata diligere deū & pro tēpore quo tenebatur diligere deū poterat elicere actū ptrariū/qa poterat nō elicere: & non erat soluta legibus diuinis: quia tenebatur diligere sicut & nos. tñ ista est distinguēda virgo pro tempore quo tenebatur diligere poterat non diligere. vel de potentia ordinata nagatur. vel absoluta ꝓceditur. poterat enī deus illi auferre illā gratiā que assistebat illi vt non peccaret/& poterat impedire suas operationes nō secū ꝓcurrendo. & sic resolutorie virgo Maria erat impeccabilis per gratiā non gratū facientem que est habitus infusus: quia talis habitus non necessitat voluntatē per suā assistentiam ad agendū: quia tunc voluntas semper esset in actu: sed erat impeccabilis per gratiā gratis datam: id est per speciale dei auxilium/quo necessitabatur voluntas ad oia opera que erant precepta/& ipediebat ne faceret opera prohibita/& cum tali gratia assistente sine auxilio speciali stat libertas cōtradictionis ad merendū & demerendum: quia tempore quo agebat opus precepti poterat nō agere: & sic stabat meritum. Patet etiā quo modo virgo Maria fuit vere filia ade descendens ab adam & abrahā per verā propagationē seminis. ideo q̄tum ad modū ꝓpagationis ꝓtraxisset peccatū originale nisi preseruata fuisset. Christus autē non sic descendit ab adam p propagationē seminis/ideo non fuit filius naturalis ade/ ideo nec debēbat iusticie originalis vt dicit Sco, in secūda questione huius distinctionis.

¶Distinctio quarta.

QVeritur vtrū beatissima virgo Maria fuerit vere mater dei & hois. & ista questio tractat ad remouendū hereſim q̄ erat tpe ariani/ꝓcedebāt enim q̄ Maria erat virgo & genitrix: sed negabant q̄ esset genitrix dei. Pro elucidatione q̄stionis supponēda sunt ea q̄ dicta sunt in secūda q̄stione. s. de ꝓceptione/ de delatiōe materie ad locū ꝓceptionis/de ꝓdensatiōe/de organisatiōe/de aiatione/q̄ oia fuerūt facta in instanti. q̄bus suppositis inquirendū est qđ reqritur in muliere ad eē matrē. & quare aliqua mulier realiter dicit mater alicuius pueri. Difficultas est nō moderna/sed antiqua inter Auicēnā & Arist. quā habitudinē. s. habet mater in ordie ad puerū/& an habeat actiuitatē in productione plis. hoc supposito queritur vtrū sit ꝓcedēda q̄ virgo fuerit mater Christi. De hoc est

Holcot ꝙ Okam

Duplex corpis sanctificatio

Occham

duplex modus dicendi. vnus q̄ in cōmuni generatiōe filij mater se habet solum pure passiue/& non actiue/ita q̄ ministrat dūtaxat materiam & nō agit nec ad animationē nec quātum ad qualitates dispositiuas. Vnde certum est q̄ ad productionem cōmunē hominis necessario requiritur commixtio seminum viri & mulieris: sed in semine viri est tota virtus per quam natura condensatur/& condensata organisatur: & cōsequēter de alijs prerequisitis ad animationem. & semen mulieris nihil potentie actiue habet ad illam licet vtrūq; semen concurrat vt materia: tamen tota virtus actiua est in semine viri ad introducendum vlteriora. Dices ergo mulier non dicitur mater propter actuitatem ad filium producendum: sed solū dicitur mater propter administrationē materie/que necessario requritur in productione pueri. & hec opinio videtur Aristotelis xv. animalium. cōparat enim virtutē viri arti/& mulieris materie siue ligno: quādo enim ex ligno fit scanum: lignum se habet vt materia/ars vero vt forma actiua: similiter semē mulieris comparatur materie. hec opinio corroboratur tali ratiōe: quia si virgo egisset ad organisationē & productionem corporis assumpti a deo/non egisset nisi secūdum virtutem seminalē/ergo Christus descendisset ex Adam secūdum virtutē seminalem: cuius oppositum fatentur oēs doctores. ¶ Altera est opinio communior & quam ferme tenent omnes doctores. pro qua supponendū est q̄ anteq̄ producatur homo naturaliter & de necessitate requiritur seminum p̄mixtio: secūdo organisatio materie. & tertio apud doctores/precipue apud Occham requiritur aliquarū formarum substātialium scilicet corporearum & extensiuarum productio/& precipue apud ponentes animam sensitiuā distinguī a rationali. Et vltimo requiritur anime ratiōalis a deo create corpori infusio. antequā producaf̄ hō oportet prio q̄ sit materia & illa est seminum. Secūdo oportet necessario q̄ talis materia alteretur/quia non est sufficiēter dispositа ad recipiendā vltimatam formam: id est animam rationalē/ex qua quidam dispositione consurgit talis organisatio/& figura. Et tertio est eductio de potētia materie/& tenendo q̄ in homine sunt due anime. inquirēdum est quomodo mulier dicitur mater pueri: vel propter primū solum/quia ministrat materiam. vel propter secundum solum/quia actiue concurrit ad organisationem preuiam. vel propter tertium/quia actiue concurrit ad illarum formarum prerequisitarum introductionem. vel propter quartum/quia concurrit ad anime rationalis productionem/& corpori infusionem. Et dicūt isti doctores cōsequenter q̄ non sufficit q̄ ministret materiam. quia si hoc sufficeret/tunc Adā potuisset dici mater Eue/& limus terre de quo Adā formatus fuit/potuisset dici mater Ade. Patet/Adam ministrauit materiā de qua formata est Eua: & limus materiam de qua formatus est Adam. Sed Adam nō dicitur pater nec mater Eue/nec limus ade. Ideo ministrare materiā non sufficit ad esse matrem alicuius. Item lignum putridum ministrat materiam vnde producūtur vermes & tamen &c. ergo quid requiritur vltra? Dicunt isti q̄ mater cōcurrit actiue quēadmodum & pater ad dispositionem qualitatiuam requisitam i materia vt efficiatur sufficienter dispositа ad suscipiendam animam rationalem/hoc est ad omnes qualitatiuas dispositiones/& formarum introductiones prerequisitas ad informationē vltīme forme. Vñ pater nō pōt ꝓcurrere immediate ad illas qualitatiuas dispositiones. s. ad organisationē &c. quia stat q̄ moriatur ḡcito decisum est semē. & illud semen non ita cito agit: nec alteratur. ergo vir nō ꝓcurrit immediate ad illas dispositiōes p̄uias. Sed si ꝓcurrat hoc est tm̄mō mediate relinquendo in semine aliquā qualitatiuā dispositionē que ē actiue organisatiua materie illius corporis. Queritur ergo de matre. Vtrum mater relinquat in suo semine aliquā talem qualitatiuā dispositionē. vel vtrū ꝓcurrat immediate ad illā & secūdo vtrū mater cōcurrat actiue mediate ad formā substātialē pducendā in illo corpore anteq̄ pducatur anima rationalis. quantum ad primum dico q̄ sic/videlicet q̄ mater relinquit in suo semine qualitatiuam dispositionem/que ē naturaliter actiua q̄admodum qualitas q̄ ē in semie viri. Pater dupliciter: ista qualitas que relinquitur in semine viri/est effectiue non a corpore viri: sed ab anima rationali quia semper forma substantialis est principium actiuum cuiuscunq; alterationis: tūc arguitur sic: forme eiusdem speciei specialissime habent eosdem effectus in specie producere: sed forme substantiales tam viri q̄ mulieris sunt eiusdem speciei specialissime ergo nate sunt producere similes effectus i specie: sed forma substantialis viri pducit illam virtutem organisatiuam/que est in semine viri: ergo forma substantialis mulieris est nata producere similem virtutem i semine mulieris. Item secundum philosophos naturalis generatio est actus virtutis vegetatiue/& non est actus potentie sensitiue: nec actus potentie rationalis inquātū talis: sed q̄admodum nutrire est actus potētie vegetatiue: ita & generare sibi simile: sed i viro & muliere est eadem potentia vegetatiua/ergo ille potentie sunt nate producere consimiles effectus: ergo si vegetatiua viri in semine eius producit talē qualitatiuā dispositionem/ita etiam producet in semine mulieris. ¶ Habemus ergo q̄ sicut derelinquitur per potentiam vegetatiuam viri i semine eius quedā qualitas actiua/ex qua alteratur semen/condēsatur/& organisatur: ita in semine mulieris relinquitur virtus actiua actiue concurrens ad organisationem condensationem &c. ¶ Dubitatur secūdo de forma illa que nō producitur a deo: sed educitur de potentia materie: & precedit tēpore/vel natura productionem anime rationalis: an corrumpatur aduenīente anima rationali. Et vtrum mater concurrat actiue immediate ad productionem illarum formarum prerequisitarum anteq̄ vltima introducatur: id est que producuntur in corpore anteq̄ infundatur anima ratiōalis. Occā dicit q̄ sensitiua manet cum rationali/& distinguitur in homine: breuiter hoc tenēdo conformiter ad dicta Scoti i quarto dicēdū est q̄ forma sustentialis mulieris actiue & immediate cōcurrit ad productionem forme substantialis sensitiue pueri: & non forma substantialis viri: & sic mulier magis cōcurrit ad pductionem fetus q̄ vir: & ē etiā opinio Scoti & multorum: q̄ nunq̄ forma accidentalis potest attingere immediate productionem forme substantialis: quia imperfectum non potest attingere immediate productionem perfectioris tanq̄ causa totalis. Tunc arguitur sic. cum in tali materia producatur aliqua forma que educitur de potentia materie/& non producitur a deo vltra qualitatiuam dispositionem que est in materia aliqua forma substantialis immediate cōcurrit ad productionem illius forme substantialis. sed sic est q̄ forma substantialis viri non immediate producit illam que de nouo producitur: & non est alia que producat/nisi forma substantialis mulieris: nā producitur naturaliter in materia semis forma substantialis que non creatur a deo/ergo cum qualitas accidentalis non sit causa totalis illius forme que producitur/& educitur de potentia materie: oportet q̄ ad eā producendam concurrat aliqua forma substantialis: sed non forma substantialis viri concurrit immediate: quia q̄is vir esset mortuus vel distaret mille leucis eque bene produceretur talis forma substātialis. ergo solum & immediate a forma substātialis mulieris producitur. Item talis forma precedēs vltimam formam/scilicet animam rationalem/nō producitur immediate a forma substatiali/que est in ipso semine producta/ qa tunc forma substantialis seminis concurreret immediate ad suam corruptionem. Nā productio forme sequētis est corruptio forme precedentis. & non potest dari alia forma substantialis nisi mulieris: ergo tenendo hanc opinionem oportet q̄ produca-

Prima opi. de operatione feminis parētum

Alia opinio Sco.

Bona apparentia.

Dubiū secundum.

Occam.

Opinio scoti in quarto.

An mulier pducat formā substātialē in materia.

Scotus. Dubium tertium.

tur a forma substantiali mulieris. Ideo dicit Scotus q̄ mulier plus agit ad productionē fetus q̄ vir. Q̄tum ad vltimum scilicet introductionem anime rationalis. An mater concurrat ad anime rationalis introductionem: & vtrum concurrat immediate ad organisationem. Quantum ad primum scilicet ad introductionem forme siue anime rationalis dico/ q̄ nec virtus viri/ nec mulieris immediate concurrit ad illam: quia a solo deo creatur: sed vir & mulier solum se habent vt dispositiones preuie/ & propter istā causam mulier dicitur mater fetus & immediate concurrit ad illam virtutem actiuam siue qualitatem que est in semine ab ipsa decisso. Sed quo ad organisationem dico secū dum Scotum quod mater immediate con-

Mater cōcurrit i mediate ad orgā nisationē

currit ad organisationem/ quia q̄uis semen sit decisum ab vtroq̄ in loco naturali generationis/ si poneretur in altero loco/ nullo modo organisaretur corpus: ergo requiritur alius concursus q̄ concursus seminis/ & ponendo alias formas substantiales prerequisitas necessario ante productionem anime rationalis/ mulier ad illas immediate cōcurrit secundum suam formam substātialē. Sed vtrum ille anime distinguentur: videtur q̄ nō/ quia tunc in christo in triduo aliquid fuisset corruptum quod fuerat assumptum scilicet forma substantialis sensitiua. Nā in triduo corpus christi nō fuit animatum & ideo anima sēsitiua fuisset corrupta tamen de hoc nihil ad ꝓsens. his suppositis Cum queritur vtrum sit concedendū q̄ virgo erat mater dei. sit prima ꝓpositio. Maria virgo erat mater dei. patet illa est de fide. Nam Luce primo scribitur quod ex te nascetur sanctum/ vocabitur filius dei. tūc arguitur sic/ omne natum ex virgine quod est suppositū est filius virginis/ sed sic est ex illo passu q̄ filius dei qui est deus est suppositū natū ex virgine: ergo filius dei est filius virginis. Itē Mathei secundo scribitur. Surge & accipe puerū & matrē eius. ergo pie credendū est q̄ virgo maria fuit mater dei. Secūda ꝓpositio. Ratio maternitatis prius

Maria ꝓpositio.

Scda ꝓpositio.

& perfectus in ordine ad christū conueniebat virgini q̄ cuicūq̄ alteri mulieri respectu filij eius nati ex ea. patet/ de ratiōe maternitatis multa sunt. Primū est ministrare materiā. Scdm illa materia de relinq̄re q̄litatē actiuā que est illius materie naturaliter condē satiua/ & organisatiua. Illa requiruntur de necessitate ad esse matrē: sed virgo pfectius ministrauit materiā in ordine ad conceptionem filij eius/ q̄ ministrauerit quecūq̄ altera mater in ordine ad filiū suū: quia totā materiā ministrauit. ergo virgo perfectius habet in se rationē maternitatis in ordine ad filiū suū q̄ habeant cetere matres. Vnde supponendū est vt producatur fetus non sufficit illa virtus actiua qualitatiua que derelinquitur a matre in semine: sed requiritur vtraq̄ scilicet viri & mulieris: aliter mulier sola & ex se concipere posset. Sed quando cūq̄ sunt duo concurrentia ad vnū tertium effectū/ deus potest totā causalitatē vnius supplere/ non supplendo totā causalitatē alterius. Ideo spiritussanctus qui descendit ex promisso Gabrielis in virginem supplebat totā causalitatē que requirebatur ex parte viri: & mater totā materiā ministrabat/ & in materia ministrata produxit illā qualitatiuā dispositionē actiue naturaliter condensatiuā. Cū ergo ministrauit totā materiā: & cetere matres partialē tantū: & virgo in materia corporis christi produxit illam qualitatiuā dispositionē actiue: sequitur q̄ in ipsa virgine pfectiori modo est ratio maternitatis in ordine ad christū: q̄ in quibus cūq̄ alijs in ordine ad fetus earū. Tertia ꝓpositio. Virgo maria est mater dei miraculosa/ & cū hoc naturalis: hoc est dicere ad productionē corporis christi virgo concurrebat aliquomodo naturali/ & aliquomodo supernaturali. patet. Erat aliquod miraculū presuppositū vt virgo conciperet/ ergo cōcurrebat aliquomodo supernaturaliter. patet ante cedens. supplementū cālitatis requisite ex parte viri erat miraculosū/ quia a spiritusancto: ergo erat miraculū prerequisitū. Vnde si sortes cecus naturaliter efficiat

In quo consistat rō maternitatis.

Maxima

Tertia ꝓpositio

videns miraculose/ obiectū presentatū vidēt aliquomodo supernaturali siue miraculose. Nā quod naturaliter/ patet. quia post illud miraculū talis actus videndi producitur naturaliter. Eodēmodo in virgine vt ipsa cōcurrebat ad formationē corporis christi/ erat miraculū presuppositū/ scilicet supplementū actiuitatis viri: sed tali supplemēto presuppositō ex parte eius naturaliter concurrebat: sicut cucurrisset cum viro: ergo quodammodo naturali propter cōcursum naturalem: & quodāmodo miraculose propter supplementū actiuitatis viri. sed tota difficultas est cum tale corpus fuerit in istāti organisatum etiam cum resistētia ad

Arguit.

locum naturalem. Nam nō fuit delata materia ad locum naturalem per vacuum/ sed per plenum: sed agens naturale non potest actiue concurrere ad effectum in instanti q̄n est resistentia. igitur bene concedūt doc. q̄ saltē pōt concurrere in instanti sine resistētia: vt de corpore lumnioso: & de descensu

Solutio.

corpis grauis positi in vacuo si foret i istāti descēderet. Dico q̄ agens naturale pōt etiā quando est resistentia agere in instanti/ cū adiutorio infinito: & tunc totale agens cōcurrit infinite. vnde si deus cum lapide infinite concurreret ad motum: infinite moueretur. Eodem modo quia virgo erat adiuta adiutorio infinito/ scilicet spūssancti: q̄uis virgo ex parte eius finite cōcurreret/ tamē totus concursus ex virgine & spiritusancto erat infinitus: ergo in instanti producebat effectus etiam cum resistentia. Ideo quādo dicitur non potest agens naturale cum quacumq̄ resistentia in instanti agere/ verum ē si non habeat adiutorium infinitum: sed cū adiutorio infinito non est incōueniens agens finitum effectum in instāti partialiter producere. Ex dictis satis patet quomodo se habet mater in ordine ad prolem. vtrum

Dubium

actiue solum vel passiue solum vel solū ministratiue. ¶ Consequenter mouentur aliq̄ dubia. vtrum ista sit concedenda sine specificatione/ Maria est mater dei/ quia dictum est/ q̄ est concedēda Maria est mater dei secundum humanitatem. vtrum etiā sine additione sit concedēda ista/ Maria est mater dei. ¶ Arguitur q̄ non: quia Maria non ē causa dei/ cum deus non habeat causam/ & mater de sua ratione importat causalitatē: & per consequēs non est causa dei: ergo nō est mater dei. Quod non sit causa dei patet: est effectus dei in genere cause efficientis. ergo non est causa dei/ consequentia tenet. effectus & causa in eodem genere cause non conueniunt eidem. Preterea supponendū q̄ differentia est inter generationem & alterationem ex philosophia naturali. Nā gnatio iportat acquisitionem noui esse essentialis rei que generatur. Nam res non dicitur generari nisi quia acquirit nouum esse essentiale: vt esse hominem: esse lapidē: esse ignē ista sunt essentialia. Sed alteratio solum importat acquisitionem noui esse accidētalis in re que alteratur. vt quando lignum alteratur/ non acquirit esse lignum: sed bene esse calidum: vel nigrū: & sic de alijs dispositionibus accidentalibus. Respondetur ergo quod quicquid generatur vel acquirit nouum esse essentiale per productionē nouam alicuius siue partis essentialis/ siue substantialis: aut per terminationem dependētie suppositalis alicuius materie suppositabilis. & nō potest ens acquirere nouum eē substantiale: nisi alterum istorum duorū modorum. s. per acquisitionem noue partis substantialis: vt cū in materia producitur de nouo forma substantialis: totum compositum acquirit nouum esse substantiale: & generatur terminatiue & completiue. Secūdo quando aliqua natura substantialis terminatur quantum ad essentiam suppositalem ad aliquod suppositum de nouo: vt quando verbum est incarnatum: ad suppositū i diuinis terminabatur de nouo dependentia suppositalis humanitatis assūpte: & tūc illud suppositum acquirebat nouū esse substantiale: id est quod haberet natura illa relicta sibi. i. esse hominem. Verumtamē aliq̄ dicunt: q̄ homo est terminus connotatiuus vt dictum est supra. & capitur equiuoce vt

Arguit.

Differentia inter gnatōem & alteratiōem.

Regula.

dicitur de deo/& de hominibus. vnde sit regula generalis. Quandocumq; aliquis terminus pro aliqua re supponit p qua prius non supponebat/que tamen erat. tunc ille terminus est connotatiuus: sed homo pro deo ante incarnationem non supponebat. Nam ista erat falsa tunc: deus est homo: & tamen deus erat sicut nunc est: & modo supponit pro deo: ergo est terminus cõnotatiuus/ergo fuit propter defectum cõnotati ergo talis est cõnotatiuus & non ppter defectum suppositi. Si sit ergo terminus cõnotatiuus: ergo esse hominem conuenire deo: est esse accidentale/& si sic/ergo non ē generatio immo potius habet naturam alterationis. ¶Quantum ad hoc dicerem cõsequenter sicut esse hominem equiuoce cõuenit deo & hominibus/absolute homini bus: & deo cognotatiue/ita generari cõuenit deo equoce & nobis. Nã sicut ista propositio deus est homo/conceditur per cõmunicatiõem ydiomatum: ita ista deus generatur substantialiter debet cõcedi per cõmunicationem ydiomatum: quia assumpsit naturam substantialiter generatam. illa natura acquirit esse substantiale per illã generationem. ideo generatur substantialiter per communicationem ydiomatum. ¶Secundo supponendum q̃ differunt esse filiũ & esse genitum ex vna parte. nam nõ ē idē conuertibiliter esse genitum & esse filium: quia partes generantur sicut & totũ/nascũtur sicut & totum: tamen partes non dicuntur filij: sed totum compositum: ita q̃ filius est nomen suppositi/& tunc dico conformiter ad alios filius est suppositum natum ex altero. Non est ergo idem natum esse & filium esse/sed natum esse est superius ad filium esse. Existis suppositionibus facile est videre que propositiones sequuntur ex dictis. Primo sequitur licet humanitas Christi sit nata ex substantia virginis non est: tamē concedendum: q̃ humanitas Christi sit filius virginis. Quia humanitas Christi non ē suppositum. Secundo: si esset filius virginis concederetur q̃ virgo habuisset plures filios: quia suppositum & humanitatē. Et suppositum non est humanitas: sed est filius virginis/& vnicum genitum: vnde ista propositio non est concedenda humanitas est filius virginis q̃is sit: concedendum humanitas est genita ex virgine. Secundo sequitur si Christus desisteret sustentare naturã humanam siue suppositare humanitatem/& relinqueret in sua propria suppositate sicut potest: concederetur tunc ista propositio: hoc incepit esse filius virginis demonstrando humanitatem. hoc q̃ fuit a mille ānis incipit esse filius virginis: quia hoc esset concedendum hoc est filius virginis: quia suppositum/& in virgine natum/& genitum ergo hoc est filius virginis. Nam certum ē q̃ hoc est suppositum/& hoc suppositum fuit natum/& productum ex substantia virginis: & illa virgo adhuc est: ergo concederetur/hoc est filius virginis: & hoc nũq̃ ante fuit filius virginis: quia nũq̃ ante fuit suppositum: ergo si secũda persona in diuinis desineret suppositare naturã assumptã: hec propositio concedetur hoc incipit esse filius virginis demonstrando aggregatum ex corpore & anima Christi. ¶Sequitur vlterius correlarie in eodem casu/hec concederetur/virgo habuit duos filios distinctos successiue. i. vnum post alium/& nõ simul & tamen non generauit eos successiue: sed simul & semel: & quando vnus erat filius/alter non erat: patet suppositum/verbũ fuit filius virginis vsq; nunc: & natura humana dimissa nunq̃ antea erat filius virginis/& nunc est: ergo verbum/& hec que sũt realiter distincta fuerũt successiue filij virginis sed sic est q̃ ista duo nunq̃ fuerunt genita i virgine successiue: patet quando generabatur verbum a virgine per communicationem ydiomatum generabatur humanitas a virgine: quia non generabatur verbum: nisi inquantum sustentabat humanitatem genitam a virgine: ergo falsum est q̃ generabatur illa successiue. ergo totum correlarium verum est q̃ si desisteret sustẽtare naturam humanam virgo duos filios successiue habuit: & tamen simul & semel illos generauit. Et sic patet quid requiritur ad esse filium/oportet esse suppositum/& q̃ sit ex aliquo quod adhuc est genitum secundum esse sustãtiale. Item si verbum desineret sustentare: & post aliquod tempus inciperet sustentare erit bis filius virginis/& tamen non bis generabitur: sed semel erit genitus. & non posſũt inferri alia correlaria. ¶Quãdo ergo queritur. vtrum quelibet istarum sit concedenda. virgo est mater christi secũdum humanitatem: & virgo est mater dei Dico q̃ quelibet est cõcedenda. Vnde christus est nomen suppositi: q̃ non supponit pro humanitate nec pro secunda persona i diuinis absolute: sed pro secunda persona/connotando aliquid aliud. Similiter dicendum de isto termino Iesus. Ista ergo est concedenda christus est filius virginis secundũ humanitatem. ¶Sed contra hoc arguitur sic esse matrem & esse virginem habent rationes repugnantes: ergo ista propositio implicat/est filius virginis. Secundo bene sequitur/christus est filius virginis secũdum humanitatem: ergo humanitas est filius virginis: patet consequentia propter vnumqd̃q; tale & illud magis. Item bene sequitur ethyops est albus secũdum dentes/ergo dentes ethyopis sunt albi: ergo si sit filius secundum humanitatem/a fortiori humanitas ē filius. ¶Quantum ad primum dico q̃ esse matrem & esse virginem non habent rationes repugnantes. Nam esse matrem non importat fuisse commixtionem seminum/sed ministrasse materiam: & actiue concurrisse ad organisationem: & si ista fiant sine concubitu nichilominus est mater/& sic nõ repugnant. ¶Quãtum ad aliud dico q̃ quis bene sequatur. Ethiops est albus secundum dentes/ergo dentes ethiopis sunt albi. Nego tamen hanc consequentiam: christus est filius virginis secundum humanitatem/ergo humanitas est filius. & dico q̃ auctoritas aristotelis propter vnũquodq; tale &c. patitur multas exceptiones/nisi intelligatur quando aliquid est tale/propter esse tale alterius. Nam christus non est talis ppter humanitatem talem. Vnde non sum filius matris mee secundum materiam/sed secundum animam que se habet actiue/ergo anima est filius. non valet consequentia. Vnde quando dicitur est filius secundum humanitatem sic intelligitur. i. humanitas est illud respectu cuius erat concursus actiuus virginis. ¶Quantum ad aliud concedẽdũ est q̃ virgo simpliciter est mater dei: quia deus est filius virginis. Nam quod nascetur ex te sanctum filius dei vocabitur. Nam bene sequitur est mater filij dei/ergo dei: quia filius dei est deus. Sed contra: ergo sequitur q̃ est causa actiua dei. Dico q̃ non sequitur nam nunq̃ admittitur de deo q̃ sit causatus/sicut de christo non admittitur q̃ incepit eē nec quod sit creatus: bene tamen q̃ sit genitus. & non admittitur q̃ sit creatus vel causatus. Ideo nõ sequitur virgo est mater dei: ergo causa dei. sed bene sequitur/est mater dei ergo causa dei/vel alicuius substantie eiusdem nature cum matre ab ipso deo simpliciter sustentate est causa: & non sequitur aliud ex tali propositione: virgo est mater dei: nisi ē causa alicuius nature eiusdem specifici specialissime cum virgine ab ipso deo simpliciter sustentate. Nam actio virginis gloriose in productione humanitatis terminata fuit ad ipsam humanitatē i verbo suppositatem & non in se vt dictum est supra: quia si terminata fuisset ad humanitatem in se suppositatam fuisset mater puri hominis quod non est concedendum. Ideo vltimã oportet concedere virgo est mater dei secũdum humanitatem: & virgo est mater dei: tunc in ista capitur deus personaliter & nõ essentialiter: vt. s. immediate supponit pro essentia: sed capitur vt immediate conuenit suppositio tam patri q̃ filio: & spũisancto: Ita in proposito: virgo est mater dei capit deus vt supponit immediate pro supposito. Ideo non sequitur est mater dei: deus est tota trinitas: ergo est mater totius trinitatis quia capitur tunc deus equiuoce in illis propositionibus. Resolutorie habentur iste p-

Regula gñalis.

Ly hõ eq uoce dicitur ♂ deo et nobis.

ad primũ

Ad secm

Argumẽtum.

positiones: virgo gloriosa fuit genitrix filij dei/ virgo gloriosa fuit mater dei: virgo gloriosa fuit mater dei & hominis vel dei: hominis. i. qui deus est homo. Et apponit ly hominis propter heresim dicentium verbum assumpsisse corpus fantasticum. ideo dicitur dei hominis. i. habens veram hūanitatem realem per vnionem. & sic virgo gloriosa ē mater dei & hominis sed nō puri hominis. Dubitatur secundo/an spūsānctus debeat dici pater christi sicut virgo maria dicitur mater eius. Nam secundum prius dicta spūssanctus in illa dispositione corporis Christi supplebat totum concursum patris requisiti cum concursu matris requisite ad productionem fetus: ergo videtur ꝙ spūssanctus debeat vocari pater propter illum concursum/sicut virgo dicitur mater propter illum concursum. ¶ Respō deo ꝙ si caperetur pater generans/vt tantū valet sicut producens vel creās/sicut dicimus deum patrem nostrum: oportet concedere: ꝙ spūssanctus sit pater humanitatis Christi: imo ipse Christus est pater humanitatis eius Quia opera trinitatis ad extra sunt indiuisa sed capitur pater in proposito pro illo qđ aliquid generauit secum eiusdem speciei ex eius substantia. Sed sic est ꝙ spūssanctus nō produxit illam humanitatem ex eius substātia: quia substantia spūssancti est essentia diuina: non produxit ergo ex sua substantia illam humanitatem: ita ꝙ substantia spūssāncti sit pars illius vel materia illius humanitatis. & quando producit pater filium ministrat materiam que erat de substantia patris Et sic dicitur generare aliquid ex eius substantia & eiusdem speciei & nature secum.

Dubium secundus

Rūsio ad dubium.

Nota de demone incubo et succubo.

¶ Dicunt enim regulariter doctores quando demon est effectus succubus accepto semine viri efficitur postea incubus: & dicitur generare ex muliere: & tunc illa proles genita: non est filius demonis: sed illius viri ex quo cum erat succubus accepit eius semen/ergo quis fuerit genitus Ghristus a spiritusancto: vel de spūssancto tanq̄ de opifice siue causa efficiente/non tamen ex spūsā

cto tanq̄ ex substantia illius. hinc est ꝙ spiritussanctus non vocatur pater illius sicut virgo vocatur mater illius. nā virgini marie cōueniunt oēs conditiones vere matris. nō autē spūsancto conueniunt conditiōes veri patris alicuius hominis. Vnde secūdū .S tho. spūssanctus fecit illas actiones nō mediāte semine ex se deciso quod ad patrem pertinet sed. q. artifex operando in materiam exteriorem. Igitur spūssanctus non potest vocari pater illius. ¶ Dubitatur tertio vtrū beata virgo maria & antiqui patres meruerint incarnationē filij dei. Quātum ad hoc noto ꝙ nichil cadit sub merito nisi qđ est a gratia. ita ꝙ nichil debet vocari meritū de cōdigno nisi qđ est a grā effectiue: ergo anteq̄ sit meritum presupponit gratiam: fuisse sed sic est ꝙ omnis gratia que vnq̄ fuit data homini saltē secluſa gratia ade: illa fuit data ex meritis passiois Christi preuise/ vel exhibite: ergo concludendum est ꝙ quecūq̄ operatio ex illa gratia procedens: quia posterior saltem natura: non fuit nisi ratione passionis Christi meritoria. Quia quecūq̄ gratia post lapsū/data est ex merito preuiso passionis: cum causa illius meriti est a merito Christi: ergo illud meritum nō est meritum illius incarnatiōis Christi / cum talis incarnatio non cadat sub merito: immo inter omnes gratias secundum Augustinum Augusti. ē summa gratia. Vnde nulla datur adulto quin prefuerit aliqua dispositio aliquomodo meritoria illius: & sic operatio incarnationis est simpliciter purum donum liberale nullo modo eadens sub merito: sed solū sub liberalitate dei. Fateor ergo ꝙ icarnatō erat futura non ex meritis. ¶ Sed queritur vtrū virgo meruerit ꝙ incarnatio fuerit in tali vel tali suppositō/puta in ea: hoc ē vtrū ipsa meruerit vt efficeretur mater Christi. Dico resolutorie ꝙ non meruit nisi de congruo/ꝙ esset mater christi. Nam sua humilitas & excellentia virginitatis fuerūt dispositiones quedam quibus disponebatur vt esset mater Christi/que erant merita de congruo: sed non de condigno. ¶ Sed contra

Tertium dubium.

Querit.

Arguit. arguitur maius bonum erat virgini beatitudo: immo gratia gratū faciens q̄ ꝙ esset mater Christi: sed gratia & beatitudo cadunt sub merito virgis/ de condigno enim meruit illa/ & augmentum gratie: ergo potuit de condigno mereri illud quod est minus bonum: scilicet ꝙ esset mater christi. ¶ Dico ꝙ non meruit ꝙ christus incarnaretur: quia omnis gratia virginis/ & etiam preseruatio ab originali fuerunt ex meritis christi preuisis/ immo incarnatio fuit meritum illorum: sed ꝙ incarnaretur in hoc supposito opera precedentia fuerunt meritoria de condigno: quia si fuerunt meritoria de cōdigno gratie & beatitudinis que sunt maiora bona potuit mereri portare & concipere christum/ sed per hoc nō meruit incarnationē christi. ¶ Quarto dubitatur vtrū caro christi fuerit peccato originali obnoxia/ & an fuerit in antiquis patribus secundum rationem seminalem. Vnde supponēdum est ꝙ caro nō est capax gratie/ nec peccati: sed dicit caro obnoxia peccato originali: quia informatur anima que anima est originali culpe obnoxia. Dubium querit vtrū caro christi in numero aliquando fuerit in primo parente & post primum parentem in aliquo filiorum eius: & sic consequenter: & tandem vsq̄ in patrem virginis anteq̄ circūcideretur pater virginis. ¶ Opinio ātiqua fuit ꝙ tota substantia prolis cuiuscūq̄ fuit in adam: & ꝙ illa substantia in generatiōe primi filij fuit multiplicata ad tantam q̄titatem que sufficiebat vt informaretur: sicut dicunt de costa ade ꝙ fuit multiplicata solum / & est opinio magistri: sed difficiliter itelligitur hoc/ puta ꝙ nihil addatur & nō rarefiat & fiat maior. nam est in intelligibile ꝙ sine additione & rarefactione fiat illud in tam magna q̄titate. nō oportet igitur ꝙ materia que est in prole fuerit eadem in parente imo frequēter materia plis nunq̄ fuit animata anima parentis. nam secundū Aristotelem. xv. de animalibus homines non descendunt a suis parentibus nisi mediante semine/ semē autem in aialibus nō est aliqd

Solutio.

Dubium

Dubij responsio.

decisum de substantia animalis/ nec fuit actu pars animalis sed est superfluum alimēti tertie digestionis. alimētum autem extrinsecus assumptum nō est nec fuit pars aut de substātia animalis: sed post completam digestionem conuertitur in substātiā corporis animalis/ ita ꝙ natura illd assumit quod est necessarium ad conseruationē sui & illd informatur anima illius qui nutritur. de illo autem sic conuerso & informato nichil descinditur sub ratōne seminis: oportet igitur ꝙ residuum nutrimenti quod non conuertitur in substantiam nutriti sit materia generatōnis/ & illud est quod resoluitur in semē. nunq̄ ergo illa materia seminis ex qua generatur proles fuit informata anima generantis immo est residuum illius quod cōuertitur in substantiam generantis: ergo cum geniti non fuit in primo parente: fuit tamen informata anima infecta originali peccato illa scilicet que descendit a parentibus per progatōnem seminum/ vel nisi speciali priuilegio preseruata fuerit. vnde descēdere per propagationem seminum siue rationem seminalem ab ipsis parentibus non est descendere secundum virtutem matris que est productiua seminis / sed est descēdere ex commixtione seminum parentum/ cum autem corpus christi non fuerit formatum secūdum illam commixtionem seminum patris & matris sequitur ꝙ nunq̄ ipsius caro siue humanitas fuit culpe originali obnoxia. hoc est nunq̄ fuit informata anima que fuerit obnoxia culpe originali. cū ergo christus non procedat ab ipsis parentibus secūdum rationem seminalem non fuit debitor iustitie originalis nec peccato originali qđ est eius priuatio obnoxius: resolutio est ꝙ licet christus descēderit ex semine dauid qa corpus virginis de quo humanitas christi formata est descendit ex semine Dauid per seminis propagationem/ tamen non descēdit ipse christus secundum rationem seminalem.

¶ Distinctio quinta.

VISVM EST IN PRE-
cedentibus de qualitate
nature assumpte & de p-
sona assumente iam q̃ri-
tur consequenter vtrum
verbum & natura huma
na vniantur adinuicem in vnitate suppositi
ti vel vnitate nature. ¶Pro hoc suppono
ex primo notabili differentiam inter natu-
ram/& personam. que habita est in prima
questione huius tertij. vnde natura in pro-
posito nihil aliud est q̃ entitas positiua. i.
res realiter existens que non est formaliter
incommunicabilis. Et persona nihil aliud
est q̃ suppositum intellectuale: siue entitas
distincta ab alio non sustentata: intellectua
lis/non nata alteri inherere/ nec alterum i-
formare. Ex quibus notatur q̃ ista duo sũt
impertinentia natura/& persona. i. nec se i-
ferunt: nec repugnant. vnum. n. non infert
aliud: nam non sequitur. Hoc est natura: er
go hoc est persona/ quia asinus est natura:
& non est persona: similiter lapis/albedo.
Similiter non sequitur: hoc est persona: er
go hoc est natura quia certum est de perso
na in diuinis: vt filius in diuinis est formali
ter persona & non est formaliter natura: im
mo distinguitur formaliter a natura diuia
& essentia formaliter distinguitur a perso-
nis. i. non ẽ eadẽ personis conuertibiliter:
vnde secundum Occham idem sunt distin
ctio formalis & identica nõ cõuertibiliter
non ergo sequitur: hoc est formaliter perso
na: ergo est formaliter natura. i. non sequit̃
hoc est persona idẽtice cõuertibiliter: ergo
hoc est natura: & ista simul stant: hoc est p-
sona: & hoc idem est natura: vt sortes ẽ na-
tura & persona. vnde natura humana iuxta
dictum magistri nichil aliud est nisi aggre-
gatum ex corpore/& anima/& persõa sup
positum intellectuale: & suppositum ẽ en-
titas ab altero non sustentata: nec alteri ihe
rens aptitudine: nec aliud informans apti-
tudine. per primũ excluditur natura susten
tata. per secundum accidens: per tertiũ/for
me substantiales. ¶Secundo supponit dif

Natura & psona ipertinenter se habẽt.

ferentia inter vnire & suppositare/siue per
sonare/vniri/suppositari/siue personari.
vnde ille res dicuntur adinuicem vnite: q̃i
eodem suppposito concurrunt: sed suppositari est ab alio sustentari/ seu dependentiã
suppositalem ad aliud terminari. Essentia
vnitur humanitati: quia essentia/ & huma
nitas simul concurrunt in eodem suppositi
to. s. in secũda persona in diuinis: ibi est es
sentia/& humanitas: & sicut ista propositio
est concedenda. humanitas vnitur essentie
seu nature diuine: ita hec propositio est cõ
cedenda. natura diuina vnitur humanitati
& econtra. nam sicut natura humana vniẽ
verbo: ita verbum humane nature: quia il
la concurrũt in eodem supposito: sed q̃uis
ista propositio sit concedẽda suppositum
seu verbum diuinum suppositat humanita
tem: tamen ista est falsa humanitas suppo
sitat verbum diuinum: similiter hec ẽ falsa
verbum diuinum suppositatur in humani
tate: quia suppositum diuinum/vel suppo
siti diuini dependentia non terminatur ad
humanitatem: sed bene econtra: non est er
go idem vniri & suppositari: quia suppositi
tum diuinum vnitur humanitati/& nõ sup
positatur ab humanitate. ¶Similiter nõ est
idem suppositare & vnire. nam pater & si
militer spũssanctus vnit humanitatem ver
bo/& tamen pater neq̃ spũssanctus suppo
sitat. Similiter essentia vnit humanitatẽ ver
bo: sed non suppositat humanitatem. Ecce
ergo ista differunt vniri & suppositari vni
re & suppositare. Non sequitur: hoc vnit il
li. ergo suppositat in illo: sicut verbũ vnit
humanitati & non suppositatur ab huma
nitate ¶Similiter non sequitur hoc vnit er
go suppositat: nam pater vnit humanitatẽ
actiue. verbo/& tamen non suppositat hu-
manitatem: quia non terminat dependenti
am eius/& similiter essentia. ¶Tertio sup-
ponitur q̃ suppositare/seu personare non
est efficere illud suppositum vel personam
sed est eius dependentiam suppositalẽ ter-
minare. ¶Istis suppositis ponuntur septẽ
conclusiones. Prima: vnio deitatis & hũa-

Secũda notabile

Dria iter vniri & suppositari.

Tertium notabile.

nitas in Christo facta nõ est natura diuina:
sed in supposito diuino. Patet sic. vnio ali
quorũ est eorũ pucursus in eodẽ supposito
sed sic est q̃ hũanitas & natura diuina pcur
rũt in verbo vt in supposito & nõ i natura.
Vnde humanitas & natura diuina pcurrũt
in eodẽ supposito/ergo facta est vnio i supp
posito diuino & nõ in natura. vel sic vnio
istarũ duarũ naturarũ puta diuine & hũane
facta est in illo in quo suppositat hũana na
tura/ qa in illo est pcursus illarũ: sed suppo
sitatur nõ in natura: sed in supposito: qa de
ratiõe suppositatis est q̃ sit formaliter supp
positũ. Natura vero nõ est formaliter supp
positum: sed solum idẽtice: ergo ille nature
vniuntur in supposito & non in natura.
¶Si ergo suppositũ diuinũ assumeret duas
naturas vnirentur nõ inter se: sed illi suppo
sito assumenti. eodẽmodo quia suppositũ
diuinum habet naturã diuinã & non supp
positat eam: & cũ hoc habet humanã quã
suppositat/ille ambe vniũtur in illo suppo
sito in quo pcurrunt. ¶Scda pclusio sicut
natura humana diuine est vnita ita ecõtra.
Patet sicut natura hũana pcurrit in eodem
supposito. s. in verbo cũ diuia ita diuina in
eodẽ cõcurrit cũ hũana. Nã dicit Damasce
nus q̃ nomẽ xp̃s duarũ naturarũ est signifi
catiũ. s. deitatis & hũanitatis. ergo ambe
nature vere & realiter sũt in supposito chri
sti. igitur conclusio vera. ¶Tertia conclu-
sio. Sola humana natura & non diuina ve
re dicitur assumpta. Patet sic: aliquid dicit̃
vere assumptũ cuius dependẽtia suppositi
lis ad aliud terminatur: sed sic est q̃ suppo-
sitalis dependentia humane nature termina
tur ad suppositum diuinũ scilicet ad verbũ
& nõ ecõtra: ergo q̃uis humana suppositã
tur in diuina/nõ potest tñ dici suppositari
ab humana. ¶Quarta pclusio. q̃uis natura
diuina humanã sibi vniuit/nõ tñ eã assum
psit. Patet prima pars/natura hũana est vni
ta diuine & ecõtra. ergo ab aliquo actiue: si
ergo ab aliquo actiue/ergo a tota trinitate
& essentia. Nam principium effectiuũ oim
operationũ ad extra est diuia essentia eadẽ
in tribus propter qd̃ opera trinitatis ad ex-
tra sunt indiuisa sicut & essentia idiuisa est.
ergo ista pceditur diuina natura vniuit sibi
humanã: sicut pceditur diuina natura crea-
uit naturã humanã/imo pcedẽdũ est q̃ di-
uina natura semetipsam vniuit humane na
ture. Scda pars patet: nihil suppositat alid̃
nisi ipm sit formaliter suppositũ: sed natu
ra diuina nõ est formaliter suppositũ q̃uis
sit idẽtice pater/& filius/& spũssanctus. er
go diuina natura nõ suppositat humanã.
Vnde nõ est idẽ suppositare & vnire: qa to
ta trinitas vniuit humanã naturã secũde p-
sone in diuinis: sed falsũ est q̃ tota trinitas
suppositauit illam naturã humanã. quia vt
dictum est suppositare est formaliter depẽ-
dentiã alicuius nature terminare. Vñ sicut
pater nõ terminat/nec spũssanctus: ita natu
ra diuina nõ terminat formaliter. ¶Post̃ q̃
ergo natura nõ terminat formaliter natura
nõ suppositat. Habemus ergo q̃ q̃uis na-
tura diuia vniat sibi humanã nõ tñ suppo-
sitat neq̃ psonat humanã qd̃ idẽ est. ¶Qui
ta cõclusio. q̃uis solũ verbũ assumpsit natu
ram humanã: nõ est tñ solũ ipm incarnatũ.
Prima pars patet: quia solũ verbũ termina-
uit vnionẽ suppositalẽ nature hũane. As-
sumere naturã humanã & suppositare siue
personare idem. Assumere autẽ nõ impor-
tat solũ actionẽ: sed etiã terminationẽ sup-
positalis dependẽtie. Vñ termini q̃ nõ im-
portãt actionẽ dñr de solo verbo: sed q̃ im-
portãt actionẽ conueniũt oibus psonis &
essentie vt vnire: sed suppositare & assume
re nõ dicũt solũ actionẽ/ qa tũc pcederet q̃
essentia assumpsit/ q̃ suppositat/& psonat
Ideo ista pceditur solũ verbũ assũpsit huma
nam naturã: sed negat̃ ista. solũ verbũ est in
carnatũ. Patet: eẽntia diuina est incarnata/
ergo nõ solũ verbũ. patet añs. Idẽ est incar
nari & carni vniri passiue: sed sic ẽ q̃ deitas
carni ẽ vnita: sicut dictũ est i primo notabi-
li caro & deitas pcurrũt in eodẽ supposito
ergo deitas est i carnata: sed nõ pcedit̃ pater
est incarnatus: qa nõ pcurrit in eodẽ suppo
sito: qa pater nõ pcurrit in filio: sed essentia

Secũda cõclusio.

Tertia

Quarta.

quid sup positare

Quinta.

Regula notanda.

cõcurrit in vno:ergo ista ppositio est vera Deitas est incarnata. Solũ ergo verbũ assumpsit humanitatẽ siue solum verbũ supposita:sed non solum verbum est incarnatum. Ista tamen in logica est concedenda:solum verbum est incarnatum. Patet per exponentes:scilicet verbum est incarnatũ:& nulla res que non est verbum est incarnata. patet:contradictoria eius est falsa. Aliqua res que nõ est verbum:est incarnata:vel illa est pater:& sic est falsa: quia pater qui non est verbum non est incarnatus:& sic de spiritu sancto:vel est essentia & hoc non:quia nulla est essentia que non sit verbũ. ergo ista in rigore logices est cõcedenda:solum verbũ est incarnatum:quia nõ potest dari aliqua res que sit verbum quin sit incarnata:sed tamen ad hunc sensum debet concedi. Non solum verbum est incarnatum/solum verbum formaliter est incarnatum:& non stat in rigore logice. ¶Sexta conclusio. Diuina natura nec est facta homo nec cõcepta:nec incarnata:nec temporaliter nata ex virgine:quod non sit facta homo. Patet: non est formaliter suppositũ:sed quicquid factum est homo est formaliter suppositũ. Ista tamen est vera diuina natura est homo quia homo est hic supponens pro verbo. ¶Omne enim substãtiuum quod imediate supponit pro verbo cõuenit nature. implicat enim substantiuũ verificari de supposito qn de eẽntia:sed de adiectiuis aliud est. cum ergo homo sit substantiuum & verificatur de verbo:ergo de natura. ergo hec est concedenda natura est homo:& nõ semper fuit homo:& incepit esse homo: ergo facta est homo:ergo apparet q̃ ista sit falsa natura diuina nõ est homo. ¶Modus antiquorum fuit distinguere de istis propositionibus in quibus ponũtur substantiua. vt essentia est pater:essentia est filius. Dicit Bonauentura q̃ filius aliquando capitur substantiue:aliquando adiectiue. Si capiatur filius substantiue ista est falsa essentia est filius/quia sensus est / essentia est genita ex altero. Consequẽter distinguit/essentia est homo:substantiue vera est:si vero adiectiue falsa est/quia sensus est:essentia est homo:id est suppositans humanitatem. Sed dico quod ista essentia nõ est homo potest saluari dicendo essentia nõ est facta homo formaliter:est tamen facta homo identice/ nam ista in rigore est vera eẽntia est homo & cum ipsa non semper fuerit homo :facta est homo/seu incepit esse homo:sed nõ est facta homo formaliter:sed solum identice/ conceditur: ergo ista essentia est facta homo in rigore/sed non ad sensum doctroũ. ¶Septima conclusio/accipiendo hominẽ concretiue est impossibile assumere in vnitatem persone. Patet/quia accipiendo hominem concretiue supponit pro persona: sed impossibile est assumere personã vt dictum est. nam est impossibile assumptũ esse suppositum:quia bene sequitur assumpsit: ergo non suppositum/ista enim propositio est nota:impossibile est assumptum esse suppositum. Nam homo est nomen suppositi: ergo impossibile est hominem esse assumptum. ¶Vnde notãt doctores q̃ homo tripliciter capitur. vno modo absolute & tũc implicat aliquid esse hominem quin semper sit homo/q̃diu manet. quia nunq̃ terminus absolutus supponit pro aliquo quin semper supponat pro ipso existente. Hinc dicunt multi q̃ quelibet pars hominis est homo. Alio modo capitur homo conotatiue. & hoc dupliciter. Vno modo vt tantum valet sicut aliquid humanam naturam sustentans. & sic conuenit filio in diuinis. Alio modo vt tantum valet sicut natura humana nõ sustentata:ita q̃ homo conotat negationem sustentantis & in vtraq; acceptionũ est termius conotatiuus. Si primo mõ capiat:suppositũ diuinũ assumpsit hoiem:nã si talis nõ eẽt assũptus/eẽt hõ:ergo est hõ p regulã iã dictã. Si tertio mõ. implicat otradictionẽ q̃ suppositũ diuinũ assumat hoiem qa si assumeret hoiem illa natura quã assũpsit est sustẽtata/& si est sustentata non est hõ tertio mõ. Qñ aũt capit hõ put est de p̃dicamẽto substãtie & conuenit mi

De rigore ista debet p̃cedi solũ verbũ est incarnatũ.

Bonum documentum.

ly homo tripliciter capitur.

Regula.

chi & conuenit verbo:capit equoce:& vt cõuenit mihi & nature simul capit equiuoce. Si autem capitur absolute conuenit nature humane sustentate. vnde quãdo sancti doctores negãt q̃ verbum assumpsit hominẽ capiũt hominẽ conotatiue & nõ absolute.

Dubium ¶Circa predicta dubitatur primo. Vtrum anima sit persona. Dico q̃ anima nec̃ separata nec̃ coniuncta est persona/nam persona vt habitum est importat quadruplicem incommunicabilitatem. Negat enim inter ceteras incõmunicabilitates apptitudinem ad informandum: sed sic est q̃ anima quantũcunq; separata a corpore appetit informare suũ corpus. Hinc est q̃ anime beatorum habent appetitum naturalem ad informandum corpora. Cum ergo anima separata sit cõmunicabilis materie non cõuenit ei ratio persone. & licet persona non neget aptitudinem ad sustentãdum negat tamen aptitudinem ad informãdum & inherendum. ¶Secuudo dubitatur quare negatur ista propositio: verbum assumpsit hominem. Dico propter errorem dicentium q̃ in Christo erant duo suppositа/& due persone/& cum homo videtur nomẽ persone ad euitandum ne incidamus in errorem dicẽtium esse in Christo duas personas/negatur ista verbum assumpsit hominem. Sed humanitas non videtur nomen suppositi. ideo conceditur verbum assumpsit humanitatem:homo autẽ videtur nomen suppositi. ideo negat vna & nõ alia. Ideo si inueniatur in auctoritatibus sanctorum q̃ verbum assumpsit hominem ly hominẽ debet capi abstractiue pro natura humana. ¶Dubitatur tertio. Vtrum in Christo sit eadem vnio anime ad corpus & anime ad verbum. Dico q̃ non/nam in morte Christi est fracta vnio anime ad corpus:sed non anime ad verbum/nõ est ergo eadem vnio anime ad corpus & ad verbum/imo est impossibile q̃ frangatur vnio anime ad verbum & remaneat vnio anime ad corpus Ideo nõ est eadem vnio. Item si vnio dicat quid respectiuum/ad distinctionem relatio num sufficit distinctio terminorũ:iste vniones sunt diuersi termini: ergo iste vniones distinguntur realiter adinuicẽ:ideo dico q̃ sunt specie distincte. Si dicas ad numerum vnionum multiplicantur persone. ergo si in Christo sint due vniones erunt in Christo due persone quod est hereticũ. Nam catholica canit ecclesia in diuinitate plures eẽ personas & naturam vnam. in Christo vero ecõuerso duas esse naturas & personam vnam. Negatur q̃ persone multiplicentur ad numerum vnionum. Nam in toto homine sunt distincte vniones partium/tum essentialium/tum integralium /& formarũ tum essentialium tum accidentalium: & tamen homo est tm̃ vna persona. quare &c.

¶Distinctio sexta.

IN HAC Distinctione tres recitabantur opiniones de incarnatione/quomodo verbum fuit factũ homo. pria stat in tribus videlicet q̃ ex carne siue corpore & anima constituitur homo qui est assumptus a verbo: nihilominus ille homo assumptus est verbũ. & sic idem est assumens & assumptum:& ille homo assumptus est verbum ex tempore & verbum incepit esse ille homo:& ille homo assumptus est Christus: & est verbum: quod incepit esse ille homo. ¶Secunda opinio. q̃ verbum non componitur precise ex corpore & anima: sed componitur ex tribus: scilicet corpore & anima & diuinitate. ¶Tertia/Christus assumpsit corpus/ non est tamen corpus: assumpsit animam: nõ est tamẽ anima:& corpus & anima sunt a Christo assumpta: non sunt tamen adinuicem vnita:ita q̃ anima non informat corpus. nec corpus informatur ab ipsa anima.

Prima opinio.

Secũda.

Tertia.

¶Queritur nunc an aliqua istarum trium possit catholice sustineri & deffensari? In hac questione ostenditur in qbus pueniũt iste opiniones & in qbus differũt & q̃ illarũ magis appropiquat veritati. vñ ille tres opiniões pueniũt in aliqbus. Prio in hoc q̃

Questio.

Hereſis Euthicij

omnes ponunt in Chriſto vnicã perſonã: & ſic omnes aduerſantur hereſi Euthicij dicentis/ꝙ ſicut ſunt due nature in chriſto ita & due perſone. & iſte tres opiniones cõcordant in hoc ꝙ non eſt niſi vnica perſona que eſt homo/& deus. Secundo conueniunt quia ponunt in chriſto duas naturas & tres ſubſtãtias: ſcilicet verbum/corpus/& animã/que ſunt tres ſubſtantie. & in hoc

error manichei.

aduerſantur hereſi Manichei dicentis chriſtum non habere verum corpus. Tertio cõueniunt/quia concedunt ꝙ corpus & anima que ſunt in Chriſto non priusfuerunt/ q̃ fuerunt aſſumpte a Chriſto. & in hoc ad

error origenis.

uerſantur opinioni Origenis ponentis omnes animas ſimul fuiſſe creatas: & creatas antequã iungerentur corpori/& ſic anima Chriſti fuit creata ſecundum Origenem antequã aſſumpta/imo ante Adam/ & ſic patet in quibus cõueniunt/& in quibus differunt. differunt tamen. Nam prima opinio dicit ꝙ Chriſtus cõſtituitur ſolũ ex corpore & anima. Secunda ꝙ ex carne anima/& diuinitate. Tertia ꝙ non conſtituitur ex aliquibus/ ſed eſt ſimplex perſona in diuinis. & ſic patet ꝙ ille tres opiniones differunt. Nam quelibet aliquid dicit ꝙ negat altera/& econtra. Iam reſpondendum eſt ad queſtionem de probabilitate &

Prima cõcluſio.

veritate. ¶Prima concluſio. Chriſtus non poteſt eſſe illud compoſitum ex anima & corpore/& hoc eſt contra primam opinionem. patet prima cõcluſio. ¶Implicat qd aliquid eternum inceperit eſſe/& ꝙ identificetur realiter cum illo quod incepit eſſe/ & quod non ſit eternum. quia aliquid eſſet eternum/& non eternum. ſed verbum ſiue Chriſtus eſt quid eternum/quia ab eterno fuit/& tamen demonſtrando hoc conſtitutum ex corpore & natura rationali eſt temporale & aliquãdo incepit eſſe. Nam illud aggregatum ex corpore & anima incepit eſſe/ergo implicat ꝙ Chriſtus ſit illud conſtitutum: ergo prima opinio non eſt deffẽ

Secũda concluſio

ſabilis. ¶Secunda cõcluſio: nõ poteſt defenſari ꝙ Chriſtus ſit compoſitum ex corpore & anima & diuinitate. propter multa Primo diuinitas ſecundum omnes doctores eſt aliquid ſimpliciter ſimplex/non ſolum propter compoſitionem: ſed propter incomponibilitatẽ: hoc eſt diuinitas nõ dicitur ſimplr ſimplex quia nõ ſit cõpoſita ex diuerſis partibus: ſed quia non eſt componibilis cum altero. Vnde anima non eſt quid ſimpliciter ſimplex/quia eſt componibilis cum altero/ſcilicet cum corpore. Implicat ergo quod aliquid componatur ex corpore & anima & diuinitate. Secundo dico ꝙ illa opinio non põt deffenſari propter aliud/quia dato per ymaginationem ꝙ illud aggregatum põſſet eẽ vnum compoſitum ex corpore/anima/& diuinitate/ adhuc illud non eſſet perpetuum. implicat enim ꝙ aliquid ſit deus/& non ſit perpetuum. quãuis cõcederetur anime perpetuitas vt putarunt multi philoſophi/nihilominus compoſitum ex corpe & anima nõ fuit perpetuũ/quia non fuit perpetua vnio anime ad corpus. Dato etiam ꝙ cõcedatur perpetuitas materie/vt conceſſit Ariſtoteles nulli tamen philoſophi cõceſſerunt hominem perpetuum: ergo eodem modo licet diuinitas ſit perpetua/nihilominus cũ corpus non ſit perpetuum: ſi eſſet aliquid compoſitum ex corpore & anima & diuinitate non poſſet concedi ꝙ eſſet perpetuũ: ergo non poteſt concedi ꝙ Chriſtus ſit illud perpetuum. Quia Chriſtus eſt perpetuus/& non eſt deus recens: ergo ſecunda opinio non eſt deffenſabilis. ¶Tertia concluſio. Non poteſt etiam deffenſari tertia opinio: ſcilicet ꝙ in Chriſto ſint tres ſubſtãtie/& ꝙ corpus & anima non ſint in Chriſto vnite adinuicem: & quãuis quidem doctor dicat ꝙ ſecunda eſt minus heretica tamẽ tertia videtur minus heretica. Sed ꝙ tertia non poſſit deffenſari. Patet: quia hoc ſequitur ꝙ Chriſtus non ſit homo/quod eſt hereticum dicere. Patet ſequela: nullũ ſuppoſitũ eſt homo niſi ſubſiſtat in natura humana: xps ſecdm hãc opinionẽ nõ ſubſiſtit in humanitate. ergo: maior ẽ certa/minor

Tertia.

Contra gabrielẽ.

probatur. aggregatum ex corpore & anima niſi ea ſint adinuicem vnita non eſt natura humana/alias ꝓcederetur ꝙ forte mortuo anima & corpus eius eſſent natura humana/ergo cum iſta opinio concedat ꝙ in Chriſto ſit corpus & anima: & nõ ſunt adinuicem vnita: ſequitur ꝙ in Chriſto nõ eſt natura humana/ergo Chriſtus non ſubſiſtit in natura humana quod erat probãdũ. Vnde ſicut theologi contra magiſtrum cõcedunt ꝙ in triduo xps non erat homo quãtuis in triduo ſuſtentabat corpus & animã/ quia nunq̃ dimiſit quod ſemel aſſumpſit. quia tamen corpus & anima in triduo que ſuſtentabãtur non erant cõiuncta adinuicẽ ſed ſeparata/& ſic non ſuſtentabat humanitatem in triduo/quare non erat homo. eodem modo cum iſta opinio cõcedat ꝙ illa duo ſcilicet corpus & animam habebat aſſumpta/& non erãt cõiuncta/ſequitur manifeſte ſicut xps non conceditur homo in triduo/ita nunq̃ cõceditur ꝙ xps ſit homo & ſic patet ꝙ iſte tres opiniones ſunt falſe. nã xps primo non eſt compoſitum ex corpore & anima/quia tunc Chriſtus eſſet qd

Doctoꝝ reſolutio

temporaneum/& incepiſſet eſſe. Secundo chriſtus non eſt compoſitum ex corpore & anima & diuinitate/quia diuinitas non eſt componibilis/& eſſet quid temporale. Tertio in chriſto ſunt tres ſubſtãtie: ſcilicet corpus/anima & diuinitas/ſeu perſona diuina: nihilominus non eſt concedendum ſicut concedit tertia opinio ꝙ corpus non informet animam. ¶Inquirẽdum eſt ergo quid

ꝓo q̃ ſupponat Chriſtus

eſt xps & pro quo ſupponit. dico ꝙ ſuppo nit pro ſecunda perſona in diuinis. ſolum enim verbum quod eſt ſimpliciter ſimplex: eſt xps. Vtrum ſemper fuit xps: Dico ꝙ nõ & ſic Chriſtus eſt terminus connotatiuus. quia ſi abſolute ſupponeret pro ſecũda perſona in diuinis ſemper ſupponeret/& ſemper ſuppoſuiſſet: quia terminus abſolutus nunq̃ deſinit ſupponere niſi propter defectum ſignificati. Chriſtus enim ſupponit pro ſecunda perſona/conotãdo illam ſubſiſtere in natura humana: id eſt ꝙ ſubſtenꝓ quo ſupbum.

Dubium

tet naturam humanam. Chriſtus enim ſupponit pro eodem pro quo ſupponit verbũ ſed non ab eterno/quia verbum non conotat aliquid ex tempore factum: ſed chriſtus conotat aliquid quod eſt ex tempore factũ ſcilicet vnionem verbi cum humanitate. Chriſtus ergo eſt terminus ſimpliciter ſimplex conotans naturam humanam aſſumptam. ¶Difficultas. Vtrum in triduo deſierit ſecunda perſona in diuinis eſſe chriſtus ſicut deſijt eſſe homo. Omnes doctores cõtra magiſtrum dicunt ꝙ chriſtus in triduo non fuit homo. Sed an fuerit chriſtus in triduo/eſt difficultas ad nomen. Aliqui dicũt ꝙ chriſtus tantum valet ſicut vnctus/& ſic iſte terminus chriſtus eſt impoſitus a proprietate ſcilicet eſſe vnctum/& cum in triduo ſuſtentabat animam vnitam per gratiam ſpiritualiter dicebatur chriſtus in triduo: ſed videtur magis conforme doctoribus ꝙ chriſtus non conotat talem vnctionem: ſed humanitatis aſſumptionem: & ſic in triduo deſijt eſſe chriſtus: quia quanuis in triduo verum erat dicere quod verbum diuinum ſuſtentabat & corpus & animam vnctã gratia: licet illa tunc eſſent ſeparata/ non tamen humanitas erat ab illo aſſumpta/quia non erat tunc homo/cum non eſſet corporis & anime vnio. & ſic patet ꝙ non erat chriſtus in triduo.

¶Secunda queſtio:

VTRVM IN CHRIſto ſint duo eſſe: Iſta enĩ conceditur Chriſtus eſt duo. Vtrum per aliud eſſe ſit homo & deus/ita ꝙ cõcedatur ꝙ chriſtus eſt entia. Pro ſolutione notandum eſt: ꝙ iſta/eſſe/eſſentia/exiſtentia/non differunt ſecundum rem: ſed idem penitus ſunt. Nam ſortes eſt ſuum eſſe & ſua exiſtentia: quia ſi diſtinguitur a ſuo eẽ

Eſſe eẽtia exiſtẽtia.

iam ſortes eſſet & non eſſet/quia deus poterit corrumpere illud eſſe conſeruato ſorte & ſic ſortes non erit. ſed iſta ſunt ridicula & falſiſſima: ergo eſſentia ſortis nihil aliud

est q̄ sortes realiter existens. Vnde nulli eam ponunt differentiam realem more antiquorum/sed bene formalem/& rationis.

Duplex esse in rebus. Quid eē obiectiuum. ¶Dicunt doctores q̄ res habet duplex esse scilicet esse obiectiuum/& eē reale. Esse obiectiuū rei nihil aliud est q̄ cognitio rei quae res cognoscitur/& sic omnes res ab eterno fuerunt in intellectu diuino q̄tum ad eē obiectiuum/& id esse est ipsa cognitio que est deus/& istud esse non vocatur ipsa res nec essentia rei. & sic bene differt ab essentia rei et sicut cognitio a re cognita. Sed esse reale est res actu & realiter existens: & existentia rei est res realiter existens: & sic esse reale: essentia rei: & res ipa idem penitus sunt. Noto secundo q̄ existere non differt ab esse.

Triplex esse. ¶Tertio notandum. Quod distinguūtur esse essentie: subsistētie siue suppositale: positionale seu esse compositionis. Aliq̄d esse est esse essentie quod non est subsistētie vt humanitas Christi habet eē essentie. sed non subsistentie/quia nō est suppositum. sed esse essentie & existentie non differunt: & sic tertium esse differt a duobus primis: sed prima duo non distinguuntur. Esse propositionale est eē quod denotatur per compositionem predicati cum subiecto vt cum dico sortes est albus vltra esse essentie: existētie: & suppositionale importat aliud esse sortis puta esse album: & non est aliq̄d illorum trium: quia possunt reperiri in sorte quando non erit albus: & istud esse propositionale est ipse sortes albus. Gregor. ¶Secundum Gregoriū esset pplexe ppositionale. Et sic realiter nō differt ab eē essentie & existentie: sed ratione. quia alia ratiōe dicitur ens & dicitur albus ipe sortes. ¶Notandū quarto q̄ xp̄s est nomē suppositi sed i duabus naturis hoc est supponit pro supposito connotando q̄ illud suppositum sit in duabus naturis: scilicet diuina & humana: id est q̄ assumpserit & termiet depēdentiā suppositalē nature hūane. ¶Notandū q̄nto. iste terminus duo aliquādo capitur masculine & sic nullus concedit q̄ xp̄s sit duo quia duo esset suppositа capiendo masculine: aliquando capitur neutraliter: & secundum hoc procedunt rationes. Prima conclusio

¶Sint ergo conclusiones. Prima conclusio. In Christo sunt duo esse essentie/similiter & duo esse existentie. Prima pars patet: in Christo sūt due nature & quelibet natura habet esse existentie: ergo quelibet natura est esse existentie sicut dictū est in nominibus: ergo i xp̄o sunt duo esse essentie. & ex ista parte sequitur secunda: quia esse essentie & esse existentie non differunt. Secūda

¶Secunda conclusio. Sicut in Christo nō sunt due persone/ita nec duo esse subsistentie. Patet prima pars. in Christo non sunt duo incommunicabilia capiēdo incommunicabile prout negat essidentitatem realem cum pluribus & prout negat independentiam suppositalem. Nā secunda persona in diuinis in Christo est persona: sed humanitas que habet esse eēntie & existentie in Christo non est persona quia non est indepēdens. Nam de ratione persone est q̄ sit independens quantum ad istam dependētiam suppositalem seu q̄ nō supponitetur ab altero quod idem est: ergo in xp̄o non sunt due persone. & per consequens nec duo esse subsistentie: quia res nō dicitur subsistere in natura aliqua nisi quia est suppositum illius nature. Tertia

¶Tertia conclusio. Christus non est duo capiēdo duo masculine. Patet: Christus non est duo suppositа/immo in Christo nō sunt duo suppositа. Quarta

¶Quarta conclusio. Christus non est duo capiendo duo neutraliter id est nō est due res/licet in Christo sint due res: immo tres res specie distincte/corpus/anima & suppositum. Christus tamen non est illa nec copulatiue/nec copulatim. Nā christus non est corpus nec anima/nec aggregatum/nec est suppositum & corpus & anima copulatim. Nam sicut dictum est Christus supponit pro supposito quod suppositum in diuinis est simpliciter simplex nec compositum ex partibus nec componibile cum alijs partibus: ergo illud pro quo supponit Christus/nec est plura compulatim nec plura diuisiue: & per p̄ns non est duo

Ly duo capit dupliciter.

capiendo duo naturaliter: q̄uis enī in xp̄o sint duo esse tamē non est plura entia/imo est solum persona sustentās humanitatem.

Dubium primum. ¶Dubitatur primo. Vtrū humanitas Christi sit vna pars Christi. Arguitur q̄ sic. dicit

Athana. Athanasius in symbolo. Sicut anima rōnalis & caro vnus est homo: ita deus & homo vnus est Christus. & non potest capere hominem pro ipsomet Christo: quia nulla esset similitudo. quia aia & caro sunt vnus homo tā q̄ partes diuerse hominis: ergo videtur q̄ capiatur homo pro humanitate. Queritur ergo an humanitas sit pars Christi & suppositum altera pars. & si sic pclusiones habite sunt falsе. Pro isto dubio notemus q̄ de ratione partis sunt duo. vnum

pars duo dicit. est q̄ distinguitur realiter a toto cuius est ps. aliud q̄ ex illo & alio a quo distinguit realiter resultet totum. Propter defectū primi non conceditur q̄ pater in diuinis sit pars essentie: quis eēntia sit aliquid aliud preter patrem: quia filius. Verbi gratia. Materia sortis dicitur pars sortis & distinguitur a sorte/& anima/ex qua cū materia resultat sortes. ¶Hoc supposito dico q̄ humanitas Christi nullo modo est pars Christi: licet humanitas Christi distinguat a Christo sicut assumptū ab assumēte: tn falsum est dicere: q̄ ex humanitate/& altero efficiat xp̄s quia Christus nō est cōpositus: quia ē deus & simplex. Omne enī cōpositum est corruptibile: & potest desinere esse per sepationē partium.

Resolutio. ¶Resolutio igitur est q̄ ista ē falsa: humanitas est pars Christi. Et ad auctoritatem Athanasij/ly sicut nō potest dicere omnimodam similitudinē. Certum est enī q̄ caro/& anima vnus sūt homo: sicut partes diuerse copulatim sumpte illum hominem constituentes: nam tenendo q̄ totum est sue partes sequitur q̄ in ista Christus/& homo vnus sunt deus non potest ita capi. implicat enim q̄ sit aliquis deus compositus: ideo non potest intelligi tanq̄ partes diuerse deum constituentes. Sed sensus est: sicut conceditur /homo est caro & anima copulatim: ita ista est concedenda deus est Christus & homo: & tunc ly homo non supponit pro humanitate. Nam hec est impossibilis/deus est Christus & humanitas/ sed supponit pro supposito eodē pro quo supponit Christus: ista deus est homo & Christus/est copulatim concedenda: ideo ly sicut dicit q̄ vtraq̄ istarū ē vera copulati: & capit homo pro supposito/& pnotatiue & nō absolute. Argumē tū ꝑ quartā pclusionē

¶Dubitat̄ scdo & arguitur ꝓtra quartā pclusionē/ꝓbando q̄ xp̄s sit diuerse res: sicut ista est concedenda copulati homo est materia & forma: ita de Christo concedendum est q̄ sit diuersa copulatim. Patet auctoritatibus: ait ysidorus. Mediator dei & hominum Christus Iesus quāuis ysidorus aliud sit de patre/aliud de virgine: non tn alius. Itē Anselmus de incarnatione verbi Anselm⁹ Nō est alius deus/alius homo in Christo/ quāuis sit aliud deus/aliud homo. sed vbi cunq̄ est aliud & aliud ibi sūt duo: ergo ille ptes copulati supponūt p differētibus: & supponunt pro Christo: ergo Christus est duo distincta.

Dubium secundū. ¶Pro solutione vniuersali ter respondetur: q̄ ista est falsa. Christus est duo: & ad omnes auctoritates/& Anselmi/ & ysidori dico q̄ non intelligūtur/xp̄s est de patre secūdum aliam naturam: & de matre secundum aliam naturam. Christus enī non est nisi suppositum in diuinis: quod ē de patre: sed intelligitur q̄ xp̄s sit de patre secundum vnam naturā. alius de matre secundum aliam naturam: sed non est concedendum/q̄ Christus sit aliud de matre: & non sit de patre secūdum illud: quia xp̄s nichil est de matre. & Anselmus est intelligēdus. Illud secundum q̄ est homo: vel illud ratione cuius denominatur homo distinguitur ab alio/rōne cuius denoiatur deus.

¶Dubitatur tertio. Vtrum Christus scdm q̄ homo sit aliquid? Multi voluerunt dicere q̄ christus supponit pro aggregato ex supposito/& diuinitate: & tunc non esset ens: quia illud aggregatum non est vnum ens: quia nunquam duo distincta specie faciunt vnum ens: nisi vnum se habeat vt materia: aliud vt forma. Sed determinatum

est ꝙ Christus est nomen suppositi/ atq; ꝙ non est creator secūdum ꝙ homo: quia esse hominem non dat ei esse creatorē: quia erat creator anteq̄ esset homo: & non est creatura: quia deus non est creatura: nam bene sequitur. Christus est creatura: ergo deus est creatura: quia quicqd est Christus est deus. Queritur ergo vtrum conceditur Christus est aliquid secundum ꝙ homo. Dicitur ꝙ sic. Patet in decretalibus Gregorij in capite cum Christus. determinatur ꝙ Christus est aliquid secūdum ꝙ homo. Ideo ista cōceditur/ Christus est aliquid secundū ꝙ homo. ¶ Ad argumentum Christus non est creator secundum ꝙ homo. id est non habet esse creatorē ab eo a quo habet esse hominem: ergo ratio secundum quam est creator nō est esse hominem. ly secundū quod facit appellare propriam rationē: ergo ista est vera. Non est creator secundum ꝙ homo/ nec creatura: ergo non est aliquid. Negatur consequētia: licet isti termini similiter conuertātur/ ens/ creator vel creatura: tamen non conuertuntur cum quocunq; addito sicut patebit infra. Bene sequitur hoc est aliquid: ergo creator/ vel creatura. Similiter bene sequitur: hoc nō est creator/ vel creatura: ergo non est aliquid: sed non sequitur. Hoc non est creator secūdum ꝙ homo vel creatura: ergo hoc nō est aliqd.

¶ Distinctio septima.

Queritur. Vtrū per ydiomatum cōmunicationē concreta vtriusq; nature tam diuie q̄ humane de seinuicem predicentur. ¶ Pro ista questione noto primo ꝙ cōmunicatio ydiomatū: vt dicit Nicolaus Orē in tractu suo de ista materia: nihil aliud est q̄ mutua predicatio concretorum vtriusq; nature de seinuicem/ & de supposito subsistente in illis naturis. Exemplum. Illa conceditur deus est homo: & homo est deus: mortale est immortale/ passibile est impassibile/ & econtra. Ista sunt concreta nature humane: homo/ passibile/ mortale/ & ista diuine deus/ impassibile/ immortale/ que de seinuicem & de supposito subsistente in illis verificā tur. id est de Christo/ qui subsistit in illis naturis tam diuia q̄ humana. Christus eni est homo passibilis/ immortalis/ impassibilis. Quid sit ydiomatū cōcatio.

¶ Noto preterea ꝙ varia sunt genera concretorum. Quedam sunt concreta/ que immediate supponunt pro illis de quibus verificantur immediate. id est non per aliud medium. Alia sunt quorum formale distinguitur a materiali: qui non supponunt pro materiali: nisi mediante formali/ hinc deficiente connotato termini connotatiui deficit eius suppositio. Aliqui eni sunt termini sic se habentes/ qui non habent formale distinctum a materiali: quia sunt absoluti. & concreta secundi generis non supponunt immediate pro illo significato materiali: sed mediate. id est mediante significato formali. Sed concreta primi generis supponunt immediate pro suo significato. Vnde supponere immediate est de eo verificari etiā omni alio secluso/ supponere mediate est verificari de aliquo non omni alio secluso. Exē plum. Iste terminus idem supponit pro me & pro quacunq; re non per aliud distinctū ab ipsa re/ vel a me: sed per memetipsum. Exemplum secundi: vt fortes est albus. Albus supponit pro forte mediate. i. p aliud medium inherens ipsi forti. Tria genera pcretorum.

¶ Concreta ergo primi generis dicuntur/ que immediate supponunt pro re/ de qua verificantur. id est non per aliud medium. ¶ Secūdi vero generis mediate supponūt p re de qua verificantur. ¶ Tertium genus est eorum que immediate supponunt pro vno significato/ & mediate pro altero. Exemplum/ vt calefactiuum supponit pro subiecto calido mediate. id est mediante calore: sed immediate supponit pro calore. Calor enim est immediate calefactiuus: quia quocūq; alio secluso calefacit. Similiter disgregatiuū vinus dicit de albo/ nō nisi p colorē: & ió mediate: & de albedie dicit immediate. Nā albedo quocūq; alio secluso est disgregatiua vi Tertium genus cōcretorū.

sus: & ista tria genera concretorū sunt notāda ad videndū in quibus pcretis sit cōicatio ydiomatū. Tria gña ppōnum

¶ Tertio supponēdū est: ꝙ tria sunt genera propositionum: in quibus est difficultas in proposito: quedam sunt simpliciter de ineſſe: in quibus concreta sumuntur sine quacūq; ampliatione: vt mortale ē passibile: mortale est immortale. Quedam sunt propositiones in quibus concreta sumuntur cum ampliatione: vt deus fuit homo: Christus fuit homo: & tertie propositiones sunt in quibus talia concreta sumuntur cum specificatione/ seu cum signo reduplicatiuo. Exemplum. Christus est mortalis in q̄tum homo: christus est creatura in q̄tum homo: vel est creatura secundum ꝙ est homo: vel secundum humanitatem. In omnibus talibus illi termini sumuntur specificatiue/ vel cum signo reduplicatiuo: quod idem est. Suppō logicalis

¶ Notandum quarto/ & supponendum ex logica: ꝙ ad veritatem propositionis affirmatiue semper requiritur: ꝙ extrema supponant pro eodem: hoc est/ ꝙ p̄dicatum nihil denotet aliud: nisi illud pro quo supponat subiectum eē illud pro quo supponit predicatum. ¶ Quinto notandū ꝙ vnio hypostatica habet conuenientiam maximam cum vnione accidentis cum subiecto preter inherentiam. His suppositis videndum que propositiones sunt concedende: & in quibus concretis fit communicatio ydiomatum: & sit prima conclusio. Non fit communicatio ydiomatum in cōcretis primi generis puta que supponunt immediate pro suis significatis: & quocumq; alio secluso realiter: vel per ymaginationē adhuc supponerent. Patet conclusio: quia que solum immediate alicui conueniūt: & non cōueniunt cuicunq; per aliud talia sūt ydiomata primi generis Vnde ly idem est immediate supponens de re assumpta/ & assumente: ergo virtute talis vnionis non potest cōcedi Christus est idem huic rei: ergo nō fit cmunicatio ydiomatum in cōcretis primi generis. patet minor: bene sequitur/ christus est idem huic rei: ergo Christus est hec res: puta humanitas. & vltra: ergo Christus est creatura: que sunt in probata distinctione precedenti. Dices/ ly homo est de cōcretis primi generis: ga quilibet terminus absolutus supponit p suo significato quo cunq; alio secluso: & certum est ꝙ fit communicatio ydiomatum in isto termino hō. quia Christus est homo: & deus est homo.

¶ Dico ꝙ homo tripliciter capit. Vno modo absolute: & sic est compositum ex corpore/ & anima rationali: & supponit immediate p suo supposito quolibet alio secluso & isto modo implicat contradictionem: ꝙ fiat communicatio ydiomatum in isto termino homo: nam ista tunc est impossibilis Christus est homo: sicut ista/ Christus ē cōpositus. Aliter capitur homo pro composito ex corpore & anima rationali non sustentato: ita ꝙ connotat independētiam q̄tum ad terminationem suppositalem/ secūdum quam humanitas assumpta non pōt dici homo: & isto modo nō potest fieri cōmunicatio ydiomatum: implicat eni ꝙ christus sit homo isto modo quia semper infertur: ergo Christus ē cōpositus. Tertio modo capitur homo pro sustentante/ vel terminante dependentiam suppositalem humanitatis: & sic homo non est de primo genere concretorum: quia non supponit pro suo significato omni alio secluso: nam supponit pro Christo: & nō supponeret secluſa humanitate: sed ē de secūdo genere: quoniam in eo fit communicatio ydiomatum Ly hō capiē tripliciter. Primo. Secūdo. Tertio

Vnde notandum est. ꝙ omnis propositio de concreto/ que cōceditur in diuinis sic se habet: ꝙ vtrūq; extremum tam subiectum q̄ predicatum supponit pro verbo: alias illa propositio est falsa: sed sic est ꝙ in istis aliorum illorum supponit pro verbo non immediate/ sed mediante humanitate ab ipso assumpta: vt mortale/ passibile/ homo/ talia non supponunt pro humanitate in istis Christus est homo: Christus est mortalis/ passibilis &c. sed pro verbo ratione humanitatis: quia secluſa humanitate: non supponerent amplius pro ipso verbo. Regula.

Secunda cõclusio. ¶Secũda pclusio. Cõcreta primi ordis natura diuine. id est que de natura diuina ime diate predicantur dicũtur bene de Christo: vt Christus est deus: ly deus est concretum primi ordinis: immo abstracta que conueniunt diuinitati dicuntur de Christo: vt sicut filius in diuinis est essentia diuina: & deitas. ¶ Tertia conclusio. Concreta tam tertij/ q̃ secundi ordinis nata predicari mediate de natura humana/ aut de natura diuina: predicantur de se mutuo: & de Christo Exemplum: vt si humanitas Christi esset alba: ista concederetur Christus est albus: album enim predicatur de humanitate mediate: quia mediante albedine: que quidem albedo non est humanitas: sed accidens separabile ab ipsa. Similiter istud predicatum mortale predicatur seorsum de natura hũana mediate: nam vna q̃q̃ res composita est generabilis & corruptibilis ratione forme: quia non corrumpitur nisi ratione forme: vtputa per separationem vel informationẽ ergo generabile & corruptibile dicunt de forma immediate: vnde forma dicitur gñari terminatiue: & aggregatum totalitatiue: & materia subiectiue. Ista enim conceditur Christus est mortalis: quia mortale dicitur de forma: & sic mediate Christus est generatus: generabilis: ideo concreta vtriusq̃ nature que seorsum cõpetunt illis naturis mediate. i. ratione alterius ab ipsa natura/ vel partis/ vel aggregati sic se habent q̃ predicantur & verificantur de se mutuo. vt passibile est impassibile. Etiam omnia illa predicantur de supposito subsistente in illis naturis duabus. ¶ Contra hanc conclusionẽ arguitur sic. Sequitur q̃ ptraria/ immo priuatiue opposita verificarentur de eodẽ: qd̃ est impossibile: quia priuatiue opposita inferunt contradictoria: ergo ista non est concedenda de Christo: passibile est impassibile. Doct. faciunt multa argumenta: sed non est magna apparentia nisi in isto. & sic quãdo infertur q̃ contraria possẽt verificari de eodem. Dicitur q̃ hoc est possibile: quia deus potest ponere caliditatem & frigiditatẽ in eodem subiecto: & tunc cõcederetur: ea lidum est frigidum/ immo est probabile: q̃ supernaturaliter in Christo fuerũt tristitia & gaudium contraria. Aliqui dicerent: q̃ si deus precise poneret tantum de albedine in vno subiecto: q̃tum de nigredine: q̃ illd̃ non esset simul album & nigrum diuisiue. non est album. neq̃ nigrum. quia nigredo impedit ne denominetur album: & albedo ne denomietur nigrum: sed si poneret plus de albedine esset album/ & non nigrum: & ecõtra: sed hoc stat ad nomen. ¶Sed de priuatiue oppositis: an sit possibile q̃ verificẽtur de eodem: videtur q̃ sit impossibile: quia priuatiuum includit contradictorium positiui: vt cecus/ non videns: & propterea videtur apparentia: q̃ priuatiue opposita etiam supernaturaliter non possunt verificari de eodem. ¶Pro solutione dico q̃ priuatiue oppositum capitur dupliciter: vno modo vt importat negationem positiui: vt immortale. i. non habens naturam mortalem tunc ista est falsa: Christus est immortalis: quia ista est falsa: non habet naturam mortalem: & sic priuat dispositionem q̃tum ad omnem naturam subiecti. Secundo modo capitur vt priuat dispositionem quantum ad certam naturam subiecti: vt immortale tãtum valet: sicut habens naturam non mortalem: & sic Christus est immortalis. i. habens naturam immortalem: quia diuinam & non mortalem: & Christus est mortalis: id est habẽs naturã mortalẽ: & isto secũdo modo priuatiue opposita possunt per potentiam diuinam eidem conuenire: nec sicĩ ferunt contradictoria: sed verificãt̃ de vno tertio. vnde Scotus dicit q̃ si idem poneretur in duobus locis: & in vno quiesceret: & in alio moueretur: ista esset simpliciter concedenda. Iste quiescit. Alij dicunt q̃ quiescit. i. non mouetur: ideo immortale / vt ẽ habens naturam non mortalem nõ opponitur priuatiue isti termino mortale. Et nõ facio difficultatem/ quin ptraria possint de eodẽ verificari: vnde si Christus habuisset

Quorundã opinio

Dubium

Priuatiue oppositũ dupliciter.

Argumẽtũ contra cõclusionem.

duas humanitates: vnam albam/ & aliã nigram: tunc Christus fuisset albus: & fuisset niger diuisiue. Sed de priuatiue & contradictorie oppositis implicat q̃ verificentur de eodem. ¶Quarta conclusio in propositionibus ampliatiuis plus considerãda est appellatio q̃ ampliatio ad veritates illarũ cognoscendas. Vnde ista conceditur: christus fuit homo: sed si capiam istã: Christus hoc tempore fuit homo: demonstrando tẽpus ante incarnatõnem est falsa propter appellationem. Nam homo a parte predicati: appellat humanitatem pro illo tempore fuisse assumptam. Si ergo sit difficultas in propositione/ in qua ponitur ampliatio: semp̃ prouenit ratione appellationis: & non ampliationis. ¶Posset esse difficultas: an christus sit vbiq̃ homo. vnde Christus est hic. Sed vtrum sit hic homo: videtur q̃ non: qa humanitas Christi non est regulariter nisi in celo/ & in sacramento eucharistie: apparentia est ergo q̃ Christus non sit hic homo. Dico q̃ non est hic homo: nam sicut nõ fuit semper homo/ & ita non est vbiq̃ homo sed christus homo est vbiq̃: christus homo est hic: sed addendo terminum hic/ huic termino homo: vt christus est hic homo ẽ falsa: quia appellat q̃ hic sustentet humanitatem: ideo quando est adiũctum: prius est respiciendum ad appellatõnem: q̃ ad q̃dcũq̃ aliud. Patet ex dictis quomodo communicantur ydiomata propter vnionem ypostaticam & in quibus ꝓcretis. ¶Consequẽter videndũ q̃ propositiones sunt concedẽde in quibus ponuntur termini importantes inceptionem seu desitionem/ similiter in quibus ponuntur reduplicatiua de quibus ponuntur conclusiones sequendo ordinem. Quinta conclusio in terminis importantibus inceptionem/ & desitionem/ aut alicuius rei factõnẽ. diligenter attẽdere oportet eorũdẽ appellatõem: hoc ẽ diligẽter attẽdere oportet cui appellẽt seu denotẽt aliq̃d p̃uenire/ seu inesse: hoc est/ quibus illi termini appellent factionem/ inceptionem / aut desitõnem competere: quia penes hoc tales propositiones sunt concedende/ aut negãde. ¶Pro cuius declaratione ponũtur due regule. Prima: incipit non verificatur de aliquo/ quin de illo immediate: hoc est ly incipit est de primo genere cõcretorum: similiter desinit: fit: vel factum/ quod idem est. Vnde q̃is fortes incipiat esse: per hoc q̃ aia incipit informare corpus tñ nõ incipit eẽ p hoc q̃ aia incipit esse/ nam est possibile q̃ fortes incipiat esse: & anima non/ puta si prius creata fuisset/ q̃ informaret corpus: ergo non incipit precise esse fortes per hoc q̃ anima incipit esse: quia esse fortis non incipit per animam: quia immediate fortes acquirit esse: ergo ly incipit verificatur de re/ pro qua supponit immediate. ¶Secunda regula. si istius termino incipit non adiungitur determinatio: sed ponatur per se: vel si adiungitur determinatio adiũgitur absoluta: tũc importat inceptionem simpliciter: & ita iste terminus fit: & desinit important factõnem/ vel desitionem simpliciter: sed si adiũgatur determinatio connotatiua/ importãt inceptionem vel desitionem secundum quid. Exẽplum primi. Sortes incipit esse: sensus est: fortes non est: & immediate post hoc erit: & tunc non est ens: ergo incipit esse simpliciter. Sed dicendo Sortes incipit esse albus vel fit albus: non est sensus q̃ simpliciter acquirat esse: sed esse accidẽtale. i. albedinem. ex hoc videndum est/ que propositiones sunt concedende vel negande in hac materia: vnde ista negatur. Homo incipit esse deus: quia quocunq̃ homine dato: falsum ẽ dicere: q̃ incipit esse deus: & in tali propositione inceptio denotatur conuenire deo ita q̃ sit aliqua res/ que incipiat esse secũdũ denominationem dei/ & tunc esset deus recens: sed in ista Christus incipit esse homo vel deus incipit esse homo/ inceptio denotatur conuenire deo secmndum esse hominis. Iam Christus acquisiuit de nouo eẽ hominem. s. in incarnatione: & hoc manifestũ est respiciendo ad expositiones logicales. Vnde scotus in tertio tenet q̃ ista est vera. Christus incepit esse: que tamẽ fuit damna-

Regule de incipit & desinit Prima.

Secũda regula.

Quinta cõclusio.

Scotus i tertio.

ta a facultate theologie. Vnde si teneremus Christum esse compositum: non esset difficultas: sed Christus est secunda persona in diuinis sustentans humanitatem: & tūc ista est falsissima & heretica Christus icepit esse: nam bene sequitur: Christus incepit esse: & quicquid ē Christus: vel fuit christus ē hoc demonstrato secūdo suppositō in diuinis: ergo hoc incepit esse: sed consequens est hereticum: arguit in Disamis/ si Christus esset terminus communis: sed est singularis: ideo est bonus sillogismus expositorius: sed bene conceditur ista: hoc incepit esse christus. Nam christus non dicitur de deo: nisi post assumptionem: & ante instans assumptiois humanitatis non fuit Christus: ergo tunc icepit esse christus: sed in ista christus icepit esse appellat inceptionem simpliciter.

Difficultas Difficultas ē logica satis facilis/ si iam secūda persona in diuinis inciperet assumere naturam humanam: ita ꝙ imediate post erit assumpta: tuuc arguitur ꝙ christus incipit esse: ista est vera tunc christus non est: quia non habet adhuc humanitatem: ergo christus incipit esse. ab exponente ad exponibilem. Dico ꝙ ista propositio est prius resoluenda ḡ exponenda. & tunc est falsa ponendo affirmatiuam negatiue sic videlicet exponendo. christus imediate post hoc erit & idem non est: immo est ens. ¶ Sexta

Sexta cō clusio conclusio: ille propositiones sunt concedē de i quibus ponitur signum reduplicatiuū vel specificatiuum. Sed pro ista conclusiōe noto ꝙ ista dictio secundum ꝙ: & ista dictio secundum sumpta per se. i. sine ly ꝙ differunt: nam ista dictio secundum ꝙ/ est reduplicatiua siue specificatiua. Sed ly secundum per se sumpta non est reduplicatiua: vel specificatiua: sed potius distractiua. vnde ista propositio Ethiops secūdum ꝙ habet dentes est albus non conceditur: sed bene conceditur ista Ethiops secundum dentes est albus: & ista dictio secundum distrahit istum terminum albus/ & denotatur ꝙ Ethiops habet dentes albos: ita dico ꝙ ista est vera. Christus ē creatura secundum hūa nitatem quia nichil denotatur nisi ꝙ xp̄us habet humanitatem que est creatura. tamē non sequitur ergo est creatura. sicut nonsequitur Ethiops ē albus secundum dentes: ergo est albus. Sed ly secundū ꝙ capitur dupliciter. Vno modo: vt est dictio reduplicatiua. Alio modo vt ē specificatiua. Specificatiue capitur dupliciter. vnomodo: vt specificat conceptum illius termini cui adiūgitur/ & tunc facit appellare propriam rationem. Alio modo: vt specificat causam rei imediate per terminum cui immediate preponitur: & sic quando ly secūdum ꝙ capit reduplicatiue tunc ad veritatem propositionis in qua ponitur nichil aliud requiritur nisi ꝙ exponentes sint vere: & sic ista xp̄us secundum ꝙ homo ē creatura si capitur reduplicatiue sensus ē. xp̄us est creatura: xp̄s est homo: & omnis homo ē creatura & si aliquid vel quia aliquid ē homo illud ē creatura & talis ē falsa: quia pria/ tertia/ & quarta/ exponētes sunt false. Sed ista ē vera. christus secundum ꝙ deus ē creator immensus infinitus/ patet per exponentes/ Christus ē deus: christus ē creator & vnus deus est immensus & creator. Item ista ē falsa. xp̄s secūdum ꝙ deus ē filius virginis: quia prima & quarta exponentes sunt false: nam ista ē falsa omnis deus ē filius virgis. Ideo reduplicatiue capiendo respiciendum ē ad exponētes. Sed specificatiue capit dupliciter. vt dicta est vnomodo vt specificat conceptū termini immediate sequentis vt xp̄us ē creatura secundum ꝙ homo. i. secundum conceptum hominis: & ē falsa & nō debet capi sic in proposito. Nam certum est ꝙ xp̄us nō est creatura secundum cōceptum hominis: sed in proposito capiendum est: vt specificat causam rei pro qua supponit terminus immediate precedens &. sic ista xp̄us est creatura secundum ꝙ homo facit talem sensum. christus est creatura: & causa quare xp̄us est creatura ē esse hominem &/ sic illa est falsa: nam specificatiua illa requirit duo ad suā veritatem copulatiue. primum ꝙ sit creatura: secundum ꝙ causa quare est creatura sit esse

Ly secūdū capit dupliciter

Ly secūdū capit specificatiue dupliciter capitur

hominem: vnde ista preiacens ē falsa xp̄us est creatura. vnde quādo istud complexum secundum ꝙ capitur specificatiue & denotat causam rei pro qua supponit terminus p̄cedens cui adiungitur non oportet nisi videre: vtrum preiacens sit vera & causa propter quam predicatum conuenit subiecto: vtrum sit res iportata &c. sequitur ꝙ ista ē falsissima: xp̄us est creatura secūdum ꝙ hō: sed ista est vera: xp̄us est filius virginis secūdum ꝙ homo: quia tota causa cur est filius virginis est quia est homo. Ista autem xp̄us est deus secundum ꝙ homo est falsa / quia causa quare est deus non est esse hominem nam aliquando erat deus quando non erat homo. Septima conclusio: & octaua satis patent. ¶ Dubitatur primo: vtrum ille propositiones sint concedende: deus est homo xp̄us est homo secundum proprietatē sermonis. videtur ꝙ non/ bene sequitur: ē hō ergo est compositum ex anima rationali & corpore/ sed hoc est falsum. consequentia tenet a diffinitione ad diffinitum. Item bene sequitur: xp̄us est homo: ergo est ratiōalis: ergo habet animam tanq̄ partem sui: cō sequens est falsum quia non habet partes. ¶ Pro solutione: notandum ꝙ homo ē cōcretum predicamenti substantie huius absoluti humanitas. homo eni significat suppositum existens in natura humana & supponit pro ipso: vnde non potest cōcedi secundum proprietatem sermonis xp̄us ē hō si homo capiatur absolute ratio est. Quandocunq̄ terminus absolutus suppoit pro re nō potest desinere supponere pro illa re ipsa remanente: quia si desinat supponere: hoc est propter defectum cōgnotati/ & sic non ē terminus absolutus. Vnde bene diffinitur homo absolute esse quid compositum ex corpore & anima rationali. Sed si iste terminus homo capiatur congnotatiue xp̄us est homo: ita ꝙ homo tantum valet sicut subsistens in natura humana: tunc cōceditur secundum rigorem sermonis sicut ista. sortes est albus si habet albedinē. Ideo in eo sensu in quo est vera secundum rigorem terminorum conceditur. & rigor terminorum facit veritatem propositionis. Dicit tamen gabriel ꝙ ly homo sic acceptus est i predicamento substantie. sed credo ꝙ nō. immo ꝙ est accidens separabile & sic species alterius predicamenti a predicamēto substantie. sed cum hoc stat ꝙ sit predicabile accidens & sic quando querit in secundo dubio. vtrum homo predicetur de christo & de nobis vniuoce vel equiuoce. dicitur capiendo homo vt tantum valet sicut subsistens in natura humana tūc est terminus cōnotatiuus: & dicitur de Christo vere & nō de humaitate: quia humaitas nō subsistit. sic ista est contingens hoc est homo me demonstrato quia est possibile me remanente ꝙ terminet dependentiam meam. sed dicerem ꝙ ista est accidentalis hoc est homo demonstrando christum. Aliqui dicunt ꝙ ē disparata/ quia naturaliter nō est possibile quod hoc sit homo: & sic non est accidētalis nec essentialis: sed dicerem ꝙ est accidentalis. Quando queritur vltra. Vtrum homo dicatur vniuoce de deo & de me. Dico ꝙ sic: quia secundum significationem secūdum quam christus est homo secundum illam dicitur de me. Nam dicitur de deo secūdum ꝙ subsistit in natura humana: & etiam de me secundum ꝙ subsisto in natura hūana: sed dicitur de me secundum aliquam significationem secundum quam non dicitē de deo: quia de me absolute: & de deo accidentaliter. & sic equiuoce. ¶ Vltra dubitatur. vtrum homo iḡtum predicatur de deo & de homine puro sit species specialissima videtur ꝙ non: quia homo purus & deus differunt specie sicut creator & creatura. & tamē de illis predicatur iste terminus deus. igitur non est species specialissima. Respōdetur ꝙ homo simpliciter est species specialissima / quia solū predicatur quiditatiue de pluribus solo numero differentibus. homo enim vt est terminus absolutus non p̄dicatur quiditatiue de deo. secūdum enim significatū formale. i. secundum humanitatem non habet plura significata specie dif-

An hō dicatur de deo & homine vniuoce

ferentia sed solo numero/& sic ē species specialissima neq; predicatur de pluribus spē differētibus secundum formale. Indirecte autem & non quiditatiue predicaī de plusq; numero differentibus.

¶Distinctio Octaua.

QVeritur. vtrum filiatio q̄ Christus dicitur eternaliter filius patris & filiatio qua dicitur temporaliter filius virginis marie sint due relationes adinuicē distinctę. Idē enim xp̄s ē filius patris eterni & filius virginis. ¶Pro solutione questionis supponendū ē diuersitatem opinionum de relationibus/& tūc secundum vtrāq; istarum opinionū respondendum ē ad questum. disceptatio ergo ē inter doct. an sint ponende relationes que nō sint res absolute. Regulariter dicūt omnes nominales: q̄ omnis res est absoluta & relationes nihil sunt nisi res absolute sed dicuntur relationes inquantum aliqualiter se habent ad alias res. Reales vero dicūt q̄ relatio est quedam entitas que nullo modo ē absoluta sed dūtaxat relatiua ita q̄ eius esse non est ad seipsam: sed ad alterum: vt paternitas filiatio similitudo: nam esse paternitatis est ad filium tanq̄ ad terminum &c.

opinio nominalium de relationibus.

opinio realium.

¶Vltra apud eos qui non ponunt res preter absolutas dicunt q̄ similitudo est qualitas alteri similis. Difficultas est pro quibus supponunt abstracta terminorum relatiuorum vt est filiatio: paternitas: similitudo. Dicunt q̄ omne tale abstractū est terminus collectiuus supponens pro aggregato ex omnibus que requiruntur ad denominationem concretiuam: exemplum vt anteq̄ aliquid dicatur simile alteri requiruntur due qualitates eiusdem speciei: nā iste terminus similitudo supponit pro aggregato ex illis qualitatibus vnde anteq̄ aliquis dicatur similis vel filius de necessitate requiritur existentia illius a quo productus ē & existētia sui: ideo filiatio (dicunt) supponit pro aggregato eorum que necessario requirūtur vt aliquis denominetur filius. Vnde dicit georgius in predicamētis q̄ similitudo est terminus collectiuus. ¶Dicunt alij q̄ omne abstractum correspondens alicui cōcreto relatiuo supponit pro illa re pro qua immediate supponit concretum. vnde cōcreta aliquando supponunt pro aliquibus q̄litatibus immediate/ vt similitudo nō supponit pro subiecto: sed pro albedine. quia immediate dicitur similis: ita q̄ similitudo supponit pro vna qualitate alteri simili. Similiter iste terminus filiatio supponit pro filio non per aliquid sibi inherens: sed p se ipsum est filius: ita q̄ idem est in istis cōcretum & abstractum: idem est filius & filiatio: & ita breuiter de similibus. His suppositis. videndum est primo tenendo q̄ nulla est res respectiua quin sit absoluta: vtrum in christo sint due filiationes. Secundo tenendo q̄ respectus distinguitur ab absolutis. videndum est de questione. Tenēdo primum modum: videlicet q̄ filiatio sit aggregatum omnium que requiruntur ad esse filium: tūc in xp̄o sunt due diuerse filiationes quarum vna dicitur eterna. & alia temporalis. patet. virgo maria est pars que requiritur ad esse temporaliter filium: sed sic est q̄ nō est pars filiationis eterne: ergo hoc tenēdo demonstrata filiatione temporali ex parte subiecti: & eterna ex parte predicati: hec est vera hec filiatio non ē illa: nam eterna supponit pro aggregato ex patre eterno & filio. Sed ista opinio non est multum probabilis. ¶Sed tenendo q̄ omnis res est absoluta & concretum & abstractum in relatis supponunt pro eodem: tunc non sunt due diuerse filiationes quarum vna dicatur temporalis & alia eterna. Patet: bene sequitur: est eadem res penitus que est ex tempore filius virginis & eternaliter filius patris. s. secūda persona in diuinis. Nam filius est terminus suppositi: ergo est eadem filiatō: q̄ idem est filius ex fundamento huius opinionis: & sic vides quid dicendum secundū viam nominalium. Sed tenendo q̄ relationes sunt ponende res distincte ab absolutis

Moralis opinio

Quod in xp̄o sit due filiationes distincte.

Realius y magnatio

ita q̄ filiatio est respectus habens fundamentum & terminum: & ad eius corruptionem sufficit corruptio vel fundamenti vel termini & a tali relatione aliquis denominaī formaliter talis vt a filiatōne aliq̄s denoiaī formaliter filius. Ideo secundum hac opinionem. Queritur vtrum in christo sint due filiationes diuerse ¶Circa hanc difficultatē fuit magna controuersia inter antiquos/inter Scotum Bonauēturā & S. tho. dicebāt ferme omnes antiqui q̄ non sunt diuerse filiationes: quia tunc xp̄us esset duo filij. vñ Sco. in ista distinctione ponit aliam cōclusionem: & conformiter ad eū Gabriel ponit tertiam conclusionem: q̄ ponendo relationes distingui ab absolutis oportet necessario fateri q̄ sint due diuerse filiationes in xp̄o: patet multipliciter. Primo filiatio qua xp̄us dicitur filius virginis Marie est eiusdem speciei specialissime cum ea qua dicor filius matris mee: ergo secundum hanc opinionem filiatio qua dicitur filius virginis est vnum accidens/& res realiter & formaliter alteri inherens: sed sic est q̄ filiatio qua xp̄us dicitur filius patris eterni: non ē accidens: quia realiter est ipse filius: talis relatio ergo. f. filiatio qua dicitur temporaliter filius & illa qua dicitur eternaliter distinguitur non solum realiter: sed etiam specie & est magna apparentia: Preterea secundū illos relationes non sumunt distinctionē a fundamentis solum: sed etiam a terminis illarum relationū: sed filiatio qua dicitur q̄ est eternaliter filius habet patrem pro termino & alia habet matrem: ergo ille relationes distinguntur specie & realiter. immo si corrumpatur virgo sicut aliquando fuit mortua desinebat esse filiatio qua dicebaī xp̄us filius virginis & in triduo desijt esse talis filiatio: altera qua dicitur filius patris semper remanente: ergo ille due filiationes distingūtur realiter immo specie. vna eternaliter fuit: alia tempore. vna accidens: alia substantia. vna immediate subiectiue in humanitate q̄is denominet suppositum. altera nullibi subiectiue quia non est accidēs & sic multipliciter differunt. Quarta cōclusio que ponitur est quod vtraq; illarum ē relatio realis & non rationis/quia non dependet ab operatione nostri intellectus. Sed instatur primo contra tertiam conclusionem: bene sequitur Christus habet duas filiationes vel sunt due filiationes. ergo est duo filij. Item concedimus q̄ deus est creator & dominus creature ex tēpore/quia nō dicitur dominus creature nisi quando creatura est. Dicitur enim dominus respectiue ad rem possessam/ sed sic ē q̄ non ponitur aliqua relatio a qua dicatur dominus ex tēpore distincta a relatione eterna: ergo eodē modo q̄is xp̄us dicatur ex tempore filius virginis non est ponenda relatio distincta ab eterna. ¶Quantum ad primum dico q̄ non sequitur sunt due filiationes: ergo duo filij. sicut non sequitur in me sunt due qualitates. ergo ego sum duo qualia. Similiter in aliquo sunt due filiationes: vna ex parte patris: & alia ex parte matris: & tamen non est duo filij. Similiter in me sunt due similitudines quibus dicor similis duobus alijs qui participant mecum in qualitate & tamē non sunt duo similes. ¶Quantum ad secūdum notum est q̄ deus dicitur ex tempore dominus sicut ex tempore habet seruum. & dico q̄ dominus importat relationē tēporalem distinctam ab eterno nō i deo subiectiue sed i eo respectu cuius dicitur dominus. Nam est relatio realis in termino: & rationis in fundamento secundum Sco. Dubitatur tamen. An verbum in triduo fuerit filius virgis. Ad hoc dicitur q̄ filius ē suppositum existens in natura intellectuali vel ad minus sensitiua productum ab alio qd actualiter est. Dicitur notāter suppositum: quia natura humana in xp̄o non ē filius virginis: quia virgo habuisset duos filios. Dicitur notanter intellectuali aut sensitiua: nā ignis productus ab alio igne non dicitur filius ignis. Dicitur in natura producta. vel ad minus communicata ab altero qd actualiter est. nam nisi pater sit: nichil dicitur filius/& sic patet solutio. Nam xp̄us in triduo

An in xp̄o sit diuerse filiationes.

Quarta cōclusio.

Ad quartę ad primū

Ad secūdum.

Dubium

Quid importet filius.

nō erat in natura humana que esset producta a virgine: erat enim in natura diuina: sed non in humana: nam natura humana ē qd compositum ex corpore & anima rationali: sed in triduo illud compositum nō fuit: ideo in triduo xp̄us nō erat filius virginis marie sed resurrexit filius virginis. Nam si deus me mortuum resuscitaret dicerer filius patris mei sicut ante. Sed ponendo relationes distingui ab absolutis an deus reproduxit eandem filiationem numero vel alterius speciei. Dico ꝙ est questio facti. tenendo ꝙ filiatio est accidens inherēs: oportet dicere ꝙ resurrexit xp̄us cum tali accidēte: an in eodem numero vel specie siue hoc siue illud dicebatur filius virginis. ¶ Vtrū sicut conceditur ꝙ xp̄us natus est ex virgine an etiam natura diuia sit nata ex virgie. concedimus ꝙ humanitas sit nata & producta ex virgine: quia concurrebat immediate ad productionem humanitatis: sed non Concedimus ꝙ humanitas sit filius virgis: quia humanitas christi non est suppositū sed filius est suppositum. Dico preterea ꝙ non est incōueniens concedere ꝙ deitas sit nata ex virgine: sed non oportet concedere ꝙ sit filius virginis. Vnde essentia non est formaliter suppositum. Ideo oportet consequenter dicere ꝙ non est filius virginis: sed non est inconueniens concedere ꝙ essētia sit nata de virgine.

An eadē filiatio in xp̄o fuerit reproducta

¶ Distinctio nona.

IN precedentibus distinctionibus visū est de vnione nature humane ad verbum & de conditionibus illius/ tam constituentibus q̄ consequentibus/ preterea de communicatione ydiomatum & de his que personam ratione humane nature respiciunt: & de his que nature humane conueniunt ratione assumentis persone. Iam consequenter queritur vtrum humanitas Christi sit adoranda adoratione latrie. ¶ Pro solutione noto ꝙ adoratio capitur aliquando large: & sic nihil aliud est q̄ veneratio seu honor alicui exhibitus & diuiditur in tres species, scilicet in latriam que grece theosebia dicit duliam: & hyperduliam. Alio modo speciali ter vt cōuertitur cum illo termio latria. ¶ Vnde latria prima species est honor soli deo debitus, & quia contingit deum horari actu interiori similiter & actu exteriori: Ideo latria sumitur pro interiori & exteriori actu. ideo duplex est latria interior & exterior. Actus latrie interior est actus fidei spei ac charitatis: secundum beatum Augustinum in eucheri. i. actus intellectus vel affectus quo aliquis fertur in deum vt in summum bonum omnium rerum principium atq̄ finem. & omnis talis est actus fidei spei & charitatis: quia istis actibus honorat deus. Sed latria exterior est signum aliq̄d sensibile in protestationem latrie interioris vt sunt oblatio sacrificium laudū: genuflexiones/ iunctio manuum/ tonsio pectorū/ in terram prostratō/ luminarium accēsio &c. Est enī tota difficultas est inquirere quis actus sit latrie. vnde sicut actus exteriores nō sunt boni vel mali nisi in q̄tum imperantur ab interioribus: ita non sunt huius vel illius virtutis/ nisi per interiores a quibus imperantur. Ideo si genuflectio dicatur actus latrie hoc habet ab actu interiori aliquo: est ergo solum difficultas inquirere quis actus interior dicatur latria. ¶ Respondent alīq ꝙ actus fidei spei & caritatis sūt actus latrie interioris/ fidei qua creditur deus summū bonum. spei qua speratur ꝙ propter merita dabit gloriam. & charitatis qua diligitur deus tā q̄ summum bonum. Sed videtur ꝙ hoc non possit stare: quia tales actus sūt virtutum theologicarum inter quas non ponitur latria: sed est virtus moralis species iustīcie pertinens ad religionem quia reddit deo quod suum ē. ¶ Si sit ergo questio de actu interiori capitur latria vt est virtus specialis & moralis sub iustīcia contenta. Queritur ergo cum latria sit respectu dei & nullus actus potest esse latria nisi sit latria dei: quia latria exhibita creature vocatur idolatria: & omnis actus qui habet deū pro imediato obiecto videt ꝙ sit actus fidei spei vel charitatis virtutū theologicarū. & propter hoc videbatur antiquis difficultas quomodo latria sit virtus moralis. Quantū ad hoc Dico primo ꝙ nullus actus dicitur latria/ nisi latria dei. Immo omnis actus similis latrie respectu creature dicendus esset idolatria. ¶ Sed questio est vtrū ille actus qui est latria & solum latria dei habeat precise deū pro obiecto. Dico ꝙ latria nō est actus virtutis theologice: quia nō habet deū pro obiecto imediato / sed habet quid creatū pro immediato obiecto scilicet actum exteriorē per quā profitemur & manifestamus ee in deo summam bonitatē. & sic latria est virtus moralis. & sicut dictum est omnis actus exterior dominatur talis vel talis virtutis ab interiori a quo iperatur. sed multi actus exteriores pertinenr ad latriam. ¶ Omnis eni interior latria habet actū exteriorē quē imperat pro imediato obiecto. Ratio est: actus exteriores dicuntur latria: ergo imperantur ab interioribus latrie que sunt per se & immediate latria & vnum imperās actū exteriorem habet illum pro obiecto: vnde imperare cursum per interiorem actum est velle efficaciter currere. iperare homicidiū per interiorem est velle efficaciter occidere Sequitur igitur manifeste ꝙ actus interior latrie habet actum exteriorem quem imperat pro obiecto. Pro cuius declaratiōe. primo anteq̄ habeam actum latrie habeo iudicium intellectus specificum verum quo iudico ꝙ deus est omnium iustissimus sūme bonus. ¶ Et habeo aliud iudicium practicum verum: puta recognoscendum est deū esse maximum & supremū dominū & summe iustum protestandum & honorandum per aliquod signum exterius. ¶ Tunc conformiter ad illud iudicium practicū elicio volitionē qua ego volo hoc exhibere deo scilicet exteriorem reuerentiam in recognitionem supremi domini & summe bonitatis & iustīcie. ¶ Et sic proprie capiendo latriam iste actus vltimus est actus latrie. & certum est ꝙ talis actus vltimus non habet solum deum pro obiecto: sed habet immediate pro obiecto illam exhibitionem exteriorem seu protestationem exteriorem: & sic latria est virtus moralis scilicet est actus interior quo volo exhibere aliquo signo exteriori aliquam reuerentiam exteriorem in recognitionem supremi domini vel summe bonitatis aut summe iustīcie: & sic talis virtus est pure moralis: & ille actus latrie/ nec est fidei/ spei/ nec charitatis. & sic patet de latria. ¶ Sed hyperdulia est honor exhibitus creature ratione excellentie eminentis/ & singularissime: qualis est reuerentia exhibita virgini gloriose/ vt est mater dei. Sed dulia ē veneratio seu honor exhibitus creature ratione alicuius excellentie: & communis perfectionis/ que reperitur in illa creatura/ & in alijs cōmuniter. ¶ Notandum est preterea/ ꝙ nos exhibemus reuerentiā creaturis rationalibus/ & irrationalibus: vt cruci: Christi imaginibus: sed diuersimode: qa exhibemus rationalibus ꝓpter aliquid existens in illis: vel saltem quod existimamus ineſſe/ vel debere ineſſe: vt est honor exhibitus malo prelato/ propter perfectionem que deberet ei ineſſe: sed creaturis irrationalibus exhibemus reuerentiam/ puta imaginibus sanctorū: non propter perfectionē eis inherentem: sed propter singularē habitudinem/ quā habent ad res representatas: quia representāt specialiter speciali representatiōe illas creaturas: aut fuerūt partes earū quibus exhibetur/ vel inherebat id propter quod exhibendus est honor: vel ꝓpter aliā singularem habitudinem: puta propter virtutem/ que est per se honorabilis: vnde certum est qualdā creaturas nō rationales habere specialem habitudinem ad rationales in representatione vel infuisse partes: & ratione illius specialis habitudinis exhibetur eis reuerentia que exhibetur creaturis in ordine ad quas habent specialem reuerentiā: si essent presentes.

¶ Ex hoc oritur difficultas/ an Christi hūanitas sit latria adoranda quia habet specia-

Aduerte

Dubium

Quid sit obiectus latrie.

Quid latria.

Quid latria.

Quid actus latrie.

Quid hyperdulia. Quid dulia.

Quid latria.

Dubium

lem habitudinē ad verbū. ¶Circa hoc tres sunt opiniones. Aliqui dicunt q̄ non simpliciter & absolute: quia scdm omnē habitudinem/quā habere pōt ad deum/& diuinitatē est pura creatura. Nam nō ꝓceditur ista per cōmunicationē ydiomatū humanitas xp̄i ē deus: qa deus nunq̄ supponit pro creatura: nā dicēdo homo ē deus: ly homo non supponit pro creatura sed pro deo: cū ergo latria sit honos soli deo exhibitus: ergo non est honor creature: nam bene sequitur: est honor soli deo debitus: ergo nulli alteri debetur: ergo non debetur humanitati christi: ergo honor debitus humanitati xp̄i nō est latria: & si exhibeat ei honor nō debitus: est actus vitiosus: & illa ē ratio

Prima opinio.

Secūda

prime opinionis: ¶Secūda opinio tenet q̄ humanitas vt a verbo assumpta adoratur latria: probat per Damascenum dicentem qd adoratur latria nō vt nuda caro: sed in vna verbi hypostasi. dat similitudinem. Nā timeo tangere carbonē propter ignem. &c. Eodē modo adoratur hūanitas adoratiōe latrie: nō ꝓpter ipsam carnem/seu humanitatē/sed ꝓpter diuinitatē/cui est ꝓiūcta: sed videtur mihi difficultas solū modo ad nomen: nā actus exterior (vt dictū est) nō est latria: nisi ꝓpter interiorē impationē: iō idē actus exterior/vel similis in specie aliqñ est latria: aliqñ dulia: aliqñ hypdulia. Si sit ergo aliqs actus exterior qui dicat latria respectu humanitatis xp̄i: erit latria p interiorem actū: sed nō possum licite habere interiorē: quo vellē illū honorē exteriorem exhibere hūanitati xp̄i in recōpēsationē supmi dñij: quia ista hūanitas nō habet supmū dñium: neq̄ supmā bonitatē/& iusticiā. igit. Sed possum habere interiorē/quo recognosco humanitatē xp̄i eē vnitā verbo scdm hitudinē/qua est vnita verbo hñti summū dominiū & summā bonitatē/& in recognitōnē illius summi dñij: qd habet verbum/cui vnitur humanitas exhibeo reuerentiam: & genuflexionē: & sic genuflexio illa est actus latrie: & exhibetur humanitati: sed nō finaliter. Propterea aliqs actus latrie pōt exhiberi humanitati sed nō finaliter: sed finaliter exhibetur deo: ꝓpterea est magna apparentia: q̄ nō pōt eē actus latrie respectu humanitatis christi. Nā dicimus q̄ actus quo amo fortē propter deū est vsus/& fruitio/ille actus nō est fruitio creature: sed est solū fruitio dei. Ideo verissimili dicendū q̄ talis actus nō potest dici latria humanitatis xp̄i: q̄uis sit honor exhibitus humanitati: & qa non exhibetur vltimate hūanitati/sed deo apparet q̄ talis actus debet dici hyperdulia humanitatis: & latria respectu dei. ¶Notādum q̄ q̄uis actus iterior latrie terminetur immediate ad actū exteriorē. tñ non dicitur latria actus exterioris: sed terminat semper vltimate ad id/ad qd̄ refertur/& terminat actus exterior: sed non refero actū exteriorē ad humanitatē xp̄i: sed ad diuinitatē: ideo ille actus debet dici latria xp̄i & nō humanitatis. Patet igitur quid latria/quid dulia & quid hypdulia. Et proprie capiēdo terminos Latria est velle interius quo impat honor exterius in ptestationē/& recognitionem supmi dñij: bonitatis: sapiētie: prudētie: & iusticie supreme. ¶Aliquādo tamen capitur latria large ex auctoritate Augusti/pro actibus fidei/spei/& charitatis: quibus interius honoratur deus: sed non proprie pro actu exteriori imperato ab interiori exhibito in protestationem &c. ¶Iam in questione querebat an caro Christi sit adoranda latria: pro quo ponuntur conclusiones. ¶Prima. Homo Christus est adorandus precise adoratione latrie. Patet: homo xps est precise deus: quia Christus homo nihil aliud est q̄ secūda persona in diuinis: ergo homo Christus est precise adorādus adoratione latrie. Consequētia tenet: quia quicquid est deus est precise adorandus adoratione latrie. ¶Secundo. Homo christus est summum bonum: quia deus/ergo summus omnium dominus: ergo est ei exhibendum aliquid exterius in recognitionem summi dominij/summe bonitatis/summe iusticie: & prudentie & cetera. & istud est adoratio latrie. igitur. &c.

Attende

Augusti

Ad qōnē rñdetur p 2clōes

Secūda cōclusio.

¶Secunda conclusio. Natura humana in Christo per se considerata est adorāda maiori adoratione q̄ dulia: scilicet adoratione hypdulie. Patet sic: natura humana in christo est pura creatura: & per se consyderata/nihil importat nisi aliquid pure creatū: & illi pure creature cōuenit singularis virtus & eminens: ergo in recognitionē illius singularis virtutis est illi creature sūmus exhibendus honor qui creature exhiberi potest & talis exhibitio vocatur hyperdulia. Dices angelus multo perfectior est q̄ humanitas Christi in entitate sua/ergo magis conuenit angelo yperdulia q̄ humanitati Christi. Respondetur q̄ yperdulia non atribuitur creature ratione perfectionis entitatiue sed ratione alicuius perfectionis quasi accidentalis in illa natura. vñ angelo nō debetur yperdulia ratione entitatis: quia dyabolo deberetur: sed ratione excellētie vt dictū est. ¶Tertia conclusio responsiua ad totā difficultatem. humanitas Christi vt coniūcta diuinitati non est adoranda adoratiōe latrie proprie dicta: patet sic. Humanitas Christi vt etiam coniuncta diuitati est pura creatura. & illa cōmunicatio humanitatis cum diuinitate nō facit illam esse deum: vel creatorem. Nam illa est ipossibilis: humanitas est deus: tunc arguitur sic. Humanitas xp̄i etiam consyderata vt est iuncta diuinitati est pura creatura: ergo nō est summū bonum: ergo nō est omniū supremus dñs: vltra nō est omnium supremus dominus: ergo nō est ei exhibendum aliquid in recognitionē supmi dominij: imo si existimaret q̄ ei esset sic exhibendū: esset estimatio/& reputatio erronea: & vltra non est ei exhibendum aliquid in recognitionē supremi dominij in ea existētis: ergo nō est adorāda latria. Consequentia tenet: qa adoratio latrie nihil aliud est q̄ exhibitio honoris in recognitionē summi dominij. Bonauētura ponit oppositū. & hec ꝓclusio capitur ex Alexandro. Vnde sicut dictū est actus latrie habet actū exteriorem pro imediato obiecto: sed pro fine habet illud in q̄d refertur actus ille exterior: & ille actus dicitur latria illius in quē refertur actus exterior/vel dulia vel hyperdulia secundum diuersas recognitiones: iam qñ exhibetur actus exterior honoris humanitati xp̄i/etiam cōsyderate vt cōiuncte diuinitati si talis actus exterior referatur i humanitatem protestādo summū dominiū in eo existens diceretur latria humanitatis: sed ille actus nō est bonus: imo malus: quia certum est q̄ in ea humanitate nō est summū dominiū. Sed si referatur actus exterior in diuinitatem/cui est coniūcta humanitas: actus ille est latria diuinitatis: & non humanitatis: ergo nō debet dici q̄ latria possit esse humanitatis qualitercūq̄ cōsyderatur humanitas. cū semp sit pura creatura. Difficultas est nā in xp̄o duo sunt: primo Christus est adorādus latria: quia deus sicut dictū est in prima cōclusione. Scdo est humanitas/q̄ nō adorat scdm hāc ꝓclusionē nisi hypdulia: sed ē difficultas de aggregato ex humanitate/& scda psona in diuis & ꝓpterea doc. forte dixerūt q̄ humanitas vt iuncta diuinitati. i. totū illud aggregatū ex diuinitate & hūanitate est adorādū adoratiōe latrie. ¶Querit ergo de illo toto aggregato. s. de humanitate/& secūda persona ipsam assumēte vtrū totū illud aggregatum sit latria adorandū. Vnde notū est/q̄ totū illud aggregatū nō est deus: qa bñ sequitur: illud totū aggregatū incepit eē: qa iam est & ante nō fuit. & illud totū aggregatū est deus: ergo deus icepit esse: qd̄ est ipossibile: ergo illud totū aggregatū nō est deus. Similiter illud totū aggregatū nō est creatura. Queritur ergo an illud totū sit latria adorandū. Scotus dicit: q̄ illud totū aggregatum est latria adorandū. & est apparētia. Nam totū illud aggregatū est supmā bonitas/suprema sapientia/supremum dominium: ergo potest exhiberi cultus exterior illi toti aggregato in recognitionem supremi dominij/sapientie/bonitatis/& iusticie &c. existentis in eo: sed sic est q̄ talis exhibitio est actus latrie: ergo illud totum aggregatū licite adoratur latria: & hoc fateor cū

Alexander de hales.

Prima ꝓpositio

Secūda ꝓpositio.

Scoto: ꝙ totū illud aggregatū venit adorandum latria si vnicus actus exhibeatur toti aggregato ꝙ ille cultus exterior est latria & si doctores qui dixerūt humanitatē vnitam diuinitati esse adorandā latria intellexerint/ ꝙ illud aggregatū est adorandū latria: illud est verum: sed si intellexerint ꝙ ille actus latrie precise terminetur ad humanitatem consyderatā tamen vt est iuncta diuinitati: ꝙ sit latria adorāda falsū est: ideo videtur mihi ꝙ illud totū est latria adorādū.

¶Alia est difficultas quā mouet Sco. Vtrū toto aggregato sit fruendū: certū est ꝙ nō est deus/ & solo deo est fruēdū. Dico ꝙ nō est fruēdū illo aggregato: imo illud aggregatum licite nō potest amari: nisi ille amor qui terminatur ad illud aggregatū referat in deum solū: nā si terminetur amor ille collectiue ad totū aggregatū: illud amatur propter aliud a deo: quia deus distinguitur ab illo aggregato: & sic vsus erit: tamē ista cōsequentia nō valet/ illo aggregato non est frueudū: ergo nō est adorandū latria: negatur ꝓña. vnde actus latrie ē vsus/ & nō fruitio: quia latria proprie habet actū exteriorem pro obiecto/ & illo actu exteriore vtendum est. ideo nō sequitur/ hoc adoratur latria. ergo hoc est fruendum.

Quarta ꝓclusio.

¶Quarta conclusio. Capiendo latriā large/ posset concedi ꝙ humanitas iūcta diuinitati est adoranda latria: & hoc stat in termino. nā latria proprie est recognoscere signo exteriori sūmū esse dominiū in eo qui adorat: sed large est recognoscere humanitatē iunctā cum illo/ quod habet summū dominiū/ summā bonitatem/ prudentiā/ iusticiam &c. & illa latria sic exhibita: nihil aliud ē q̄ hyperdulia in summo gradu eius.

Quinta cōclusio. De imaginibus adorādis

¶Quinta conclusio Imagines rerum adorandarū eadem specie adorationis adorande sunt: qua res repreſē tate. Vnde quando video aliquā imaginē: possum formare duas apprehensiones: seu duos conceptus/ siue estimationes. & consequēter habere duos affectus. Primus ꝓceptus est. hec imago repūtat hoc/ vel illud: hec crux repūtat xp̄m crucifixum. Et ꝓnter possum habere vnā affectionē/ qua afficior cruci: in quo cōplaceo secundū ꝙ repſentat xp̄m.

Secūdus ꝓceptus est/ quo concipio xp̄m fuisse taliter crucifixū pro nobis: qualiter presentatur per ipam crucē: & cōsequēter ex illa affectione in recognitionem exhibeo aliquem cultū exteriorē.

¶His suppositis patet ꝓclusio scilicet quelibet imago ē precise adoranda eo genere adorationis/ quo adoratur res repſentata per ipsam. Patet sic. Imago nō est adoranda propter aliquam sanctitatē/ & virtutē/ siue numen diuinum exīstens in illa imagine: sed est precise adoranda propter virtutem vel diuinitatem/ vel numen exīstens in re repſentata per illam imaginem: ergo cultus exhibitus imagini nō exhibetur in recognitionē alicuius numinis exīstentis in imagine: sed in re repſentata: imo aliter faciens esset idolatra: adoratur ergo crux non propter ipsam sed propter crucifixum in recordationē numinis exīstentis in crucifixo/ imo adoratio crucis nō est adoratio xp̄i crucifixi/ imo nō adoro crucem proprie sed exhibeo ante crucem cultum crucifixi debitum inquantū repſentat/ & reducit ad memoriam christū deum crucifixum: & talis actus est latria & fruitio inquantū terminatur ad christū deū

Crucis dōratio.

¶Sexta conclusio. Omnia coniuncta adorandis/ siue vt partes presentes/ vel preterite/ siue vt alias/ specialem ordinem ad ipsa habentia propter se non adorabilia: adorāda sunt eadem specie adorationis: quali ea/ quibus ꝓiuncta sunt adorātur proprie/ vt non adoro caput sancti Ioānis/ propter numen exīstēs in illo/ vel propter bonitatem: aut sapientiā: sed ꝓpter bonitatē/ & virtutē quā exīstimo ineſse anime: & fuisse toti cōpositō/ cuius erat ps̄ terris q̄tū ad materiā: ergo est ptestatio bonitatis q̄ exīstimat in esse aie/ ē ergo idē cultus. Dicit ꝓpter se nō adorabilia ꝓpter alias sanctorū qbus debet adoratio ꝓprie dicta/ sicut sāctis/ nā ꝓpter alias sanctas totū compositum est sanctum.

Sexta ꝓclusio.

¶Septima conclusio. Actus exterior idem secundum diuersos actus interiores est duplex/ yperdulia/ & latria: quia eadem genuflectio que exibetur sancto in recognitionē virtutis eius est dulia: & que exhibetur virgini/ quia est mater Christi est yperdulia. & que exhibetur deo: inquantum est summū bonum: supremus dominus &c. est latria: nam idem actus in specie sortitur tres diuersas adorationes penes diuersos actus interiores/ a quibus imperatur.

Septia cōclusio.

¶Sed dubitatur ad quam virtutem spectat latria. Dico primo ꝙ habeo iudicium speculatiuum de deo: ꝙ est summe bonus: & summus dominus. Secundo habeo iudicium practicū: ꝙ in recognitionē summe bonitatis/ & dominij est ei honor exhibendus. Consequēter habeo velle: quo impero honorem in recognitionem summi dominij. Et quarto ad illud velle sequitur actus imperatus: scilicet honor.

Latria ē virt⁹ moralis.

¶Postea habeo aliquos actus circa deum: puta credendi/ sperandi/ amandi. Primi duo actus sunt actus prudētie. Tertius scilicet volo ei illum honorem exhibere in recognitionem &c. est proprie latria: & actus imperatus est latria denominatiōe extrinseca.

¶Sequitur ergo ꝙ latria est virtus moralis: quia habet obiectū creatum pro immediato obiecto scilicet actum &c. Alij autem actus scilicet fidei/ spei/ & charitatis: non sunt actus latrie: quia actus latrie proprie est illud velle quo imperatur honor i recognitionem supremi dominij &c. ideo si bene consideretur: non est difficultas/ ad quam virtutem reducatur actus latrie: quia certum est/ quod ad moralem/ puta ad iusticiā.

¶Patet igitur quid latria/ yperdulia/ & dulia/ & quomodo duplex ē latria scilicet interior & exterior. Solet hic moueri difficultas de adoratione demonis apparentis in figura Christi/ an illa adoratio illi exhibita sit latria/ & an peccet qui illum vt summum deum adorat. videtur ꝙ non. & ꝙ ignorantia inuincibilis eum excuset: & ꝙ meretur/ sicut dans elemosinam diuiti quem probabiliter exīstimat pauperem meretur. igitur a simili videt ꝙ adorās dyabolum quem putat esse verum deū meretur. Hec difficultas alibi terminabitur.

¶Distinctio decima.

Queritur vtrum Christus secundum ꝙ homo sit filius dei adoptiuus.

¶In ista questiōe difficultas est solum ex terminis/ & non in re. Vnde supponuntur ea que dicta sunt circa septimam distinctionem de propositionibus in quibus ponuntur isti termini: secundum ꝙ/ vel inquātum. Preterea notādum ꝙ filius adoptiuus est ille qui non est ab eo/ cuius ē filius adoptiuus naturaliter genitus/ id est qui non est filius naturalis: nihilominus per gratiam eius est adoptatus ad hereditatem ac si esset eius naturalis filius. Vnde sicut dicunt doctores de ratione filij adoptiui tria sunt. Primo ꝙ sit extraneus quantum ad naturalem generationē: id est ꝙ non sit naturalis filius.

Quid est filius adoptiuus.

Scot⁹ & Bona.

Secūdo gratia adoptantis/ que est voluntas gratuita/ qua afficitur ille adoptatus. & tertium ē bonum ad quod acceptatur ab ipso adoptante: puta hereditas. Ista tria sunt de ratione adoptionis scilicet extraneitas/ quātum ad naturalem generationem. Secundum adoptantis gratia seu gratuita volūtas. Tertiū: hereditas adoptantis ad quam acceptatur adoptatus: quia non est naturalis filius nec naturalis successor. Et quia succedit/ ex sola gratia succedit. Ex quo sequitur ꝙ nullū irrationale est filius adoptiuus dei: qa nullum tale potest ordinari ad specialem hereditatem dei. i. ad beatitudinē.

Primū corrolariū.

¶Secūdo sequit ꝙ & si angeli fuerint creati in gr̄a vt tenet cōis opinio: nihilominus adhuc sūt filij adoptiui dei. patet: q̄is angeli fuerit creati in gr̄a adhuc nō sūt filij naturales dei: & eis naturaliter/ & naturali successione non debet beatitudo: ergo eis ꝓuenit pria ꝓditio: scilicet extraneitas q̄tū ad gr̄ationē naturalē. Sc̄do/ circa angelos habet deus gratuitā volūtatē: & tertio eos ordinat ad hereditatem: id est beatitudinē: semp enī fuerūt gratī ad beatitudinē: sed qa nō fuerūt tales ex vi

Secūdū.

generationis naturalis:sed ſolum ex vi gra tuite acceptationis diuine/quia gratis acce ptauit eos.Igit̄ q̄uis fuerint creati in gratia nihilominus ſunt adhuc filij adoptiui dei.

Tertium corrolarium.

¶Tertio ſequitur ꝙ nullus preſcitus eſt fi lius adoptiuus:& circa hoc correlarium eſt tota difficultas: nam certū eſt ꝙ ſtat aliquē preſcitum nunc eſſe in gratia:ergo videtur ꝙ ſit filius regni.& nō eſt filius regni natu ralis:ergo adoptiuus:ergo tertium correla rium falſum.ꝙ autē talis preſcitus ſit filius adoptiuus.Patet:capio ſortē quē adopta uit plato:id eſt cōſtituit eum ſuum heredē. Iſta eſt concedenda:ſortes eſt filius adopti uus platonis:q̄uis ſortes propter culpā fu turam ſit priuandus debito hereditatis: nā contingit ipſum peccare:ratione cuius pri uabitur adoptione.i.debito hereditatis fu ture:ita ꝙ non erit heres:nihilominus dici tur adoptiuus.ergo ſimiliter ſi ſortes ſit in gratia:q̄uis ſit peccaturus & ratione pecca ti veniat priuādus hereditate:adhuc eſt vo candus filius adoptiuus:ergo falſum eſt ꝙ nullo preſcitus ſit adoptiuus.¶Aliqui do ctores vt Dyoniſius voluerūt dicere ꝙ nō eſt poſſibile de lege preſcitum mereri:q̄uis ſit bene poſſibile preſcitū eſſe in gratia:qa dicere oppoſitum eſſet hereticum:quia par uulus preſcitus & baptiſatus eſt in gratia: ſed nō eſt poſſibile preſcitum mereri:quia apud eos de ratione meriti eſt:ꝙ deus acce ptet illud ad beatitudinem.i. ꝙ velit volū tate beneplaciti/& abſoluta pro actu illo dare ei vitam eternam. Vnde bene ſequitur Vult deus volūtate beneplaciti:& abſolu ta dare iſti pro actu iſto meritorio vitā eter nam.ergo dabit:& vltra dabit:ergo nō eſt preſcitus. Vnde tales doc.dicerent ꝓformi ter ꝙ eſſe filium adoptiuum/eſt eē accepta tum ad vitam eternam:& caperent eſſe acce ptatum pro eo/ꝙ eſt deum velle volunta te beneplaciti & abſoluta illi conferre bea titudinem: tunc implicat preſcitū eſſe ado ptatum:quia bene ſequitur:vult dare illi bea titudinem voluntate beneplaciti/ & abſo luta:ergo dabit:ergo nō eſt preſcitus. Sed

Vtrū p̄ſcitus ſit filius adoptiuus.

ſi dicamus illum eē filium adoptiuum/qui non eſt naturalis filius: ſed per gratiam eſt adoptatus ſecundum preſentem iuſticiam adherētem:id eſt deus habet velle p̄dictio natum circa iſtum dandi ei beatitudinem/ ſi in eo ſtatu/in quo eſt decedat:tunc talis preſcitus eſt adoptiuus:ſed vocando ado ptiuum qui eſt acceptatus ſecundum eter nam predeſtinationem:id eſt cui voluntas te beneplaciti/& abſoluta vult deus dare beatitudinem:tunc nullus preſcitus eſt fi lius adoptiuus.Ex iſto ſequitur aliud: ꝙ exi ſtens in gratia nō eſſet filius adoptiuus.pa tet:aliquis preſcitus eſt in gratia:ergo aliqs exiſtens in gratia non eſt filius adoptiuus. Conſequenter ſequitur aliud: videlicet/ꝙ aliquis qui nō eſt in gratia eſt filius adopti uus:quia aliquis eſt predeſtinatus non exi ſtens in gratia:& ille eſt filius adoptiuus. igitur.Iſtis ſuppoſitis vidēdum eſt de que ſtione.Vtrum Chriſtus ſecundū ꝙ homo ſit filius adoptiuus.Dico ꝙ illa ē falſa:chri ſtus ſecūdum ꝙ homo eſt filius adoptiuus quia infert iſtam:omnis homo ē filius ado ptiuus:& etiam iſtam ſi aliquid eſt homo: vel quia aliquid eſt homo:eſt filius adopti uus.Ille ſunt exponentes:& quelibet illarū eſt falſa:igitur illa exponibilis eſt falſa.Sed difficultas eſt/vtrum iſta ſimpliciter& ſine addito ſit p̄cedenda:chriſtus eſt filius ado ptiuus.Dico ꝙ eſt falſa:quia bene ſequitur Chriſtus eſt filius dei adoptiuus: ergo nō eſt naturalis dei filius:& nō naturaliter de betur ei hereditas:ſed hoc eſt falſum: quia Chriſtus eſt ſecūda perſona in diuinis:quā uis aliud connotet:& illa ſecunda perſona eſt dei naturalis filius:& naturaliter debe tur ei hereditas:non per gratiam:ergo in ri gore illa eſt falſa/Chriſtus eſt filius adopti uus.Sed vtrum concedatur iſta:chriſtus ſe cundum humanitatem eſt filius dei adopti uus.Dico primo ꝙ eſt differētia inter iſtas: chriſtus ſecūdum humanitatē eſt filius dei adoptiuus:& Chriſtus ſecūdum ꝙ homo eſt filius dei adoptiuus:nā ly ſecūdū ꝙ ē di ctio diſtrahens,vnde filius eſt nomen ſup

Ad p̄ncipale q̄ſtiō rñdet.

Difficultas.

poſiti:& cum humanitas nō ſit filius:quia nō eſt ſuppoſitū:iō dico ꝙ iſta i rigore eſt falſa:Chriſtus ſecūdum humanitatem eſt fi lius adoptiuus.Similiter illa eſt falſa:Chri ſtus ſecūdum ꝙ homo eſt filius dei adopti uus:quia exponentes ſunt falſe.Licet ergo Chriſtus ſecundum humanitatem non ſit filius naturalis:tamen quātum ad humani tatem debetur ei hereditas:quia ex gratia& gratuita voluntate dei eſt acceptatus ad he reditatem.¶Dubitatur primo vtrum chri ſtus inquātum homo ſit perſona. Dico ꝙ ſi exponatur conditionaliter/ſeu cōcomi tanter eſt vera:Chriſtus eſt p̄ſona:Chriſtus eſt homo:omnis homo eſt perſona.huma nitas enim Chriſti nō eſt perſona/neq; ho mo:quia homo eſt nomen ſuppoſiti.Si ve ro capiatur cauſaliter:illa eſt falſa:quia vltī ma exponens eſt falſa videlicet quia aliqd eſt homo:illud eſt perſona:nam eſſe homi nem non eſt cauſa:quare chriſtus eſt p̄ſona.

Dubium primum.

Humanitas xp̄i nō eſt homo

¶Secūdo dubitatur vtrum Chriſtus ſecun dum ꝙ homo/ſit p̄deſtinatus.Dico ꝙ fal ſa eſt:quia exponētes ſaltem tertia/& quar ta ſunt falſe:ſed de iſtis inquirendum eſt an iſta ſit vera Chriſtus eſt predeſtinatus:ſimi liter iſta/Chriſtus ſecūdum humanitatem eſt predeſtinatus.& per conſequens vnio nature humane cū diuina in perſona verbi cadit ſub p̄deſtinatiōe.¶Pro declaratione notādum ꝙ eſſe predeſtinatū eſt eſſe p̄dī natum ad vitam eternam.&ſic dicunt doc. puta Bonauentura & alij:ꝙ anteq̄ aliquis habeat vitam eternam:oportet ꝙ ille prius fuerit ordinatus/quia ille dicitur predeſti natus qui aliquando caruit vita eterna ni hilominus eſt p̄dinatus a deo:& ſic xp̄s non ē predeſtinatus iſto modo:quia nunq̄ caruit vita eterna.Sed de iſta Chriſtus ē pre deſtinatus ſecūdum humanitatem ad vitā eternam.Certum eſt ꝙ xp̄s aliquando non fuit beatus ſecundum humanitatem/quia aliquando xp̄s non habuit humanitatem: & quandocunq; habuit humanitatem fuit beatus ſecundum humanitatem.& ſic quā do non habuit humanitatem non fuit bea

Eſſe p̄deſtinatum quid ſit.

Aduerte

tus ſecundum illā:& erat ordinatus ad bea titudinem ſecundum illam:& ſic iſta eſt ve ra Chriſtus eſt predeſtinatus ſecundum hu manitatem. Ex dictis ſatis patet ꝙ non eſt idem eſſe predeſtinatum & eſſe filium ado ptiuum:quia predeſtinatum non eſt nomē ſuppoſiti:filius autem eſt nomē ſuppoſiti.

¶Diſtinctio Vndecima.

Creatura capit̄ dupl̄r.

QVeritur conſequenter. Vtrum ſicut Chriſtus di citur creator debeat etiā dici creatura.de iſta po poſitiōe chriſtus eſt crea tor nō eſt difficultas/qa fide credendū ꝙ eſt deus Reſtat ergo difficultas an ſit creatura. Pro ſolutione noto ꝙ creatura dupliciter capi tur i propoſito. Vno modo pro quolibet entitate que habet eſſe poſt non eſſe.& ſic omnis res facta dicitur creatura:& ita capi tur regulariter. Alio modo capitur creatu ra pro re a ſolo deo producta ex nihilo:id eſt cuius nulla pars p̄fuerat/iſto modo an gelus & anima ſunt creature.gratia:virtu tes infuſe &c̄. Sed aſinus nō eſt creatura iſto modo:quia non eſt a ſolo deo productus: etiam quando producitur aliqua pars eius prefuit.Iſto modo humanitas Chriſti non eſt creatura/quia non a ſolo deo producta eſt:nam vigo Maria actiue concurrit ad il lam producendam & aliquid eius prefue rat:ſcilicet materia. Vnde idem eſt dice re Chriſtus ſecūdum humanitatem eſt crea tura:& humanitas eſt creatura.& de iſta non eſt difficultas:ſed de iſta Chriſtus eſt creatura ſine addito.Magiſter dicit ſimpli citer ꝙ non.Auguſtinus videtur dicere ꝙ ſic:& Paulus Cum venit plenitudo tempo ris miſit deus filium ſuum factum de mulie re factum ſub lege.ad galatas quarto.Dico ꝙ creatura vt dictum eſt capitur vno modo pro entitate que poſt non eſſe habet eſſe:& ſic iſta eſt falſa:Chriſtus eſt creatura:quia iſta eſt falſa Chriſtus aliquando non fuit: Secūdo modo capitur creatura pro entita que habet eſſe poſt non eſſe:vel q̄ ſubſiſtit

in natura que habet esse post non esse: & isto modo christus est factus: quia subsistit in natura humana que habet esse post non esse. Nam bene sequitur est factus homo: ergo est factus: quia habet subsistẽtiam in natura humana habente esse post non esse: & sic capit Paulus ad galatas quarto. Pro isto dubio dico ꝙ regulariter theologi negant istam Christus est creatura propter hereses quia heretici voluerunt dicere ꝙ Christus est pura creatura. Ideo negatur illa christus est creatura / & nõ propter aliquã falsitatẽ.

cur negatur ista xp̃s ẽ creatura.

¶ Distinctio duodecima.

Vero ꝓsequenter. Vtrũ humana natura assũpta a Christo vel ipse Christus qui ẽ deus & homo potuit subiacere peccato. ¶ Imprimis suppo nendum est ꝙ predicata nature diuine & humane cõueniunt Christo. Ideo questio ꝓtest itelligi an Christus potuit subiacere peccato secundum naturã diuinam vel humanã. hoc est secũdũ quãlibet naturarum in quibus subsistit Christus an humana natura illa potuit subiacere peccato. & hoc potest iterũ intelligi. Vtrũ humana natura per se & secundũ se cõsiderata potuit subiacere peccato. vel vtrum potuit subiacere peccato ipsa existente vnita: hoc est an ista sint cõ possibilia hec natura subiacet peccato: & hec natura est diuinitati vnita. Et respondebitur ad questionẽ secundũ quẽlibet istorum sensuum. Supponit secũdo ꝙ peccare nihil aliud ẽ q̃ agere vel omittere contra rectam rationem. Vnde est satis bona difficultas circa hoc quomodo hoc ẽ intelligendum: q̃is non multum ad propositum presẽtis speculationis. certum est ꝙ non peccat quis ideo quia agit contra rectam rationem existentẽ in eo/quia stat sortem peccare quando nullam habet conscientiam rectam/sed precise erroneam cui se cõformat vel difformat: quia vtro ꝙ illorum modorum potest peccare si illa conscientia sit vincibilis. peccare igitur nõ est agere cõtra rectam rationem actu existentem. Similiter non dicitur quis peccare ex eo quia agit cõtra aliquam rationem que si inesset in eo esset ratio recta. Patet: quando sortes habet ignorantiam inuincibilẽ de berta ꝙ est sua vxor & ab eo cognoscẽda: illam cognoscẽdo non peccat: quia ignorantia inuincibilis eum excusat nihilominus agit contra rationem aliquam puta contra hãc. hec non est cognoscenda a me que si esset in eo esset recta: ergo peccare non est hoc precise agere contra rationem / que si inesset in peccante esset recta. ¶ Difficultas est. vtrum sit idem conuertibiliter peccare & agere contra rectam rationem vel omittere aut que inesset aut que debet inesse. & apparet ꝙ non propter duo: nam quando sortes agit cõtra rationem erroneam ipse peccat & tamen non agit contra rectam rationem que inest aut debet inesse: ergo agit ꝓformiter ad rationem que inesset recta si inesset puta ad oppositũ conscientie erronee. vt habeo istud dictamen ꝙ est mentiendum: & tamen nolo mentiri istante tali dictamine ago cõformiter ad rectam rationem que inesset aut debet inesse. Nam agere conformiter ad aliquam rationem est velle facere taliter qualiter conscientia vel illa ratio dictat esse faciẽdum vel nolle facere secundum ꝙ erronea dictat: ergo non est idem peccare & agere difformiter ad rectam rationem que inesset aut debet inesse. Ex altero videtur ꝙ non sit idem: & ibi est difficultas. Primo certum ẽ ꝙ non teneor pro semper habere dictamen ꝙ nõ est occidẽdum. sit ergo tempus istud pro quo non teneor dictare ꝙ non est occidendum pro hoc tempore: ex simplici apprehensione possum elicere velle occidere libere/tunc pecco. & tamen falsum est dicere ꝙ difformiter ago ad rectam rationem que debet inesse mihi aut inesset: quia non obligor pro nunc dictare/ergo apparet ꝙ nõ sit idem peccare & agere difformiter ad rectam rationem que inesset aut debet inẽe. quomodo ergo intelligitur ꝙ peccare est agere vel omittere ꝓformiter ad rectã rõnẽ.

quid peccare.

Dubium

Pria rõ

Secũda ratio.

nõ ā peccare sit idẽ qđ agere difformiter ad rectā rāne q̃ nẽet aut debet nec.

Subtilis modus dicendi.

Dico prõ nunc ꝙ omne peccare ẽ agere vel omittere contra rectam rationem diuinam. patet de omni peccato dictat deus non esse faciendum illud, imo eo ꝙ vult non esse faciendum vult me obligari ad non faciẽdũ. nam propter alterum istorum duorum sũ obligatus ad non faciendum: vel quia deus vult me obligari ad non faciendum: vel quia dictat me obligari ad non faciendum Si intelligatur ꝙ peccare est agere vel omittere conformiter ad rectam rationem diuinam: tunc non est difficultas. Sed doctores non communiter sic intelligunt: sed cõcludunt vltimatam rationem obligatõnis/rationem humanam. & sic dico ꝙ omne peccare est difforme alicui ratione humane &

Ad primã rõem

recte que inesset aut que esset recta si inesset. Iam soluenda sunt duo que faciunt in oppositum. primo de illo qui agit contra conscientiam erroneam peccat/ qui nult mentiri dictante conscientia ꝙ est mẽtiendum quo modo saluatur ꝙ ille actus sit difformis rationi recte. imo videtur conformis rationi recte que esset recta si inesset: nam ista est cõformis vero. s. nole mentiri: ergo omni rationi recte: quia omne verum omni vero cõsonat. dico ꝙ ille actus est difformis alicui conscientie recte saltem vniuersali: puta isti non est agendum contra conscientiam. & sufficit ad malitiam actus difformitas ad illam rationem rectam vniuersalem. Ideo est difformis alicui rationi recte que esset recta si inesset.

Ad secũdum.

¶ Ad aliud sit sortes dictans inuincibiliter de non sua ꝙ est ab eo cognoscenda volendo cognoscere non peccat: immo meretur secundum probabiliorem opinionem & tamen agit contra conscientiam q̃ esset recta si inesset. Dico ꝙ esset erronea si i esset cum tali dispositione que est in sorte/ habet enim duo iudicia: vnum speculatiuũ scilicet hec est mea/& aliud practicum. hec est a me cognoscenda. si enim sortes haberet iudicium oppositum illi ignorantie inuincibili speculatiue quam actu habet puta. hec non est mea tunc ista esset recta. hec nõ est a me cognoscenda: sed cum illis dispositionibus puta supposito illo dictamine inuincibili speculatiuo cũ cõscientia ista, hec non est a me cognoscenda esset erronea: & sic dico ꝙ omne peccare est agere vel omittere contra rectam rationem humanam que inesset aut esse debet. Istis suppositis sit prima conclusio. ¶ Christum peccare secũdũ diuinam naturam est penitus impossibile: quia peccare est agere vel omittere contra rectam rõnẽ: & recta ratio nõ directa nisi ꝓ formitatẽ ad voluntatẽ diuinã: sed xp̃m agere difformiter secũdũ diuitatẽ ad volũtatẽ diuinã ẽ impossibile. quia bene sequit agit per voluntatem diuinam: ergo non agit difformiter ad illam & per consequens cum ratio recta dicatur cõformiter ad diuinam non potest agere contra eam. ¶ Secũda conclusio humanitas christi in se considerata potest simpliciter & absolute peccare: patet humanitas christi potest esse derelicta a diuinitate & non esse amplius vnita: nec esse dotata gratia & adiutorio resistẽte quo facto poterit omittere vel agere cõtra dictamen rectum. igitur. ¶ Tertia cõclusio natura humana vt vnita verbo non potest de lege ordinata subiacere peccato: patet natura humana vt vnita verbo est beata ab instanti conceptionis: sed de potentia ordinata nullus beatus potest peccare: ergo de potentia ordinata vt vnita verbo non põt peccare. Difficultas est inter doc. vtrum de potentia absoluta: ista duo sint compossibilia natura humana est vnita verbo & peccat/nam de potentia absoluta deus potest assumere naturam non dotatã maiori grã q̃ ego habeam: non videtur enim implicare contradictionem quin deus possit meam suppositalem existentiam terminare me inscio vtrum terminet vel non: absq; datiõe noue gratie: quo facto stabit me peccare: tũc vt nunc: quia habebo easdem causas sufficientes ad peccandum: puta liberum arbitrium/ cognitionem boni & mali: & non habebo maius resistens q̃ nunc: ergo potero elicere actum peccati. Occham in tertio declinat magis ꝙ sunt ꝓpossibilia propter ar

resolutio

Pria cõclusio respõsiua ad qõnes

Secũda conclusio

Tertia.

Difficultas.

Occam.

gumentum factum: quia non videtur ipli-
catio quin deus assumere possit naturā pri-
us non assumptā nullam gratiam de nouo
communicando isti nature: & tunc poterit
eque peccare sicut ante. ergo illa est possibi-
lis de potentia absoluta: humanitas est vni
ta verbo: & tamen ipsa peccat. Opinio ta-
men communior doct. est ꝙ nō est possibi-
lis. Et ad argumentum deus potest naturā
assumere que prius erat peccabilis ei nō cō
municata beatitudine. concedo q̄is henri
cus degandauo hoc neget. Insuper potest
assumere naturam que prius erat peccabilis
non commuicata ei gratia aliqua de nouo
ego fateor de gratia gratum faciente. ergo
illa natura tunc poterit peccare. nego: imo
dico ꝙ non potest assumere quin illi natu-
re communicet maiorem gratiam gratis da
tam q̄ante: quia non potest assumere natu-
ram talem quin eam specialiter conseruet
vltra modum quo conseruat ceteras creatu
ras: & dico ꝙ impeccabilitas alicuius natu
re vt erat humanitatis christi & virgis ma
rie non prouenit a gratia gratum faciente
puta ab illo habitu: quia non necessitat: sed
precise prouenit a gratia gratis data: puta a
speciali adiutorio ad vitādum actus malos
& faciendum bonos: ergo implicat etiā de
potentia absoluta humanam naturam vni
tam herbo peccare: & hoc propter specialē
conseruationem que non est a gratia gratū
faciente: sed gratis data. & ista opinio vide
tur apparentior. Cōtra natura humana vni
ta verbo est libera libertate contradictionis
ergo habito dictamine de aliquo ꝙ sit faci
endum est in sua potestate non elicere vel-
le conforme: quia si non: iam non esset libe
ra q̄tum ad hoc: sed naturalis: & per conse-
quens non meretur. & est argumentum cō
mune quod fit de virgine & humaitate xp̄i
& cum arguitur est libera: verū est. ergo ha
bito dictamine de aliquo faciendo potest
non elicere etiam suppositā vnione ab ver
bum. nego consequentiam: nam humaitas
christi elicuit multos actus libere libertate
contradictionis: ad quos non obligabatur

Arguit.

Solutio.

nō bñ pruenie bat impeccabili tas ī hūanitate christi et ī ꝑsō ne.

& de hoc non facio difficultatem. Sed dico
ꝙ quandocūq; habuit dictamē ꝙ hoc erat
faciēdum sub pena peccati si habuit tale dic-
tamen non fuit in potestate illius stante il-
lo dictamine non facere. & sic non eliciebat
libere libertate contradictionis: sed liberta-
te complacentie sicut dicitur de beatis & cū
infertur. ergo ille actus non est meritorius
noui meriti. dico ꝙ de lege consequentia es
set bona: sed xp̄us potest acceptare actus li-
beros libertate complacentie ad nouū me-
ritum: sicut acceptat actus liberos libertate
contradictionis. ¶ Dubitatur primo. vtrū
deus secundum naturā diuinam posset pec
care. Videtur ꝙ sic: quia potest mentiri / &
decipere: ergo potest peccare. Itē xp̄us secū-
dum diuinitatem potest precipere alicui vt
mentiatur: ergo potest mentiri: consequen
tia est certa: immo precipere alicui q̄d men-
tiatur est forsan equale peccatum sicut men
tiri. Item tertio regū vl. querenti domio qs
decipiet achab: cum rn̄disset spūs apostata.
Ego decipiam / egrediar: & ero spūs mēdax
in ore omnium prophetarum eius. dicit ei
deus. decipies: & prevalebis: precepit deus
angelo ꝙ deciperet prophetas achab. ergo
deus potest secundum diuinitatem precipe
re alicui ꝙ mentiatur. ¶ Quantum ad pri-
mum dico ꝙ potest dicere propositionem
falsam. Nam dicendo disiunctiuam com-
positam ex contradictoriis dicit vnam pro
positionem falsam: sed non potest asserere
vnam propositionem falsam: & hoc requi
ritur ad mentiri. Ad secundum nego ꝙ po
test deus secundum diuinitatem decipere q̄
uis aliqui ꝓcedāt. Ad probationē de achab
dicunt ꝙ capitur prenunciative & non im
peratiue. vt fac. i. facies / vel capitur permis
siue. i. permittam te facere: & certum est ꝙ
non precepit. nam mentiri est per se malum
in creatura: ideo deus non potest illud pre
cipere. Vnde omnes prophetie vel dicta p
phetarum que videntur esse falsa' non sunt
sed debent intelligi. vel comminatiue: vel
cum conditione: vel cum decētia: vel cathe
gorice: puta mutando preceptiuam in cas

Dubium primum.

ā deg pōt decipere sen impaze mali
et q̄m exposi habēt loca sacre sc̄ptre
in q̄bg appazēter videt deg p̄cipere ma
lū.

thegoricam: vt quando deus loquebatur
Iosue: vade crastina die niniue subuertetur
loquebatur comminatorie & cum conditi
one: puta si non conuertatur subuertetur.
Vnde propositiones de futuro que impor
tant aliquam penam: vel punitionem: vel
remunerationē debent exponi per dignus
vt qui gladio percutit: gladio peribit. i. dig
nus est perire. quarto cathegorice. vt quā
do Christus loquebatur iude. quod facis:
fac citius loquebatur non iperatiue: sed ca-
thegorice. i. quod facis: cito facies. Vnde
verbum dei quod videtur esse preceptiuū
ad malum mutatur preceptiuum in verā &
simplicem cathegoricam: vt fac. i. tu facies
&c. omnes passus difficiles prophetarum
soluuntur aliquo istorum quatuor modo
rum. ¶ Secundo dubitatur: vtrum decuit
deum assumere naturam de massa perditio
nis. dicitur ꝙ licet potuit aliunde assumere
naturam q̄ de humano genere: decuit tamē
ꝙ de humano genere postq̄ erat redimēdū
genus humanum per aliquem cōformem i
natura humana. ¶ Tertio dubitatur quare
non assumpsit naturam ade / vt in eodē nu
mero fieret reparatio in quo factū fuit pec-
catum. Dicitur ꝙ non fuit decens ꝙ postq̄
illa natura subiacuit peccato propter indi
gnitatem vt illā assumeret: sed aliam natu
ram humanam in qua non fuit peccatum:
sed iste non sunt rationes vincentes: quia
nulla est alia ratio quare citius hanc vel illā
assumpsit nisi voluntas diuina cui sic placu
it assumere hanc & non illam.

Secūdus dubium.

Tertium

¶ Distinctio decimatertia

QOstea q̄ magister egit in
precedentibus distinctio
nibus de misterio incar-
nationis & de conditio-
nibus sequentibus ad il
lam. Iam tractare incipit
de donis nature assump-
te collatis. Ideo quaritur in hac distinctiōe
an summa gratia creabilis sit anime christi
collata. & an sit dabilis summa gratia pos-
sibilis. ¶ Quātum ad primum articulū no

to ꝙ in proposito capitur gratia pro habi
tu gratum faciente: & nō pro gratia gratis
data. Vnde regulariter tenent doctores ꝙ
gratia gratum faciens & charitas sunt idē
habitus licet. s. Tho. dicat oppositū. de ite
tione huiusmodi habitus tractāt doct. xvij
distinctione primi. & communior opinio
est ꝙ intentio fit per additionem noui gra
dus ad gradum. ¶ Suppon itur secūdo qn̄
queritur vtrum sit dabilis summa gratia ꝙ
ly summa exponitur dupliciter & affirma-
tiue & negatiue Affirmatiue sūma. i. omni
alio maior. Vtrum sit dabilis aliqua gratia
omni alia possibili maior. ita ꝙ non sit pos
sibilis aliqua sibi eq̄lis. Negatiue sūma. i. q̄
nulla est maior. hoc est vtrum sit dabilis alt
qua gratia qua nulla possit esse maior. Nō
querunt doct. an sit dabilis summa in prio
sensu. puta exponēdo affirmatie: quia nul
la est dabilis quin deus possit creare equalē
Sed solum difficultas est an sit dabilis sum
ma negatie. i. an sit dabilis vna qua nō pos
sit esse maior. ita ꝙ deus non possit illam i-
tendere per additionem noui gradus vniti
ue cum illa. Et prima difficultas bipartitur
Primo: vtrū sit dabilis summa simpliciter:
tam in subiecto q̄ extra subiectum: ita ꝙ de
us non possit illam intendere nec produce
re intentiorem in subiecto nec etiam extra
subiectum. Secundo. vtrum sit dabilis sum
ma possibilis in determinato subiecto. pu
ta in sorte. ita ꝙ deus non possit illam intē-
dere in illo subiecto: q̄is posset forsan in-
tendere extra illud subiectū. hoc est ꝙ tota
capacitas anime sit omnino repleta. ¶ Quā-
tum ad primam difficultatem. vtrum sit da
bilis summa simpliciter in subiecto & extra
subiectum. dicit Sco. in presenti distinctio-
ne ꝙ sic: puta ꝙ est dabilis aliqua gratia cre
abilis a deo summa simpliciter ita ꝙ deus nō
posset maiorem producere q̄is posset eq̄-
lem. & sic non posset vnum gradum vniti
ue illi addere & sic conclusio Scoti talis est.
deus potest creare gratiam & illam non po
terit intendere nec poterit etiam aliquā ma
iorem producere. Ad hoc probandum ad

Ly summa dupliciter exponit.

Sco. opi.

Quod sit dabilis ſūma grā Rōnes Scoti.

ducit Sco. multas ratioēs ſed duas precipuas tangam que tamen nihil habent apparētie/nec credo illas eſſe ſcoti ſed additas per aliquem dictis ſuis. Prima talis eſt. ſignata aliqua grā valde parua puta/a/ vnius gradus queritur ergo: vtrum contingat in infinitum aſcendere ſurſum/vel vtrum in aliq̄ certa in aſcendendo ſit ſtatus puta q̄ nō cōtingit aſcendere vltra. Si ſecundum: ergo ē dabilis ſumma poſſibilis vltra quam non contingit aſcendere. Si primum. ſ. q̄ contigat aſcendere in infinitum ſuper /a/ paruā gratiam & ḡto aliqua gratia plus diſtat ab illa parua eſt perfectior: quia quāto plus diſtat eſt intentior: & ḡto intentior tanto perfectior. ergo illa que in infinitum diſtat eſt infinite perfectionis. cōſequentia eſt certa. Secundo arguit ſco. Deus videt omne creabile & quicquid deus videt creabile poteſt vnica creatione creare: tūc arguitur ſic/in infinitum maior gratia ḡ ſit iſta eſt creabilis per opinionem oppoſitam q̄ nō ſit ſtatus in aſcendendo: ergo deus videt in infinitū maiorem. & vltra. deus videt in infinitum maiorem. ergo illam poteſt creare. ponat̄ eſſe: tunc erit infinita. conſequens eſt falſū. puta q̄ ſit dabile infinitum. ergo eſt ſtatus in creabilibus gratijs: & non eſt aſcenſus in infinitū ſuper illam ſignatam. Eſt altera pars problematis probabilior quam omnes tenent preter Scotum qui eſt ſingularis. i. vnicus in ſua opinione. Et pro illa altera opinione ſupponitur q̄ non eſt poſſibile q̄ infinitum ſit nec intentione: nec magnitudine. hoc ſuppoſito dicunt q̄ non eſt dabilis ſūma gratia creabilis: quia illa eſſet ſumma & infinito nichil poteſt eſſe maius iſta ſuppoſitione admiſſa dicunt q̄ nō eſt dabilis ſumma gratia poſſibilis. ¶ Ratio occham eſt in qua fundātur regulariter doct. quando cunq̄ ſunt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime ſi aliquid conuenit vni illud non repugnat alteri immo eſt poſſibile alteri hoc ſuppoſito ſic arguit. Occham ſi ſit poſſibilis aliqua ſumma grā. Eodem modo arguam de omni qualitate mundi.

Hec opinio ē occhā. Gregorii z aliorum

puta de colore & de quacūq̄ virtute. ſupponatur q̄ deus producat modo illam ſūmam gratiam qne eſt poſſibilis & ſit/a/tūc capio duas alias gratias non ſummas. ſ. b. & /c/ tunc ſic arguitur/b/& /a/ ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: quia ſunt gratie. & ſicut albedo intēſa & albedo remiſſa ſūt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ita gratia intenſa & gratia remiſſa. tūc arguitur ſic /b/ gratie non repugnat vniri/c/ quia non eſt ſumma ergo/b/ non repugnat q̄ vniatur/c/ & /a/ eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum/b/ ergo/a/ non repugnat q̄ vniatur/c/ conſeq̄tia eſt nota ex ſuppoſitione que ſatis cōmunis eſt. tunc arguitur ſic. non repugnat/a/ gratie q̄ vniatur/c/ ergo non repugnat/a/ gratie q̄ intendatur. conſequentia tenet qa ex tali vnione reſultabit intentior qualitas & vltra non repugnat/a/ gratię q̄ intendatur. ergo/a/ gratia nō eſt ſumma poſſibilis & loquimur de ſumma intentione. & iſta eſt ratio in qua regulariter fundant ſe doct. ad probandum q̄ non ſit dabilis ſumma gratia poſſibilis: quis argumentum nō ſit euidens & cogens: habet tamen ſatis bonā apparentiam. ¶ Sed oſtenditur nunc q̄ rationes ſcoti non concludunt nec habēt apparentiam. Nam Scotus bene concedit: q̄ non eſt dabilis ſummus numerus poſſibilis. nam quacunq̄ multitudine hominum data: deus pōt iterū vnū creare: imo ſi mūdus pcederet i infinitū pcederet in infinitum i numero hominum: ergo quocunq̄ numero creato deus poteſt maiorē creare: vnde non ſequitur ſignato/a/ puta numero biario in infinitum eſt aſcendere ſuper ly/a/ & quanto aliquis numerus magis diſtat ab illo numero: tanto eſt maior numerus: ergo ille numerus qui in infinitum diſtat: eſt infinitus numerus. Hoc argumentum nō habet apparentiam: ergo pariformiter hoc argumentū non habebit apparentiā. eſt in infinitum aſcendere in gratijs creabilibus ſup iſtam gratiā creatam: ergo ḡto aliqua plus diſtat ab iſta eſt perfectior: ergo que in infinitum diſtat: eſt infinite perfecta/ nō valet

conſequentia. Ecce ḡtum ad primum punctum difficultatis/ſiue primum membrum videlicet q̄ non eſt dabilis ſumma grā poſſibilis: quin deus poſſit ſemper creare maiorē ſuppoſito q̄ non ſit dabile infinitum.

Difficultas.

¶ Sed eſt difficultas maior/an ſit dabilis ſūma in hoc ſubiecto: ita q̄ non poſſet eē maior in hoc ſubiecto propter incapacitatem illius ſubiecti: quis deus poſſet maiorē extra illud ſubiectum producere. ¶ Quantū ad hanc difficultatem ſupponendum ē q̄ anima ſunt tres capacitates. i. anima eſt tripliciter capax alicuius. primo anima eſt capax actiue. i. anima eſt potens aliquid producere. Secundo anima eſt capax paſſiue. i. potens illud recipere in ſe: Tertio anima eſt capax vitaliter ſeu perceptiue: hoc eſt: aia ē potens per illud percipere: per illud vitaliter immutari: nam non eſt difficultas quin cuiuſcunq̄ anima eſt capax actie illius ſit capax paſſiue: ſed anima eſt capax alicuius paſſiue cuius nō eſt capax actiue. Nam recipit gratiam & non producit illam. ¶ Sed ē difficultas inter doct. Vtrū anima ſit alicuius capax vitaliter: cuius nō ſit capax actiue. i. potens illud vel cognoſcere: vel velle: & tamen nō poſſit illud producere. Doct. multi dicunt q̄ ſic: & anima percipit per viſionem beatam: & tamen non poteſt producere eam. ideo non ſequitur: anima immutatur per hoc cognoſcendo vel volendo: ergo anima agit illud ſecundū eos. ſ. ochā De aliaco tamen dicit oppoſitum: q̄ cognitio producitur actiue a potentia: & ſic bene ſequitur ſecundum De aliaco: eſt capax illius perceptiue: ergo & actiue. Que iſtarum opinionum ſit probabilior: videtur michi q̄ prima ſit probabilior: & eſt opinio adā: & de caſtro q̄ deus non poteſt ponere qualitatem/que eſt naturaliter notitia in ſubiecto perceptiuo/qui ſit notitia eius: & ſicut non poteſt ponere calorem: quin reddat ſubiectum calidum: ita non poteſt ponere in ſubiecto cognitionem qui aliquid cognoſcat. Iſtis ſuppoſitis pono talem concluſionem. ¶ Anima eſt finite capax actiue. i. aia

Triplex aie capacitas.

Actiua.

Paſſiua.

perceptia

ſolum finite poteſt agere: patet. Poſſe agere importat perfectionem ſimpliciter: ergo cuicūq̄ competit infinite: illud eſt infinite perfectum ſimpliciter: ſed quelibet creatura rationalis eſt finite perfecta: ergo poſſe agere ſolum conuenit ei finite. Certum eſt/ q̄ poſſe aliquid producere eſt perfectionis immo inter omnes perfectōes eſt perfectiſſima: ideo ſi alicui competat infinite: illud eſt infinite perfectum: & ſolum cōpetit deo & per conſequens anime/& cuilibet rei create ſolum finite competit: Vtrum autē anima ſit infinite capacitatis paſſiue. dico q̄ ſic: ḡuis ſit difficultas inter doctores/tamen probabilior opinio videtur michi q̄ eſt infinite capacitatis paſſiue. i. non poteſt tantam formam recipere: quin maiorem: & ſic in infinitum aſcendēdo: & anima ḡtum ad hāc capacitatem ſe habet per modum materie. Vnde dicit Ariſtoteles q̄ materia prima eſt infinite capacitatis: ideo dico ḡtum ad hoc q̄ eſt poſſe recipere: anima eſt infinite capacitatis: vnde ſi eſſet infinitus calor itenſiue deus poſſet illum ponere inheſiue in materia prima: ſimiliter ſi eſſet infinita qualitas ſpiritalis: deus poteſt illam ponere iheſiue in anima: nam inherere/ſiue recipere non importat perfectionem: ſed eſt imperfectōnis. ergo non repugnat creature: & illud eſt probabilius. ¶ Ex iſto ſequitur q̄ non eſt dabilis ſūma gratia poſſibilis i hoc ſubiecto ſaltem ineſſe qualitatis. quia quacūq̄ data maior poteſt dari/ ſic non ē dabilis ſumma extra ſubiectum. ¶ Vtrum ſit dabilis ſumma ineſſe vitalis immutationis. i. ineſſe gratie Difficultas eſt vtrum hoc ſubiectum poſſit ſolum finite amare/vel infinite: ḡuis poſſit habere infinitam qualitatem: que ſit amore tamen non poteſt infinite amare per eam: vnde non valet iſta conſequentia. Iſta qualitas eſt tam intenſa in genere qualitatis: ergo eſt tam intenſa in genere notitie/vel volitōnis. certum eſt/ eſſe cognitiuum importat perfectionem ſimpliciter: ſimiliter eē volitiuum. hinc eſt q̄ petit deo per eſſentiā ergo ſi potentia eſſet infinite cognoſcibili

Quod anima ſit finite actiuitatis.

Doctoris reſolutio

Correlarium.

tatis/vel voluntatis esset infinite perfectionis simpliciter: consequens est falsum: ergo ē solū finite cognoscitiua: vel volitiua ergo aliquātum potest cognoscere & non potest magis: sit ita ꝙ possit cognoscere: vt centum: & non magis/illa cognitio est intensibilis: quia ex nouo gradu addito resultabit vna qualitas intensior: sed non resultabit cognitō intensior inesse qualitatis Dicerent ergo isti: puta de Aliaco: ꝙ est dabilis summa gratia inesse gratie in hoc subiecto: ratio est: hoc subiectum est gratificabile deo non infinite/quia non est infinite beatificabile: qa non est infinite cognoscitiuū: nec infinite amare potest. Cū ergo hoc subiectum solum sit finite cognoscitiuū & amatiuum/est finite acceptabile ad amorē: & visionem: ergo solum finite gratificabile: ergo est possibile ꝙ sit aliquantulū gratificatiuum. & non magis posse gratificari ergo poterit gratia inesse gratie intendi: sic ꝙ non poterit amplius intendi in hoc subiecto inesse gratie. Dicitur notanter in hoc subiecto: quia potest aliud subiectum produci a deo perfectius: & tunc poterit intendi in illo inesse gratie sicut inesse qualitatis. Aliquādo gratia potest intendi inesse gratie: & non inesse qualitatis: Aliquando inesse qualitatis: & non inesse gratie. Aliquādo remitti inesse qualitatis: & intendi inesse gratie: & econtra. Dicitur intendi inesse gratie: quia deus per eam magis habet gratum subiectum: sed inesse qualitatis: quando non habet illud subiectum magis gratum: quia potest ponere illam qualitatem in hoc subiecto: & non habere illud subiectū gratum. Similiter potest intendi inesse gratie: & non inesse qualitatis. Patet. deus potest per istam eandem qualitatem inuariatam plus acceptare hoc subiectum q̄ prius: vnde quidam dicunt ꝙ non per quālibet operationem meritoriam augetur charitas sed bene per quālibet operationem meritoriam magis ē gratus deo. Tertio potest remitti inesse qualitatis: & intendi inesse grē Patet sic. Stat ꝙ deus acceptet subiectum p minimum gradum gratie: & potest accepta re ad omnem gloriam possibilem huic creature: quo facto intenditur inesse charitatis & non qualitatis. ¶ Hoc supposito puta: ꝙ anima solū potest finite cognoscere habentur tria: Primum/non datur sūma gratia possibilis simpliciter. Secundum/nō datur summa possibilis in hoc subiecto inesse qualitatis: nec est dabilis summa extra subiectum. Tertium: est dabilis summa inesse grē in hoc subiecto. ¶ Ad argumenta Sco ti: dico ꝙ consequentia non valet: est ascendere in infinitum vltra hanc paruam gratiam signatam: ergo aliqua est infinita: puta que infinite distat. Dico ꝙ ista est falsa. Alē qua gratia in infinitum magis distat. Ad aliud: dico ꝙ non est dabilis illa que est in infinitum maior creabilis. Concedo tamen ꝙ in infinitum maiorem creabilem deus videt sed ista est falsa. Aliquam in infinitum creabilē maiorē deus videt. His suppositis veniendum ad solutionem questionis cum q̄ritur. Vtrum anime christi summa grā possibilis fuerit collata: & difficultas huius q̄stionis consistit in duobus predictis in articulo precedenti. Primum est: vtrum detur simpliciter summa charitas: cuius susceptiuum sit hoc subiectum: vel illud. non facimus magnam difficultatem ꝙ non dat sūma gratia: capiendo absolute/qui deus possit maiorem: saltem extra subiectum/vel in subiecto capaciore: sicut non datur summa magnitudo possibilis: quin deus aliquam de nouo possit producere: & illi vnire secūdum extentionem: ita etiam de qualitate secundum intentionem dicendum est: sed difficultas erat maior: vtrum detur sūma possibilis in hoc subiecto: nō propter repugnātiam: quin possit esse aliqua maior: sed quia hoc subiectū non esset illius maioris capax. & dictum est ꝙ videtur probabilius: quod nec datur summa: quia subiectum quodlibet est infinite capacitatis passiue: & ratio ē esse capacem passiue nullam importat perfectionem: sed imperfectionem. hinc est ꝙ deus non est capax passiue: & ideo ꝙ creatura sit infinite capacitatis: isto modo non potest inferri infinita perfectio in creatura: immo oppositum: quia infinita perfectō repugnat capacitati passiue: videtur tamē nō bis: & ceteris modernioribus ꝓbabilius: ꝙ non datur summa charitas possibilis: etiam in hoc subiecto determinato: quin hoc subiectum sit capax passiue maioris charitatis saltem in esse qualitatis. Sed est difficultas: vtrum sicut se habent adinuicem perfectibilia: ita se habeant perfectōnes: quibus illa perfici possunt: hoc est dicere: sicut angelus est perfectior essentialiter/q̄ aia ratiōalis. vtrū etiā angelus sit capax maioris notitie/volitionis/gratie/q̄ anima. Q̄tū ad istud eo ꝙ vtrumq; est capax infinite notitie & grē in esse qualitatis nullum est magis capax altero. Sed difficultas est cum sit multum probabile. & hoc tenet de Aliaco: & regulariter doct. ꝙ anima rationalis sit solum finite capax apprehensiue/seu cognitiue: hoc est dicere: q̄uis sit capax notitie que sit infinita in esse qualitatis: ē tamen solum capax finite notitie in esse notitie: hoc est: aia potest aliquantulum cognoscere finite: hoc ē vnum obiectum magis cognoscere vno tēpore q̄ alio: vel magis cognoscere/q̄ aliud obiectum: quia cognitio in esse cognitiōis habet gradus: ita ꝙ volunt dicere illi doct. Anima potest aliquantulum puta vt centū cognoscere: & non vltra: ita ꝙ q̄uis possit intendi illa notitia in esse qualitatis: nō tamen potest effici maior in esse notitie. Vnde non est difficultas/quin aliquando vna qualitas intenditur in esse qualitatis: que tamen non intenditur in alio esse: quod eē cōuenit illi qualitati: sicut albedo aliquando intenditur in esse albedinis: & tamen non intenditur in esse similitudinis. Dicunt ergo pariformiter supposito ꝙ tota cognoscibilitas istius esse cognitum importat perfectionem simpliciter: competit solū finite huic subiecto: quia illud solum est finite cognoscibilitatis. Omnia enim que competunt deo essentialiter/important perfectionem simpliciter: vt esse cognitiuum volitiuum: ergo illud anime solum finite potest competere: & anima aliquo certo gradu cognoscere potest: puta vt centum/& non vltra p aliquam cognitionem. Hec notitia intenditur bene in esse qualitatis: & per hoc ꝙ intenditur in esse qualitatis/non plus cognoscit: sed non plus intenditur in esse notitie. ¶ Queritur ergo hoc supposito ꝙ tenea mus opinionem de Aliaco: quam regulariter tenent doctores. Vtrum sicut se habent perfectibilia: ita se habeant ea/per que perfici possunt: hoc est sicut angelus est perfectior anima: eodem modo sit capax maioris notitie non in esse qualitatis q̄ anima: quia vtrumq; est capacitatis infinite passiue: sed in esse notitie. Pro nunc dicitur ꝙ nō: & ratio istius precipua est: quia in beatitudine aliqua anima rationalis est plus beata/q̄ sit beata quecūq; natura angelica: vt aia christi/& virginis gloriose: nam in omni gradu angelico sunt anime humane: ita ꝙ i eadem intentione cum aliquibus angelis sūt aliqui homines: ergo oportet ꝙ tantū potest cognoscere anima/quantum angelus: q̄uis sit perfectior essentialiter/q̄ anima.

¶ Istis suppositis respondēdum est ad questionem. vtrum anime Christi sit collata sūma gratia possibilis. Prima conclusio. Aie Christi non est collata summa gratia possibilis secūdum legem absolutam. Patet: nō est possibile ꝙ illa gratia sit: quia sicut dictum est: quacumq; gratia possibili data/deus potest maiorem creare: supposito ꝙ nō sit possibile infinitum: ergo non est collata anime Christi: quia si sit collata anime christi/iam illa esset summa. ¶ Circa istud punctum ē difficultas schole. tenendo ꝙ anime christi collata fuit infinita gratia intensiue tunc est ei collata sūma possibilis: sic ꝙ nulla posset esse maior ea capiendo maius proprie: quia infinito nichil potest esse maius: capiendo proprie maius. Hoc supposito ꝙ anime christi fuit collata infinita gratia/sunt concedenda duo: primum. ¶ Non ē ei collata summa: ꝙ nō possit eē maior ea. Secundo. Non est ei collata summa/quin

Quid sit intendi in esse grē.

Scotus.

Rñdetur ad Sco.

Quō aia ē solū finite capacitatis cognitiue.

Prima cōclusio ad qōnē rñs ua.

Difficultas

Dubium

possit esse maior: capiendo improprie maius: quia illi infinite potest addi vnus gradus penetrative/& vnitiue in eodem subiecto: quia anima est capax omnis gratie possibilis passiue apud communem opinionē tunc illa gratia resultans erit maior capiendo maius improprie: quia continet precedens: & cum hoc aliquid aliud: & sic q̄uis esset infinita: adhuc non esset summa in illo sensu. ¶Sed de facto quid tenendum: dico ꝙ vtrumq; potest defensari: quia omnes antiqui/& recentes dicunt ꝙ infinita. Sed cōtra/ si habuerit ifinitam: ergo videtur ꝙ habuerit infinitos actus: quia si habuerit infinitam ex concursu charitatis/& voluntatis potest produci actus infinitus: quia illd aggregatum est ifinite actiuitatis: quia vna ps illius ē infinita per suppositū: ergo & totū. ¶Secunda conclusio. Si capacitas creature intellectualis terminetur ad certum gradū ita ꝙ non possit capere maiorem: tunc ē data anime Christi summa possibilis creature intellectuali. patet: quia verisimile ē ꝙ si terminetur ad certum gradum: ꝙ illum dedit deus anime christi. ¶ Tertia conclusio summa gratia possibilis de potentia ordinata data est anime christi: quia plenus gratie & veritatis: nam si deus ordinaret esse maiorem gratiam: iam non esset plenus gratia ¶Primum dubium: dictum est ꝙ erat plenus gratia: ita etiā hoc dicitur de beata virgine/& de sancto Stephano: ergo videt ꝙ habuerunt equalem gratiam cum christo: certum est ꝙ anima sancti stephani/& gloriose virginis per articulum parhisiensem sunt eiusdem perfectionis cum anima christi & iude: ergo sunt capaces tante charitatis sicut anima christi: ergo cum vtraq; istarum animarum in sacris litteris dicatur plena gratia: & sunt capaces tante sicut anima christi: ergo habuerunt tantam sicut illa: ergo non habuit maiorem omnibus alijs: ¶Dico ꝙ solutio stat in equiuocatione huius termi plenus gratia: vnde quadruplex potest dici pleitudo. Nam est quedam plenitudo sufficientie: vt ille dicitur plenus: q habet sufficiētem: & illo modo quilibet habens gratiam/ potest dici plenus gratia: qa quilibet habens gratiam /illa est sufficiens ad beatitudinem: cū quelibet excludat mortale/& originale. Alia est plenitudo copie: ꝙ ille dicitur plenus gratia qui habet copiosam. i. magnam gratiam. Tertia est plenitudo singularis prerogatiue: & ille dicitur plenus: qui per ceteris creaturis habet singularem. Quarta est plenitudo supereminētie De beato Stephano erat plenus grā plenitudine copie. Virgo maria plenitudine singularis prerogatiue: quia per singulis alijs puris creaturis habuit copiosam: sed quando dicitur de Christo plenus gratia habuit illam plenitudinem non solum q̄tū ad habundantiam/ copiam/& singularem prerogatiuam: sed superhabundanter pro se & alijs: stephanus autem non habuit nisi pro se neq; virgo maria: quia nō meruerūt alijs. solus Christus meruit ꝙ alijs merito de cōdigno. ¶Dubitatur secundo: vtrū sit eadē gratia in christo singularis persone/ & grē capitis. Christus enim vt singularis persōa habuit gratiam: quia est beatus: ergo habuit gratiam vt singularis persona: & cū hoc Christus fuit/& est caput totius ecclesie. Queritur ergo. vtrum secundum eandem gratiam fuit caput ecclesie: secūdum quā ē acceptus ad vitam eternam: vel secundum quam anima est accepta ad beatitudinem. Pro hoc suppoitur ex apostolo ꝙ tota collectio fidelium est vnum corpus: qd vocat corpus misticum christi/& caput istius corporis est christus/& congregatio fidelium in sacris litteris vocatur domus: & secundū ꝙ vocat domus/ xps dicit fūdamtū: alid fūdamtū nemo ponere pōt preter id / quod est xpūs: vnde esse caput est grē. Questio ergo est: vtrum ab eadē gratia dicatur caput: & acceptus deo. ¶ Quantum ad hoc ad eē caput requiritur aliqua conformitas in materia/& natura: puta ꝙ caput sit mēbris cō forme q̄tum ad naturam: eodem mō vt dicatur caput congregationis debet esse eiusdem nature cum mēbris: hic est ꝙ angelus

Quid magis dicat ip̄oꝛte.

Secūda cōclusio.

Tertia.

Primus dubium.

Solutio

Dedicatio gre virginis.

Dubium secundus

Xps nobis grām meruit.

Ꝙ papa nō sit eo modo caput ecclie sicut xps.

nunq̄ dicitur caput congregationis hominum quia non est eiusdem nature in specie sed Christus est eiusdem nature cum hominibus: ideo illa conditio: cōpetit Christo. Requiritur secundo ad esse caput/ ꝙ cetera membra recipiant influxū ab illo: puta ꝙ sint & dependeant ab illo nō enim est possibile vitam stare in ceteris membris sine capite: ideo cetera membra dependent a capite in conseruari. Tertio ad esse caput requiritur ꝙ cetera membra recipiant motum & influxum a capite. Omnis enī motus progressiuus est a sensu/ vel a ratione. & sensus & ratio maxime vigēt in capite. ¶His suppositis quantū ad primum: Christus habet conformitatem cum ceteris membris in natura. Similiter cetera membra sunt a Christo: saltem secundum naturam diuinam qa est causa omnium. & in cetera mēbra influit causando gratiam effectiue secundum diuinitatem & merito secūdum humanitatem. In passione enim meruit omnem gratiam: quam habet quicūq; hominum: nec datur gratia nisi ex merito Christi. Meruit enim ꝙ nostri actus essent meritorij: & acceptati ad vitam eternam. Christo ergo competūt omnes cōditiones capitis: ergo est caput. Papa enī non est ita caput ecclesie sicut christus. Nam papa non meretur nobis: quāuis nos fideles recipiamus directorie influxum a papa: id est debet nos dirigere in motu supernaturali ad beatitudinē. & sic recipimus/ vel recipere debemus talem motum a papa: sed non meritorie. nec in euangelio/ nec in actibus apostolorum legitur ꝙ sit caput: bene verum est ꝙ habetur in Ioanne Vocabitur cephas: sed cephas idem est ꝙ Petrus: ideo ꝙ vocetur cephas non potest concludi ex hoc ꝙ sit caput magis: q̄ ꝙ vocetur Petrus: sed dicitur caput: id est vicariā habens potestatem/ quā habebat Christus immediate a deo. ideo quātum ad questionem dico ꝙ est eadem gratia/ qua erat gratus deo: & merebatur nobis. Vnde non solum ad merendum sibi: sed alteri requiritur gratia. Christus enim meruit nobis illam gratiam: & omnem influxum spiritualem quem habemus: ergo ab aliqua gratia meruit/ que ad merendum requiritur: & illa erat/ qua erat deo gratus & acceptus: ergo ē eadem gratia: qua meretur nobis influxum spiritualem: & qua ipsemet singularis persona erat deo gratus & acceptus: igitur est eadem gratia & cetera.

¶Distinctio decimaquarta.

Queritur consequenter & Vtrum intellectus Christi creatus omnia sciuit: que ab eterno naturaliter verbū nouit: hoc est vtrum secundū humanitatem cognouit omnia: que cognouit secūdum diuinitatem. ¶In primo articulo inquiritur vtrum humanitas Christi cognouerit omnia cognitione in verbo: siue cognitione matutina/ que verbum cognouit ab eterno. ¶In secūdo articulo inquiritur de cognitione Christi in pprio genere: quomodo cognouit res in pprio genere. ¶In terio mouent dubia. ¶Quantum ad primum articulum suppōnendum est: ꝙ certū est cuiq; ꝙ sicut in christo est duplex natura: ita est duplex cognitio: quia quelibet naturarū Christi est intellectualis. In Christo est natura diuina: etiā in Christo est cognitio diuia: q̄ nihil aliud est q̄ deus & illa cognitio termiatur ad oīa entia/ preterita/ presentia & futura. Vnde Christus cognitione verbi cognoscit distincte omnia possibilia: & de hoc non est difficultas. Alia est natura humana in Christo que est creatura intellectualis etiā: & sic in illa: vel secundū illam habet Christus aliquā cognitionē/ q̄ distinguit a verbo: qa nō est verbum sicut prima cognitio/ neq; est anima sed accidēs inherēs anime: qua christus formaliter cognoscit secundum humanitatem sicut nos formaliter cognoscimus per cognitiones nobis inherentes. & sic nō est difficultas de prima cognitione quam habet Christus secūdum diuinitatem. sed est solum difficultas de secūda quā habet secū-

Primus articul⁹.

Duplex cognitio in xp̄o.

dum humanitatem vtrum videlicet se extẽ
dat ad omnia obiecta ad que se extendit illa
quam habet secundum humanitatem.
¶Secũdo supponitur ꝙ in Christo duplex
ponitur noticia loquendo de noticia sim
plicis apprehẽsionis seu simplicis visionis:
est quedã noticia qua cognoscit rem in ver
bo:& est quedam qua cognouit rem in pro
prio genere. Vnde sicut quelibet res mũdi
habet esse in sua propria natura: ita habet
esse in deo: & eius ydea est in deo/deus est
ymago & similitudo illius rei. Deus enim
est cuiuslibet rei noticia:qa noticia dei non
distinguitur a deo:ergo deus est cuiuslibet
rei exemplar & ymago etiam anteq̃ res sint
quia ab eterno omnium rerũ dicuntur esse
idee in deo/cũ quelibet res siue presens siue
absens reluceat in verbo tanq̃ in speculo:&
ibi sit sua similitudo:quia verbum est sua si
militudo:& videns verbum potest ipsum
videre secundum rationem secundum quã
est exemplar rei: vnde dicunt doc. ponẽtes
species ꝙ ad cognoscendum rem in absen
tia rei oportet de necessitate se reflectere sup
illam speciem que remanet in absentia &in
illa specie cognoscitur res absens. Hinc di
cit Ggregorius ꝙ omnis abstractiua noti
cia est intuitiua speciei: ita conformiter ad
cognoscẽdum rem absentem si deus sit no
bis presens illa relucet in deo tanq̃ in exem
plari. & oportet apprehendere deum vt est
illius rei similitudo: talis noticia dicitur in
verbo:& vocatur ab Augustino &ab alijs
doctoribus noticia matutina: eo ꝙ est per
fectior multo/q̃ noticia/qua cognoscitur
res in ꝓprio genere. & dicũtur res in verbo
cognosci quia verbũ est exẽplar illarũ. Alij
dicunt ꝙ res cognoscitur in verbo quãdo
videndo verbum deus infundit noticiam
rei quam alias non posset habere sine tali
infusione:quia res est absens. Sed primus
modus videtur probabilior. ¶Sed cogno
scere in proprio genere est cognoscere co
gnitione accepta ab ipsa re & qualiter enti
tas habet esse in sua natura ita ab ipa potest
capi cognitio eius. vnde cognitionem ac
cipere a re est ipsam cum potentia partiali
ter causare noticiam: & illa vocatur vesper
tina. ¶Vltra supponendum / ꝙ videtur
vel cognoscitur res & in verbo & in pro
prio genere:& non est repugnãtia. sicut in
materia noticiarum stat eandem rem simul
& semel intuitiue & abstractiue cognosce
re: & dicõ simul & semel. Vnde Christus
quando conuersabatur in mũdo erant mul
ta sibi obiectiue presentia que erant in debi
ta approximatiõe / tales res ita presentes in
intellectu erant cause naturales ad produ
cendum noticiam illarum in proprio gene
re. Vltra / cum verbum erat presens anime
Christi que cognoscebat intuitiue verbum
poterat apprehendere verbum secundum
ꝙ exemplar illius rei:& tunc simul &semel
habebat Christus alicuius rei cognitionẽ:
scilicet in verbo & in proprio genere. & il
le cognitiones adinuicem differunt specie.
Forte dices/maius lumen offuscat minus:
sed noticia in verbo est maius lumen(queli
bet enim noticia est lumen anime)ergo no
ticia in verbo offuscat illam in proprio ge
nere. ¶Dico illud eẽ verum de lumine cor
porali & non intellectuali: immo opposi
tum maius lumen cõfortat ad habendum
minus lumen intellectus:& sic non est simi
le. Istis suppositis videlicet ꝙ anima Chri
sti habuit istam noticiam scilicet in verbo/
& in proprio genere. & hoc de eadem re/
puta de matre sua presente(nunc autem an
geli habent de rebus presentibus i proprio
genere & de absentibus solum in verbo)
ad noticiam in proprio genere requiritur
distantia:sed in verbo non requiritur acti
uitas mea. His ergo suppositis queritur.
vtrum Christus cognouit omnia in verbo
secundum humanitatem. Quãtum ad hoc
dicit sanctus Tho. ꝙ Christus secũdum hu
manitatem cognouit omnia que cogno
uit verbum noticia visionis:sed non noti
cia simplicis scientie. Et isti antiqui vocant
noticiam visionis verbi: noticiam presen
tium preteritorum / & futurorum ipsum
verbum : quia ipsummet verbum est sua

Aduerte ꝺ noticia in verbo.

Argumẽ tum.

Quorũ dam opi.

Quid co gnoscere in ꝓprio genere.

Quid noticia visionis.

noticia. & dicitur simplicis apprehensio
nis respectu possibilium: & est eadem res
que est noticia simplicis visionis /& sim
plicis scientie. Sed in ordine ad diuersa ob
iecta totaliter vel taliter denominatur se
cundum Tho. q̃to in aliqua re cognoscun
tur plures effectus tanto ipsa perfectius co
gnoscitur: ergo si cognoscũtur omnes effe
ctus possibiles in illa re: illa res comprehẽ
ditur. Exẽplum: si in aliquo principio co
gnoscimus omnes conclusiones deducibi
les ex illo/dicimur comprehẽdere illud pri
cipium: sed est impossibile deum compre
hendi ab intellectu creato: ergo nec potest
intellectus creatus omnes effectus possibi
les in deo cognoscere. Et hec est ratio san
cti Thome. Vnde deum comprehendi nõ
est aliud q̃ deum cognosci quãtum cogno
scibilis est:& a se solo comprehẽditur. vn
de quando noticia est tanta in genere noti
cie quanta est res cognita in genere cogni
tiuitatis: id est quando res tantum cogno
scitur quãtum cognoscibilis est proprie di
citur comprehẽdi. Sed deus est infinite co
gnoscibilis: quia infinite perfectionis: & sic
ab intellectu creato non potest comprehen
di. Scotus nititur probare ꝙ illa ratio non
est alicuius efficacie nec apparentie. Nam si
sit aliquod principium puta. a. ex quo seq
tur b. & iterum ex. b. sequitur. c. Si ego co
gnoscam illud principiũ per hoc ꝙ cogno
sco ex. b. c. nõ magis cognosco. a. q̃ prius.
& non oportet ꝙ quãto plures conclusio
nes cognoscuntur in illo principio ꝙ tan
to perfectius cognoscatur illud principiũ.
immo deduco apparẽter sit/a/ principium
ex quo immediate sequũtur due conclusio
nes: scilicet. b. &. c. per hoc ꝙ cognosco. b.
conclusionem per. a. principiũ nõ cogno
sco perfectius. a. q̃ prius. Suffícit enim ap
plicare/ a/principium ad. b. cõclusionem:
& per hoc ꝙ ego applico in consequentia
euidenti non acquiro nouam noticiam/a/
principij: sed solum acquiro noticiam no
uam / vel consequentie/vel consequentis:
ergo falsum est ꝙ dicit Thomas / ꝙ quãto
plures conclusiones cognoscuntur in prin
cipio aliquo cognoscitur perfectius illud
principium. Nam per talem applicationẽ
nihil penitus acquiritur de noticia pricipij
quia illa applicatio principij ad conclusio
nem non est ad probandum. a. principium
sed ad probandum cõclusiones que dedu
cuntur ex. a. principio: ergo falsum est ꝙ p
hoc ꝙ in principio cognoscitur pclusio ꝙ
oporteat illud principiũ perfectius cogno
sci. Itẽ falsum est ꝙ quando in causa cogno
scuntur plures effectus ꝙ perfectius cogno
scatur. Est possibile ꝙ per. a. noticiam co
gnoscam verbum. & postea per noticiam
eandem in numero cognoscam verbum/
& vnam creaturam/tres:quattuor &c. & ẽ
opinio Scoti quam postea reprobabimus.
Non fistamus in opinione Tho. sed quan
tum est de opinione eius. ¶Vtrum posset
deffensari ꝙ Christus cognouit distincte pre
sentia preterita & futura: sed non possibilia
Et probo ꝙ nõ: quia si cognouit oia ꝑsen
tia distincte cognouit infinita: quia sunt in
finite partes ꝓportionales. ergo. Dices ꝙ
loquimur de totali. Cõtra cognouit distin
cte omnia presentia: ergo cognouit distin
cte suam noticiam per quam cognouit ver
bum: & illa est vnum ens totale & erat pre
sens. & vltra cognouit distincte illam noti
ciam: ergo cognouit iterum distincte illam
noticiam secũdam per quam cognouit pri
mam: & tertiam per quam cognouit secun
dam/& sic in infinitum: & est argumẽtum
quod fit de noticijs reflexiuis. Cum ergo
ista secunda noticia per quam cognoscit di
stincte primam sit vnum ens cognouit eam
distincte & non per semetipsam: quia nulla
potest esse distincta sui. & tertiam per quar
tam: & quartam per quintam. & sic in infini
tum: ergo oportet de necessitate fateri ꝙ ha
buit infinitas noticias distinctas. Nam tenẽ
do ꝙ cognouit res distinctas per distinctas
noticias: nõ ẽ possibile qn habuerit infinitas
noticias: sicut optime deduxit argumentũ.
Alia est opinio Hẽrici ꝙ nõ cognoscit oia
q̃ cognoscit verbũ actualiter: qa tũc habuit

Scotus Thomã ipugnat.

Dubium

Argum.

Solutio replicat valide.

Henrici opinio.

set infinitas noticias actualiter/vel haberet vnã infinite perfectionis secundũ humanitatem. Patet: infinita cognoscit verbum distincte. Si primum: puta distinctis noticijs habetur propositum: si secũdum puta vnica noticia: ergo est infinite perfectionis. Patet. perfectior est noticia distincta duorum obiectorũ q̃ vnius: hinc est q̃ deus qui est distincta noticia infinitorum obiectorum est infinite perfectus. Dicit secundo Henricus/cognouit omnia distincte habitualiter id est habuit habitum per quem poterat deuenire ad distinctã noticiam/hocẽ habuit habitum infusum a deo per quem quando volebat de presenti preterito vel possibili cognoscere: poterat idistinctam noticiam

Scotus in Henricum. deuenire. ¶Scotus retorquet argumẽtum in eum/quia ratio quam facit ad probationem prime partis equaliter facit ad improbandum secundam. Dicit ergo Henricus q̃ non potest per vnicam noticiam/quia esset infinite perfectionis. Contra/inferam ergo per vnum habitum non potest infinita cognoscere. Si ratio prime partis sit efficax puta q̃ distincta noticia duorum est perfectior q̃ vnius: & distincta quattuor q̃ triũ ergo distincta infinitorum est infinite perfectionis. ego arguam q̃ habitus distinctus duorum est perfectior q̃ vnius: & quattuor q̃ trium. & sic in infinitum: ergo distinctus

Opinio Varrõis infinitorum est infinite perfectionis. ¶Alia est opinio varronis q̃ cognoscit omnia habitu. id est habet vnam noticiã que potest ei omne obiectum representare non per habitum inclinantem ad directam cognitionem: sed habuit vnam noticiam per quam vnũquodq̃ obiectum cognoscibile poterat cognoscere. Vñ Varro dicit sicut Sco. de noticia in verbo: scilicet q̃ illa per quam video eẽntiam diuinam potest esse alterius obiecti mediante ipsa inuariata q̃ nunc sit: hoc est nũc representat mihi formaliter verbũ & a/creaturã. dico q̃ ipsa inuariata potest representare cum/a/creatura/b/creaturã de nouo: ita q̃ põt mihi representare aliud obiectum mediatum q̃ nũc representet mihi non immediate: quia verbum est obiectum immediatum. ¶Dicit ergo Varro cognoscere omnia habitualiter in verbo est cognoscere noticia qua immediate cognoscit verbum. & per illam inuariatam potest omne cognoscibile cognoscere. Si inferas ergo quilibet beatus cognoscit omnia possibilia in verbo sicut Christus: dicit non est simile/quia deus non vult presentare vnũquodq̃ obiectum cuilibet alteri sicut Christo: verum est q̃ vnũquodq̃ cognoscibile potest cognoscere beatus: sed deus non disposuit ostendere/secus est de Christo. Gabriel post Ocham impugnat hanc opinionem: puta q̃ non est possibile q̃ de nouo transeat noticia in aliud obiectum in quod nunc non transit/puta q̃ non est possibile q̃ noticia que nunc representat verbũ postea representet aliud obiectum. Ratio/quia noticia naturaliter representat: & est naturalis similitudo omnium que representantur per eam: ergo si vno tempore est similitudo: est alio tempore similitudo/quia si hoc a natura sibi conuenit: non potest ab ea aufferri: & si ex natura cõuenit ei non representare nunc hoc obiectum non potest alio tempore representare. Et est argumentum apparens: quod tamen facile solui posset. & diceretur q̃ noticia qua videtur verbum representat illud naturaliter: & alia obiecta non naturaliter: sed ad placitum dei: quia deus est exemplar liberum: sed alia est apparentior opinio & fundamẽtum ochã est q̃ nunq̃ vna noticia potest trãsire in aliquod obiectum quod prius non representabat/pari forma si iam representat aliquod obiectum nunq̃ potest remanere in esse noticie: & non representare: quia naturaliter illud representat & non aliud. quare &c. ¶Recitate sunt quattuor opiniones: an Christus secundum humanitatem videat omnia que verbum videt. prima Tho. q̃ videt actu que verbum scit scientia visiõis: id est presentia p̃terita & futura. Hẽri. dicit q̃ videt omnia habitu: sed non actu. id est habet habitualem noticiam mediante qua

Argumentum Gabrielis.

Solutio Gabrielis.

Thomas

Hẽricus

potest producere vniuscuiusq̃ obiecti visionẽ. Varro dicit q̃ videt habitu. i. habet vnã noticiã q̃ põt ei oẽ obiectũ repñtare.

Varro. Consequenter Ocham. xij. q. quarti sententiarum. & Gabriel supponit pro opiniõe Ocham quod habet prima distinctiõe primi q̃ visio beatifica & fruitio est a solo deo

Ocham. Ita q̃ anima beati non se habet actiue respectu illorum actuum: ita q̃ nihil agit: sed se habet pure passiue sicut aqua se habet pure passiue recipiendo caliditatem: notum est q̃ deus agit gratiã se solo & ista est suppositio doc. ex doctrina Ocham q̃ anima pure passiue se habet respectu actuum beatifi-

Ab beati se hñt pure passiue in visione. corum & nullo modo actiue. & sic non est de ratione cognitionis q̃ sit a potentia cui inheret. Ideo non sequitur hec potentia cognoscit per hanc noticiam: ergo agit illã: quãuis Dealyaco contradicat sibi licet gratia & gloria sit a solo deo: tamen de ratiõe noticie dicit q̃ sit effectiua a potentia cuius est. Consequenter dicit Ocham sicut noticia beatifica que est verbi est a solo deo. Ita noticia in verbo creature est a solo deo. tota positio cõsistit in quattuor. Primum est declaratum. secundum est sicut noticia verbi est a solo deo. ita noticia creature in verbo: & illa vocatur in verbo quam deus infundit cum videtur verbum. Sed noticia in verbo est a solo deo sicut noticia verbi.

¶Ex quo sequitur q̃ potest videri verbum nulla creatura visa in verbo/& videri verbũ

Correlarium. cum vna creatura alijs creaturis non visis in verbo. nam verbũ & creatura distinguntur: ergo deus potest infundere visionem verbi & alicuius creature & non alterius/& solius verbi sine visione creature. tertiũ punctum est in quo consistit. deus cum videtur verbum potest ifundere vnam visionem creature in verbo que nullomodo erit verbi: & potest infundere vnam noticiam creature in verbo que simul erit verbi/sicut apud Ocham aliquando vnico actu diligitur deus & creatura: aliquando distinctis actibus ita stat q̃ videatur verbum & creatura in verbo eadem visione & distinctis visionibus: & vtraq̃ istarum erit beatifica.

Quarto dicit. illa noticia que est primo solius verbi nunq̃ potest effici noticia creature. & illa noticia que est vtriusq̃ nunq̃ potest remanere quin sit noticia vtriusq̃ simul ita q̃ nõ potest remanere & sit noticia solius verbi. Tota ratio doctoris est/quia omnis noticia est naturaliter noticia cuiuscũq̃ cuius est noticia: & naturalis similitudo & naturale exemplar eius. sicut est illud quod cõuenit naturaliter alicui ipso manente non põt ab eo aufferri: ergo cũ illa noticia que simul est verbi & creature in verbo sit noticia naturalis verbi & creature: sicut nõ põt remanere noticia verbi: qn sit noticia verbi ita nõ põt remanere in verbo qn sit noticia creature in verbo: eodem mõ probatur secũdum. Fuerunt aliqui dicẽtes: q̃ omnis noticia cuiuscunq̃ rei per diuinam voluntatem potest effici noticia alterius eiusdẽ speciei. Sed dicitur q̃ noticia vnius rei non potest effici noticia alterius rei: cuius non est modo noticia. ¶Ex quo sequitur q̃ noticia qua videtur verbum & res in verbo simul & illa qua solum videtur verbum: distinguũtur

Correlarium. specie. Ratio est quando cunq̃ sunt duo & vni cõuenit naturaliter aliquid q̃ alteri repugnat illa distinguntur/& est bonũ argumentum ad probãdum distinctionem specificam: hoc conuenit isti & non illi. Igitur distinguntur specie: sed sic est q̃ cõuenit naturaliter isti secũde noticie qua vident duo scilicet res in verbo & ipsum verbum representare illa duo: & alteri repugnat representare illa duo: sed solum verbum representat. igitur. Quandocunq̃ sunt duo indiuidua: & aliquid ex natura rei conuenit vni quod

Regula. repugnat alteri: illa distinguntur specie. Dices/ergo noticia sortis/& noticia platonis distinguerentur specie. & hoc tangit Ocham in quodam quolibeto. Patet: noticie sortis repugnat representare platonẽ: & hoc ex natura rei: qa ex natura rei cõuenit ei repñtare sortẽ: ergo ex natura rei aliqd pertinet noticie sortis quod repugnat noticie platonis: & ecõtra. ergo distinguñt specie:

sed hoc videt falsum: quia penes distinctio
nē obiectorū attendit distinctio noticiarū:
ergo illud quod dictū est non videtur suf-
Attende ad hoc diligenter. ficiens: videlicet hoc conuenit huic indiui
duo ex natura rei & repugnat alteri: ergo
differunt specie. Multi dicerēt ꝙ repugnat
b. calori producere calorem productū ab a
calore: vt calorem quē potest .a. ignis pro-
ducere non potest .b. ignis producere, &
ideo nō sequitur/hoc ex natura rei compe-
tit huic indiuiduo/& hoc idem numero re
pugnat alteri: ergo distingūtur specie. Sed
bene sequitur hoc cōuenit huic indiuiduo
& alteri a tota specie non potest competere:
ergo distingūtur specie. iam dico in pro
posito q̄uis noticie platonis repugnet re-
presentare sortem in numero: tamen non ei
repugnat rep̄sentare aliquid quod est eius-
dem speciei cum sorte puta platonem. suf-
ficit enim ꝙ competat: vel natum sit cōpe-
tere. Vnde dico ꝙ ista noticia qua cogno-
scitur verbum non potest representare crea
turam nec aliquid eiusdem speciei. Et sic
adhuc argumentum currit ꝙ differunt spe
Aliqd ē in deo mltipliciter intelligit cie. ¶Secundo notandum quando dicitur
aliquid est in deo: potest multipliciter intel
ligi. Vno modo ꝙ sit realiter secūdum suā
essentiam in deo quēadmodū dicimus ma-
teria & anima sūt in homine secūdum pro-
prias entitates: & isto modo nihil est i deo.
Alio modo aliquid dicitur esse in deo ob-
iective. id ē cognoscitur a deo sicut omnes
creature ab eterno fuerunt in deo. Illa enim
que cognoscuntur ab aliquo sunt in eo ob
iective. Tertio modo. Aliquid dicitur esse
in deo eminenter. id est continet omnē per
fectionem: & omnes perfectiones creature
sunt in deo. Iam anteq̄ respōdeatur est dif-
ficultas. Vtrum potētia creata possit simul
& semel infinita cognoscere. Si non euidēs
est ꝙ aia xp̄i nō cognoscebat oia q̄ deus co
gnouit. Si sic videndū est: an repugnet intel
lectui/nō eni repugnat itellectui creato infi
nita cō fuse cognoscere: nam cognoscendo
hominē cognosco oēs homines possibiles
& de hoc non est difficultas. ¶Sed est dif-
ficultas: an possit intellectus creatus infini
ta distincte cognoscere, vel distinctis no
ticijs vel vnica noticia simul & semel. Ita ꝙ
quilibet eorum representabitur vnica noti
cia distincta in intellectu. De hoc duo sunt
modi dicendi: Grego. dicit ꝙ potest infini
tis distinctis cognitionibus infinita cogno
scere: ita ꝙ ē possibile ꝙ anima cognoscat
infinita distincte per infinitas distinctas no
ticias: ita ꝙ singule noticie singula repreſē-
tabunt obiecta. Ratio Gre. non repugnat gregorij imaginatio.
quin deus producat in anma & ponat sub
iective infinitas species: Supponamus ꝙ sit
ponendum infinitum: & anima est infinito
rum capax. Patet: qnando cunq; aliquod
agens cum vno adiutorio producit vnum
effectum: si superueniente secundo adiuto-
rio producat secundum: non potest argui
maior actiuitas illius potentie, exemplum
Gregorij. lumen in medio cum adiutorio
coloris approximati producit in medium
speciem coloris: & illa species producitur
partialiter a lumine & colore/hinc est ꝙ in
tenebris nō producūtur: ergo illud lumen
requiritur tanq̄ causa efficiens. Vltra si eidē
medio applicetur secundus color non ob-
stante productione priorum specierū pro-
ducet tantas sicut prius. Et si tertius appli-
cetur: iterum tantas producet: & sic in infi-
nitum. & ex hoc non arguitur maior actiui
tas illius luminis: & si applicetur infinitus
color producet infinitas species. Eodem
modo: si intellectus cum vna specie produ Gre. apparentia
cit noticiam: & cum secunda specie produ-
cit aliam: & sic consequenter/non potest ar
gui infinita actiuitas intellectus: quia pro-
ducere infinitos actus cum adiutorio infi-
nito non est infinite agere: vt dicit Grego-
rius. & hoc de intellectu separato & nō ag
grauato corpore. Si ergo deus infunderet
infinitas distinctas species infinitorum ob-
iectorum cum illis infinitis speciebus intel
lectus posset infinitas noticias producere.
Adhuc sēm Ochā nō sequtur / hoc pducit
infinitos effectus equales non cōicātes sine
adiutorio ifinito: ergo est ifinite actiuitatis

analogia Nam si essent infinita pedalia applicata .a.
igni produceret ifinitos calores/vt a ignis
potest producere calorem vt quatuor in il
lis infinitis pedalibus si ponerentur pene-
ratiue: ergo etiam si possent applicari .a.
igni in quodlibet illorū producet calidita
tem vt quattuor. Nam si applicentur due
aque in duobus poculis ita ꝙ non se iuuēt
ad resistendum: quelibet erit ita cito calefa
cta ac si non esset nisi vna: & ignis eq̄ cito in
quamlibet producet calorem vt quattuor
ac si esset vna sola. Et si per impossibile/vel
possibile applicarētur infinite sine adiuto-
rio infinito/infinitos produceret calores.
Nam passum non adiuuat actiue producē-
do. Ideo ista consequentia non valet. Hoc
agit infinitos actus equales non communi
cantes: ergo hoc agens ifinite agit: ergo nō
potest argui. Hoc agens potest simul & se
mel infinitos effectus producere: ergo infi-
nite agit. ¶Dices/Penes quid ergo atten-
ditur infinita actiuitas. Dicit Ochā ꝙ per
hoc quod est posse producere vnum effe-
ctum: qui erit infinitus in vno passo/vnde
ignis non potest in vno passo infinitum ca
lorem producere: immo quocunq; produ
cto ē alicuius certi gradus. ¶Sed si daretur
aliquod agens quod posset infinitum pro
ducere in vno passo esset ifinite actiuitatis:
& sic concluditur infinitas apud Ocham.
¶Similiter non valet/intellectus potest si-
mul ifinita obiecta cognoscere: ergo est in
Adam. finite actiuitatis. ¶Alijs videtur puta Ade
andreas. & Andree de castro/ꝙ non potest: nō pro
pter hoc ꝙ esset ifinite actiuitatis: sicut ostē
dunt Ocham/& Gregorius: sed propter
hoc quia esset infinite cognoscibilitatis: &
cognoscibilitas dicit perfectionem simpli-
citer. Et si concederetur infinite cognoscibi
litatis deberet concedi infinite perfectionis
Nam posse cognoscere vnum obiectum est
actus perfectionis/& duo maioris/& tria
simul & semel: adhuc maioris: ergo posse
simul/& semel infinita est infinite cognosci
bilitatis: & tunc bene sequitur. hec poten-
tia potest simul/& semel infinita cognosce

Audree argumentum.

re: ergo ē infinite cognoscibilitatis. ¶An-
dreas facit argumentum cōtra se: quod nō
soluit: vult probare ꝙ cum finita cognosci
bilitate adhuc stet infinita simul cognosce-
re distincte: & supponamus ꝙ anima solū
sit cognoscibilitatis vt octo, est possibile
ꝙ cognoscat vnum obiectum vt sex: adhuc
capacitas cognitionis nōdum est comple-
ta: potesta dhuc vt vnum aliud obiectū co
gnoscere & tum dimidio: puta cognosce-
ret vt septem cum dimidio: tūc diuidamus
octo per partes proportionales, primo in
quattuor: iterum in duo & sic consequen-
ter: tunc ex illis simul iunctis resultarent so
lum octo: si vna noticia vt quatuor esset in
anima respectu .a. obiecti, secūda respectu b
obiecti, & sic in ifinitum adhuc per istas in-
finitas noticias se excedentes proportiona-
liter repleretur solum capacitas intellectus
finite & omnes sunt compossibiles in intel
lectu. Patet: aggregatum ex omnibus illis
cognitionibus resultaret solum vt octo: &
habet capacitatem intellectualem vt octo,
igitur. ¶Dico ꝙ non est inconueniens ani
mam cognoscere ifinita infinitis distinctis
noticijs dūmodo ille noticie se excedāt se
cundum pportionē: & se habeāt sicut par-
tes pportionales alicuius ptinui/vel alicu
ius intentionis: & hoc tenendo ꝙ intentio
qualiscunq; parua sufficit ad esse noticiam:
& oportet capere noticias diuersarum spe
cierū: vel saltē que se non intendāt. ¶Dicit
ergo secūda opinio ꝙ non est possibile ꝙ
infinita cognoscat & ꝙ eq̄ intense q̄libet
illorum: quia tunc manifeste argueretur in
finita cognoscibilitas: & per consequēs in
finita perfectio. ¶In primo articulo quere Solutio doctoris
batur. Vtrum anima Christi cognouit om
nia in verbo/que verbum cognouit: & po
situs est multiplex modus. ¶Quantum ad
istum articulum inuestigandum est conse-
quenter quid est cognoscere in verbo secū-
dum diuersas opiniones: & vtrum sit ea-
dem cognitio/qua cognoscitur res in ver-
bo: & ipsum verbum/& postea alies res.
¶Et resolutorie dico ꝙ non est eadem:

quia implicat nunc aliquam noticiam non esse noticiam alicuius rei: & postea esse notiam illius. Vnde bene verum est q̄ noticia que nunc est noticia vnius potest nō ee noticia illius: quia potest poni in subiecto nō vitaliter preceptiuo: sed si non est noticia huius rei non potest postea effici noticia illius. Respondendo ad questionē sit prima cōclusio. ¶ Anima Christi in verbo potest cognoscere omnia nedum presentia/ preterita/ & futura/ sed etiam possibilia. Patet p illud Ioannis primo. Plenum gratia & veritate: & secūdum expositionem Augustini Veritas refertur ad sapientiam: & si foret aliquod possibile cognoscibile quod non posset cognoscere Christus secundum animam nō esset plenus sapientia: ergo. Patet etiam apoca. v. Dignus est agnus/ qui occisus est accipere deitatem/ & scientiā. glo. id est omnē cognitionem. Item probatur ex altero. Christus cōstitutus est iudex omnium viuorum/ & mortuorum. & hoc est efficax argumentū ad probandū q̄ cognouit omnes actus humanos presentes/ preteritos/ & futuros/ & possibiles quantumcunq̄ secretos. id est interiores: quia est cōstitutus iudex omniū: sed nullus potest bene iudicare: nisi de his que bene nouit: ergo Christus nouit omnia ratione quorum iudicandi sunt viuēces preteriti & futuri: xp̄s non solum secundum diuinitatem sed secūdum humanitatem constitutus est omniū iudex. Data est enim illi a deo patre omnis potestas in celo/ & in terra. Relinquitur ergo q̄ Christus cognouit omnia/ propter que iudicandi sunt omnes homines: & illi sunt actus etiam interiores tam presentes/ preteriti q̄ futuri: & vltra. ergo cognouit omnia a fortiori que nō sunt ex natura rei occulta: ergo pclusio vera: videlicet q̄ christus potest cognoscere secundum humanitatem omnia possibilia in verbo. ¶ Correlarium. Infinita possunt a Christo cognosci sincathegoreumatice/ sed non cathegoreumatice. Patet sic. Omnia possibilia p̄nt a christo cognosci: capiendo oia distributi

Prima cōclusio rūsiua q̄stionis.

tiue: sed infinita sunt possibilia capiendo sincathegoreumatice: ergo infinita possunt a xp̄o cognosci sincathegoreumatice: hec est optima consequentia in Darij. Vnde quidam dicit q̄ nō potest cognoscere infinita cathegoreumatice: & q̄ ista est falsa. Infinita possunt a Christo cognosci cathegoreumatice: sed ego arguam eodē modo ad probandum hanc partē/ sicut aliā. Benesequit Omnia possibilia possūt a christo cognosci distributiue: sed infinita sunt possibilia cathegoreumatice. ergo &c. Forte negas minorem: quia non est possibile q̄ infinita cathegoreumatice sint. ¶ Contra. Quāuis non est possibile q̄ infinita sint simul/ & semel. tamen est possibile successiue sicut ponit Aristo. infinitos homines si tempus infinite duraret: & tunc demonstrādo oēs homines/ qui erunt ad intellectū: isti erunt infiniti cathegoreumatice: vnde sortes & plato qui nunq̄ erunt simul/ tamen erunt successiue tunc demonstrando illos ista est vera. ista erunt entia: quia ad veritatē illius sufficit q̄ quelibet istarum sit vera: hoc est ens & illud est ens siue simul/ siue successiue. Similiter demonstratis omnibus futuris supponendo q̄ sint infinita: sicut dicit Aristo. ista est concedenda isti erunt: quia quelibet illarum est vera: hic erit: hic erit: &c. & non erunt finiti: ergo infiniti: & q̄is falsa sit: hi erunt: tamen ista est vera hi erūt possibiles: ergo sunt possibiles ifiniti cathegoreumatice: ergo infinita chathegoreumatice sunt possibilia: ergo infinita possibilia sunt cognoscibilia. ¶ Ad saluandū dictū doctoris dicerem q̄ demōstratis duobus finitis qui nunq̄ erunt simul ista est vera isti erūt. Sed an ista sit vera isti erūt duo. videt q̄ sit falsa. Nā bn̄ segtur isti erūt duo/ ergo isti erūt numerus binarius: sed ista est falsa: isti erūt numerus binarius: qa nō p̄nt aliqua facere numerū nisi sint simul & semel: ergo cū isti nūq̄ erūt simul/ oportet q̄ isti nūq̄ faciūt nūerū binariū: & p̄ns videt mihi dicēdū q̄ nūq̄ isti erūt duo: nec nūerus. Eodē mō dico de infinitis futuris successiue: ista est neganda:

Gabriel.

Arguit doctor q̄ Gabriele.

Replicatur.

hec erūt infinita. Sed apparet mihi probabilius q̄ infinita sunt cognoscibilia cathegoreumatice: sicut & sincathegoreumatice.

Secūda cōclusio.

¶ Secūda ppositio. Aia xp̄isti non cognouit oia in verbo distincte/ & singulariter q̄ cognouit verbū. Patet vnica ratione. Vel hoc est vnica cognitione/ vel distinctis cognitionibus. Si vnica cognitione/ que ē distincta omnium/ que cognouit verbum: ergo est infinite perfecta: sed hoc est impossibile. puta q̄ sit aliqua cognitio accidentalis infinite perfecta: sed bene est aliqua cognitio essentialis infinite perfecta: que ē distincta omnium cognoscibiliū: scilicet cognitio dei/ que est ipse deus. ¶ Si distinctis cognitionibus cognouit oia q̄ cognouit verbū/ ergo est ifinita multitudo notitiarū distinctarum non facientium vnum. Patet Verbum cognouit infinita distincte: quia omnia possibilia distincte: ergo anima christi cognouit infinitas species distinctis cognitionibus ita q̄ cuilibet cognoscibili corresponderet distincta notitia: ergo habet infinitum numerum notitiarum distinctarū.

Aliquorū opinio

¶ Quantum ad istam propositionem: multi tenent q̄ anima christi cognouit omnia actualiter que verbum cognouit: sed ego non credo verum: & concedunt q̄ habuit infinitum numerum notitiarum. Et communiter defensatur: quia deus potest facere infinitum numerū. Sed videamus quid. Ex hoc sequitur. Primo: segtur q̄ habet infinitas notitias etiā/ iudicatiuas: & nō solū apprehensiuas. ¶ Item si hoc esset verum: videlicet q̄ cognouit omnia actualiter/ q̄ cognouit verbum distinctis notitiis: sequit q̄ Christus in quolibet instanti variat infinitas notitias. i. in quolibet instanti perdit infinitas & acquirit infinitas: si ita sit q̄ xp̄s secundum animam habeat assensum de q̄libet veritate. Bene sequitur: in hoc instanti est aliqua veritas que non erat veritas ante hoc instans: etiā q̄is non esset nisi ista: hoc instans est: siue iste est senior q̄ vnq̄ fuit. in quolibet instanti verum est dicere. Iste ē senior q̄ vnq̄ fuit: ergo xp̄s in hoc instāti habet hoc iudicium de nouo. hec propositio est vera apud istam opinionem: quia xp̄s non iudicabat q̄ hec sit vera: cum antea nō erat vera: & nō decipitur. Et vltra xp̄s habet de nouo hoc iudiciū. Hec propositio ē vera: ergo de nouo etiam iam verum ē hoc primum iudicium: quia non prius fuit vera: & primum iudicium iudicat de nouo p secundum: & secundum per tertium: & sic consequenter: ergo in hoc instanti habet infinitas notitias. Eodem modo arguam de quolibet instanti. Et q̄ perdat infinitas patet puta hoc instās non est: ergo semper iudicat illud nō esse. Et secundum/ per tertium iudicat non esse: & sic in infinitum: ergo perdit tertium: & sic consequenter ascēdendo: ideo secundū hanc opinionē oportet fateri q̄ in quolibet instanti perdit & acquirit infinitas notitias: & quando hoc cōcederetur non esset magnum incōueniens Omnes antiqui dixerunt q̄ non habet infinitam multitudinem notitiarum atq̄ mihi videtur probabilius immo non cognouit omnia possibilia: immo nec distincte omia presentia.

Tertia p positio.

¶ Tertia propositio: anima christi cognouit aptitudinaliter omnia que cognouit verbum: Patet sicut dictum est: xp̄s est plenus gratia/ & scientia: sed non actualiter: sicut dictum est in secunda propositione/ ergo oportet concedere q̄ aptitudinaliter cognouit omnia secundum animam/ que cognouit verbum: & ita tertia propositio sequitur ex prima. ¶ Contra/ ergo quilibet beatus est eodem modo plenus veritate sicut & xp̄s: & tamen hoc de solo christo dicitur: q̄ in eo solo abscondite sūt thesauri sapientie dei. Patet cōsequentia: sicut xp̄s potest cognoscere quodlibet cognoscibile: q̄is nō omnia simul: ita & quilibet beatus potest: & cum propter hoc dicatur xp̄s plenus veritate: quia potest cognoscere aptitudinaliter omnia/ que verbum cognouit: & omniscions. Pariformiter videt dicendum de quolibet beato. Nego consequentiam: quia est possibile q̄ beati aliqua velit videre in verbo/ que verbum nō ostē

Reprobatio opinionis illorū

Argumentum.

Solutio.

det eis: & tamen nō sequitur eos tristari / sicut vellent beati nunq̄ peccasse: & tamen p pter hoc non tristantur: quia excellens gaudium tristiciam / que causaretur ex tali nolitione impediret. Sed xp̄us quicquid vultvidere in verbo ipse videt secūdum animam & sic magis aptitudinaliter videt q̄ quicūq̄ alius beatus. & hoc satispbat ratio doctoris. Meo iudicio xp̄us videt in verbo omnia beneficia / & demerita: quia est iudex: & nullus illa videt: igitur. ¶ Vnde non dicit plenus veritate quia omnia cognoscat: qa solus deus est plenus istomodo: sed dicitur plenus quia habet tot notitias: quot potest cognoscere: supposito q̄ tot potest cognoscere q̄ nō vltra: & habet tot / quot pōt habere simul & semel: ceteri autem non habēt hoc: ideo est differentia inter xp̄um / & ceteros. ¶ Secundus articulus. Vtrum cognoscit omia i proprio genere: supposito q̄ notitia in proprio genere alicuius rei est illa / qua cognoscitur res in semetipsa non in extrinseco representatiuo eius: & ita capit p nunc notitia in proprio genere. Vnde beatus cognoscit nos / non in nobis: sed in deo quia videt nos relucere in diuinitate: quem admodum relucet res in speculo: & illa dicitur noticia rei in verbo. Hoc supposito supponendum est etiam deum posse infundere eāmet notitiam vel similem i specie quā accipimus a rebus. vt forte presente nō cōcurrente cum potentia ad causandum notitiam intuitiuam eius: posset deus eandē notitiam in potentia causare: quam fortes pariter causat: & illa posset vocari in proprio genere: quia cognoscitur per illam res in se ipsa. Et sic noticia in propio genere in infusam / & acquisitam diuidetur. Infusa / quam deus se solo producit. ¶ Item noticiarum i proprio genere / quedam habitualis / quedam actualis. Item quedam intuitiua / quedam abstractiua. intuitiua / que causatur ab obiecto presente. abstractiua / que causatur in absentia obiecti. Item quedam iudicatia que causatur ex notitijs apprehensiuis ituitiuis: si sint contingentes: & nō per se note.

Secūdus articulus

Quid noticia in p prio gñe.

¶ Vnde differentia inter abstractiuam / & intuitiuam: quia intuitiua sufficit causare iudicia' contingentia de re intuita: puta q̄ sit alba / calida / &c. Sed abstractiua non potest causare iudicia contingētia: neq̄ certa. Nam per notitiam abstractiuam de patre / quam habeo: nescio an sit sedens: vel moueatur &c. & sic vocatur abstractiua: quia nō potest causare iudicium contingens de re & terminatur immediate ad rem ipsam.

Differentia inter notitiā intuitiuā & abstractiuam.

Pria pōsitio.

¶ Ad questionem ergo respondetur: & sit prima propositō. Anima christi nō cognouit omnia actualiter / & distincte noticia in proprio genere: que cognouit verbum qa infinita cognoscuntur a verbo: immo omnia possibilia. Patet / non cognouit in verbo: ergo a fortiori nec in proprio genere.

Secūda

¶ Secūda propositio. anima christi cognouit omnia habitualiter / & in confuso. Patet habuit conceptum mediante quo poterat omnia cognoscere confuse: immo ego met habeo puta habēdo conceptum entis: qui representat omnia confuse.

Tertia

¶ Tertia propositio. anima christi notitia intuitiua in proprio genere tantum nouit sibi presentia: quis anima christi non fuerit aggrauata corpore / & alligata: sicut anime nostre que nichil possunt cognoscere nisi mediante sensu. Vnde anima christi non poterat cognoscere res in quantacūq̄ distantia virtute propria. Ratio est euidens / ad illam notitiam intuitiuam requiritur cōcursus obiecti. Et cū illud sit creatum / & agens limitatum nō potest agere in quancūq̄ distantiam: sed sic est q̄ non omnia erant equaliter presentia ipsi anime christi: neq̄ etiam nunc sunt. Nam anima christi nunc est solum in celo / & in sacramento & non est vbiq̄. Hic est quod dicitur in euangelio: q̄ christus proficiebat notitijs. s. acceptis a rebus quia noue res de nouo approximabātur christo.

Quarta.

¶ Quarta propositio quantum ad euidentem contingentium notitiam anima christi potuit pfi cere: nec est necessarium q̄ anima christi nouerit omnia contingentia: etiam presentia & poterat approximari obiecto / de quo ē

aliqua veritas. Nam anima christi non cognouit distincte: hic lapis est: & poterat illi approximari: quo facto habuisset noticiam lapidis: & illa sufficiebat causare iudicium contingens: & consequenter poterat p ficere in noticijs adhesiuis veritatum contingēti: que noticie adhesiue causabant ex noticijs intuitiuis / in quibus proficiebat.

Dubium primum.

¶ Dubitatur primo. Vtrum in anima christi simul fuerunt plures noticie eiusdem obiecti: puta vna in verbo: alia in proprio genere. Due sunt opiniōes quare dicitur noticia in verbo: vna dicit q̄ dicitur notitia i verbo eo q̄ illa terminetur ad verbum immediate & ad rem vt representatam in verbo. Sed dicitur in proprio genere: quia est rei in semetipsa non vt representata in alio. Alij dicunt q̄ vocatur in verbo illa / quam deus infundit videndo verbum siue terminetur ad verbum / siue ad rem. Sed primus modus dicendi conformior videtur Augustino: qui ista nomina sic imposuit. Querit ergo dubium. vtrū res cognoscatur ab aia christi duabus cognitionibus: quarū vna sit illius in verbo & alia in proprio genere. Arguitur q̄ sic. Quando anima christi cognoscebat rem in verbo poterat eadem res realiter sibi esse presens: tunc quando obiectum & potentia sunt sibiinuicem presētia sunt cause sufficientes naturales: saltem itellectus ad producendum notitiam ituitiuā illius obiecti: ergo illam producunt: ergo anima christi videbat rem in verbo: & illa erat sibi realiter presens: & cognoscebat illam in proprio genere. ergo simul & semel habuit duas noticias eiusdem obiecti: vnā in verbo / & aliam in proprio genere.

Solutio.

Prima

Respondetur per duas propositiones. Prima cum notitia rei in verbo actuali stat notitia habitualis eiusdem rei: & secundum eandē rationem: patet sic. Nullus habitus repugnat actui circa idem obiectum: q̄uis habitus ille inclinet ad actum contrarium: vt actus scientie non repugnat habitui fidei / nec econtra: nec habitus intemperantie actui tēperantie: ergo habitualis noticia alicuius rei in proprio genere stat cum actuali i verbo & econtra.

Secunda Gabriel & tertio

¶ Secunda propositio / in q̄ est difficultas est ipsius Gabrielis qui non bene insequitur Occham in ista parte. Nō potest naturaliter anima christi cognoscere idem obiectum duabus notitijs sub eadē ratione: vna in proprio genere: & alia i verbo. Vnde argumentum eius: qd non ē multum efficax est. Detur oppositum videlicet q̄ potest cognoscere eandem rem in verbo & in proprio genere sub eadem ratiōe: tūc queritur. Vel ille due noticie sunt eque perfecte / vel non. Si primum: ergo vna superfluit. Item si sunt eque perfecte: ergo eiusdē speciei: ergo se intendunt. Si secundum / ergo illis non cognoscitur obiectum secundum eandem rationem: talis enim doctor contradicit Occham: & sibimet meo iudicio: in prima questione prologi dicit ibidē Occham / stat aliquem habere duas noticias eiusdem obiecti synonimas vnam intuitiuam: & alteram abstractiuam. Et arguit Occham contra se isto modo. Ille sūt synonime: ergo sunt eiusdem speciei. Negat cōsequentiam. ¶ Sd argumentor contra eum sic. Si sint synonie: ergo sunt adequate eiusdem obiecti. sequitur vltra: sunt synonime ergo representant illud obiectum secundū eandem rationem: quia termini synonimi dicuntur qui idem adequate / & eodemmodo representant. Vlterius dicit Occhā / qñ etiq̄ aliquis intuetur rem simul & semel habet abstractiuam eiusdē rei. Ratio huius est quam facit. Intuitiua non causat habitum: ratio est. in absentia obiecti habitus non inclinat ad intuitionem: ergo non causat a intuitiua: ratio / quia habitus inclinat ad consimiles actus ex quibus est genitus: sed sic ē q̄ causatur i illo aliquis habitus: alias posset intuitionem rei non plus cognoscerē q̄ ante: ergo oportet ponere necessario abstractiuam concomitatiuam: que causet habitum & dicit q̄ ille sūt synonime. Dices / sit aliqs beatus qui in verbo videt aliquod obiectū si tale applicetur in debita approximatiōe intellectui beati: an tunc causabit noticiam

Occham

Dico q̄ non est inconueniens q̄ beatus videns rem in verbo absolute si approximet res q̄ ipsa cum potentia beati causabit notiam distinctam. & ille erunt synonime & intuitiue & vna erit alia perfectior & non est inconueniens. Vnde nō sequitur: sunt vnius obiecti secundum eandem rationem: ergo vna non est altera perfectior: q̄admodū dicimus de intuitiua & abstractiua. Videt ergo michi probabilius q̄ anima christi eādem rem potest cognoscere secundum eandem rationem duabus cognitionibus: vna in verbo: altera in proprio genere.

Secūdo dubitat.

¶ Secundum dubium. Vtrum anima christi: vel quecunq; alia anima beata videns verbum cognoscat infinitatem verbi: & in hoc dubio gabriel videtur contradicere sibi respectu eorum que dicta sunt in solutione primi dubij. Q̄ctum ad hoc respōdetur q̄ sic: nam nisi videret verbum sub ratione infiniti non satiaretur nec illa visio esset beatifica: ergo oportet q̄ videat verbum sub ratione infinitatis. Dico secundo q̄ aliud ē infinite cognoscere verbum & cognoscere sub ratione infiniti. Vnde nullus intellectus creatus infinite videt vel cognoscit verbū quia nullus est infinite intellectōnis: sed bene videt sub ratione infiniti: sed non videt infinite: videt enim illud obiectum vt infinitū.

Corrolarium

¶ Infertur ex hoc. q̄ intellectus creatus cognoscit verbum secundum eandem rationem secundum quam verbum cognoscit se. Ratio huius est/ cognoscit verbum secūdum rationem infiniti: & verbum cognoscit etiam se secundum rationem infiniti: ergo. vnde ista consequētia nō valet: iste due notitie sic se habent q̄ vna est altera perfectior: ergo nō sunt eiusdem obiecti. notitia qua verbum cognoscit se est perfectior illa qua anima christi cognoscit verbum: & tamen ille notitie sunt verbi secundum eandem rationem. Ideo non sequitur vna ē perfectior: & alia minus pfecta: ergo nō sūt eiusdem obiecti secundum eandem rationem.

Obiectō

¶ Dices si anima christi/ anime beate & angeli cognoscunt verbum sub ratione infiniti quomodo potest saluari q̄ non cōprehendunt verbum. Comprehendere enim ē tātum cognoscere q̄tum res cognoscibilis est: ergo videtur q̄ cōprehendūt. Pro hoc ponuntur quatuor modi comprehendendi. Primo comprehendere aliquid est illd cognoscere taliter q̄ nulla pars eius lateat & sic implicat cognoscere deum distincte quin comprehendatur: quia non habet partes: & si habeatur notitia distincta eius terminatur ad deum & ad quodcūq; quod est dei. Secūdo modo comprehendere est rem cognoscere & inter partes eius discernere: vt quando discerno hanc partem ab illa: & isto modo deus non comprehenditur: quia non habet partes. Tertio modo cō prehendere est rem taliter cognoscere q̄ cognoscuntur omnia predicata de illa verificabilia: certum est q̄ de deo verificātur infinita predicata: quia infinita sunt predicata: & quodlibet verificatur de deo vel suū cōtradictorium: ergo implicat aliquā rem esse quin infinita predicata verificentur de ea: quia quodlibet predicatum dicitur de illa vel illius cōtradictorium: immo apud communiorem opinionem in posteriorib⁹ implicat aliquam rem esse: qui dicātur de illa infinita predicata essentialia: vt inter corpus & substantiam sunt infinita predicata essentialia q̄is non sint eis nomia imposita. Si sit spūs inter spiritum & substātiam corpoream infinita predicata essētialia possibilia. inter albedinem & substantiam similiter sunt infinita. non est possibilis ergo aliq̄ res quin de illa sint infinita predicata dicibilia: ergo non est possibile itellectui creato comprehendere rem: quia non pōt habere notitiam omnium predicatorum q̄ de re dicuntur: & sic non potest comprehēdere muscam. ¶ Quarto modo comprehēdere est cognoscere rem per cognitōnem q̄ in eadem proportiōe se habeat ad notitias aliorum obiectorū sicut obiecta se excedūt id est cognoscere rem per notitiam causatā in esse notitie q̄ta res est in se cognoscibilitatis/ sicut deducit Occham in quolibetis

Cōprehēdere

Quattuor modi cōprehendendi

quātus deus quodlibet obiectum infinite excedat: & quamlibet creaturam sumpta tamen cognitōne dei distincta non est infinite perfectior q̄ noticia quam habeo de platone: quia quelibet illarum est creatura: ergo finite perfecta. Preterea concludit ochā q̄is attendatur perfectio notitie penes perfectionem obiecti: tamen non oportet q̄ i eadem proportione sit perfectior noticia i qua proportione obiectum est perfectius. certum est q̄ deus est ifinite perfectus: ergo infinite cognoscibilis. Vnde aristoteles in Metha. dicit quanto res perfectior tāto cognoscibilior. hinc est: q̄ q̄is non cognoscamus plus substātias separatas q̄ corporeas/ sunt tamen in se plus cognoscibiles. nā implicat dare vnam notitiā que excedat ceteras notitias aliorum obiectorum in eadē proportione in qua deus excedit alia obiecta. implicat ergo q̄ deus comprehēdatur capiendo comprehendere quarto modo: cum enim deus sit ifinite cognoscibilis nō cognoscitur infinite nisi a seipso. & de istis duabus acceptōnibus vltimis magis est ad propositum: quia sunt magis proprie.

Aduerte diligēter

¶ Sed differentia est inter comprehendere tertio modo & quarto modo: quia tertio modo importat collectionem plurium notitiarum simul: quia cognitionem omniū predicatorum que dicūtur de re: sed pprehēdere quarto modo importat simpliciter noticiam intuitiuā & apprehensiuam. Angelus est finite cognoscibilitatis: & si cognoscat a me noticia intuitiua quantum cognoscibilis est comprehendetur a me: q̄is nō habeam noticiam omnium predicatorū q̄ dicūtur de deo. Qd angelus sit finite cognoscibilitatis deducit hoc de Alyaco in primo immo q̄ deus cognoscit angelum finite: q̄is per noticiam infinitam. videmus ergo i quibus acceptionibus anima christi comprehendit verbum.

Tercium dubium.

¶ Tertio dubitatur: vtrū possit anime christi communicari omnipotentia videlicet q̄ sit omnipotens. Dico q̄ non: primo implicat creaturam esse omnipotentem: quia implicat aliquid esse omnipotens: & posse ab altero corrumpi. Secundo implicat creaturam posse omne factibile producere: vnde aliquid dicitur omipotens quia potest omne producibile: vel factibile producere. deus non est producibilis: creatura vero est producibilis & implicat creaturam seipsam producere: quia eēt seipsa prior: ergo implicat animam Christi & quācūq; aliam creaturam esse omnipotēte: ergo ei non potest communicari omnipotentia. an possit ei communicari potentia creandi difficultas est inter doctores probleumatica.

¶ Distinctio decima quinta

Queritur primo

Verit psequēter vtrū xps secundū quālibet ptē aie eius habuerit maximam tristiciā. Termini declarandi sūt isti/ pars/ aia/ & tristitia. Et supponendū est imprimis: q̄ non est questio de partibus anime que sunt eius partes reales & entitatiue: ita q̄ ex eis componatur anima: saltem quelibet anima rationalis/ cum sit vna res indiuisibilis secundum eius substantiam nullas habens partes essentiales & quantitatiuas penitus: sed hic sumuntur partes anime pro potentijs anime ideo idem ē querere: vtrum xpūs secūdum quamlibet eius partem. i. eius potentiā vel vtrūrespectu cuiuslibet potētie scdm quālibet portōnem habuerit maximam tristitiā. In qualibet potentia ponuntur due portiones. Iterum quādo dicitur q̄ anime sūt plures potentie & eiusdem potētie esse plures portiones non est intelligendū q̄ sint due res distincte adiuicem quarum quelibet sit potentia aut portio anime: quia apud communiorem opinionem potentie anime nō realiter distinguntur ab anima: sed est anima taliter vel taliter potens. potentia calefactiua ignis est forma substātialis ignis potens producere calorem. Potentia itellectiua est anima potens intelligere & cognoscere. potentia motiua est homo potēs mouere: cum ergo anima sit quelibet potentia

eius sensitiua intellectiua volitia appetitia: non est igitur intelligendū ꝙ in anima sint plures res: quarum quelibet sit potētia: sed est intelligendum sunt plures potentie id ē vna anima potens ad diuersos actus: & illa diuersitas potentiarum nō sumitur ex pte rerum que sunt potentie: ita ꝙ sint diuerse res quarum quelibet sit potentia: sed sumit ex parte operationum in ordine ad quas anima diuersimode denominatur potēs. Insuper supponendum est ꝙ in eadem potentia ponuntur due portiones que portiones non sunt nisi anima secundum diuersas operationes in intellectu & voluntate. ¶ Regulariter ponuntur due portiones. s. superior & inferior. Superior portio ipsius intellectus & voluntatis capitur dupliciter vno modo pro ipso intellectu & ipsa voluntate duntaxat prout respicit obiectum supremum puta deum. nam intellectus & voluntas possunt per suos actus se conuertere in deum & ad creaturas. vnde capiendo illas duas potētias in ordine ad actus quibus cōuertuntur in deum/precise vocātur portio superior: sed in ordine ad actus quibus cōuertuntur ad creaturas: id est cognoscūt vel amant: vel odiunt creaturas vocantur portio inferior. Secundo modo capitur portio superior magis large & est ipsa voluntas vel intellectus prout conuertitur in deum vel in creaturam in ordine ad deum. & inferior capitur pro intellectu vel voluntate prout cōuertitur in creaturam non referendo in deū vnde portio hominis inferior non est ipsa sensualitas: sed est ipse intellectus vel voluntas. Antiqui dicunt ꝙ vocatur portio superior in q̄tum regulis diuinis regulatur. inferior in q̄tum humanis. vnde non habito respectu ad deum/natura dictat non esse furādum/si nolo furari non habendo respectū ad deum vocatur actus portionis inferioris: sed nolo furari quia deus prohibet talis actus dicitur portionis superioris. ¶ His suppositis: vtrum anima christi secundum quamlibet portionem habuerit maximam tristiciam secundum quamlibet partem aie

Dupler aie portō

& est hic questio de potentijs cognitiuis: & non intuitiuis: nec executiuis. ¶ Iam inq rēdum est quomodo causatur dolor & tristitia vt videatur: an in christo fuerit dolor seu tristicia: & capio istos terminos dolor seu tristicia vt distinguntur: ita ꝙ tristicia ē voluntatis: & dolor carnis. ita regulariter capiuntur: & illi qui dicunt sensitiuam potentiam compositam ponunt dolorem extensum: sed tristicia est anime solum. delectatio est sensus: & gaudium voluntatis.

vtrū ppe secūdum quālibet aīe prem habuerit tristicias, quō causet dolor ⁊ tristicia

¶ De causatione tristitie discordant Ochā & Sco. in presenti distinctione: & Ocham in fine tertij regula' ponit talem regulam generalem: nūq causatur tristitia de aliquo nisi ex cognitione talis obiecti actuali & actuali nolitione eiusdem obiecti. Due sunt cause naturales & sufficientes productie trē stitie: quibus positis necessario ponitur tristitia/& ipsis non positis aut altera illarum non causatur tristicia de illo obiecto: prio requiritur nolitio qua nolo hoc fieri vel sic esse que est vna earum: ideo requiritur cognitio qua cognosco hoc euenire: aliter q̄ ego nolo: vt fortes nult hoc fieri: & credit ꝙ non fiet: non causatur tristicia in eo: imo gaudium: ergo illa nolitio nō est causa sufficiens ad causandum tristiciam: sed quādo nult hoc fieri: & cognoscit ꝙ fiet de necessitate causatur in eo tristicia: & illis positis naturaliter causatur ista tristicia: sicut ignis naturaliter producit calorem. causatur ergo tristicia ex nolitione cum cognitione ꝙ obiectum aliter se habet q̄ sit nolitū se habere.

Argumētū prumū Ocham.

¶ Arguit Ocham contra se. beati qui peccauerunt/nolunt se peccasse & cognoscūt se peccasse: & tamen falsum est ꝙ tristētur: qa in beatis nulla est tristicia: ergo iste due cause non sunt naturaliter & sufficiētes ponere tristiciam. ¶ Secundo arguitur: non requiritur nolitio ad causandum tristitiam. imo sufficit volitio. nam dicit Ocham si velim aliquid fieri: vt volo sortem esse episcopū: & cognosco ꝙ ille nō erit epūs/tristor & tamen nō habeo nolle respectu sortis: sed velle cum cognitione oppositi illius q̄ volo

ergo non requiritur vt causetur tristicia ꝙ sit actualis nolitio respectu talis obiecti: immo videtur ꝙ sit sufficiens volitio respectu obiecti oppositi. ¶ Quantum ad primum cōcedo ꝙ beatus cognouit se peccasse: & nult peccasse & non causatur in eo tristicia. & cū infertur/ergo ille due cause nō sunt sufficientes: nego consequentiam. verū est ꝙ nō producunt tristitiam: quia est resistentia ne producant. nam nō sequitur in hoc passo applicato ignis non producit calorē: ergo non est naturalis causa & sufficiens producibilis caloris: immo oportet sic addere & non est repugnātia actiuitatis impediēs agens ne producat. Vnde beati non solū non tristantur contrarie (dicit enim Aristoteles septimo ethi. ꝙ excellens gaudium expellit omne tristabile contrarie) sed etiā cōtingens de altero obiecto non ē gaudium oppositum contrarie/quia non gaudēt de hoc ꝙ peccauerūt/sed est gaudium de deo ꝙ etiam repugnat tristicie contingenti. i. de altero obiecto: vel secundo dicatur ꝙ deus non concurrit ad productōnem tristicie in beatis.

ad primū argumtū

¶ Quantum ad secundum: si veli efficaciter hoc fieri & cognosco ꝙ non fiet tristor: & tamen non habeo nolitōnem. dicit Ochā ꝙ a volitione huius quod ē hoc fieri cum cognitōne ꝙ non fiet naturaliter causatur nolitio contradictorij illius quod volo efficaciter. & vltra ab illa nolitōne cū illa cognitōne immediate causatur tristicia & non a volitiōe. dicit ergo Ocham & bene ꝙ a volitione qua volo hoc fieri cū aduertentia contradictorij: vel circa contradictorium causatur nolitio contradictorij. imo aliqui dicunt ꝙ ois nolitio alicuius ē volitō ꝓtradictorij. Eodēmō dico/volitō alicuius ē nolitio cōtradictorij. Sed oppositū videt mihi ꝓbabilius. Dico ergo ꝙ volitio vnius contradictorij cum aduertētia circa alterum contradictorium necessario causat nolitionem alterius contradictorij & sic verum est ꝙ volendo hoc fieri & cognoscendo ꝙ non fiet tristor que tristicia causatur a nolitione cum iudicio: & sic nō

Ad secūdum

habetur ꝙ aliqua tristicia causetur sine nolitione. Et hic modus Ochā est conformis dicto Augustini ꝙ tristicia est dissentio animi ab his que nobis nolentibus accidunt: ergo de necessitate ad causandum tristitiā requiritur nolitio.

correlariū hoc ē gabrielis

¶ Ex his omnibus sequitur manifeste secundum quosdā ꝙ in portione superiori strricte capiendo nunq̄ ē tristicia: saltem licite. Patet: nullus potest licite tristari de deo: & portio superior stricte capta respicit solum deum: ergo nullus potest licite tristari secundum portōnem superiorem. minor est nota ex declaratione terminorum. sed patet maior: nullus potest licite nolle conuenire deo quod ei conuenit & cognoscitur ei conuenire: vt cognosco ꝙ deus est bonus/sapiens/prudēs/iustus/ non posset licite nolle ꝙ non sit bonus: iustus: &c. tunc arguitur sic quando aliquid cognoscitur conuenire deo: nullus potest licite nole ꝙ ei cōueniat/sed tristicia de aliquo causatur necessario ex nolitione obiecti taliter se habente & cognitione: ergo nullus potest licite tristari de hoc: & argumentum habet apparentiam ad probandū correlarium: quia oporteret ꝙ tristicia eēt de aliquo nolito quod cognosceremus eē in deo: ergo nullus potest licite tristari de deo secundum portionem superiorem rationis: & sic esset subtilis difficultas.

quod nūllus possit de deo tristari

¶ An anima christi habuerit tristiciā. Sed bene aliquis tristatur secundum portionem superiorem capiendo large portōnem superiorē nam tristatur de peccato in ordine ad deū: sed omnis actus quo conuertitur voluntas in creaturam in ordine ad deū est actus portionis superioris ergo. Dices ego tristor licite de hoc ꝙ est deum offendi. quia nolo deum offendi: & cognosco ꝙ deus offenditur: causatur tristicia: & illa est portionis superioris/patet sic/nolitio qua causatur ē actus portionis superioris: quia est actus per quem voluntas conuertitur in deum: ergo tristicia sequens est actus portionis superioris: ergo voluntas potest tristari secudum portionem superiorem rationis strictē sum

ptam.nam cum dico nolo deum offendi. ista nolitio terminatur ad deum:& ad offẽtionem simul:& ad vtrumq;:ergo est actus

quozũdã imagiatõ portionis superioris:& per consequẽs tristitia quã causat terminatur in deum & per consequens licite tristatur de deo secundũ portionem superiorem rationis. Aliqui dicerent ꝙ tristitia est de offentione qua offẽditur deus & illa est quid creatum.s.peccatum:sed videtur michi ꝙ sicut illa nolitio terminatur ad deum inordine ad hoc predicatum.puta ad esse offensum:& deum offendi est deus offensus:ꝙ illa nolitio terminatur ad deum sub ratõne offensi:ita videtur michi dicendum ꝙ ista tristicia consequẽs nolitionem terminatur ad deum in ordine ad offensam:& cum infertur ergo licite tristamur secundum portionem superiorẽ.fateor. Et sic in rigore videtur michi correlarium Gabrielis prius illatum falsum:sed ad

Carpit Gabriel. saluandum eum dicendum est ꝙ non licite tristamur de deo secundum ea predicata q̃ essentialiter conueniunt deo:vt esse bonũ/iustum/sapiens/&c.nam non possum licite tristari secundum portionem superiorẽ in ordine ad predicata que essentialiter conueniunt deo cum illa non possunt esse nolita:sed possum licite nole aliqua que accidentaliter conueniunt deo ꝙ & per conseqns

De causatione tristicie secũdũ sco. tristari. ¶Sed scotus in prima distinctione aliter ostendit modum generationis tristicie ponens quatuor modos quibus generatur vel generari potest ipsa tristitia/quorũ duos concedit Occham/alios vero posteriores negat. Primus:causatur tristicia de obiecto actualiter absolute nolito & cognoscitur aliter esse q̃ sit nolitum:ita ꝙ primus modus est per actualem & absolutam nolitionem ¶Secundo modo causatur tristitia de obiecto non absolute nolito:sed absolute volito:sed conditionaliter nolito:vt qñ sortes mercator in tempestate piicit merces in mare tristatur de illa proiectiõe vt notũ est.& tamen vult pijcere absolute & efficaciter:nam bene sequitur proijcit libere:ergo vult absolute proijcere:quia volitio cõ

quattuor modi quibus põt gñari tristicia. ditionata non est sufficiens ad exeundum in opus q̃is sciam ꝙ illa volitio non est libera vt libertas distinguitur a metu:sed est libera absolute.sortes ergo ita pijciens vult absolute proijcere:ergo falsum est ꝙ habeat nolitionem actualem & absolutã proijciẽdi:quia illi duo actus non stant simul & tamen tristicia illa causatur a nolitiõe cõditionata:quia habet nolitionem: qua nolet proijcere si posset euadere. Dicit ergo Scotus ꝙ illa nolitio cum cognitiõe ꝙ nõ potest euadere est sufficiens causa ad producẽdum tristiciam etiam de illo obiecto.i.proiectione que solum est cõditiõaliter nolita ¶Tertõ dicit scotus/causatur tristicia a nolitiõe naturali cum cognitõe seu presentatione per intellectum ipsi voluntati: dicit enim ꝙ voluntas vt natura aliqua refugit q̃is illa nõ refugiat vt voluntas puta libere.refugit enim vt natura omne quod est sibi nociuum puta separatõnem a corpore quia appetitu naturali appetit vniri corpi: immo anime beate hoc appetunt:ergo appetitu naturali refugit contrarium. Dicit Scotus ꝙ ad causandum tristiciam cum appetitu naturali sufficit ostẽtio:nam si intellectus ostendit voluntati separationem a corpore:q̃is voluntas non eliceret nole liberum quo nolet separari nihilominus ab illa ostentatiõe cum fuga naturali.i.nolitione naturali:que quidem nolitio nõ est actus secundum Sco.sed est fuga naturalis q̃ nõ est aliud q̃ res sic naturaliter incliata:vel ẽ ipsamet res que sic refugit:ex illa fuga naturali cum tali ostentiõe intellectus causatur tristitia. ¶ Quarto causatur tristicia ex dolore carnis cum offensiõe carnis:cũ ostẽtione qua intellectus ostendit voluntati illam offensionem carnis: nam voluntas & sensus pro statu vie sic sunt naturaliter colligati. Preterea dicit scotus si offendatur sẽsus & intellectus ostendat illam offensionem voluntati q̃is voluntas non dissentiat.id est non nolit illam/ppter naturalem colligantiam voluntatis ad sensualitatem causatur tristicia. Et q̃tum ad istos duos vl

differẽtia ochas ꝙ Scoti. timos modos dissentit Scotus ab Ocham quia dicit ꝙ in istis duobus vltimis modis causatur tristicia sine actuali nolitione voluntatis. Nam in tertio modo est fuga naturalis voluntatis:que naturaliter inclinatur ad contrarium:& i quarto modo causatur tristicia propter illam naturalem colligantiam volũtatis cum sensualitate:cum intellectus ostendit voluntati illam offensionẽ

Doctor cõformit ad Ochã tunc tristatur voluntas. ¶ Sed credo ꝙ Ocham melius dicit:videlicet ꝙ nunq̃ causatur tristicia: nisi sit actus positiuus: quo voluntas refugit. Vnde bene dicit Ochã: ꝙ aliquãdo actus refugitiuus bene potest esse naturalis quo nult: sed cum ponitur actus positionis cũ illo quo voluntas actualiter & formaliter nult/q̃is in voluntate eẽt naturalis fuga.i.appetitus naturalis ad cõtrariũ illa naturalis fuga.i. natura lis inclinatio ad cõtrarium cũ ostentione advoluntatem:nisi in voluntate esset actus positionis/quo voluntas refugeret obiectum nunq̃ causaretur tristicia. Et illud ẽ satis cõforme Augustino ꝙ tristicia est de his que

Doc. sua ſſo. nobis nolentibus & scientibus accidunt. ¶Illud potest ratione suaderi: nam fortis politicus quãdo suffert pro repu.nõ oportet ꝙ tristetur in actu sufferendi: imo delectatur quãuis doleat secundum sensum qa offẽditur. Et certũ est ꝙ eius anima refugit & inclinatio ad contrarium non sufficit: immo illa fuga naturalis cum ostentione ad causandum tristiciam:& credo ꝙ ita est

De cãtione dolorꝫ Et sic patet de causatione tristicie:quod sũt due cause:vna in intellectu scilicet cognitio: altera in voluntate scilicet nolitio. Sed ad causandum dolorẽ/qui videlicet est in sensu:sufficit apprehensio/qua apprehẽditur obiectum:vt presens nociuũ: ita ꝙ Ochã nõ ponit actũ appetitus sensitiui distingui a tristicia/aut delectatione:& tñ in intellectu ponit actũ distingui a passiõe:nã in quolibetis/& in tertio dicit ꝙ passiones sẽsitiue nõ distinguntur ab actibus sẽsus:sed passiones intellectus distigunt ab actibus. Dicit ergo ꝙ dicit ad causandũ fugã obiecti suffi

cit apprehensio qua apprehenditur vt presens nociuum:sicad causandum dolorem sensuum:immo prius actus appetitus sensitiui potest esse dolor:& causatur delectatio ex apprehensione qua apprehẽditur:vt bonum presens. ¶In primo ergo articulo declaratum est quid intelligitur per partes anime:quia intelligitur potentia anime/& per portionem etiam intelligitur potentia anime:sed non in ordine ad omnes actus/sed in ordie ad aliquos: vt portio superior dicitur intellectus in ordine ad cognitiões quas habet de deo. Et dicitur inferior in ordine ad actus/quos habet de creaturis. Et eodem modo dicendum de voluntate.

¶Item dictum est ꝙ dolor causatur in sensu ex apprehensione presentis tristabilis: vel alicuius presentis/quod infert nocumẽtum sensui. & sic apud Ocham dolor in sensu non distinguitur ab actu appetitus sensitiui/& delectatio causatur ex apprehensione alicuius delectabilis presentis.

Vnde Scotus ponit differentiam inter perceptionem/& apprehensionem.dicit causatur tristicia ex perceptione tristabilis: ita ꝙ non sufficit presentia. Et causatur delectatio ex perceptione delectabilis.

¶Sed si queratur a Scoto quid sit illa perceptio difficile est dare:nisi vel apprehensiõ/vel actus appetitus sensitiui qui non distinguitur ab apprehensione.

¶Vnde dicunt medici ꝙ passiones appe- Medicorũ opi. titus sensitiui distinguntur ab actibus appetitus sensitiui. Nam in appetitu sensitiuo ponunt actus corporales volitiuos/& nolitiuos/qui vocantur fuga/& prosecutio preambulantes ad triciam/vel delectationem.& vtraq; opinio defensatur.

¶VISVM EST PRETEREA QVO modo causatur tristicia in appetitu intellectiuo secundum duplicem opinionem: & ꝙ opinio probabilior est ꝙ nunq̃ causatur tristicia/quin precedat saltẽ naturaliter aliqua nolitio in volũtate.voluntas enim potest habere aliquas nolitiones naturaliter causatas: nam vt natura aliqua refugit

per actus distinctos ab anima.

¶Sed existimo magis probabile q̄ voluntas naturaliter refugit aliqua sine actu: quia inclinatio naturalis non ponit actum distinctum a re que inclinatur: nam graue naturaliter tendit deorsum: nō per qualitatem distinctam a forma substantiali ipsius grauis sed ad causandum tristiciam non sufficit in voluntate talis fuga naturalis / siue nolitio naturalis quod idem est quā habet voluntas vt natura: non vt libera. Non facio difficultatem quando talis nolitio naturalis sufficit ad causandum tristiciam. & sicut ra nolitionem liberam absolutam adhuc per tertium modum causaretur tristicia / puta per nolitionem naturalem.

q̄ voluntas sine actu refugiat.

¶Isti positis respondetur ad questionem per conclusiones secundum q̄ duo querit. Primum. Vtrum secūdum quanlibet partē anime: &c. Secūdum. Vtrum habuerit maximam tristiciam: ideo quantū ad primam partem questi sit prima conclusio. ¶Christus habuit dolorem secundum sensum. Patet / sensui Christi fuit applicatum aliqd̄ disconueniēs. & certum est q̄ Christus habuit perceptionem illius disconuenientis: etiam vt presentis: quia in potentijs sensitiuis maxime fuit bene dispositus / & maxie preceptiuus: sed naturaliter ad perceptionem nociui & tristabilis ad apprehensionē eius vt presentis causatur dolor sensualis: ergo Christus secūdū sensualitatem habuit dolorem.

Prīa p̄positio.

¶SECVNDA PROpositio. Christus habuit dolorem secundum sensum / precise de sua passione / & de suis nocumentis / & non de alienis. ecce ad causandum dolorem in sensu non sufficit apprehensio alicuius tristabilis nociui: vt alteri presentis: sed requiritur apprehensio tristabilis nociui / vt sibi presentis. & credo q̄ est quod vult dicere Scotus vt causetur dolor sensualis non sufficit apprehensio nociui: sed requiritur apprehēsio nociui actualis: quod per nociuum infertur sibimet. Patet per experientiam: quāuis contristor vidēdo aliquē pati violentiam: non tamē causatur in me dolor sensualis: nec̄ patior in sensu.

Secūda p̄positio

¶Tertia propositio. Volūtas anime Christi vt natura de eisdem tristabatur de quibus dolebat ipse sensus Christi. Dico voluntas vt natura / nam anima que eadem est sensus / voluntas / & intellectus habet aliquos actus vt natura / aliquos vt voluntas & vt voluntas aliquos actus habet vt natura: aliquos actus vt libera / aliquos vt sēsus. Vnde quando separatur anima a corpore nullos actus habet vt sensus. Patet hec propositio tertia. Insurgente passione puta dolore / vel gaudio: si non absorbeatur intellectus tunc ipse cooperatur voluntati: vel ad refugiendum dolorem: vel ad retinendum delectationem: & voluntas propter vnionem cum ipso sensu cōtristabitur: aut congaudebit. Sed sic est q̄ in Christo vsus rationis non fuit absorptus / per quēcunq̄ dolorem: quia erat perfectissime beatus secundum intellectum: ergo habebat perfectissimum vsum rationis: ergo insurgente dolore per nocumentum presens / intellectus adiuuabat ad repellendum dolorem: & rep̄sentabat volūtati dolorem: ergo voluntas vt natura / & naturaliter coniuncta sensui contristabatur sensui ita affecto dolore. Vnde dicunt doctores communiter in quarto quādo est maxima tristicia in voluntate patitur sensus: & redundat tristicia voluntatis vsq̄ ad sensum: ita q̄ in sensu causatur aliquis dolor propter naturalem coniunctionem. Et hoc precipue quando est tristicia de obiecto sensui perceptibili: ergo quando est maximus dolor in sensu: & intellectus p̄sentat illud maxime tristabile / & ipsum dolorem quem habet sensus voluntati: ipsa voluntas vt natura propter cōnexionem refugiet illud quod est ita offensiuum sensus / si refugit vt natura: ergo causatur tristicia: ergo probabile est quod dicit Scotus: q̄ in voluntate non vt libera sed vt natura causatur tristicia: sed dico q̄ p

Tertia Positio.

Tristicia voluntatis redūdat in sensus

actū qui est nolitio naturalis: & nō libera.

Quarta ꝓpositio

¶Quarta propositio. Voluntas Christi secundum portionem superiorem proprie acceptam: sicut nō habuit tristiciam de passione: ita nec habuit tristiciam de carentia visionis / aut de peccato proprio secūdum portionē superiorem large acceptam. Prima pars patet: non habuit tristiciam. patet dictum est q̄ secundum illam portionem licite non potest haberi tristicia: quin haberetur de deo: sed non potest haberi de deo quantum ad ea que essentialiter conueniūt deo. Secūda pars patet. Nunq̄ caruit visione dei: quia erat semper beata etiam in passione: nec vnq̄ habuit peccatum: ergo nō dolebat de illis in ordine ad deum.

Quinta ꝓpositio

¶Quinta propositio. Christus secundum portionem superiorem large acceptam nō habuit tristiciā de peccato / de morte sua / de passione: sed quandam nolitionem liberam. Patet / bene sequitur / Christus secundum talem portionem volebat efficaciter mori secūdum portionem superiorem in ordie ad deum. ergo falsum est q̄ nolebat libere in ordine ad deum. Patet consequentia. Volitio qua quis vult libere aliquod obiectum contrariatur nolitioni: qua nult illud obiectum: ergo non se compatiūtur. q̄ autem volebat libere mori patet. Oblatus est: quia voluit: ergo volebat mori: ergo falsum est q̄ nolebat: saltem libere: & vltra. falsum est q̄ nolebat: ergo non habebat tristiciam cōsequentē talem nolitionē.

Septa ꝓ positio.

¶Sexta propositio. Christus secundū partem superiorem habuit tristiciam etiā maximam consequentem nolitionem liberā & absolutam de peccatis: & infidelitate iudeorum paganorum & obstinatione hominum. Patet. Christus preuidebat inverbo ingratitudinem aliquorum de sua passione: & perseuerantiam iudeorum in sua infidelitate: imo credo q̄ preuidebat cuiuscunq̄ hominis quecunq̄ peccata: quia cōstitutus est iudex / oportet ergo q̄ singula cognouisset: sed Christus nolebat absolute secundum voluntatem creatam eos perseuerantes in infidelitate: & decedere in peccatis: ergo Christus secundum portionem superiorem voluntatis creature tristabatur de infidelitate / & ingratitudine: &c. tristicia consequente nolitionem absolutam / liberam: quia preuidebat / & nolebat.

Nolitio ꝑditionata ē sufficiēs cāre tristiciā.

¶Septima propositio. Christus tristabatur de sua passione tristicia consequente nolitionem liberam / sed conditionatam secūdum portionem superiorem large captā: & in hac vltima est tota difficultas. Vnde ad causandum tristiciam sufficit nolitio cōditionata: vt proijciens merces proijcit libere: ergo vult absolute proijcere: quia volūtas ꝑditionata non est sufficiens ad mouendum potentias exteriores. habet ergo solum illam nolitionem conditionatam ergo illa sufficit ad causandum tristiciam. Tunc arguitur sic. Christus habuit nolitionem conditionatam sue passionis. Patet / nam dicit pater Si possibile est trāseat a me calix iste: ergo habebat nolitionem etiam liberam qua nolebat sufferre si possibile foret aliter genus humanum liberari. Tūc arguitur sic. habuit illam nolitionem liberā ergo erat bona: ergo referebatur vltimate in deum: & habebat illam secūdum portionem superiorem: sed talis nolitio est sufficiens ad causandum tristiciam: ergo Christus secundum portionem superiorem tristabatur de sua passione tristicia consequēte nolitionem liberam licet conditionatā non absolutam. ¶Dices q̄ christus volebat absolute mori libere. nihilominus nolebat conditionaliter: puta si aliter posset genus humanum redimi. Dicis etiam q̄ talis nolitio sufficit causare tristiciam. Arguitur sic. volebat libere mori: ergo gaudebat de sua morte: quia volitio absoluta cum cognitione rei volite naturaliter causant gaudium. & vltra: gaudebat: ergo nō tristabatur de sua morte: quia gaudium / & tristicia de eodem obiecto adequato / & in eadem potentia sunt realiter contraria. ¶Secūdo. Nunquā nolitio conditionata causat tristiciam nisi cōditio sit simpliciter & absolute

Argumētum pmū

Argumētum scūm

nolita. Hoc regulariter dicunt doctores. Nã ille qui pijcit merces: nolet proijcere: si posset aliter euadere: sed quia est tẽpestas non tristatur de illa proiectiõe: dato ꝙ haberet nolitionem tempestatis simpliciter: vnde si posset euadere aliter q̃ per proiectõnem: & haberet istam nolitionem: qua nult proijcere si posset aliter euadere: ex illa non tristaret: ergo christus ex nolitiõe qua nult mori/ si posset aliter genus humanum redimi non tristatur si habeat volitionem qua vult simpliciter pati pro genere humano: talis nolitio non sufficit causare tristiciam: sed sic est ꝙ in voluntate Cristi secundum portionem superiorem rationis erat volitio/ qua volebat genus humanum redimi non posse nisi per suam passionem. Patet: deus hoc volebat: & iam ordiauerat: & verisimile est ꝙ anima christi cuilibet ordinationi dei/ quam cognoscebat in particulari se cõformauit: ergo sequitur ꝙ habebat volitionem absolutam de illa conditione: & non nolitionem. Christus enim habuit nolitionem sufferẽdi mortem si genus humanum posset aliter redimi/ & cum hoc vidit ꝙ non poterat aliter saluari nisi per suã passionem/ ergo non tristabatur de sua passione: sed habebat volitionẽ qua volebat genus humanum non posse aliter eripi: quia deus sic ordinauerat: sed sic est ꝙ Christus cognoscens illam ordinationem diuinam & deum ita velle absolute verisimile est ꝙ conformabat suam voluntatem etiam absolute illi ordinationi: ergo videtur ꝙ illa nolitio conditionata nõ sufficiebat ad causandum tristiciam. ¶Quantum ad primũ Christus absolute volebat mori. Cõcedo/ ergo gaudebat de sua morte. Concedo: nã sic apostoli sunt gauisi: quãdo contumeliã pro Christo patiebantur: ergo etiam Christus propter finem mortis illius. Et cum infertur: ergo non tristabatur tristicia sequente nolitionem liberam/ nego cõsequentiã/ & cum probatur gaudiũ/ & tristicia de eodem obiecto repugnãt formaliter: verum est/ si vtrũq; se habeat ꝙ vnum sequatur volitionem absolutam: & aliud nolitionem absolutam & liberam de eodem obiecto. Nolitio absoluta/ & libera eiusdem obiecti contrariãtur formaliter volitioni illius: ergo tristicia & gaudiũ ꝓntia similiter ꝓtrariantur: quia sunt eedem cause: sed tristicia/ que consequitur nolitionem cõditionatã/ non contrariatur gaudio: quod consequitur volitionem absolutam. Contra/ ergo qui proijcit merces debet gaudere de proiectione: quod est falsum: gaudet enim bene quia liberat a morte. ¶Dico ꝙ propter nolitionem naturalem impeditur: sed in Christo nõ impediebatur. Dico secũdo. quis cõtrarientur: fuit miraculum ꝙ cõtraria fierẽt simul: & hoc videtur dicere Scotus: & deus suspendebat formalem repugnantiam pro tunc. ¶Quantum ad secundum. Nunquã nolitio conditionata sufficit causare tristiciam: quando ipsa conditio est simpliciter volita. vt nolo proijcere/ si possem euadere: & non possum euadere aliter: illa nolitio absoluta non causat tristiciam: sed sic est ꝙ cũ illa conditione quã habebat Christus scilicet nolo pati si posset genus humanum aliter redimi/ habebat volitionẽ/ qua volebat genus humanum sic redimi: scilicet per suam mortẽ. Vnde dico ꝙ Christus non habebat volitionem liberam/ & absolutam ꝙ genus humanum posset aliter reparari de lege ordinata. ¶Secũdo. Poterat suspendere aliam volitionem: puta ꝙ non posset aliter &c. & tunc illa nolitio conditionata sufficit causare tristiciam: & illa nolitione suspensa illa conditionata nolitio/ qua Christus nolebat sufficere si patri aliter placeret sufficiebat causare tristiciam: nunq; autem habuit volitionem efficacem de potentia absoluta/ ꝙ posset aliter reparari: quia cognouit ꝙ deus sic ordinauerat sed non requiritur ꝙ semper habuerit volitionem conformem. & cetera.

¶Alia propositio. Voluntas Christi secundum portionem iferiorem: vt simul libera non est tristata de passione eius tristicia consequente nolitionem absolutam

De nolitione qua nolebat xps mori

Ad ꝓmũ

¶Aliqui doctores dicunt ꝙ Christus secũdum portionem superiorem non tristabatur tristicia/ que cõsequeretur nolitionem absolutam: quia gaudebat. Sed secundum portionem inferiorem tristabatur tristicia consequente nolitionem absolutam/ & liberam: vt bene deducit Scotus in ista distinctione. Sed quidam ponunt oppositum ꝙ Christus nunq; habuit nolitionem liberã quin eẽt bona: ergo Christus nunq; habuit liberam nolitionem: quin esset conformis dictamini recto. Tunc arguitur sic. Nõ est possibile duo dictamina cõtradictoria ambo esse recta: quia necesse est alterum esse falsum: sed Christus secundum portionem superiorem volebat absolute passionẽ: & recte: ergo hoc erat dictamen rectum/ & verũ sufferenda est a me passio: ergo istud dictamen/ non est a me sufferenda passio secũdũ quancunq; portionẽ/ & ex quacũq; causa non erat rectum/ sed falsum. Consequẽtia tenet: quia sunt ꝓtradictoria: ergo si vnũ verũ reliquũ falsum. Et vltra. Illud nõ fuit verum: ergo nunq; habuit nolitionẽ/ aut volitionem absolutam illi conformen. Ratio Scoti. Bene sequitur. Illud primũ dictamẽ est verum secũdum regulas superiores. ipe enim intellectus respiciẽs aliquod obiectũ secundum regulas superiores vocatur pars superior intellectus: ergo illud dictamẽ absolutum/ nõ est sufferenda a me passio pro quacunq; causa & ex quocũq; medio nunq; fuit verum. Et vltra/ uũq; fuit verum: ergo nunq; fuit in Christo: quia nunq; secũdum humanitatem fuit falsus: ergo nũq; habuit volitionem illi conformẽ: ergo falsum est ꝙ xps secundum portionem inferiorem rationis habuerit tristiciam consequentẽ nolitionem absolutam & liberã: ita ꝙ habuerit nole mori absolute secũdum regulas inferiores: & voluerit mori secundum regulas superiores. hoc falsum est. ¶Quantum ad secundam partem visum est secundum quam partem anime Christus habuerit dolorem de sua passione scilicet secũdum partem sensualem/ & tristiciam secundum partem intellectiuã. Tristis est anima mea vsq; ad mortem: id est de morte proxime futura. Dictum est vltra: ꝙ illa tristicia non causatur ex nolitione libera & absoluta mortis: quia Christus nec secundum portionem inferiorem: nec superiorem rationis habebat illud nole: quia nunq; habuit liberum nole nisi conforme rationi: illud nolle non erat conforme: cum suum cõtradictorium erat conforme: sed ista tristicia sequebatur nolitionem cõditionatam/ & liberã. Vel apud alium modum: non sequebatur nolitionẽ absolutam/ sed naturalem: qua refugiebat suum disconueniens. ¶Consequẽter quero de magnitudine tristicie pro ista secũda parte/ in qua nõ est magna difficultas. Nam potest fieri comparatio passionis ad tormenta/ que quicũq; viatores in hoc mũdo passi sunt: vel potest fieri cõparatio passionis ad passionem: & viatorum & quorumcunq; extra viam siue in purgatorio/ siue in inferno existentiũ. Secũdo potest eẽ questio de magnitudine quo ad intẽsionẽ: vel extensionem/ non ꝙ ista passio sit extẽsa cum sit qualitas puꝛe indiuisibilis: sed extẽsa obiectiue: id est: ꝙ illa passio sit de pluribus obiectis/ id est ꝙ de pluribus tristatus est q̃quicunq; alter. Hoc supposito sit prima propositio. ¶Passio Christi nõ est nec fuit inter omnes passiones quorũcũq; siue extra viam: siue in via existentium acerbissima. Patet: passio christi non est acerbior q̃ passio gehennalis cum nõ habeãt tristiciã acerbiorem q̃ habebat damnatus: ergo passio Christi isto modo non quecunq; altera fuit acerbior. De antecedente dicit Gabriel ꝙ damnati: similiter existentes in purgatorio patientes plus tristantur intensiue q̃ tristabatur Christus in sua passione. Ratio illius est: damnati tristantur de priuatione beatitudinis eorum: cum anime damnatorum nullo modo impediuntur quantum ad actiuitatem & desiderium earum. & illa carentia beatitudinis est supremum malum ipsis: & quantum possunt tristantur de amissione illius.

De magnitudie tristicie ẽ passione xpi.

Ꝓpositio.

Gabriel.

ad secam partẽ qõnis.

Tristicia xpi non fuit ita intēsa sicut dānatoꝝ

Quantum ad hoc nō posset fortis & efficax ratio adduci ad hoc probandum, sed doc. regulariter dicunt ꝙ Christus non habuit passionem: neq; tristiciam ita intensam sicut damnati: & existētes in purgatorio. Nam ꝙ aliqui predicant: si omnes passiones omnium martirum essent cōgregate simul: ad huc passio Christi excederet illas / hoc est vnum voluntarium: & falsissimum nec credo verū. ¶ Secūda propositio. Passio christi fuit acerbior passione cuiuscūq; viatoris & hoc deducitur consequenter ad Thomā & ad Bonauenturam per quattuor genera causarum illius passionis ad producēdum acerbitatē illius. Tota difficultas ad cognoscendum quomodo passio christi fuit acerbior quacunq; altera non sumitur ratione afflictiui summi. nam inter omnia afflictiua quod magis affligit est ignis qui est inter passiones acrior: sed Christus nunq; passus est ignē sicut multi martires: sed virgis/clauis cesus: ergo videt ꝙ illa passio que ē magis afflictiua sit grauior, cū passiones saltē sensuales causentur mere naturaliter, vnde est apparentia ꝙ pro tempore quo infligit fuerit intētior in aliquibus martiribus: sed deduci potest ꝙ passio xpi fuit acerbissima per quattuor genera causarum. Vnde dicitur primo, talis passio ex parte cause efficiētis videtur fuisse acerbissima. patet: christus passus est ab omni sexu: ab omni gente: nā qui tradebant Christum erāt iudei, qui vero crucifigebant: gentiles: laici: & sacerdotes, & sic ex parte cause efficientis fuit acerbissima: sed quantū ad sensū nō fuit maior acerbitas: puta ꝙ affligeretur a diuersis cōditionibus & statibus hominum: vel a pluribus q̄ a paucis: sed bene quantum ad acerbitatem: quia plus dolebat ꝙ plures crucifigerent eum q̄ si duo vel tres, & sic illa causa efficiēs bene inferebat maiorē tristiciam: sed non maiorem dolorem sensualem.

¶ Sed ex parte cause materialis est duplex. Vna circa quam: & est obiectum tristicie & doloris. Et causa materialis in qua erat ipa passio. Quātum ad primū fuit maxima: ga fuit de pluribus quia de omnibus peccatis futuris que christus cognoscebat etiam distincte: & ꝙ finaliter decederent in illis: & tristabatur supreme de eorum ingratitudine: sed certū est ꝙ nullius alterius viatoris passio & tristicia fuit de singulis peccatis hominū distincte cognitis: quia nullus martirum vnq̄ cognouit distincte singula peccata hominum: sensus enim nō potuit dolere de peccatis: quia illa nō cognoscit: sed solum dolet de nocumentis ab extrinseco. Ex parte cause materialis in qua: fuit etiam maxima: quia inter omnes homines Christus fuit optime temperatus & tenerrime nature: ideo erat susceptiuus maioris doloris & tristicie: ergo respectu omnium viatorum fuit acerbissima. Quātum ad hoc dico: si fuisset aliquis purus viator eque tener sicut Christus: & passus fuisset ab igne: & deus non suspendisset actiuitatem ignis ꝙ passus fuisset acrius q̄ Christus quando patiebatur a clauis & spinis &c. Sed dicūt doctores ꝙ alij non erant ita tenerrime nature & bone tēperature: vnde quāto aliqs est melioris cōplexionis plus tristatur ex anime discessu a corpore q̄ alius: & sic qui diuturniorem passus est infirmitatem & plus languit minus tristatur q̄ iuuenis qui parū egrotauit. Ideo vt dicūt propter tria passio Christi fuit acerbissima: scilicet ꝓpter carnis teneritudinē: optimā cōplexionē sine tēperaturā. & propterea ꝙa deus nullo mō ipediuit actiuitatem tormētorum: imo permisit agere quantum poterant: in alijs autem martiribus aliquando impediebat actiuitatem agentium. Patet de Laurentio. dicunt doc. ꝙ propter ista tria simul iuncta passio xpi sensualis fuit acerbior q̄ in quocūq; alio viatore: sed erit maior sensualis in dānatis post resurrectionē. Quātum ad tertiū dubitatur primo. Vtrum in instanti mortis fuerit maxia tristicia in anima xpi. Quātum ad hoc videt mihi ꝓbabilius ꝙ in instāti mortis nullā hēbat tristiciā: & sic nō erat maxia nec parua nec minia. & p instās mortis intelligit instās i quo xps erat prio mortuus.

Scda positio.

Dubium primum.

Propter tria passio xpi fuit acerbissima.

Nam quando anima informabat corpus adhuc viuebat secundum humanitatem: quia viuere est habere animam informantem corpus in illo instanti in quo Christus fuit primo mortuus: anima erat extra corpus. & sic in illo instanti nullam habuit tristiciam & nullum dolorem: nam bene sequitur anima est extra corpus: ergo nullam habet passionem sensualem nec operationem sensualem. Quātum de dolore certum est ꝙ in instanti primo mortis nullum habebat dolorem. Sed de tristicia que est in voluntate est difficultas: & dico ꝙ in illo instanti mortis nullam habuit. Patet: Christus nunq̄ fuit capax alicuius tristicie nisi pro illo tempore quo erat secundum aliquid sui viator: & in illo instanti Christus secundū nihil sui erat viator amplius: quia certum est ꝙ iam erat omnino totaliter beatus: nō dico secundum corpus: quia non informabatur anima: sed anima erat totaliter beata.

Argumētū apparens.

¶ Ecce argumentum. Christus in illo instāti non erat plus susceptiuus tristicie q̄ sit in quocūq; instāti posteriori: sed nullus diceret ꝙ in instātibus posterioribus habuerit tristiciā. ergo. imo in eodem instāti in quo fuit mortuus fuit verū dicere ꝙ singule anime quorum purgatorium erat perfectū fuerunt beate: hinc est ꝙ prima paradisus hominis fuit infernus: ergo non videtur ꝙ in illo instanti fuerit tristatus: sed certum est ꝙ non tristabatur amplius: nec post resurrectionem: nec in triduo: ergo nec in instanti in quo erat primo mortuus: & sic quando queritur vtrum habuerit maximam penā: si intelligatur in primo instanti mortis, dico ꝙ nullum habuit dolorem nec tristiciā. Contra: certum est ꝙ tristicia Christi perdurauit vsq; ad illud instans in gradu eque intenso: capiendo tristiciam qua tristabatur non de morte: quia nō tristabatur de morte nisi per nolitionem naturalē aut ꝓditionalem: sed loquor de tristicia quam habebat de peccatis hominum: & illam habuit continue ab instanti conceptionis vsq; ad instans mortis: tunc illa tristicia in gradu eque intēso perdurauit vsq; ad illud instās & non potuit diminui propter diminutionem vsus rationis: nec diminuebatur tempore mortis / nec propter diminutionē nolitionis: quia equaliter displicebant peccata futura presentia & preterita: & ifidelitas iudeorum & ingratitudo: ergo illa tristicia perdurauit vsq; ad instans mortis in gradu eque intenso: sed in illo instanti non videtur a quo agente illa fuisset totaliter ablata aut diminuta. Dico ꝙ corrumpebatur in instanti mortis tota simul & desinebat esse per primum instans nō esse completum secundū se & q̄libet sui. Et dico ꝙ illa tristicia nunq̄ fuisset cāta, & hoc ppter vehemēs gaudium beatificū nisi deus specialiter suspēdisset actiuitatem illius gaudij / quia expellebat tristiciam etiā ptingētium: & in illo instanti in quo erat extra viam deus desinebat suspendere actiuitatem illius maximi gaudij: hinc est ꝙ necessario necessitate nature ab illo maximo gaudio corrumpebatur illa tristicia quod quidem gaudium expellit tristiciam non solum contrariam: sed etiam contingentiū. ¶ Dubitatur secundo quomodo potuit eē maximus dolor & maxima tristicia in Christo cum Christus nūq̄ tristabatur secundum portionem superiorem rationis stricte capiendo. & non video quomodo potuit esse conformiter loquendo ad ea que prius dicit. Dictum est enī ꝙ nullus licite tristatur secūdum portionem superiorem rationis stricte capiendo. Dico ꝙ passio fuit acerbissima in sensu & voluntate: etiam secundum portionem superiorem rationis loquendo de illa tristicia que sequebatur nole conditionatum. ¶ Dubitatur tertio: quomodo stabant in Christo illud gaudium maximum: & illa tristicia cū videantur contraria. dico ꝙ non erant contraria: quia non erant de eodem obiecto: & gaudiū & tristicia de diuersis obiectis non contrariātur: licet Aristoteles dicat capitulo vltimo septimi ethicorum ꝙ delectatio vehemens expellit tristiciam non solum contrariam: sed contingentem.

Mota.

Dubium secūdum

Dubium tertium.

Dico ꝙ deus suspẽdebat actiuitatem illius gaudij. & ideo ex hoc ꝙ deus suspendebat non est inconueniens ꝙ cum illo maximo gaudio staret maxima tristicia: sed de diuersis obiectis.

¶ Distinctio decimasexta.

QVeritur consequenter. Vtrum Christus habuerit necessitatem moriendi. Dico ꝙ titulus questionis tripliciter potest intelligi. Primo comparando Christum ad humanitatem assumptam. Secũdo comparando humanitatem ad qualitates eius naturales. Tertio comparando humanitatem ad beatitudinem quam habuit secundum portionem rationis. Potest ergo fieri ꝓparatio christi id est suppositi diuini ad hũanitatẽ. & est sensus. Vtrum Christus necessario assumendo humanitatẽ assumpserit mortalẽ id est vtrũ suppositum assumptione humanitatis: necessario assumpserit mortalem: secũdo comparando humanitatem ad qualitates eius naturales & dispositiones. & sic est sensus. Vtrum humanitas assumpta a Christo secũdum complexionem & dispositionem naturalem & qualitates naturales habuerit necessitatem moriendi illa humanitas assũpta. Tertio fit ꝓpatio humanitatis assumpte ad beatitudinem scdm quam erat beata in superiori portione rationis: & tũc sensus est. vtrum humanitas Christi beata habuerit non obstante beatitudine necessitatem moriendi. ¶ Secundo notandum ꝙ necessitas capit tripliciter. Vno mõ pro necessitate simpliciter dicta: & tunc necessitas nihil aliud est ꝙ res non potens aliter se habere. Illud enim dicitur necessariũ quod non potest aliter se habere: vel quod non potest aliter euenire. vt deus ẽ necessarius: quia non potest aliter euenire neq; aliter eẽ quin deus sit. Secũdo necessitas capitur: id est coactio. & illud dicitur necessarium ad aliquid ꝙ cogitur ad illud quando illud patitur vel facit cõtra naturalem eius inclinationem. vt lapis proiectus sursum necessitatur ad motum sursum: id est cogitur ab extrinseco. Vnde si fortes nolit moueri: & tamen compellatur ab extrinseco exire locum necessitatur non prima necessitate: sed dicitur necessitatus id est violẽtatus. & hoc dupliciter vno modo: quia cogitur contra naturalem eius inclinationem. Alio modo quia cogitur contra liberam volitionem: vt in exemplo dato de forte qui per vim expellitur de loco suo. Tertio modo aliquid dicitur necessarium quod est necessariũ ad finem nõ simpliciter necessarium. Sicut necesse est transire lugdunum eundo Romã suppositio ꝙ non sit alia via ly necesse non dicit necessitatem simpliciter: quia non est necesse transire Lugdunum neq; ire Romã sed dicit necessitatem finis seu consequentie & non consequentis. & isti tres modi necessitatis sunt vulgares. ¶ Tertio notandũ ex sancto Thoma/ ꝙ in homine est moriendi necessitas: partim ex peccato: partim ex natura: sed quomodo partim ex natura: qa homo cum sit mixtum componitur ex contrarijs: & ideo necesse est inter illa esse actionem & reactionem. & necesse est alterum tãdem consumi: quia nullus motus est perpetuus: ergo cum necesse sit alterum consumi necessitas moriendi hominis est partim naturalis. Sed est partim ex peccato. nam contra illam consumptionem contrarietatis erat a deo supernaturaliter homini collatũ remedium. id est iustícia originalis vel esus pomi vite: sed sic est ꝙ illud remedium est perditum ex peccato & non ex natura rei: & ex perditione illius remedij iam sequitur necessitas moriendi etiam naturalis si non esset impedimentum: sed impedimentum quod erat est perditum ex peccato.

¶ Istis suppositis sit prima conclusio. Christus non habuit necessitatem moriendi simpliciter dictam. id est primo modo. Patet: Christus poterat non mori simpliciter & absolute. Patet: eius humanitas poterat perpetuo conseruari a deo: ergo poterat non mori. Secundo suppositio ꝙ assumpsisset humanitatem poterat assumere simpliciter beatam puta secũdum vtramq; portionem & secundum animã: & secũdũ corpus: ergo poterat non mori. Tertio poterat accipere cũ dono perpetuo quod habuit primus parens. ¶ Secunda conclusio in nullius alterius hominis humanitate ẽ necessitas moriendi primo modo: patet: sicut potest humanitatem christi conseruare perpetuo: & etiam cuiuslibet alterius hominis. igitur. ¶ Tertia conclusio: in christo secundum humanitatem fuit necessitas moriendi secundo & tertio modis de potentia dei ordinata. patet: christus assumpsit naturam cum omnibus deffectibus penalibus non culpabilibus: omnis enim culpa ẽ sibipsi pena: sed sic est ꝙ moriendi necessitas est defectus ex peccato ade cõtractus nõ culpabilis: ergo christus assũpsit illam humanitatem cum illo defectu. habuit etiã necessitatem comedendi/ bibendi/ & ad presẽtiam tristabilium tristabatur: sed nunq; accepit defectus culpabiles: quia nũq; peccauit. moriendi enim necessitas non est defectus culpabilis: ergo christus habuit necessitatẽ moriendi/ secundo modo/ suppositis qualitatibus quas habebat pro tũc. Item ad remissionem peccatorum de potentia ordinata necesse erat ipsum mori: ergo habuit necessitatẽ moriẽdi tertio modo. i. necessitate que est ad finem intentum. ¶ Quarta ꝓpositio: christus solum libere & non naturaliter sed volũtarie assumpsit istam necessitatem moriendi. In nobis enim est necessitas moriendi que non contrahitur libere: sed naturaliter: quia non possemus impedire: sed christus assũpsit illam libere: patet. erat christus beatus secundum portionem superiorem: sed naturaliter si non suspẽdisset actiuitatem beatitudinis redundasset in partem portionis inferioris & in sensualitatem nisi positum fuisset obstaculum: ergo ꝙ non fuerit beatus secundum portionem inferiorem fuit suspensa actiuitas portionis beatitudinis superioris: & non est suspensa nisi a christo & libere & non naturaliter. ¶ Hic sũt due parue difficultates: prima est ad probandum ꝙ christus nõ habuit necessitatem moriendi secundo modo de potentia ordinata suppositis qualitatiuis dispositioibus & permissis a deo agere aduicem: ꝙ non erat necesse christũ mori. certum est ex philosophia & medicina ꝙ in homine sunt duo: scilicet calor naturalis & humidum radicale: & calor continue agit humidum quod si non restauraretur tandẽ consumeretur & inde sequeretur mors. Itẽ humidum agit in calorem: & tunc exprehabitis in distinctione. xiiij. Christus omnia distincte cognouit saltem presentia: ergo xpũs distincte cognoscebat suum calorem naturalem & humidõ radicale. & vltra/ ergo etiam distincte cognoscebat quãtum calor consumebat de humido radicali: ergo etiam distincte cognoscebat q̃tum requirebatur ad restaurandum illud humidum radicale deperditum. etiam secundum humanitatem fuit supremus medicorum: sed sic est ꝙ xpũs poterat illud precise & tantum precise applicare quod requirebatur: ergo poterat facere ꝙ remaneret suum humidũ radicale & calor naturalis: & ꝙ nunq; consumeretur & per consequens ꝙ non moreretur. ¶ Quantum ad hoc dico ꝙ christus cognoscebat quantum sufficiebat secundũ humanitatem: & quantum cõsumeretur de vtriq;: & quantum requireretur ad restaurandum & poterat addere quod erat necessarium/ sed non poterat facere quin potentia contuitiua ciborum continue diminueretur: non solum enim est in nobis mors ꝓpter defectum humidi & caloris naturalis: sed etiam propter debilitatem potentie. ne q; possumus facere quin tandẽ sit oino nostra potẽtia puersiua debilitata: ita ꝙ cibo applicato iterũ puertere nõ poterit i humidum radicale ꝓpter ipius ibecillitatẽ. ¶ Secũda difficultas: quia dicit ꝙ beatitudo in portione supiori rationis necessitate naturali: si non ponat obstaculũ redundat i corpus & in portionem inferiorem & sensualitatem/ certum est ꝙ beatitudo spũalis por-

Tripler necessitas

Necessitari q̃q; cogi dicitur.

Necessitas finis seu ꝓne.

Duplex moriendi necessitas

Prima conclusio.

Quarta.

Difficultas ꝓma.

Secũda conclusio.

Tertia.

Secũda difficultas beatitudo corꝓozalis

tionis superioris est visio clara & fruitio: beatitudo vero corporalis sunt dotes. vt agibilitas &c. & est extensa: & sunt qualitates existentes in corpore: vnde beatitudinem portionis superioris redundare in inferiorem: non est nisi beatitudinem portionis superioris causare beatitudinem corporis siue qualitates corporis quibus corpus dicitur beatum. sed quero quomodo ipsa visio cum fruitione causat qualitates corporales necessario necessitate naturali: videtur ꝙ non est possibile. ratio mea est. Sicut qualitas corporalis nunq̃ agit substantiam spiritualem: ita non video ꝙ visio q̃ video sortem intuitiue aliquid agat in corpus meum. Ideo videtur michi ꝙ deus se solo producit illas qualitates in corpus. & sic non redundat sic ꝙ illa beatitudo superioris portiõis necessario necessitate nature causaret beatitudinem. Propterea nõ video quin corpus Christi per nouum miraculum fuit beatum & non ex redundantia beatitudinis superioris in inferiorem.

Dubitat primo

Dubium primum. vtrum fuit in potestate anime christi non separari a corpore ex violentia passionis: certum est ꝙ non est in potestate animarum nostrarum non separari a corpore ex acerbitate tormentorum & infirmitate: imo compelluntur exire. ¶ Pria propositio: si anima christi fuisset dimissa in puris naturalibus & in beatitudine: fuisset in eius potestate non mori ita ꝙ nec actiuitas anime nec beatitudo eius fuisset suspensa: fuisset in potestate eius non mori: quia tunc secundum fantasiam Scoti redũdabat beatitudo spiritus in corpus.

Pria ppositio.

Secũda.

¶ Secunda propositio: suppositia tali suspentione puta redundationis glorie spiritus in corpus non fuit in potestate anime christi: quin ipsa compelleretur exire corpus. patet solus creator nature potest immutare naturam: nulla creatura potest facere ꝙ ignis non calefaciat: sed solus deus: sed sic est ꝙ de naturali institutione est ꝙ ad presentiam tormẽtorum separetur anima a corpore: ergo solus deus potest facere ꝙ ad presentiam tormentorum non exeat anima a corpore: & p consequens non fuit in potestate aie christi quin compelleretur exire. ¶ Tertia propositio. si xp̃s non fuisset passus nichilominus stante lege & glorie suspentione tãdẽ fuisset mortuus. Hic sunt duo videnda: primo quomodo intelliguntur auctoritates: Secundo cum anima christi fuit necessitata exire & nullus meretur per illud quod nõ est in eius potestate quomodo xp̃s meretur per mortem cum nõ potuit eam euitare.

Tertia.

Ad pricipale questiõis ridetur.

¶ Quantum ad primum xp̃s mortuus est quia voluit: & oblatus est: quia voluit secundum diuinitatem: ita ꝙ volitio secundum diuinitatem fuit causa mortis: vnde si ly causa dicat non causam: sed concomitantiam cum offerebatur secundum humanitatem volebat offerri. Dico etiã ꝙ voluntas humanitatis christi nõ fuit causa mortis: sed verum est ꝙ moriendo habuit volitionem secundum humanitatem: quia volebat redimere genus humanum. Si intelligitur causaliter secundum diuinitatem. Si cõcomitãter potest intelligi de humanitate. Ad aliud dico ꝙ mors meritoria est: qa patienter sustentata. nihil enim ẽ nobis meritorium ꝙ non possumus vitare. verũ est meritorium immediate. hinc mors nõ fuit ei immediate meritoria: sed aliquid est meritorium quod non possumus vitare: quando per aliquam volitionem voluntas complacet in illo quod non põt euitare/ vt martires habebant volitionem per quam equanimiter illam passionem sufferebãt: illa volitio erat in eorum potestate/ & complacentia in tormẽtis: hic est ꝙ mediate. i. mediãte illa volitione illa tormenta possunt dici meritoria. Eodem modo dico de xp̃o secũdum humanitatem non poterat impedire sed volitio erat libera: ideo meritoria. Aliq dicũt ꝙ passiones sunt meritorie. ¶ Ad aliud. quomodo i articulo mortis potuit clamare clamore valido: nisi fuerit in eo tãta fortitudo/ q̃ta in homine sano: ergo nõ cõpellebatur exire anima a corpore: ergo libere exibat. Dico esto ꝙ clamauerit clamore

valido fuit miraculũ deficientibus viribus naturalibus: & deus specialissime concurrebat ad illam vocem.

Dubium

¶ Sed vtrũ passio christi fuerit violenta. Dico ꝙ sic: quia contra inclinationem naturalem: anima enim naturaliter inclinatur ad corpus: & econtra. Naturaliter enim inclinabatur anima christi informare corpus: & ab extrinseco exibat contra inclinatõnem eius naturalem: ergo violentabatur.

¶ Sed si queratur. vtrũ moriebatur contra inclinationem liberam. Dico ꝙ non. quia anima volebat volitõne libera mori: & exire a corpore: ergo non exibat contra inclinationem liberam: & sic fuit libera: & qua ratione qua libera fuit meritoria. Meruit enim Christus accceptãdo voluntarie passionem suam.

Ꝏpria.

¶ Distinctio. xvij.

Queritur ꝓsequẽter. vtrũ in xp̃o sint plures voluntates sibi semp in volito conformes. Notandum ꝙ voluntas capit multipliciter: vno mõ pro appetitu quocunq: siue talis fuerit natutalis/ siue sensitiuus/ siue intellectiuus: sicut ponit in prio phisicorũ circa materiã de appetitu materie ꝙ duplex ẽ appetitus naturalis & animalis. Animalis diuiditur in appetitum sensitiuum: & i appetitum intellectiuum. Appetitus naturalis est appetitus/ seu inclinatio ad hoc/ vel illud nullam presupponens cognitionem preuiam: nam quelibet inclinatio vel ad operationem/ vel ad actionem/ vel ad passionem non presupponens cognitionẽ preuiam vocatur appetitus naturalis. Isto appetitu appetit materia formam: quia inclinatur vt subiectiue in se recipiat formã: & illum nulla precessit cognitio. appetit grue descendere naturali appetitu/ & aliquã do voluntas: sed raro extenditur ad illum appetitum. Est alius appetitus animalis p̃supponens (vt exeat in actum) aliquam cognitionem preuiam: & hoc capiendo appetitum pro potentia: appetitus animalis

duplex ẽ appeti⁹.

presupponit de necessitate cognitionẽ: vt aialis ap petit⁹ duplex

exeat in operationem: & est duplex. quidã sensitiuus qui est potentia appetitiua presupponens cognitionem sensitiuam: vt exeat in operationem. Certum est ꝙ animalia bruta habent aliquos actus prosequẽdi quibus appetunt & refugiunt aliqua obiecta & illos actus necessario precedit cognitio sensitiua. qua apprehendunt obiecta. Sed appetitus intellectiuus est potentia appetitiua presupponens cognitionem intellectiuam vt exeat in suam operationem: vt est voluntas/ & proprie intellectus appetitiuus vocatur volũtas proprie capiẽdo terminum. In primis duabus acceptionibus voluntatis capitur large: & raro/ sed regulariter capitur voluntas pro appetitu intellectiuo.

Sensitiꝰ

Intellectiuus.

Volũtas naturalis tripliciter capit

¶ Secundo supponitur ꝙ volũtas naturalis tripliciter capitur: vnomodo vt distinguitur contra voluntatem supernaturalem: & sic voluntas naturalis est volũtas cuiuscunq; creature. Supernaturalis ẽ diuina. Alio modo capitur voluntas naturalis vt distinguitur contra liberam. Et tertio modo capitur pro voluntate in ordine ad operationes elicitas ab ipsa voluntate secũdum inclinationem eius naturalem/ siue eliciantur libere siue naturaliter/ hoc est sumitur tertio modo voluntas naturalis ꝑ ipa volũtate in ordine ad determiatas operationes. i. ad illas/ que eliciuntur conformiter ad inclinationem naturalem. voluntas eliciẽs actum etiam libere/ quo refugit mortẽ potest dici naturalis. quia elicit cõformiter ad inclinatõnes naturales/ q̃ sunt ad commodum: sed si voluntas eliciat actũ quo velit mori libere sicut xp̃s: voluntas in ordine ad illum actum non potest dici naturalis: quia non elicit illum actum conformiter ad inclinationem naturalem/ q̃ ẽ ad esse: & per consequens ad fugam mortis

¶ Tertio notandum ꝙ tripliciter due voluntates adinuicem dicuntur conformari: primo modo in volito: secundo in actu: tertio in modo volendi. Et ista distinctio solet poni in vltima distinctione primi sen

Que voluntates cõformes in volito que cõformes in actu.

tentiarum. vnde vocantur due volũtates conformes in volito: quia illud idẽ/& adequate quod vna vult altera etiam vult. Sed dicuntur conformes in actu/& est vnam illarum habere actum siue volitionem alicuius obiecti/& alteram voluntatem velle/ ꝙ illa prima voluntas habeat illum actum ꝙuis non velit obiectũ qd̃ pria vult. Certũ est ꝙ abraham volebat immolare filium: q̃ volitio habebat immolationem filij ꝓ obiecto: & deus volebat ꝙ abraham haberet illam volitionem: sed non volebat illum interfici: & volitio dei terminabatur ad actũ: & voluntas dei/& abrahe erant cõformes non in volito: sed in actu volẽdi. deus volebat ꝙ abraham haberet illam: q̃uis non vellet obiectum volitionis. Tertio modo dicuntur conformes in modo volendi/ q̃ eodem modo volunt: puta si vna ex charitate: altera etiam si ex conditione & altera si absolute & actualiter & propter eundem finem: Christus enim secundum diuini tatem & etiam secundum humanitatem volebat suam mortem. Similiter iudei volebant eandem mortem: & sic erant conformes in volito: sed non in modo volendi: quia deus & xp̃us secũdũ humanitatẽ volebant mortem propter redemptionem humani generis & iudei propter vidictam. & sic non volebant propter eundem finem.

¶His notatis sit pria cõclusio

Pria cõclusio

¶In Christo fuerunt plures voluntates. s. diuina & humana. Christus enim habet voluntatem diuinam/que est secunda persõa: & essentia diuina. Similiter in Christo fuit voluntas humana: quia fuit humanitas &c.

¶Secunda conclusio

Secũda.

¶In Christo secundum humanitatem fuit triplex voluntas: de qua in primo notabili scilicet voluntas libera/seu rationalis sensitiua/& naturalis non adinuicem realiter distincte: immo solum per operatõnes istarum trium voluntatum distinguntur. Nã Christus assumpsit perfectam nostram humanitatem: ergo cum omnibus suis potentijs. s. cum intellectiua/sensitiua/& naturali/ q̃ appetebant/vel refugiebant. Christus enim secundum sensum refugiebat mori: ergo habebat potẽtiam sensitiuam: similiter naturalem: & ille tres non erant realiter distincte: nam quelibet earum voluntatũ capiendo pro potẽtia est ipsa anima/que est sola vna in Christo. ¶Vnde appetitus naturalis Christi secundum humanitatem est anima naturaliter inclinata vt informet corpus/& appetitus sẽsitiuus est eadem aia potens preuia cognitione sensitiua in actus suos sensitiuos. & appetitus rationalis est eadem anima potens in actum volẽdi vel nolendi preuia cognitione intellectiua: ergo nõ sunt realiter distincte. ¶Tertia cõclusio. ¶Voluntas Christi secundum humanitatem libera/& absoluta/& rationalis sẽper fuit conformis in volito voluntati diuine in ordine saltem ad actus absolutos. Non solum enim in actu conformabatur: sed etiam in volito. Patet nullum habuit actum malum: ergo deus semper voluit illam illos actus quos habuit habere: ergo conformabatur semper &c. Q̃ in volito patet/ secundum humanitatem cognouit de omnẽ volito absolute a deo: sed sic est ꝙ in nullo repugnabat voluntati dei. Nam secundũ opinionem multorum quilibet tenetur se conformare si cognoscat in particulari: ergo Christus quantum ad volitionem absolutam & liberam semper conformabatur i volito voluntati diuine. ¶Omnis enī voluntas recta est conformis sue regule in volito saltem cognito tali/& distincte: & prima regula est voluntas diuina: vnde sufficit ꝙ sit conformis in actu volendi. i. non requiritur vt recte velim/ ꝙ velim illud qd̃ deus vult: sed sufficit ꝙ habeam actum volendi. & deus velit me habere talem actum & non oportet ꝙ velim omne illud quod cognosco deum velle: sed oportet ꝙ habeam actum quem cognosco deum me velle habere/& ego arguam pariter de christi voluntate absoluta secundum humanitatem nolebat perfidiã iudeorum: & tristabatur de ingratitudine illorũ tristicia consequẽte

Triplex appetitus christo.

Tertia cõclusio.

nolitionem absolutam/& liberã: ergo habebat illam nolitionem absolutam & liberam secundum humanitatem. Implicat enī deum nolle absolute aliquem esse ingratũ & ꝙ sit ingratus: quia tunc aliquid eueniret contra voluntatem dei: sicut est impossibile aliquem esse talem: & nõ sit talis: ita est impossibile ꝙ nolit hoc esse tale/ & sit tale. ergo xp̃s volebat aliquid vel nolebat aliquid: & tamen deus nõ volebat/nec nolebat illud obiectum: & per consequens cõformabatur prime regule in ordie ad actũ: & non in ordine ad volitum. Pro omibus istis insuper aliqui dicunt ꝙ deus voluntate beneplaciti etiã absolute vult hominẽ peccare: quãuis non voluntate signi. xp̃s secundum humanitatem nunq̃ voluit aliquem peccare nec licite potuisset velle. Breuiter ergo dico/ nõ quicquid xp̃s voluit: illud idem deus volebat. Patet ex prio articulo xp̃s nolebat infidelitatem iudeorũ absolute: sed sic est ꝙ secundum diuinitatem falsum est ꝙ deus volebat eos esse infideles: ergo non quicquid volebat secundum humanitatem: volebat secundum diuinitatem. Tertio: xp̃s cognoscens secundum diuinitatem deum aliquid velle nũq̃ voluit contrarium voluntate libera & absoluta. Et hoc sufficit ꝙ conformabatur in volito id est nichil volebat/cuius contrarium deus volebat voluntate absoluta & libera: licet volebat aliquid quod deus nõ volebat nec nolebat. ¶Quarta cõclusio. ¶Voluntas naturalis similiter voluntas sẽsitiua: similiter volũtas libera q̃tũ ad actus ꝓditionatos nõ ꝓformabat in volito scdm humanitatem voluntati diuine: & ista conclusio sequitur ex dictis in. xv. distinctiõe de voluntate naturali. Patet: xp̃s naturaliter & absolute refutabat mortem: & nolebat absolute naturali nolitõne: sed deus volebat absolute: ergo non cõformabatur. de sensualitate patet/ quia actu positiuo refutabat mortem: & hoc non refutabat deus: igitur. De libera in ordine ad actus conditionatos dictum est ꝙ nolebat mori.

Quarta cõclusio.

Triplici volitione xp̃s refutauit mori.

¶Quinta conclusio. Quelibet volũtas humana christi erat conformis voluntati diuine in actu: patet de quolibet actu quẽ habebat quelibet volũtas humana xp̃i: deus enim volebat ꝙ haberet illũ actum: ꝙ haberet illam fugam naturalem & conditiõatam in actu libero: igitur. ¶Sexta. Conformatur in modo volendi: quia propter eundem finem volebat xp̃us ea que volebat sicut deus: & eodem modo ex charitate: & sic patet facilis responsio ad questionem.

Quinta cõclusio.

Sexta cõclusio

¶Dubitatur primo: vtrum fuerit rebellio sensualitatis contra rationẽ. Dicit Gabriel ex Ochã ꝙ multipliciter causatur in nobis rebellio contra rectam rationem. Prio causatur nobis rebellio in sensualitate ad rationem isto modo: quia causatur in nobis aliquis appetitus sensualis ab apprehensione sensitiua ad illud quod est prohibitum/& difforme rationi: sicut appetitus qui causatur ad actum carnis ex apprehensione/ vel visione pulchre mulieris: ille actus appetitus sensitiui est ad illud quod est difforme dictamini recto: puta ꝙ nõ est fornicandũ: appetitus talis est ad illum actum. ¶Secundo modo causatur in nobis rebellio i sẽsu contra rationem: quia scilicet q̃is appetitus ille sensitiuus nõ feratur in obiectum de se discõueniens rationi: nichilominus nimis auide & intense fertur in tale obiectũ pluscq̃ recta ratio dictet esse ferendũ. ¶Tertio causatur rebellio in sensualitate: quia ille effrenatus motus/quo sensualitas tendit in obiectum retrahit volũtatem: vel in toto: vel in parte ab actu debito: vt motus sensualis in incontinente. ¶His suppositis cũ queritur: an xp̃us in sensualitate habuerit rebellionem ad rectam rationem/non est difficultas. Primo mõ nõ habuit rebellionẽ in sensu ad rectam rationem. Secũdo modo: quia xp̃us nunq̃ caruit actu sibi debito: quia peccasset: ergo nunq̃ habuit actum sensualitatis ita effrenatum ꝙ retraheretur i toto vel in parte: igitur. quia omnis talis rebellio ẽ peccatum vel cum peccato. Tertio modo. Christus non habuit rebellionem secũdo.

ad dubiũ rñdetur.

modo: quia nunq̃ habuit actum sensualitatis nimis effrenatum. Patet Christus nunq̃ habuit actum sensualitatis non imperatũ a voluntate: sed omnis voluntas Christi fuit recta: ergo. nõ est sicut in nobis. Nam motus sensualitatis in nobis preuenit rationẽ sed in xpo ratio imperabat illos motus sensualitatis ad comprobandum veritatẽ humanitatis in xpo: motus sequebantur rationem: & nunq̃ insurgebant nisi secundũ q̃ voluntas imperabat vt insurgerent: sed de primo est tota difficultas. Vtrũ xpus ex apprehensione sensitiua habuerit notum sensualitatis ad obiectũ difforme rationi: xps enim habuit similes notícias sensitiuas: q̃s habemus: que naturaliter causant actum appetitus sensitiui: & habuit appetitum sensitiuum eiusdem speciei nobiscum: ergo habuit omẽs causas naturales illorum actuũ: ergo videtur q̃ habuerit illos actus: q̃a causis naturalibus positis de necessitate ponit effectus: cum ergo sẽsualitas christi nõ erat glorificata/neq̃ dotata/& habuit causas naturales illorum motuum: ergo videt q̃ habuerit illos motus qui feruntur in obiecta difformia. Dicit ocham q̃ deus suspendebat illas causas naturales. Alia ratio Dico q̃ non habuit illos motus: quia quãuis essent cause naturales: habebat in voluntate & in intellectu aliud naturaliter resistens productioni actuũ appetitus sẽsitiui. Vnde non est difficultas quin positis causis naturalibus actus appetitui/quin feratur in obiectum disconueniens statim: sed potest eẽ tanta consideratio in intellectu & affectio in voluntate respectu obiecti retrahẽtis ab obiecto prohibito vel in oppositum: q̃ sẽsus nullo modo mouebitur ad illud obiectũ q̃is habeat causas productiuas illius motus: vnde in xpo fuit semper intẽsissima volitio ad obiecta honesta/& ad speculandũ diuinam altitudinem: vt etiã ille cause non suspensa actiuitate suarum virium impedirentur ne causarent illos motus contra rectam ratõnem. ¶Dubitatur secundo. Vtrũ xpus in orto conditionaliter orauerit: cũ dixit. Pater transeat a me calix iste/si possibile est: vel absolute. ¶Respondetur/& sit prima propositio. Non conuenit xpo orare secundum diuinitatem: quia nunq̃ equalis orat equalem in eo in quo ẽ equalis: sed xpus est equalis patri secundum diuinitatẽ ergo. ¶Secunda propositio. Christus eo modo quo voluit a se transferri orauit q̃ trãsferretur: sed voluit cõditionaliter trãsferri. vt dictum est: ergo orauit conditionaliter: Patet per eius orationem. Pater si possibile ẽ &c. ¶Tertia propositio. Christus secundum humanitatem & secundum partem rationis humanitatis obtulit orationẽ patri tanq̃ aduocata ipsius sensualitatis: qa mouetur communiter dubium an illa oratio fuerit sensualitatis: & dicitur q̃ ratio illã obtulit tanq̃ aduocata sensualitatis. Patet: q̃ ratio obtulit: quia sensus non potest cognoscere deum: & nichil rogamus nisi illud cognoscamus: igitur. Secunda pars patet sensualitas refutabat mortem absolute. Similiter appetitus naturalis: ergo ratio q̃ rens translationem illius mortis offerebat illam orationem tanq̃ aduocata sensualitatis: aut appetitus naturalis. ¶Quarta ppõ. Oratio in illo quod absolute voluit est exaudita. ad hebreos vndecio. Sed multe auctoritates dicunt non esse exauditam. Verum est quantum ad orationes conditionales: sicut de translatione calicis: & de remissione peccatorum iudeorum cum orabat Pater ignosce illis: illa enim oratio erat cõditionalis: puta si peniteant: sed q̃tũ ad orationes absolutas semp xpus fuit exauditus pro sua reuerentia. ¶Distinctio. xviij.

VTrum Christus in instãti sue conceptionis meruerit. Et ista questio ex duobus habet difficultatem. ¶Primo ex hoc: q̃ xpus semper fuit beatus: & statui beatitudis videtur esse repugnans meritum. ¶Secundo habet difficultatem ex hoc q̃ in instanti non potest elici actus meritorius. vnde

Argumẽtum

Ochã solutio

Dubium secũdum

Rõsio

Pria ppositio

Secũda

Tertia

An xps pro instãti sue conceptõis meruerit

Quarta

dicunt multi doctores q̃ in primo instanti nullus potest mereri/nec peccare: ergo apd illos non meruit christus in primo instanti sue conceptionis. ¶Pro solutione noto q̃ meritum secundum Scotum est motus/vel operatio voluntatis libere elicita accepta ad aliquod premium retribuendum illi qui operatur illam operationem: vel alicui alteri ab eliciente. ¶Dicitur operatio: & p hoc sequitur primo q̃ nulla pura omissio est meritoria & hoc correlarium infert Dionysius in secundo: & semper ab omibus doctoribus ponitur in diffinitiõe meriti operatio: ideo cum nulla pura omissio sit motus/vel operatio: sequitur q̃ nulla talis est meritoria. ¶Pro nunc dico q̃ nullus põt mereri per puram omissionem: quia nulla pura omissio refertur in deum: & si referat hoc est per actum positiuum: & sic non est pura omissio/& de ratiõe meriti est relatio in deum. ¶Secundo sequitur q̃ nulla nolitio vel volitio naturalis est meritoria: qa dicitur libere a voluntate elicita. si libere: ergo que elicitur naturaliter non est meritoria. ¶Mouetur difficultas & Holcot querit Vtrum deus posset acceptare actus naturales. & si sic: tunc essent meritorij. hoc stat in equinocatione de ly meritum. Vnde stricte capiendo meritum non erunt meritorij quia de ratione meriti est esse liberum: & p ea que nobis insunt naturaliter: nec laudamur: nec vituperamur. sed quicquid sit de lege posita nullus actus naturalis est meritorius. Dicitur acceptata ad retribuendũ premium elicienti: vel alteri ab eliciente. ¶Ex ista particula infert Dyoni. q̃ nullus actus reproborum est meritorius proprie capiẽdo: quia bene sequitur. Iste est reprobus: ergo actus istius non acceptatur ad vitã eternam saltem ei conferendam: nec alteri: quia nullus meretur alteri gloriam preter q̃ xps qui meruit nobis: ergo. dicit Diony. nullus actus reprobi ẽ meritorius stricte capiẽdo meritũ. Et sic põter ifert q̃ est in ptãte mea de actu/q̃ fuit meritorius q̃ non fuerit meritorius: quia est in potestate mea facere q̃ nunq̃ fuerim predestinatus: quia est in potestate mea finaliter peccare: etiam est in potestate mea facere q̃ actus qui non fuit meritorius: q̃ fuerit meritorius. ¶Quãtum ad hoc: regulariter doctores non sunt sue opinionis. nam consentiunt regulariter omẽs doctores q̃ omnis actus elicitus in grã & ex gratia est meritorius: sed reprobi aliquã do sunt in gratia: & eliciunt operatõnes ex gratia: ergo stat q̃ mereãtur. Quomodo ergo exponitur ista particula/ad retribuendum premiũ acceptata. Dico q̃ exponit retribuẽdũ pmiũ acceptata secundum presentem iusticiam. ¶Vnde cõtingit dupliciter actum ad vitam eternam acceptari: vnomodo secundum eternam predestinationem: & nichil aliud est/q̃ deum voluisse ab eterno voluntate beneplaciti: & velle pro illo actu conferre vitam eternam. Nam bene sequitur. Voluit voluntate beneplaciti & absolute conferre vitam eternam: ergo conferet. nam bene sequitur. Acceptat ad vitam eternam: ergo pro illo actu dabit vitã eternam: sed actum acceptari secundum presentem iusticiam est deũ velle pro illo actu dare vitam eternam. si taliter operans perseueret in eo statu in quo elicit vsq̃ ad finẽ/puta in gratia. & dicunt tunc doctores q̃ illa particula acceptata &c. debet glossari/nõ secundum eternam prescíam sed secundum presentem iusticiã. ¶Quereret aliquis: capio duos: qui ex eadem charitate circa eãdẽ materiam/& eodem conatu eliciunt equales actus: vnus tamen est reprobus: & alter predestinatus: & sic actus vnius acceptatur secundum eternam predestinationem: & alterius secundum presentem iusticiã. Vtrũ plus sit acceptari secundum eternam predestinatõnem: q̃ secundum presentem iusticiam. & si sic: tunc actus illius qui acceptatur secundum eternam predestinationem erit magis meritorius & melius. nam videtur q̃ melius sit isti: q̃ actus eius acceptetur secundum eternam predestinatõnem q̃ secundũ presentem iusticiam. quia melius est/q̃ cõferatur ei beatitudo q̃ sub conditõne: puta

Opinio cõmunis

Duplicit actus põt accepari ad vitã eternã

Bõa difficultas.

q̃ equaliter operãtes iequaliter mereantur.

Dionisij

correlariũ

probatio

si perseuerauerit: ergo ē magis meritorius: ergo erunt duo/qui equaliter operātur: & tamen vnus plus meretur q̄ alter. Dico q̄ ille qui est p̄destinatus non plus meretur q̄ alter: vnde plus mereri est actum ordinari ad maiorem gloriam secundum presentem iusticiam: ideo actus reprobi ordinatur ad tantum gradum glorie ad q̄tum ordinatur actus predestinati sed quia reprobus ponet obicem non conferetur ei: & conferetur alteri. ¶ Quantum ad vltimam partem sibi vel alteri. sequitur ex hoc: q̄ aliquis potest alteri mereri de premio accidentali non ē questio. nam posset alteri mereri: puta remissionem pene in purgatorio. Sed de merito glorie regulariter dicunt doctores q̄ nullus potest alteri mereri preter q̄ christus q meruit nobis omnibus q̄uis Diony. dicat oppositū. ¶ Queritur in quo consistit radix meriti. i. quis actuum sit primo meritorius: ita q̄ ille sit meritorius seclusis omnibus aliis: & nullus est meritorius seclusō illo: & similis est questio qua queritur i quo consistit radix boni actus. dico q̄ radix meriti consistit in dilectione dei que est amor amicitie & non in amore concupiscētie. Nec consistit in affectione iusticie: prout regulat affectionem commodi: sed in affectione iusticie in se considerata non i qualibet sed in amore amicitie dei. ¶ Primus actus meritorius de necessitate debet esse dilectio qua diligitur deus amore amicitie.

Debet esse actus volūtatis quo bonitas dei nobis placet in se considerata nō relata ad aliud: puta q̄ complacet nobis q̄ deus sit summe bonus, iustus: & illa volitio est meritoria seclusō quocunq; alio. ¶ Ratio est. Nullus actus est meritorius nisi procedat ex inclinatione charitatis: hoc satis supponitur. Sed charitas primo inclinat ad dilectionem dei: & solum secundario ad diligēdum creaturas propter deum: ergo primus actus meritorius est dilectio dei. ¶ Sicut diximus q̄ primus actus fidei siue primū credibile est hoc complexum, omne reuelatū a deo est verum: ita primū diligibile ex charitate est deus: & nihil est diligibile ex charitate nisi ex inclinatiōe actualis amoris dei ergo primus actus charitatis est amor dei: ergo est radix meriti: ergo radix meriti consistit in dilectione dei super omnia quo diligitur deus amore amicitie: quia ē actus meritorius seclusō quocūq; alio: & nullus est meritorius nisi procedat ab illo: vel actualiter: vel virtualiter. ¶ Hoc supposito q̄ radix meriti p̄cedit siue est dilectio dei. Si sint duo quorum vnus diligit deū amore amicitie & ex illa dilectione diligit etiam proximum: alter vero diligit tantū modo deū. ¶ Queritur an dilectio proximi que procedit a dilectione dei superaddat aliquid meriti super dilectionem dei super omnia? & arguitur q̄ non/quādo est aliquis actus ita bonus q̄ non est bonus nisi propter presētiam alterius: ita q̄ altero seclusō non esset amplius bonus: non superaddit bonitatē: quia non est bonus nisi bonitate extrinseca: ergo similiter si sint duo actus meritorij sed vnus est meritorius propter presentiam alterius solum ita q̄ eo seclusō nō esset amplius meritorius, videtur q̄ meritum quo est meritus nō est nisi meritum alterius: sed ista dilectio proximi non est meritoria nisi propter dilectionem dei: & propter presentiam dilectionis dei: ergo videtur q̄ meritū dilectionis proximi non est nisi meritū dilectionis dei: & sic ille qui diligit deum: & ex illa dilectiōe diligit proximum nō plus meretur q̄ ille qui diligit deum precise.

¶ Quantum ad hoc videntur michi antiqui dicere q̄ non superaddit meritum sicut bonauentura. Dicunt enim q̄ non est attendēdum quid fiat: quid fugiat: quid operetur homo: sed ex q̄to. i. q̄to amore dei: ergo totum meritum reponunt in amore dei: ergo operatōnes multiplicate & impate ab amore dei nihil meriti habēt. ¶ Nichilominus videtur michi probabilius q̄ talis dilectio superaddat meritum: quia nisi sic superfluum esset operari opera consiliorum: dūmodo semper equaliter diligeretur deus si totum meritum consistat in dilectione dei.

resolutio

radix meriti consistit i dilectiōe dei q̄ ē amor amicitie.

Quis post mer? meritorius de necessitate d? esse dilectio qua diligit d? amore amicitie.

Inclinatō charitatis

Questio.

Opinio ātiquorū

Resolutio doct.

ideo dico q̄ris radix meriti sit dilectio dei: & amor ille amicitie: & primus actus meritorius necessario sit ille, dico tamen q̄ dilectio proximi ex illo procedens superaddit meritum. Ratio est: nam certum est q̄ dilectio proximi est actus bonus moraliter alia bonitate q̄ sit ille actus diligēdi deū sup oīa ga est liber alia libertate q̄ sit ille actus diligēdi deū sup oīa: ga p̄supposito tali actu diligēdi deū sup oīa nō necessario sequitur dilectio pximi: ergo habet nouā libertatem circa proximum: ergo & nouā bonitatem ergo & nouū meritū. ¶ Et ad argumentū q̄d fiebat q̄n aliqs actus ē bonus ppter p̄sentiā alterius solū non habet bonitatē nisi actus per cuius presētiam est bonus. Et Ocham omnem talem vocat extrinsece bonum: id est bonum bonitate aliena: sed nego antecedens: q̄is dicat ꝓtrarium Ocham: & dico q̄ dilectio proximi que habet deum nō pro obiecto: sed pro fine est bona noua bonitate propter nouam libertatem. ¶ Notā dum secundo q̄ meritum precedit premiū saltem natura, id est ordine nature, quare? quia bene sequitur hoc est iam istius: ergo per nullum actum sequētem ipse efficit hoc suum. Similiter bene sequitur hoc est iam istius: ergo per nullum actum sequentē efficietur hoc sibi debitū. ¶ Ex isto fundamento/aliquid mereri nō est nisi effici illud sibi debitum: vel effici suum/mereor aliquid id est facio q̄ illud mihi debeatur: sed sic est q̄ si iam sit meum per nullam operationem sequentem facio q̄ sit meum de nouo: ergo nunq̄ mereor per aliquam operationem sequentem. ergo nunq̄ meritum sequitur premiū: ad minus oportet q̄ tempore aut natura precedat/& bene meritum precedit p̄mium saltem natura. Nam non videtur repugnantia quin pro eodem instanti quo mereor beatitudinem deus mihi cōferat illam: & tūc actus meritorius non precedit tēpore sed natura: quia est causa sine qua nō/ iā habiti nullū est meritū sed habendi. Secūdo sequitur/nullus perfecte beatus iam meretur. Ratio: si sit aliquis perfecte beatus est totaliter satiatus: nec amplius aliquid querit. ergo dicitur perfecte beatus. vnde anie separate non sunt omnino beate. Nam licet habeant & sint satiate quātum ad id q̄d appetunt appetitu libero: sed appetitu naturali non sunt perfecte satiate: quia appetunt informare corpus. ¶ Similiter Christus in via secundum portionem inferiorē non erat perfecte beatus. ¶ Notandum tertio/ meritum proprie acceptū pertinet ad portionem superiorem rationis primo & principaliter. Nam bene sequitur meritum primo & principaliter cōsistit in actu dilectionis dei: quia diligitur amore amicitie: sed talis actus pertinet ad portionem superiorem, ita q̄ nullus actus ē meritorius nisi sit portionis superioris vel nisi imperetur ab actu existente in portione superiori: id est a dilectione dei super omnia. ¶ Notandū quarto. Christus fuit verus beatus & aliquantulum viator secundum diuersas potentias q̄ fuerit verus comprehensor patet: quia habuit veram visionem & tensionem. Etiam Christus aliquātulum fuit viator secūdum portionem inferiorem rationis: quia habuit sensualitatem passibilem & corpus mortale: sed ista repugnant beatitudini corporis: ergo sequitur q̄ christus fuit aliquātulum viator. & hoc notum est. ¶ Quinto notandum q̄ nullam implicat contradictionem quin actus beatificus sit meritorius. Patet: non implicat contradictionem aliquem beatum qui non est summe beatus puta quantū esse potest: quin illi augeatur sua beatitudo. & non implicat q̄ actū quē habet q̄ est fruitio deus accepter ad augmētū beatitudinis. ¶ Vnde tota difficultas circa hoc est. Talis beatitudo scdm quos dā. s. fruitio btifica ē totaliter a deo sic q̄ nullomō a volūtate fruētis: ergo nō est libere elicita a volūtate. Querit mō quō ē actus meritorius: tenet Gabriel q̄ q̄libet ps btitudinis est totaliter a deo: quō ergo stat q̄ sit meritoria & nō video quō habeat hoc dicere: & sic nō bñ videt aduertisse ad ea q̄

Alie sanctoꝝ non sunt oīo beate.

Ds xp̄s fuerit cōprehēsor? z aliquātulum viator.

Ds aliqs beat? pot sit mereri

Opinio Ocham.

Carpit Gabriel:

Quid sit mereri.

cōtrariū

supra dixi: & ad sua fundamẽta. Sed tenendo cũ Holcot ꝙ deus pót acceptare actus naturales: pót dicere ꝙ deus pót illũ actum fruitionis acceptare. Vñ dicit Ochã & bñ: qđ habuit alterã dilectionẽ ab illa q̃ ẽ totaliter pducta a deo: & sic illã meruit & nõ p primã. ¶ In isto primo articulo iam declaratũ quid sit meritum: & in quo consistat radix meriti: & de Christo quomodo fuit viator & comprehensor: & actui beatifico an repugnet esse meritorium. ¶ Sed in isto vltimo notabili quia querebatur an Christus meruit in instanti inuestigabimus an ad meritum requiratur successio vel possit esse in instanti. dico conformiter ad Scotũ & ad Ocham / ꝙ de ratione meriti non est successio: sed in instanti potest esse meritũ: hoc est dicere / non est de ratione actus meritorij ꝙ producatur successiue: sed potest in instanti & totus simul produci. Hanc propositionem deducit Scotus in presenti distinctione: nam ad producendum actũ meritorium tria sufficiunt: scilicet intellectus / & voluntas non impedita. ¶ Secundo cognitio per quam obiectum presentatur voluntati. & tertio charitas. Dicit ergo ad producendum actum meritorium primum requisitum est voluntas non impedita: quia non potest produci nisi a voluntate. Secũdum est / cognitio per quã intellectus ostẽdit voluntati obiecta circa que est eliciẽdus actus meritorius: quia voluntas nõ potest in incognitum. Non enim potest velle vel nole amare vel odire nisi itellectus cognoscat. inuisa enim diligere possumus i cognita nunq̃. Et tertium est charitas. Ista tria sufficiunt: ergo quando cũ q̃ ista tria simul cõcurrunt potest produci effectus puta actus meritorius. Patet consequentia / cauſis positis sufficientibus ad producẽdum effectũ iam vel ponitur effectus. vel saltem potest poni: alias non essent cause sufficientes: qa si non ponatur hoc est semper defectus alicuius: sed sic est ꝙ ille tres cause possunt poni in eodem instanti. Nam de voluntate non est difficultas. Similiter ꝙ possit poni

an ad meritũ requiratur successio.

Tria ad actũ meritoriũ pducendũ

cognitio patet: quia cognitio est res permanẽs / ergo datur vnum instans i quo est & eodem modo dicatur de charitate: ergo datur instans in quo ista tria simul concurrunt. & ista est resolutio Scoti. vnde positis cauſis sufficiẽtibus potest poni effectus Nam si sit causa naturalis ponitur effectus. Si causa libera potest poni: sed pro eodem instanti ponuntur omnes cause vt dictum est. ergo. ¶ Sed videbitur alicui ꝙ ista ratio non est sufficiens. Ponuntur omnes cause sufficientes ad producẽdum calorem in instanti: quia non requiritur nisi ignis: & tamen pro illo instanti nõ potest poni calor quia calor non producitur in instanti sed successiue: ergo ista consequẽtia non valet omnes cause ponuntur in instanti: ergo effectus potest poni in instanti. Similiter certum est ꝙ cause efficientes & sufficientes rei successiue sunt in instanti: & sunt res permanentes: & effectus est res successiua: quia nõ potest poni in instanti sicut patet de motu cuius causa est substantia permanens: ergo ista consequentia non valet: cause ponuntur in instãti: ergo effectus ponitur in instãti. Dico ꝙ doc. debet sic intelligi. ¶ Quando cunq̃ sunt cause sufficiẽtes ad producẽdum effectum & non repugnat effectui totum simul produci: & non ponitur resistẽtia: & in eodẽ instanti in quo cause sunt posite ponitur sufficiens applicatio: iam ponitur effectus. Tria ergo requiruntur vt dicat verum. Primum / ꝙ cause efficiẽtes sint sufficienter applicate adinuicem. & passum similiter: & ꝙ ille cause non habeant resistentiam. vnde Aristoteles in septimo phisicorum & in quarto videtur dicere ꝙ omnis causa sit cum resistentia. & propterea quando ignis producit calorem in aliquod passum quãuis applicatio fuerit facta in tempore: tamen in instanti verum est dicere: iam est sufficienter applicatus: nichilominus non producitur in instanti ille calor: quia habet resistentiam in passo. Requiritur ergo ꝙ effectus ex natura sit in instanti pducibilis: & ꝙ ei nõ repugnet. & hoc dicitur

Attẽdite

Quõ itelligẽdo est scotus in sua maxima.

eo propter effectum qui est res successiua: quãuis cause sufficientes ponantur in instanti implicat tmen effectum produci in instanti postq̃ est res successiua: ergo bene dicit doc. quãdo cunq̃ sunt cause sufficientes applicate adinuicem & in passo nulla est resistentia. & effectui non repugnat totum simul produci ex natura eius tũc de necessitate si sint cause naturales producitur effectus Si autẽ altera sit libera potest poni effectus.

Ratio facilis apparens.

¶ Dices ergo quando ignis producit calorem sine resistẽtia ad minus producit in instanti. patet: potest esse aliquod corpus inclinatum ad calorem: etiã secũdum formã substantialẽ non habens tantum calorẽ ad quantum inclinatur. Certũ est ꝙ aer est naturaliter calidus: & stat ꝙ in aere non sit tãtus calor ad quãtum inclinatur secundum inclinationem forme sue substantialis si sit dimidia pars: & applicetur igni calefiet. & nulla est resistentia: ergo calefiet in instãti. Dicitur ꝙ si non sit obstaculum ille producet illum calorem cuius est naturaliter productiuus. ¶ Ecce ergo pro resolutione: potest actus meritorius elici in instanti: & aliquis potest mereri in instanti. & ista materia tractatur in tertia distinctione secũdi sententiarũ de angelis. ¶ Pro difficultate huius materie & pro fundamento. Dico si qs mereatur aut demereatur in instanti non oportet ꝙ in quolibet instanti sequenti continuatio tantum mereatur / vel demereatur quantum in primo. ¶ Ratio / quia tunc in quantocunq̃ paruo tempore in quo continuaret actũ elicitum iam infinite mereretur aut demereretur. Patet: sunt infinita instantia: ergo si in quolibet instanti mereatur eq̃lem portionem beatitudinis sicut i primo meretur infinitas equales non communicãtes: sed ex omnibus talibus equalibus non cõmunicantibus resultat infinita multitudo: cum instantia non cõmunicãt ergo meretur infinitum premium intensiue: quod est falsum. ergo non meretur tãtum in quolibet sequenti. & sic oportet de necessitate dicere ꝙ in aliquibus: imo per infinita na-

Resolutio ergo questiõis

Ratio. ꝙ qs mereat infinite.

turaliter bene continuat. & sic in illis nihil de nouo meretur: aut demeretur. Vel oportet dicere ꝙ postq̃ actus est elicitus in instanti nunq̃ aliquid i instãti sequẽti meretur de nouo nisi propter circũstantiam aduenientem. ¶ Vnde Gregorius dat vnum tẽpus in quo non potest desistere ab actu: & vocatur tempus naturalis cõtinuationis: sed potest desistere in instanti terminante illud tempus: & si continuet in illo aliquid meretur: aut demeretur: quia libere / & post illd instans: iterum datur tempus naturalis continuationis. ¶ Dicit Ocham in instanti elicitionis aliquid meretur de nouo si sit bonus: sed non meretur de nouo in aliquo instãti sequenti: sed in tẽpore solũ ratione cõtinuationis successiue quãuis libere conseruet in alijs instantibus: sed aliquid primo est meritum vel demeritum quod meretur in tempore proxime ad illud instans. Nam oportet ymaginari ita esse in illa ptinuatione successiua sicut est in productione successiua alicuius qualitatis. Nam quando qualitas producitur successiue in instanti quo cõtinuatur falsum est dicere aliquid productũ est de nouo quia subito pduceretur: sed verum est dicere in hoc instanti: aliquid est primo productum: scilicet quod producit in tempore: quia in illo instanti verum est dicere: hoc totũ est & nunq̃ prius illud totum fuit: licet partes eius fuerint. Inde continuans actum per horam in instanti elicitionis meretur: sed in instanti medio nichil meretur: sed in instãti medio est aliquid prẽmium quod meretur successiue continuando: & merebatur illud successiue in tota prẽma dimidietate hore. Ita dicit Ocham. & illa opinio est probabilior. ¶ Dico notanter nisi superueniat circunstantia noua in continuatione: quia stat demereri in instanti nouam penam quam non demerebatur fortes quando continuabat. Vnde ipse eliciens actum qui nondum est prohibitus sibi continuando illum non demeretur: & in instanti medie hore erit prohibitus: nichilominus continuat illum per totam ho

Gregorii imaginatio de naturali cõtinuatione actus.

Ochami imaginatio & libera ptinuatiõe actꝰ.

ram in instāti medie hore demeretur aliqd de nouo: ac si illum de nouo eliceret: quia ē noua circunstantia superioris puta obligatio noua ad non habendum illum actum. Vnde Ocham & alij qui dicūt ꝙ actus producitur in instanti cōcedere debent ꝙ in instanti continuationis potest aliquid demereri de nouo: sed hoc nunq̄ est nisi propter nouā circunstantiā que ꝓcurrit in illo instāti & nunq̄ prius erat. ¶Istis suppositis sit

Prima cōclusio. prima cōclusio. Christus nobis & sibi meruit non obstante ꝙ toto tēpore vie esset cū prehēsor & viator. Prima pars patet p paulum ad Ephesios prio. Gratificauit nobis pater in dilecto filio suo i quo habemus redemptionē p sanguinē eius i remissionem peccatorū: ergo sequitur ꝙ xp̄s meruit nobis remissionē peccatorum in effusione sanguinis sui. Secūda pars patet: xp̄s meruit sibi. Patet per illud ad philippenses secūdo. Exinanīuit semetipm. & sequtur propter qd̄ deus exaltauit illū. ergo xp̄s meruit exaltari: & meruit habere nomē quod est sup oē nomē. Christus ergo meruit nobis. sed qd: Dico ꝙ apertionē regni: remissionē peccati: gloriā & gratiā. ¶Item Christus meruit sibi exaltari/habere nomē qd̄ est sup omne nomen quod est deus. ¶Contra. Christus semper est & fuit deus: ergo nō meruit sibi hoc nomē deus. dicūt doc. meruit hoc nomen deus ꝙtum ad cognitionem & noticiā hominū: hoc ē meruit cognosci & credi ꝙ

Secunda cōclusio. esset deus ab hominibus. ¶Secunda conclusio. Christus nedum meruit nobis gratiam: gloriam: & remissionē peccatorū actibus imperatis passiōe sua: similiter actibus sensualitatis sed etiam actu beatifico portionis superioris rationis. Ista cōclusio habet duas partes. Pria ꝙ illis actibus partis inferioris & potentie executiue meruit. Patet. Christus oia ista obtulit deo patri pro nobis & hostiam viuā pro nobis: ergo xp̄s illis oibus meruit pro nobis. Secunda pars est ꝙ etiam actu beatifico. vnde nunq̄ est meritum quin radix sit in parte superiori portionis rōnis: id est i amore dei: ergo primus actus meritorius Christi erat amor dei super omnia: sed ille actus erat beatificus: ergo actu beatifico meruit nobis illa. vult dicere conclusio ꝙ nunq̄ aliquis actus potentie executiue ē meritorius nisi procedat ab amore dei super omnia: & ab actu portionis superioris. ¶Contra/si deus ifunderet mihi suum amorem se solo: ita ꝙ necessitaret me deus ad amandū ipsum amore amicitie talis non est mihi meritorius: quia nō venio laudādus propter illū actū quia ille actus non est a me/& respectu illius nō me habeo libere sed pure passiue & naturaliter in me productus est: ergo videtur ꝙ talis nō sit meritorius. Dico ꝙ q̄uis ille actus sit i me naturaliter productus: & nullo modo me habeam libere ad eum sed pure passiue: tamen mediāte illo actu possum libere elicere circa creaturam puta ex illo actu dilectionis dei super omnia a solo deo causato in me possum libere diligere proximum: quia non necessitor ad diligendum proximum: nec impedior: & illa dilectio videtur meritoria: cum sit bene circūstantionata & libere elicita cōformiter ad dictamen rectū: & propter debitum finem scilicet propter deū. ergo videtur ꝙ aliquis actus circa creaturam sit miritorius q̄uis actus circa deum nō sit meritorius. quia stat actum circa deū non esse liberum in ordine ad eum qui diligit. & tamen actus qui erit circa creaturam erit liber. ideo non haberem pro inconuenienti ꝙ per dilectionem creature mererer: & non per dilectionē dei: quia illa dilectio non est libera. Sed regulariter primus actus meritorius est dilectio dei super omnia.

Tertia cōclusio. ¶Tertia ꝓclusio. xp̄s nunq̄ sibi meruit beatitudinē. i. clarā visionē neq; fruitionē. Patet. xp̄s nunq̄ meruit sibi illud quo nūq̄ caruit: sed nūq̄ caruit btitudine. semp enī fuit beatus xp̄s in vtero/extra vterū & in passione: &c. ergo nūq̄ meruit btitudinē in instāti ꝓceptiōis: qa vel meruit ipsā p semetipsā vel p aliqd aliud: nō p semetipsam vt notū est: neq; p aliqd aliud: qa illud aliud prius habuisset: q̄ btitudinē qd̄ est falsum: igitur.

Quarta cōclusio. ¶Quarta conclusio. Christus meruit sibi impassibilitatem/& gloriam corporis per actus imperatos/& per suā fruitionem. Patet ex prehabitis: quia omnis actus Christi fuit meritorius. Patet/nullum habuit actū elicitum/aut imperatum quin fuerit liber conformis dictamini rationis: igitur semp fuit meritorius. ꝙ meruerit sua fruitione. Patet: qa si nō fruitiōe meruisset nullo alio actu imperato meruisset. Hic arguit scotus

Scoti argumentū satis apparenter. Quādocunq; aliqd habetur sine merito omnia que sequūtur ad illd̄ non cadūt sub merito: quādo sequūtur necessario necessitate naturali: quia ad habendum illud non oportet mereri: sed solum aufferre obstaculum si non sequatur: sed sic est ꝙ gloria anime Christi nō cadit sub merito: & ad illam necessario necessitate naturali sequitur gloria corporis ex redūdātia in corpus: ita ꝙ ex illa sequitur impassibilitas/agilitas/&c. Cum ergo gloria aie non cadat sub merito: & ad illam sequatur gloria corporis si nō ponatur obstaculū: ergo est solum opus remouere obstaculum: ergo immortalitas non cadit sub merito.

¶Dico ꝙ primum cadit sub merito inquātū amotio obstaculi cadit sub merito'/quātuis ergo ad gloriam anime si nō fuisset obstaculum fuisset subsecuta gloria corporis & gloria anime nō cadebat sub merito: dico tamen ꝙ gloria corporis cadit sub merito: quia impedimentū erat/non concursus dei cum gloria anime. Amouere enī obstaculum est deū concurrere: & potest mereri ꝙ deus cōcurrat: & sic ꝙ habeat dotes corporis cadit sub merito. Christus enī meruit ꝙ deus nō amplius suā actiuitatem suspenderet ad cōcurrendum cū gloria aie ad gloriam corporis. ¶Quinta conclusio. Christus nō solum meruit in passione. Patet in instanti ꝓceptionis habuit oia requisita ad meritum: scilicet voluntatē & charitatem/ergo verificabile est ꝙ meruit. Dicūt doct. ꝙ in instāti sue ꝓceptionis elegit mori pro redēptione gnis hūani & in eodem instāti tristabatur de ingratitudine iudeorū: &c.

Sexta cōclusio. ita ꝙ nunq̄ secundum humanitatem fuit sine tristicia. ¶Sexta ꝓclusio. Illud idem qd̄ meruit in instanti ꝓceptionis meruit in tēpore/& in vita: & nihil de nouo: ergo meruit idē quod prius merebatur: & sic meritum in tempore vite non erat noui premij sed eiusdē premij/quod merebatur in instāti ꝓceptionis. ¶Resolutorie patet quomō xp̄s meruit nobis/& sibi: sicut deductū est per sex conclusiones: ꝙ meruit nobis gloriam: & gratiā tam actibus portionis superioris/q̄ actibus portionis inferioris: & ab instanti cōceptionis inclusiue: hoc est ꝙ in illo instanti merebatur.

Dubium primum. ¶Insup ꝙ meruit sibi impassibilitatem/& immortalitatē & cunctas dotes corporis. ¶Iam mouetur dubium contra illud qd̄ dictū est in tertio notabili & in vna conclusione: ꝙ actus beatificus christi erat meritorius: quia actus fruitionis quo fruebat deo erat meritorius: qa prima radix in qua principaliter & primo consistit meritū/est amor dei amicitie. Certum est ꝙ illa fruitio xp̄i erat btifica: qa erat beatus. Iam instat̄ tripliciter ꝓtra illā ꝓclusionē. Oēs ꝓditiōes requisite ad actū meritorium repugnāt actui beatifico. patet añs/de ratione meriti est ꝙ sit actus contigentis. i. liber libertate ꝓtradictionis: sed actus beatificus non est liber libertate cōtradictionis: quia non est in ptāte beati facere se beatū & desistere: postea inchoare illū actū: ergo sequitur ꝙ aliquid requiritur ad actū meritoriū: quod repugnat actui beatifico. Secūdo/ꝙ meritū eliciat a merēte: sed actus beatificus nō elicitur a merēte: sed est a solo deo: ergo actus btificus nō est meritorius. Et tertio/aia xp̄i scdm portionē superiorē erat totaliter beata: ergo scdm illā nullo modo poterat mereri: & p ꝓns nō erat actus meritorius.

Q ꝙ actus btificus xp̄i nō sit meritorius.

Ad ꝓmū ¶Quantū ad hoc dubiū ex ꝓhabitis tripliciter rndere possumus. Primo certū est ꝙ Christus habebat dilectionē beatificā q̄ nō erat effectiue a voluntate/sed a deo solum scdm Ochā/potest dici ꝙ talis dilectio nullo mō erat meritoria: & hoc est multū apparens: sed cū in ipa potētia scilicet aia sint oia

que requirũtur de necessitate ad producendum volitiones: scilicet libertas/ cognitio obiecti: ipsa volũtas Christi cum illa cognitione pót exire in actũ diligendi. Ecce q̃is deus infunderet anime Christi vnã amorẽ: sicut infundit singulis beatis. nihilominus potentia beata cũ cognitione est causa sufficiens ad producẽdum amorẽ distinctum specie ab illo/ quem producit deus: quia ille nõ est producibilis a creatura: ergo distinguitur specie ab illo/ qui producitur a creatura. Iam dico ꝙ Christus per secũdũ amorem meretur diligẽdo deũ nõ per amorem qui est beatificus proprie: sed per amorem qui producitur a voluntate xpi libere & ipsa cognitione. & q̃n doct. dicũt ꝙ meretur per actũ beatificũ .i. qui ratione obiecti erat beatificus: & nõ per actũ qui formaliter est beatitudo: quia nullo modo est a voluntate: sed meretur p actũ qui est de eodem obiecto/ de quo est actus formalis beatificus: & non est difficultas sic dicendo. Potest dici secũdo. q̃is actus portionis superioris/ qui necessario reqritur ad meritum nõ sit meritorius: nõ sequitur quin actus portionis inferioris sit meritorius: licet enim deus produceret in me actũ dilectionis sue modo btifico: & necessitaret me vt nullo mõ liber eẽm libertate ꝓtradictionis: nihilominus ex illo amore possem pñter & libere elicere actus circa creaturas. Nec sequitur. necessitat me ad dilectionẽ finis: ergo & mediorum. Isto supposito falsum esset ꝙ mererer p dilectionem dei: quia actus ille nullo modo ẽ liber nihilominus mererer p actus portionis rõnis: quia isti actus circa creaturas libere elicĩuntur a me: & sunt conformes recte rationi & propter debitũ finẽ: ergo oportet dicere ꝙ illi actus sũt boni: ergo meritorij. Eodẽ modo posset dici de Christo: ꝙ q̃is Christus fuerit necessitatus ad amorẽ dei: nichilominus ex illo amore ad quẽ necessitabat libere eliciebat multas alias volitiones: & potest dici ꝙ in illis cõsistebat meritum: & sic oportet negare ꝙ oporteat semper actũ meritorium esse actum diligendi deum.

Aduerte

¶ Tertio. potest bene dici ꝙ Christus non habuit nisi vnicum actum diligendi deũ/ & ille fuit beatificus. & nullo modo liber libertate ꝓtradictionis respectu ipsius christi quo ad animam: sed solum respectu diuinitatis: & tũc per illum actum Christus meretur: & quãuis nõ esset contingentia in actu: adhuc in illo consistebat meritũ: quia meritum est aliquid acceptatum a deo: sed deus libere potest acceptare & actum necessario productum: & contingenter productum. nec est inconueniens dicere ꝙ in illo actu necessario respectu voluntatis create adhuc consistebat meritum: sed primi duo modi videnť probabiliores. ¶ Secũdo dubitatur. Dictum est in vna tertia conclusione ꝙ Christus non meruit sibi beatitudinẽ Contra/ deo est tribuendum quod gloriosius est & nobilius: sed habere beatitudinẽ ex meritis est gloriosius/ q̃ sine meritis/ & pure liberaliter: sicut gloriosius est militi habere bona a rege propter merita/ q̃ sine meritis. ¶ Q̃tum ad hoc: verum est ꝙ gloriosius quãdo haberi potest ex meritis: sed si non posset non est gloriosius. Iam dico ꝙ beatitudo christi nullo modo cadit sub merito propter eius excellentiã/ & ob tantam anime eius cõiunctionem ad diuinitatem nullo modo poterat cadere sub merito. Tertio dico ꝙ gloriosius est habere ita excellentem q̃ paruam que caderet sub merito. ¶ Tertio dubitatur. Dictum est in alia conclusione ꝙ Christus meruit in passiõe. Contra. Nunq̃ meretur aliquid quod est iam sibi debitum: ergo sequitur ꝙ christus in passione nõ meruit. Patet consequentia Christus in instanti sue cõceptionis prius meruit: ergo in passione erat iam sibi debitum. Sanctus Tho. & Bonauẽ. dicũt ꝙ meremur tripliciter. Primo mõ mereri est facere de eo qd nõ est debitũ esse debitum: & sic Christus meruit in instãti conceptionis: & nunq̃ postea meruit capiendo mereri isto primo modo. ¶ Secundo modo mereri est de debito paruo facere maius debitum. & isto modo dicit Tho. meremur quotidie

Tertium dubium.

Mereri dicit tripliciter.

quando per gratiam operamur quod facimus/ quod maior gloria debeatur nobis q̃ prius: & isto modo Christus nõ meruit in instanti conceptionis &c. ¶ Tertio modo mereri est de eo quod est debitũ ex vna causa facere & pluribus causis debitum: & isto modo Christus meruit id est fecit ꝙ ex pluribus causis deberetur nobis gloria/ q̃ prius: & meruit sibi impassibilitatẽ/ & immortalitatem. Debebatur enim ex actibus interioribus: & fecit ꝙ ex sufferẽtia/ & passione deberetur. Certum est ꝙ nullus meretur quod est sibi debitum: sed bene meretur secũdo/ & tertio modis. ¶ Hic est vna difficultas. Actus exterior nunq̃ addit supra meritum essentiale/ & respectu actus interioris tantum merebatur Christus per volitionem efficacem sufferendi mortem quã habuit in instanti conceptionis: quantum merebatur per passionẽ. ¶ Sed difficultas est: quãuis volitio dandi elemosynam sit eque meritoria ac si non detur: quia ponitur obstaculum: non est tamen eque satisfactoria: immo satisfactio proprie respicit solum actum exteriorem penalem. Videtur ergo eodem modo ꝙ q̃is Christus equaliter meruit de premio essentiali: non tamẽ equaliter de remissione pene. vnde regulariter dicunt doctores ꝙ volens dare elemosynam & dans plus satisfacit q̃ volens dare equali volitione: & non dans. videtur ergo ꝙ ipsa passio plus fuerit satisfactoria q̃ volitio: & videtur mihi dicendum ꝙ Christus nõ meruit totaliter liberationem a pena vsq; ad passionem. Certum est ꝙ patres in lymbo nunq̃ fuerũt absoluti a pena quo usq; Christus fuerit passus imo semper patiebantur: ergo non erat adhuc satisfactum pro pena eorum. nam bene sequitur in instanti conceptionis erat satisfactum pro pena: ergo non erant amplius debitores pene: ergo nunq̃ deus dedisset eis penam ab instanti ꝙceptionis Christi: quia nulli deus infligit penam quin sit debitor illius. Si dicas ꝙ ille anime fuerunt debitrices vsq; ad instans mortis Cchristi, Contra. ergo Christus non satisfecit pro pena vsq; ad passionem: ergo illa satisfactio erat alicuius meritoria accidentalis: cuius non erat meritorius actus interior. ¶ Dico ꝙ non est inconueniens ꝙ per aggregatum ex actu interiori & exteriori mereatur quo ad satisfactionem pene: cum satisfactio resultat ex actu exteriori penali. ¶ Dubitatur quo modo potuit mereri per portionem superiorem: cũ cuncti beati non mereantur. Dico ꝙ deus non acceptat aliorum beatorum actus ad gloriam reddendam pro illis: sed acceptat actus Christi ad gloriam reddendã pro nobis. hoc totum est sumendũ ex pstitutione diuina: & non ex conditione meritorum.

De actu exteriori supra interiorem

Aduerte

¶ Distinctio decima nona.

VTrum Christus i passione benedicta oibus propagatis/ & propagãdis meruit sufficienter saltẽ gratiam/ & gloriam/ & remissionem peccati. & per quem actũ. Quo ad hoc primo notandum ꝙ ad esse meritum respectu alicuius premij potest regulariter intelligi. Vno modo ꝙ sit meritum qantũ ad sufficiciẽtiam. Alio modo ꝙ sit meritũ quantum ad efficaciam: & ista est distinctio antiquorum. Vnde meritũ respectu alicuius q̃tum ad sufficiẽtiã est illud sufficere ad illud non simpliciter & absolute: sed cũ aliqua conditione: puta est illud sufficere sub ista conditione: si omnia ordinata ad consecutionem illius ponantur in illo/ cui meruit: vt si princeps maximus meruit apud regem ꝙ singuli signati suo signo accedẽtes ad curiã regis habeant florenũ: vel aliquid huiuscemodi/ si sit aliquis ex suis militibus qui nõ accedat: ille meruit illi vnũ florenũ quantum ad sufficientiam/ quem haberet si accederet cum tali signo principis: quia ẽ sufficiens cum conditiõe: puta si ad impleat omnia ordinata ad consecutionem. sed meritum quantum ad efficaciã vocatur meritum cum effectu. Vnde sortes reprobus meruit gloriam: sed quia non perseuerat

Bona analogia.

meruit quãtum ad sufficientiã: sed nõ quã/tum ad efficaciam quia ponit obstaculum.

Meritũ xpi dupliciter põt intelligi

¶ Vnde dupliciter potest intelligi q̃ Christus meruit omnibus: vel quantum ad sufficientiam/vel quãtum ad efficaciam/gloriam/& gratiam. Notandum q̃ licet finiti sint ꝓpagati: nihilominus infiniti possunt propagari homines seu descẽdere ab Adã: quia mundus potest perpetuari: & essent infiniti propagandi in tempore futuro secundum statum in quo nunc est mundus.

q̃ meritũ sit infinitũ tripliciter itel ligitur.

¶ Notandum est tertio/q̃ tripliciter intelligi potest: q̃ meritum sit infinitum. Primo modo infinitum infinitate actus: id est infinitũ intensiue: id est q̃ habeat infinitas partes graduales non cõmunicantes. Secũdo modo q̃ sit infinite persone ab infinito sũpto. Tertio modo q̃ sit infinitum infinite acceptationis: id est q̃ sit acceptatum a deo infinite seu ad infinitum premium: sicut nichil est quin sit a volitione dei: qa deus vult eum esse & non propter aliam causam: quia deum velle: est causa cuiuscunq; entitatis: ita nihil est bonum nisi quia deus vult illd̃ esse bonum. Similiter nihil est meritum nisi quia deus vult ipsum esse meritum. si sit ergo aliquis actus in se finitus: & quãuis elicitus a finito supposito nihilominus deus vellet pro illo actu dare infinita premia que posset de potentia absoluta: ille actus non est tunc infinitum meritum ex parte sui: qa est solum finite intensus nec ex parte persone quia est solum finita: sed est solum meritum infinitum ex parte acceptationis diuine. deus enim acceptat ad infinitũ. Est possibile q̃ aliquod meritum sit maius ex parte actus q̃ aliud meritum: & tamẽ sit minus ex parte acceptationis id est intensior actus & tamen minus acceptatur a deo: nam intensior dilectio proximi minus acceptatur a deo q̃ remissa dilectio dei: nam intensior actus qui procedit a conatu voluntatis/& a magno habitu non est ita meritorius/non sequitur hoc meritum est maius ex parte actus: ergo ẽ simpliciter maius meritum. Nam ly maius appellat maioritatẽ ex parte acceptationis & non ex parte actus vel ex parte persone per regulam logicalẽ. Quando cunq; ponuntur duo termini appellatiui a parte predicati &c. precise propter hoc actus vocatur meritũ quia acceptatum: ergo formale significatum meriti est acceptatio: ergo dicendo hoc est maius meritum: ibi ly maius appellat maioritatẽ adiacere acceptationi & nõ actui. ¶ Circa hoc mouet talis difficultas: supposito q̃ actus ille ex natura propria est solũ finite actiuitatis: & sic est solum finite bonitatis moralis Queritur vtrum sit solum finite acceptatio nis ita q̃ possit tantũmodo acceptari: & nõ magis: vt capio actum meritorium ex gratia. est finite entitatis & bonitatis naturalis Item est finite acceptatus realiter/& actualiter ad finitum premium. Vtrum sit solum finite acceptabilis: ita q̃ det certus gradus secundum quem tantum acceptari posset: & non posset magis. Dico q̃ esse acceptabile passiue nullam importat operationẽ respectu actus: ideo infinite potest acceptari: scilicet ad gloriam: vt duo: & tria: & quatuor. & sic in infinitum potest acceptari.

¶ Notandum quarto. Non tãtum passio Christi fuit meritoria secundum exhibitionem sed etiam fuit meritoria secundũ preuisionem. i. preuisa. hoc est passio Christi nõ tantũ profuit existentibus/aut futuris post passionem: sed etiam profuit preteritis & antiquis patribus. Certum est q̃ passio xpi non dicitur meritoria gratie nobis eo q̃ ea sola posita tanq̃ causa sufficienti detur nobis gratia: quia tũc daretur gratia singulis absq; quocũq; actu proprio: & absq; sacramẽtis: sed dicitur meritoria gratie quia meruit Christus per suam passionem q̃ sacramenta haberent efficaciam respectu gratie: q̃ deus daret nobis in illis signis sensibilibus gratiam respectu suscipientium. Similiter meruit nobis gratiam: quia actus nostri non acceptantur a deo ad gratiam nisi virtute passionis Christi: nõ dat nobis gratiam per passionem solum: sed per actus sacramentales etiam & actus proprios: sed

q̃ tales actus sacramentales & proprij acceptentur a deo nõ est ex natura rerum/sed ex volũtate diuina/& hoc deus vult ex virtute passionis xpi: & vltra dicit q̃ virtute passionis xpi preuise anteq̃ eẽt exhibita deus dabat sacramentis virtutem ad conferendum gratiam. Similiter deus acceptabat actus ꝓprios hominũ ad gratiã virtute talis passionis xpi exhibende & preuise: sic ergo non tantum profuit/vt exhibita. i. presens aut preterita: sed vt exhibenda seu preuisa/aut futura. Iam de secundo videndum est Vtrum meruit xpus sufficienter omnibus propagatis propagabilibus/& propagandis. sit prima conclusio. ¶ Christus Ade/& toti posteritati sufficiẽter meruit gratiam/& apertionem regni. Nam propter peccatum Ade/regnum fuit clausum/hoc est: fuit impossibilitatum genus humanum ad ingressum regni. vnde Magister & Bonauẽtura dicunt q̃ regnũ claudi est nos impossibilitari ad illud: & illud aperiri est possibile nos ingredi. Est enim clausum dãnatis. Dicit ergo conclusio. Christus sua passiõe posteq̃ erat clausum ade/ & toti posteritati meruit aptionem/& gratiam. Et ista cõclusio non potest efficaci ratione probari: sed auctoritatibus suaderi. nam xpus venit redimere peccatores: sed redimere peccatores est dare gratiam peccatoribus: ergo xps meruit ade & toti posteritati aptionem regni: & gratiam: quod nichil aliud est dicere: q̃ q̃ ante passionem xpi tota posteritas Ade non poterat ingredi: quis adipleuisset omnia mãdata: sed tali passione exhibita si adipleant ea/que ordinantur ad consequutionem regni possunt ingredi: & ante non poterant. Difficultas hic mouetur: nam fuerũt duo status in adam. s. nature institute/& nature lapse. Nam anteq̃ adam caderet habuit gratiam. & post casum etiam habuit: quia ipsum penituit: & habuit gratiam/quam ei xpus meruit: sed de prima grã/quam habuit ante lapsum. arguit q̃ non fuerit sub merito christi. nam certum est q̃ adam ante lapsum erat preuisus ad gloriam: quia si adipleuisset omnia mandata dei consecutus fuisset gloriam: nec fuisset opus expectare aduentum christi. & secundum aliquos: xps non venisset: tamen secundum omnes non fuisset passus: ergo illa aptio nõ fuit ex passione Christi: ergo a fortiori/nec grã. Vñ a quibusdam dicitur q̃ xpus nõ meruit angelis gratiam/quam habuerunt nec gloriã Ratio eorum est q̃is aliquod partiale premium precedat meritum sicut gratia/& remissio peccati i patribus precessit passionẽ christi: que tamen erat meritoria eorum: nichilominus nunq̃ perfectissimum premiũ precedit totaliter meritum. Hinc ẽ q̃ antiq patres non habuerunt beatitudinem ante passionem exhibitã: sed sic est q̃ angeli ante passionem Christi habuerunt perfectissimum premium. s. beatitudinem. hinc dicit Scotus q̃ gratia/& premium angelorũ nõ cadũt sub merito passionis christi. similiter videtur michi dicendum q̃ prima grã quã habuit adam in statu innocentie: nõ fuit ei collata ex merito passionis christi preuise. Ratio mea ẽ. cuicũq; fuit collata ratõe passionis christi preuise gloria nũq̃ fuisset collata vsq; ad passionem exhibitam: sed sic ẽ q̃ ade si perseueraſſet gloria correspondẽs illi gratie fuisset ei collata imediate ante aduentum christi dato q̃ xpus venisset: ergo videtur q̃ illa gratia non cadebat sub merito passionis christi. & videtur michi q̃ illa gratia quam habuit in statu innocentie nullo modo fuit sub merito passionis christi: sed solum illa gratia que dabatur ade post lapsum/& remissionem peccati: & consequenter quelibet gratia: & quodcũq; meritum dãdum ade. ¶ Statim fieret forte argumentum. Ergo adam iam habet aliquẽ gradum glorie essentialis/quem non haberet virtute passionis christi. Patet: per te adam habuit gratiam status innocentie non virtute passionis christi: ergo gloria que correspondet illi gratie non est virtute passionis christi. Patet: omnis qui resurgit: resurgit ad omnẽ gloriam que debebatur ei ante casum: ergo cum adam resurrexit postq̃

Scotꝰ hoc dicit.

Ratio cõclusio

Cur ꝓbat de lymbo ante xpi passionẽ nõ habuerunt beatitudines

valida rõ

cecidit resurrexit ad omnem gloriã que debebatur ei añ casum: ergo ad illam que debebatur ei virtute gratie quam habuit i statu innocentie: sed si illa gratia non cadebat sub merito christi: ergo nec gloria: ergo habet aliquam gloriam non virtute passiois christi. ¶ Hoc argumentum videtur mihi forte hoc dicendo: sed videtur michi dicendum ꝙ illa gratia pria nõ cadebat sub merito passionis christi. Et cum infertur ergo adam habuit aliquam gloriam non ex virtute passionis christi: nego consequentiã. & ad probatõnem/ adeín statu innocentie debebatur aliqua gloria: & non ex merito christi verum est: & resurrexit ad illam verũ est: sed resurrexit ad illam virtute passionis christi: & sic illa que ante casum non debebatur virtute passionis christi post casũ datur virtute passionis christi. ¶ Secunda cõclusio: xpũs per suam passionem tanꝫ meritum sufficiens vt preuisam: precedẽtibus obtinuit remissionem peccatorum: & gratiam: sed vt exhibita apertionem regni & gloriam. ¶ Prima pars patet. preceden tes xpũm habuerunt remissionem peccati & gratiam: vt antiqui patres qui decesserũt in gratia: ergo habuerunt gratiam & remissionem peccati: & non habuerunt nisi virtute passiois preuise. igitur. Secunda pars patet/ solum per passionem vt exhibitã meruit gloriam & apertionẽ regni: patet. nũꝫ fuit alicui exhibita gloria anteꝫ xpũs realiter fuisset passus: ergo nõ meruit gloriã & apertionem vt preuisam: sed solum vt exhibitam. Sed apparet ꝙ sit contradictio in illa conclusione: dicit ꝙ non meruit gloriã nisi vt exhibitam: & tamen meruit gratiam vt preuisam. Contra meruit abrahe anteꝫ decederet a vita gratiam. ergo etiam & gloriam anteꝫ decederet: patet. bene sequitur: fuit in gratia. ergo in dignitate ad gloriã ita ꝙ gloria erat sibi debita: & vltra gloria erat sibi debita: ergo virtute alicuius meriti: & non nisi virtute meriti christi non exhibiti: ergo preuisi: ergo xpũs per suã passionem meruit gloriam patribus/ non vt exhibitam sed preuisam. Dico ꝙ quãdo doc. dicunt ꝙ xpũs meruit solum gloriam per passionem vt exhibitam: intelligunt sic solum gloriam. i. solum collatõnem glorie. erat enim debita gloria abrahe virtute passionis preuise. & sic gloria erat ei merita p suos actus in virtute passionis exhibende: sed nunꝫ fuisset ei exhibita gloria nisi passio fuisset exhibita: ꝙuis iã esset dignus gloria ante: non tamen fuit ei exhibita nisi per passionem exhibitam. ¶ Quantum ad primam partem huius conclusionis dicitur in euangelio qui precedebant. i. patres precedentes passionem: & qui sequebantur. id ẽ qui venerunt post passionem clamabant: osana: id est saluum fac domine. i. saluabantur per passionem christi. Quantum ad secundam partem: patet. quia ascendens duxit captiuitatem. Tertia conclusio: meritũ christi est in se finitum. i. finitus actus: est tamen pro infinitis sufficiẽter acceptatus: nã actus christi solum fuit finite intensus procedens secundum humanitatem: tamen alii qui dicunt oppositum. Quarta conclusio in qua est difficultas. vtrum per passionem xpũs meruerit. A de primam gratiam quam habuit in statu innocentie: visum est michi ꝙ non: & erat solũ replica: quia seqretur ꝙ Adam haberet aliquem gradũ glorie quẽ non haberet ex merito passionis ratiõe grẽ quam non meruit ei xpũs. ¶ Dicitur ꝙ resurrexit ad illam vel equalem: & hoc virtute passionis christi precise. Christus enim solum predestinatis meruit beatitudinem efficaciter: non dico ꝙ solis predestinatis meruit gratiam & remissionem peccati efficaciter: sed solis predestinatis meruit gloriam efficaciter: & gratiam: & remissionem peccati. Nam bene sequitur soli predestiati habebunt gloriam. quia esse predestinatũ nichil aliud est ꝙ in futuro habere gloriam: hic formatur argumentum ex Scoto. Ex ꝓ destinatione debetur predestinatis gloria: ergo nõ ex merito passionis xpi: patet. predestinatio non est aliud ꝙ firma voluntas: & firmum propositum dandi beatitudinẽ:

Solutio huiꝰ rõis

Secũda cõclusio.

Tertia ꝙ clusio.

Quarta

An xpũs meruerit: A de primã grãm

Argumẽtũ de merito abrahe.

ergo non virtute passionis christi: patet. ꝓsequẽtia predestinatõ precedit natura nõ solum exhibitam passionem sed preuisam: nam apud Scotum predestinatio precedit natura preuisionem passionis. Dicit enim ꝙ in primo instanti nature deus cognouit se. In secundo vero creaturas: in tertio circa aliquas creaturas habuit volitionem dãdi beatitudinem: & circa alias se habuit negatiue & posterius natura preuidit illas creaturas esse casuras ꝙ uiderit de remedio. Omnis enim volitõ finis regulariter precedit natura & volitionem mediꝝ & consilium seu puisionem circa finem: ergo prius volo finẽ tunc inquiro de mediꝝs: eodem modo ymaginandum est de deo: saltem ꝙtum ad prioritatem nature/ sed non temporis/ ꝙ prius voluit nobis illum finem. i. beatitudinẽ & posterius saltem natura disposuit de mediꝝs necessariis. s. de passione: ergo videtur ꝙ prius natura sit aliquis predestinatus ꝙ sit passio christi preuisa: ergo non virtute passionis debetur ei gloria: sed virtute predestinatõnis. ¶ Quantum ad hoc respõdetur a Gabriele concedendo: primo ꝙ virtute predestinatõnis predestinatis debetur gloria: ergo non virtute passionis xpi/ nego consequentiam. Nam non est incõueniẽs ꝙ virtute duorum debeatur idem: sed solutio hec non videtur michi vera. Nam videtur michi falsum ꝙ virtute predestinatõnis debeatur gloria. Ratio mea est capio infidelem aliquem in peccato qui nunꝫ habuit gratiam qui tamẽ postea conuertitur ad fidem & saluatur: talis est predestinatus & tamen nunc est falsum dicere ꝙ isti debeatur gloria: nam si altas fuisset in gratia cõcederet Scotus ꝙ ei debetur gloria. ideo falsumẽ ꝙ habeat ius ad gloriam. videtur ergo ꝙ sit falsum dicere ꝙ virtute predestinationis habeat ius ad gloriam: & ꝙ ei debeatur gloria. Exemplum: si iam rex haberet ꝓpositum michi dandi in futurum aliquam hereditatem nullum habeo adhuc ius in hereditate: nisi exhibeam seruitium: ꝙuis nũc proposuerit michi dare: & ꝙuis nunc nõ exhibuerit: ergo eodem modo: ꝙuis nunc deus propoſuerit michi dare beatitudinẽ: nondum dedit: nec fecit aliquid ratione cuius michi debeatur: falsum est dicere ꝙ habeam ius ad beatitudinẽ: & sic nego ꝙ virtute predestinationis debeatur: sed quilibet beatus ius habet ad btitudinẽ aliũde ꝙ ex predestinatione: vel saltem illud habitus est. s. ex gratia & meritis. ¶ Quinta conclusio ꝙuis omnibus adefiliis xpi meruerit principaliter beatitudinem: nichilominus cooperatur actio aliqua ex parte meritis tã quã merito de congruo: nunꝫ datur alicui gratia nisi quando remittitur peccatũ: puta prima gratia vel per actum meritorium quãdo augetur gratia. ¶ Dupliciter enim potest conferri gratia. primo modo ꝙ primo conferatur: secundo ꝙ augeatur. Si cõfertur prima: & sit adultus nunꝫ confertur nisi habeat dispositionem in se. i. bonum motum voluntatis: ergo nunꝫ conferꝝ virtute passionis quin ex parte suscipientis sit actio: saltem meritoria de congruo. Sed puulo nunꝫ confertur gratia nisi per applicationem sacramentorum: aut sacrificij de lege: ergo nunꝫ ꝓfertur gratia virtute passionis quin esset operatio facta circa puerũ tanꝫ dispositio de congruo precedens. Si autem loquamur de augmento gratie nũꝫ deus auget nisi sint bone actiões nostre vel ex virtute sacramenti: vel ex parte operis operati: ergo nunꝫ datur gratia quin in illo sit aliqua dispositio gratie meritoria: vel saltem ad minus de congruo preter passionem christi. Christus enim non meruit nobis virtute passiois absꝫ merito de congruo aut cõdigno vel applicatõne sacramẽti: vt in paruulo dictum est in conclusione ꝙ virtute passionis preuise collata est etiam precedentibus gratia: & exhibite sequentibus. vnde dictum est ꝙ nunꝫ collata est beatitudo virtute passionis ꝑuise: sed virtute passionis exhibite: quia patres in lymbo ꝙuis exsoluissent omnem penam tamẽ remanebãt in lymbo: sicut nunc paruuli: & non dabatur eis beatitudo. Sed cõtra arguitur: ergo

De trib⁹ ſtgnis originis ſco.

Larpit Gabriel.

Quinta cõclusio.

Duplicit. ter potest grã cõferi.

Beatitudo virtute passionis exhibite z nõ preuise vak.

premium precedit meritū. Item/ergo pria gratia cadit sub merito:patet.prima grā p uulis datur ex passione:hoc tamen est ꝓtra commune dictum doct. ¶ Quātum ad pri mum sequitur ex conclusionibus ꝙ premi um precedit meritum. Scotus enim dicit ꝙ non incōuenit ꝙ aliquod premium pre cedat meritum: sed premium principale quod datur principaliter propter meritum & vltimate nunq̄ precedit meritum. Vnde premium principale non est gratia:sed pri cipale & vltimatum est ipsa beatitudo. Cō tra: si virtute passionis preuise cōferret grā nūqd poterat esse ꝙ virtute passionis preui se cōferretur beatitudo:ergo poterat eē ꝙ premium principale & vltimatum precede ret meritum. ¶ Ad hoc dico ꝙ non video magnum inconueniens. & precipue quan do premium illud precedit in alio:sed est a liud de premio quod datur meritī qđnūq̄ precedit meritum:sed de alio quod daf ab alio a merente non est contradictō ꝙ prece dat meritum. Ad secundum cum infertur: ergo prima gratia cadit sub merito:dico ꝙ non cadit sub merito proprio:sed sub meri to alterius:puta xpi. Vnde non est incōue niens primam gratiam cadere sub merito al terius. ¶ Vnde tria dico. primum: nūq̄ ali quis meretur sibi primam gratiam. secūdū purus homo non meretur alteri primā gra tiam. Tertium/xpūs bene meruit nobis pri mam gratiam Nullus enim adultus potest sibi mereri primam gratiam saltem de cō digno:secus est de congruo. Nullus enim actus est meritorius nisi ꝓcedat a gra: ergo illa quam meretur non est prima. Nullus i super alteri potest mereri primam:nec aug mentum gratie:bene tamē posset alteri me reri remissionem pene:patet.si aliquis pu rus homo mereretur alteri augmentū gra tie iam ille haberet illam ratione operatio nis quā nunq̄ egit nec fuit in potestate eius Dicunt vltra:xpūs bene meruit nobis pri mam gratiam:non tanq̄ causa totalis: sed tanq̄ causa principalis ratione cuius deus i fundit gratiam ad positionem aliarum cau

Scotus.

Arguit.

Solutio. Ad ꝑmi um ꝓcedat meri tum.

Tria hec notanda.

sarum que sunt cause de congruo. ¶ Dubi tatur primo:quomodo per passionem xpi liberati sumus a morte & a pena peccati. cer tum est enim ꝙ totum genus humanum ex peccato ade incidit in reatum ad penam dā ni & non sensus:& ille reatus est quedam obligatio sicut decimaquarta distinctione quarti dicitur ꝙ transeunte actu peccati re manet obligatio ad penam. & inq̄tum chy rographis nostris obligamur cognosci tur obligatio nostra. & ille reatus a Paulo vocatur chyrographus decreti. & querere quomodo est deletus:non est aliud quere re q̄ quomodo per passionem Xpi sumus deobligati a pena & deletus ē reatus pene eterne: virtute passionis xpi deletur in par uulo originale per baptismum: & tollitur reatus quo erat obligatus ad penam dam ni eternam:quod nichil aliud est q̄ chyro graphū decreti deleri. ¶ Secundo dubitaf vtrū xpūs debeat dici redēptor. ¶ Pro hoc noto ꝙ redimere genus humanum dupli citer dicitur. vno modo principaliter:& sic conuenit toti trinitati:quia est opus exteri us. & sic pertinet ad quālibet personam & totam trinitatem / cum opera trinitatis ad extra sint diuisa:hoc est quicquid agit vna persona agit & quelibet:ergo principaliter redimere conuenit toti trinitati. Aliud ē re dimere minus principaliter. i. facere opera tionem que a tota trinitate acceptatur: & ē redimere meritorie: & solus christus rede mit isto modo. Nam pater non dicitur pas sus:sed solus filius:& illa passio dicitur me ritum redemptionis nostre:& sic solus fili us debet dici redemptor. ¶ Vltimo dubita tur vtrum solus filius debeat dici mediator inter deum & hominem. Notandum ꝙ an teq̄ aliquis sit mediator aliquorum opor tet ꝙ participet de ambobus extremis: sed solus filius habuit humanitatem: sed non solus dicitur redemptor principalis:sed be ne minus principalis & solus dicitur me diator.

¶ Distinctio vigesima.

Dubium primum.

quid reatus peti.

2m dubiū

Redimere dupliciter dicitur.

Solꝰ xpūs meritorie redemit nos.

Anselm⁹

Veritur. vtrum necessario fuerit facta reparatio generis humani. Ad hoc Anselmus i libro cur deus homo. Ponit q̄ttuor per que respondet ad q̄stionem. primum est: ne cesse fuit hominem creatum ad beatitudinē lapsum a iusticia reparari. Secūdum/illa re paratio non potuit fieri absq̄ satisfactōne. Tertium/illa satisfactio nō potuit fieri per purum hominem:ergo oportuit per deum hominem. Quartum/oportuit eā fieri per deum qui esset homo. Scotus impugnat An selmum: & falsum est primum ꝙ dicit An selmus capiendo ly necesse simpliciter. Deus enim potuit annichilare omnes homines: secundo simpliciter & absolute ipsis nō an nichilatis potuit eos eternaliter punire: er go simpliciter & absolute falsum est ꝙ ne cesse fuit hominem reparari. Item falsum ē ꝙ necesse fuit illam reparationem fieri p sa tisfactionem aut passionē:quia deus libere similiter & absolute potuit condonare & mere liberaliter remittere:ergo. Itē falsum est ꝙ non potuit fieri per purum hominē: nam sicut deus acceptat illam passionē xpi pro repatione:ita de potentia absoluta po tuit acceptare passionem alterius hominis puri:q̄is non fuerit ꝓdigna:ergo si Ansel mus est intelligendus debet intelligi: vt ly necesse non dicit necessitatē simpliciter:sed magnam congruentiam & cōuenientiam.

quartuor Anselmi dicta re probant.

¶ Distinctio. xxj.

Trum propter solius aie separationē a carne christus fuerit vere mortuus manente vnione diuini tatis cū vtraq̄. Sūt quat tuor vniones. Queritur modo propter cuius se parationem Christus est mortuus. Dico ꝙ Christus non est mortuus propter separa tionem diuinitatis:semper enim diuinitas fuit vnita corpori. Patet: quia alias ista eēt falsa:christus sepultus est:ideo nō est mor tuus propter separationem diuinitatis:sed propter separationē anime a corpore sicut homo moritur:quia separatur anima a cor pore. aīa enim est vita corporis que nunq̄ moritur. ¶ Dubitatur vtrum caro Christi fuisset resoluta in vermes: certū est ꝙ nunq̄ fuit resoluta per illud Psalmi. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. est er go de fide ꝙ non fuit resolutū corpus. sed est questio si fuisset per magnū tempus nō obstante diuinitate: videtur mihi nō posi to miraculo preter vnionem diuinitatis cū illo corpore ꝙ illud corpus tandem fuisset resolutum. quēadmodum cetera corpora. Ratio est/q̄is diuinitas fuisset vnita nihi lominus multe partes corporis ante passio nem resoluebantur in sudores & in fluxiones: ergo cum fuerunt agentia naturalia si fuisset relictum in sua naturali passibilitate & activitate: & nullum aliud fuisset miracu lum nisi diuinitatis ad corpus: illa agentia egissent i corpus: & illud resoluissēt in ver mes: & illud miraculum puta vnio diuini tatis ad humanitatem nō erat sufficiens ad impediendum: sed fuit aliud miraculū: pu ta suspensio actiuorum. & illud corpus in triduo fuit informe quātum ad formā sub stantialem. Nam forma. i. anima nō infor mabat amplius: quia descēderat ad inferos nec informabatur alia noua forma substan tiali: quia deus non assumpsit nouam for mam substantialem: ergo illud corpus erat informe quātum ad formam substantialē. Sed queritur tunc an illud corpus denomi nabatur deus animatum vel inanimatum. Si animatū. ergo anima rationali: ergo ho mo. Dico ꝙ non poterat denominari ani matum: sed alijs denominationibus non impositis a nobis. non fuit enim animatū aia rōnali in triduo. Magister sententiarū tamen dicit oppositum: sed regulariter do ctores dicunt magistrum errasse.

Per qd xps dicit mortuus

Respon dit magi ster.

¶ Distinctio. xxij.

An xps in triduo fuerit hō.

TRum fuerit in triduo homo. Magister dicit ꝙ sic: sed ē multum difficile in hac parte saluare Magistrū. Certum est ꝙ nichil denominatur homo nisi ab humanitate: sed difficile est saluare ꝙ in triduo habuerit humanitatē. Nam non est humanitas nisi corpus & anima sint cōiuncta: vnde post mortem sortis remanet corpus & anima: sed nō dicitur ꝙ humanitas remaneat: ergo in triduo non fuit humanitas Christi: quia ille partes non erant vnite: ergo ab illa humanitate: quia non fuit nichil denominabatur homo. ¶Ista tamen est vera. homo Christus fuit in triduo sed difficile est saluare ꝙ fuit homo in triduo. Sed an fuit Christus dicitur ꝙ nō: quia christus est nomē suppositi in duabus naturis: sed in triduo non fuit nisi in vna natura: scilicet diuina. & sic omnia predicata que conueniebant sibi ratione humanitatis nō predicabant de illo: sed predicata que ratione diuinitatis habebat bene ei conueniebant: & quia iste tres distinctiōes faciles sunt trāseo ad sequentes.

An xps fuerit xps in triduo.

¶Distinctio vigesimatertia.

POstea ꝙ magister in precedētibus distinctionibus egit de Christi icarnatione & eius passiōe agit cō sequēter in sequentibus distinctionibus vsq; ad finem huius tertij de habitibus siue virtutibus theologicis: donis: & preceptis: sed priusq; materiā de virtutibus theologicis aggrediar tractabo questionē de virtutibus moralibus. Ideo queritur primo. vtrum virtus sit habitus potentia vel passio. Pro solutiōe noto primo ꝙ virtus capitur multipliciter: & equiuoce in sacris litteris. vnomodo capitur prout tātum valet sicut potentia ad aliquid faciendum: vt est magne virtutis. In manu eius virtus & potētia: verbo domini celi firmati sunt &c. Secundo capitur virtus pro robore corporali. aliomodo pro armatura. Aliomodo pro operatione exteriori. Aliomodo pro fructu rei. Sed in proposito capitur virtus pro qualitate accidentali inherente actiuo principali perficienti ipsum actiuū & opus eius. Certum est agentia posse adiuuari in suis operationibus: & posse perfici i semetipsis: ille qualitates quibus pficiuntur agēs & opus agentis vocantur habitus: & precipue ille qualitates que sunt in rationalibus potentijs. ¶Dico ergo ꝙ virtus in proposito est bona qualitas mentis habentē perficiens: & eius opus bonum reddēs. Dices nonne illud opus q̄is esset sine tali habitu esset bonū. Videtur ꝙ sic. quia sine tali habitu est actus voluntatis liber: ergo bonus vel malus: quomodo ergo virtus est qualitas mentis. &c. Dico & hoc certū est ꝙ difficile est multum continuare operationem virtuosam: sed habitus facilitat hominem: & ad eliciendum: & ad continuandū. hinc est ꝙ ratione habitus frequenter actus continuatur bonus qui alias forte nō continuaretur: & continuare quandiu recta ratio dictat esse cōtinendum est vnum requisitum. Et sic habitus opus agentis perficit. Cōtra q̄is non esset ille habitus adhuc nihilominus illud opus esset bonū. Dico ꝙ stat/ sed forte non continuaretur sine tali habitu. Notandum preterea ꝙ Aristoteles secūdo ethico. Inuestigans diuisionē virtutis moralis presupponit eam esse aliquid in anima/ ita ꝙ non ponitur subiective nisi in potentijs formaliter rationalibus licet secundum sanctum Thomam ponantur in sensu/ ideo Aristoteles inquirens quid sit virtus ponit in anima duntaxat tria potentiam/ passionem/ & habitum. Inferens ꝙ aliquid horum sit virtus ideo videndum quid per illos terminos portetur & quot illorum trium est virtus vel potentia: vel passio: vel habitus. ¶Pro cuius distinctione primo declarandi sunt illi tres termini. Vnde passio multipliciter capitur: verumtamen in proposito capitur dupliciter: primo modo vt est qualitas existens in appeti

Quid virtus apprie.

Virtutis inltiplex acceptio.

Tria inuestia ab Arist. ponūtur.

Passio duplex.

tu necessario requirens cognitionem preuiam tempore vel natura. Per hoc ꝙ dicit ꝙ est qualitas existens in appetitu capitur appetitus pro intellectiuo & sensitiuo: & excluduntur omnes qualitates existētes in rebus inanimatis per hoc ꝙ dicitur i appetitu animali. Per hoc ꝙ necessario requirit ad sui productionem & conseruationem cognitionem excluduntur cognitiones q̄ non concurrunt ad productionem sui. nichil enim impossibilius q̄ ꝙ idē producat se: per hoc etiam excluditur habitus remanens transeuntibus actibus qui non requirit cognitionem. Per hoc ꝙ dicitur requirens cognitionem excluduntur etiam oēs alie operationis hominis que fiunt absq; cognitione preuia vt operationes potētie vegetatie & appetitus naturalis: vt fames: sitis que non sunt operationes appetitus sensitiui sed naturalis. Et isto modo capiēdo passionem: dico ꝙ quelibet operatio tā appetitus sensitiui q̄ intellectiui dicitur passio: hoc est volitio/ nolitio sunt passiones: similiter fuga sensualis correspondens nolitioni/ prosecutio correspondens volitioni sunt passiones: quia sunt qualitates existentes in appetitu presupponentes cognitionem. & ꝙ ita sit patet ex numero passionum/ quas ponunt Augustinus/ & Philosophus. Ponunt enim iter illas gaudium/ amorem/ & desyderiū. Amor enim est operatio voluntatis: dolor operatio appetitus sensitiui: & non distinguitur ab operatione appetitus sensitiui: q̄is tristicia passio intellectus/ distinguatur ab operatione intellectus. Et vltra ꝙ hoc debeat dici suadetur: nam secundum philosophum virtutes moderantur passiones: sed virtus moderatur actus tam intellectus q̄ appetitus sensitiui: ergo nomine passionum censentur etiā illi actus. Certum est ꝙ cōtingit delectari/ odire/ & amare: ergo sicut ad virtutem spectat moderari delectationem/ & tristiciam: ita spectat moderari amorem & odium: & tamen non dicitur ꝙ virtus non moderat nisi passiones: ergo nomine passionum in

Amor. Dolor.

Secūdo modo passio.

Ptia opinio ō passione.

Differentia habitus a passione.

telligunt actus intellectus & appetitus sensitiui: & similes operationes. ¶Secūdo modo capitur passio specialius: & cum in anima ista tria ponuntur opatio/ passio/ & habitus est satis difficile ponere differentiam inter passionem & operationem: quia non potest habere homo passionē quin habeat operationem. Impossibile est enim ꝙ delectetur quin habeat operationem quia delectatio est de his que nobis volentibus accidūt. Queritur ergo quomodo sumitur differentia cum videantur isti actus quasi inseparabiles. Vnus modus qui videtur mihi satis probabilis est/ ꝙ passio dicitur qualitas anime que transit transeunte actu: ita ꝙ nō potest manere sine actu: ad quem anima se habet pure passiue & non actiue. Et operatio anime est qualitas illa/ ad quā anima se habet actiue/ vel totaliter causando/ vel partialiter producendo. Ex quo sequitur ꝙ omnes volitiones/ nolitiones/ cognitiōes sunt operatiōes anime: quia ad omnes anima cōcurrit: q̄is non possit euidenter probari ꝙ concurrat ad cognitiones: sicut dicit Ocham in secundo. Q̄z autem cōcurrat ad volitiones/ & nolitiones patet euidēter ex libertate ipsius voluntatis. ¶Vltra dicunt ꝙ ab istis operationibus immediate fluunt duo effectus & ab anima mediate: & vnus remanet transeunte operatione/ & alter nō Primus vocatur habitus: secūdus vocatur passio. Omnis enim illa entitas/ quam immediate efficit anima est operatio anime: & a tali operatione producuntur immediate aliqui effectus/ & ab ipsa anima mediate: et vltra/ istorum duorum effectuum est vnus qui manet: q̄is non maneat actus/ & vocatur habitus: quia post actum homo reperit se magis promptum & magis facilitatū ad plus intense producendum actum: ergo in homine ē aliquid quod partialiter agit ad producendum illam operationē quod prius non erat: & vocatur habitus. & est argumentum ad probandum euidenter ꝙ sunt ponendi habitus. Nam ista cōsequentia est euidēs. Iam potest homo ad operationem

ad quam prius non poterat: ergo in eo est aliquid concurrens quod prius non cõcurrebat: quia causis sufficienter positis ponit effectus. ¶Item est aliquid quod producit ab actu quod transit transeũte actu vt tristari/sperare/timere. Isti ergo effectus qui fluunt immediate ab operatione anime: & trãseunt cũ actibus vocantur passiones ab Aristotele & Augustino proprie capiendo passionem pro illa qualitate/que non producitur immediate ab anima: sed ab operatione anime/& transit tali operatione transeunte. & sic ponimus differẽciam inter habitum: & passionẽ: quia habitus procedit immediate ab anima: & passio imediate ab actu: sed habitus manet actu corrupto/& passio non manet. ¶Sed potentia est principium principale agendi vel patiendi. dicitur enim potentia a posse hoc est: potentia nichil aliud est: q̃ res potens producere aliquem effectum vel recipere: vt anima potẽs producere intellectiones/& volitiones dicitur potentia. ¶Sed precipua difficultas ẽ de habitu. Virtus enim est habitus: nec est actus/nec potentia/ nec operatio ꝓprie capiendo: sed dicitur habitus: quia homo dicitur virtuosus actu trãseunte. ¶Habitus est qualitas anime difficile sepabilis ab ipsa ex actu vel actibus vitalibus genita ad cõsimiles inclinatiua vel ipsã potentiã inclinãs. Hoc est habitus est q̃litas difficulter mobilis a subiecto inclinãs illud ad faciliter prõpte & delectabiliter operandum. Et hoc sumitur ex Aristotele: habitus ẽ qualitas anime. &c. Ideo inquirendũ est de subiecto habitus/& in quibus potẽtijs possunt produci habitus. ¶Certum est ꝙ in inanimatis vt ligno/ferro: &c. non sunt habitus. Nam ignis quantũcũq; calefaciat frequenter: nõ fortius/aut facilius/aut delectabilius calefaciet q̃ prius: ergo ex frequentatõe operationum non producitur in eo habitus. Lapis si miliesdescendat deorsum non facilius descendit q̃ prius & ac si nunq̃ descendisset. ¶Hic dicunt aliqui/nunquã causatur habitus in potentia q̃ est determinata ad vnũ actum: sed in illa que est indifferẽs respectu plurium actuum puta ad vnum & ad suum contrarium. ignis est determinatus ad calefaciendum: graue ad descendendum deorsum. Et ideo quandocunq; aliqua potẽtia est determinata ad vnam operationem: sic ꝙ non potest in contrariam In ea non causatur habitus: sed quãdo est indifferens ex elicitione actus statim causatur habitus.

¶Contra/ergo assensus primorum principiorum nunq̃ causaret habitum cum intellectus sit determinatus ad prima principia quia dicit Aristoteles ꝙ q̃is aliqui negauerint principia prima ore: non tamen mẽte/hoc est: ita assentiebant esse. ergo intellectus est potentia determinata ad illam operationem sic ꝙ non potest in contrariã: sed sic est ꝙ in illa potentia que est determinata ad vnam operationẽ ꝑ frequentationem nunq̃ causatur habitus: ergo nullus potest habituari circa prima principia. ¶Sed hoc videtur falsum/cũ intellectus sit vnus quinq; habituum: ergo non est ratio sufficiens ne causetur habitus: quia potentia est determinata ad illam operationem sic ꝙ nõ potest in contrariam. ¶Sanctus Thomas prima secunde concedit ꝙ circa prima principia nullus causatur habitus: quia ibi est determinatio potẽtie ex natura rei/& habitus non ponitur nisi vt determinetur potentia ad vnum: ergo non indiget habitu. Et ad Aristotelem dico ꝙ sunt multa principia q̃ non sunt prima principia circa que intellectus non est determinatus: puta circa istud omne animal rationale est risibile: ergo vt cognoscatur necessaria est inductio vel experientia. Dico bene ꝙ habitus qui ẽ intellectus non reperitur circa prima principia: sed bene circa principia/& hoc est apparẽs.

¶Consequenter infert sanctus Thomas/ꝙ circa beatitudinem non ponitur habitus inclinans ad actum beatitudinis: & q̃is non necessitetur quispiam ad elicitionem actus beatitudinis sic ꝙ nõ necessario eliciat: nõ tamẽ potest in contrarium: ideo dicit duo. ¶Primum. Quandocũq; potẽtia est determinata ad vnum actum sic ꝙ non potest in contrarium nullo modo causatur habitus quia iam est determinata ad hoc: ideo non est opus vlteriori determinatione quod fieret ponẽdo habitum/cũ ponatur ad determinandum principale agẽs: ergo circa prima prinpia non ponitur habitus: nec circa vltimum finem. & sicut intellectus est determinatus circa prima principia: ita voluntas circa vltimum finem. & quãuis non eliciet necessario actum circa illa: tamen non potest in contrarium. ¶Secũdo dicit Tho. in potentia que potest in actum sed nõ potest nisi eleuata supernaturaliter ad illum non ponitur habitus respectu illius actus/ quãuis non sit determinata ad illum actum & hoc expresse dicit in secunda secunde: ergo quando est potentia que potest in aliquam operationem: sed non potest in eam nisi eleuetur dono supernaturali: & non ex sua actiuitate naturali & influẽtia communi ex illo actu non causatur habitus in illa. hinc est ꝙ non ponit fidem acquisitam cor respondere actui fidei infuse licet homo sic se habeat ꝙ nõ est determinatus ad actum credendi: quia non potest discredere: non potest tamen in illum actum credendi nisi adiuuetur fide infusa. Ideo dicit consequẽter respectu talis operationis in quam non potest potentia nisi eleuata dono supernaturali non ponitur habitus quãuis non sit determinata ad illas operationes: sed hoc postea reprobabimus de fide acquisita.

¶Contra. Thomas ponit habitus in appetitu sensitiuo: immo ponit omnes virtutes morales preter iusticiam in appetitu sensitiuo: & omnes actus appetitus sensitiui in se sunt naturaliter producti: & naturaliter producuntur quãuis imperentur libere & nullum ponit habitum in potentia executiua: ergo apparet ꝙ in appetitu sensitiuo nullo modo debeat poni habitus. Breuiter cum arguitur in potentia sensitiua nullus ponitur habitus. Negat/& cum probatur quelibet operatio illius potentie est in se naturalis & necessario producibilis positis omnibus causis/a quibus producitur scilicet posito imperio voluntatis: &c. Dicit sãctus Thomas ꝙ illa potentia nõ est in se naturalis sed libera per participationem. ita ꝙ illa potentia tendit in actum prosequendi ex propria natura: & in contrarium per actum voluntatis. Nam aliquãdo habemus fugam sensitiuam per imperium voluntatis/& imperio seclusso haberemus prosecutionem sensitiuam. & dicit ꝙ hoc sufficit vt causetur habitus in illa potẽtia: quia certum est ꝙ postquam exit in contrariũ: exit cum difficultate nullo modo est determinata ad illum: sed potius ad contrarium: ergo est ponendus habitus ad determinandum eam. ¶Contra. ergo eodem modo esset ponendus habitus in potentijs executiuis cum sint libere per participationem. Obediunt enim imperio voluntatis sicut sensus. Negat consequẽtiam Sanctus Thomas/ quia obediunt sine contradictione/ & sensus obedit non sine contradictione: hinc est ꝙ potentie sensitiue non principantur despotice. sed regaliter dicit sanctus Thomas/quandocunq; potẽtia libera per participationem subditur potentie libere: & in illa nullomodo est rebellio non ponitur habitus: sed ponitur in regente & in imperante: sed si talis potẽtia que est libera solum per participationem aliquo modo cõtrariatur rationali potẽtie libere cui est subdita: vt facilius obtemperet: & vt determinetur ad obtemperandum est opus habitu Et sic in potentia sensitiua ponit habitum quãuis sit in se naturalis: & nõ ponit in potentia executiua. ¶Resolutio Thome est. ¶Habitus ponitur in potentia/ que non est determinata ad vnum actum: & adhuc si talis potentia sit solum participatione libera: & principetur ei potentia rationalis & libera despotice: non ponitur habitus dummodo non sit rebellio: sed si ei principetur regaliter debet poni habitus.

¶Item respectu operationum in quas po-

Habitus ẽ ab aia passio ꝙ ab actu.

Quid potentia.

Quid habitus.

In quo possit cãri habitus.

Argumẽtum.

S. Tho. dicit circa prima principia nullũ cãri habitum.

Circa beatitudinẽ et felicitatẽ nõ ponit hic? in volũtate inclinãs ad tales act?

Fides acq̃sita non ponit a dctõ tho.

Argumẽtum Ytra Thomã. Oẽs virtutes morales (iusticia dempta) ponunt a.s. Thoma in appetitu sensitiuo.

Thome resolutio de hitu.

test sine supernaturali elevatione ponitur habitus si non possit/nō ponitur habitus. Credo cum beato Tho. ꝙ respectu operationum ad quas est determinata ꝙ non ponitur habitus vt respectu primorum principiorum. & sic patet quomodo habitus est qualitas anime. Dicitur preterea difficulter separabilis ab anima propter dispositionē: sed vtrum habitus & dispositio sint eiusdē speciei specialissime postea videbitur. Dicitur inclinans animam ad faciliter delectabiliter & prompte operandum. & circa hoc

Dubium Argumētus ochā.

delectabiliter operandum. ¶Querit Ochā Vtrum sit de ratione habitus ꝙ inclinet ad delectabiliter operandum. Patet ꝙ nō: qa habitus qui inclinat ad nolendum non inclinat ad delectabiliter operādū/quia nolitio causat tristiciam: ergo de ratione habitus non est ꝙ inclinet ad delectabiliter operandum/magis ꝙ ad tristabiliter operandū

Argumē ti rīsio.

¶ Dico primo ꝙ certum est ꝙ habitus inclinat ad faciliter operandum. patet ꝑ experientiam. nam quantūcunq; fuerit difficultas in principio: est facilior in continuatione. sed vtrum inclinet ad delectabiliter operandum. Dico ꝙ sic/ & ad argumentum Ocham/ nego ꝙ habitus inclinet ad nolēdū. & nego ꝙ nole illud semper causet tristiciam: sed causat tristiciam quando res nolita euenit & nolo eam euenire: & scio ꝙ eueniet. sed si res nolita non eueniat nō tristor: sed potius delector. Dico ergo ꝙ habitus inclinat ad nole supposito ꝙ res quā nolo euenire non eueniat/inclinat ad delectabiliter: id est magis delectatur ex illo ꝙ si non haberet oppositum/quāuis dicat oppositum. Dicitur in diffinitiōe qualitas ex actibus vitalibus acquisita/ & ad consimiles actus inclinativa/vel ad consimiles potentiam inclinans. ¶Dicitur primo ex actibus vitalibus acquisita: ad differētiam qualitatum quas Aristoteles vocauit virtutes/ aut vitia naturalia que proprie nō sunt habitus: quia ille qualitates precedunt omnē actum: & sunt nobis congenite: sicut coleri cus naturaliter inclinatur ad iram/ & sanguineus ad māsuetudinem: tales inclinationes naturales complexionales nō proprie dicūtur habitus. Propterea dicit ex actibus potentie vitalis producta. Item per istam particulam excluduntur species que immediate producūtur ab obiecto sensibili/vel intelligibili. Ille species que preueniūt omnem actum/& intellectus/& sensus: quāuis remaneant in absentia obiecti/& transeunte actu non vocātur habitus/quia non producuntur ex actibus: imo procedunt actū. Non necessario tamē requiritur ad habitū ꝙ producatur ex actibus: quia deus se solo potest producere illā qualitatem que producitur ex actibus/ quēadmodum producit habitus infusos: & tunc posset vocari habitus nisi stemus in nomine. ergo nō est de ratiōe habitus ꝙ producatur ex actibus Adminus dicerem ꝙ capiendo proprie actum vt non se extendit ad infusos dicitur ꝙ producitur ex actibus & stando in actiui tate pure naturali: nunq; potest produci habitus nisi producatur ex actibus. Dicitur ad consimiles inclinativa. ¶Sed queritur quid est habitū inclinare ad ꝓsimiles actus. Respondetur ꝙ nihil aliud est q̄ habitum partialiter coefficere cum potentia similes actus sequentes. Vnde omne illud quo secluso nō potest poni actus: vel saltem quo secluso non potest poni actus ita intensus est partialis causa illius actus: sed sic est ꝙ secluso habitu non potest poni actus/admi nus quāuis ponatur non potest poni ita intensus vel tātus: ergo habitus est causa partialis illius actus. Patet maior: primo non posset per aliud medium probari aliquid esse causam alterius. Secundo/si illud non sit causa partialis: ergo illo secluso quod remanet est causa totalis/& sufficiens illum producere actum. Causa enim totali posita/& sufficiente ponitur effectus de necessitate si sit naturalis: vel potest poni si sit libera. sed habitu secluso nō potest poni actus aut saltē tātus vt dictū est. Nā dat vnus habitus quo posito ponit actus & quo nō posito nō ponit actus saltē in tāto gradu. Patet in hitibus intellectualibus: sit fortes qui nunquam vidit hoc obiectū: nō pōt habere noticiā abstractiuā distinctā illius obiecti sinō habuerit intuitiuam. Potest tamen bene habere complexam: sed non distinctā & simplicem. & fortes postquā intuitus est obiectum ipso absente potest habere noticiam distinctam & simplicem. Experientia est ad hoc: ergo in forte transeunte noticia intuitiua & corrupta remanet aliquid quo posito potest poni noticia abstractiua & quo non posito nō potest poni: nec in gradu intēso/nec in gradu remisso: ergo oportet dicere ꝙ aliqd remanet quo posito ponitur: & quo non posito non potest poni: sed sic est ꝙ illud quod remanet est habitus secundum plures: quia est ex actibus remanens actu transeunte: ergo est habitus. Patet ex diffinitione habitus. Item est in anima/& non est passio nec actus: ergo est habitus a sufficienti diuisione eorum que ponuntur in anima secūdum Aristotelem: ergo datur habitus quo posito ponit actus in absentia actus: & quo remoto nullo modo posset poni: ergo prima pars minoris est sufficienter probata. ¶Item habitu posito ponitur actus in gradu intenso & non posito non posset poni in gradu ita intenso: ergo secunda pars minoris sufficienter probata est. ¶In actibus voluntatis ponitur actus: quia alias non acquireretur habitus: sed quando positus est habitus ponitur actus intensior q̄ posset poni secluso habitu. Oportet ergo de necessitate fateri ꝙ habitus sit causa illius actus: & non est causa materialis: quia non est pars illius actus/ nec̄ formalis propter eandem rationem/ nec̄ finalis: ergo oportet de necessitate ꝙ sit causa efficiēs. Bene ergo dicit ꝙ habitū inclinare ad actum est partialiter cum potētia coefficere cōsimiles actus. ¶Habemus ergo duo: primum est ꝙ habitus causat actum effectiue. Secundum ꝙ habitus causat actus effectiue partialiter sequentes habitum. ¶Quantum ad istam particulam Durandus tenet contrarium in presenti distinctione in secūda questione videlicet ꝙ habitus nichil agit penitus ad substantiam actus: sed solum facilitat potentiam vt citius producat actum: & precipua eius ratio est ista. Si a potentia & habitu producatur actus intensior q̄ ab ipsa potentia sola/ita ꝙ habitus aliquid faceret ad illum actum/ ergo habitus solus non concurrente potētia posset producere actum. Patet cōsequētia. Bene sequitur. ab habitu & potentia producitur actus in essentia intētior/ q̄ a sola potentia: ergo per aliquam partem actus est intēsior q̄ si a sola potētia produceretur. ergo apparet ꝙ illa pars a solo habitu sit: ergo potentia non producente partem suam/habitus cum sit causa naturalis producet partem suam: sed hoc est falsum videlicet ꝙ habitus posset producere aliquid nō concurrente potentia. Hoc est argumentum fortius/quod ipse facit: sed non habet magnam apparentiam. ¶Nam non sequitur. Hoc partialiter concurrit ad istum effectum: ergo isto solo concurrente hoc posset aliquem talem effectum in specie quāuis imperfectum producere. Certum est ꝙ color cum dyaphaneitate/sive cum lumine medij producit speciem: ergo secluso colore lumen produceret suam speciem partialiter. Consequentia non valet. Certum est etiam in multis alijs/non sequitur. Ipsa noticia cum potentia & voluntate producit partialiter volitionem/vel amorem: ergo noticia sola posset aliquam partem producere: aut potentia posset aliquam partem producere secluso noticia: non valet consequentia. Similiter non sequitur habitus cōcurrit partialiter: ergo potentia non concurrente habitus potest producere. Ista sūt certa ꝙ habitus producit actum: sed non sine potētia. Nec est inconueniēs ꝙ sit circulatio in causis efficiētibus respectu aliquorū eiusdē spēi: nō tū respectu eorūdē in nūero:

Quid est habitū inclinare ad ꝓsimiles actus.

Durādus tz ꝙ habitus nichil agit sed facilitat potentiam.

Nō Durandi.

reprobatio opi. Durandi

circulatō būt reperit in aliqbꝫ causis.

hoc est non est inconueniens ꝙ vna causa producat vnum effectum in specie cum illa causa: vt actus producit habitum/& habitus actum: sed nō eundem actum a quo productus est: quia idem eēt prius & posterius seipso etiā natura: quia bene sequitur/hoc est causa respectu illius: ergo prius natura illo. & hoc ē effectus illius: ergo posterius natura illo. ¶Circa illud. Adam mouet talem difficultatem: sequitur ꝙ actus & habitus intenderentur in infinitum. Patet consequētia: sit fortes qui iam eliciat actum/a/talis producit habitum/vel aliquid quod est eiusdem speciei cum habitu: quod forte non denominatur habitus propter suam imperfectionem. Sortes continuat actū/a/& habitus/b/iuuat potentiam/& pariformiter concurrit & naturaliter: ergo ex habitu/b/& potentia intenditur: actus/a/consequentia tenet. quandocunq; aliquod est agens producens effectum si adueniat illi adiutorium ad eundem effectum/effectus ille intendetur: ergo cum potentie fortis aduenit adiutorium scilicet habitus actus/a/intendetur. tunc actus/a/erit intensior ratione illius habitus concurrentis cum potentia: ergo per aliquem certum gradum erit intentior ab illo habitu. Sit illa pars/c/iterum/c/intendet habitum/b/quia omnis actus habitum intēdit: ergo per aliquam partem/sit illa/d/& iterum ratione illius adiutorij intendetur actus/a/per aliquem gradum: & sic procedendo in infinitū in augmentatione actus & habitus. & apparēter arguit. Et isti argumento dat tres solutiones intertia distinctiōe primi. & in decima septima de habitu infuso. & due prime sūt apparentiores. ¶Prima cum sic arguitur. Actus/a/qui procedit a sola potentia sine quocunq; adiutorio propter habitum vel aliquid eiusdem speciei cum habitu qui postea efficitur habitus per intentionem & ratione adiutorij potentie superuenientis intenditur actus/a/per aliquem gradum/cōcedo: & iterum ratione intentionis actus cum potentia intēditur habitus. concedo: ergo iterum illa pars reddet actum intentō rem. concedo: & sic in infinitum. concedo ꝙ actus qui egreditur a sola potentia producit habitum. & ratione adiutorij intēditur actus per aliquem partem. verum est: sed illa pars non est tanta sed minor q̄ illa pars que egreditur a sola potētia: & postq̄ est minor non producit tantam partem de habitu sicut illa pars que eggreditur a sola potentia. sed sic est ꝙ quando assumuntur aliqua infinita que se habent semper secundum magis & minus/ita ꝙ primus secundum excedit: & secundus tertium. & sic cōsequenter non oportet ꝙ ex talibus infinitis resultet vnum infinitum/sicut patet in continuo: quia ille partes se excedunt secūdum magis & minus. Non sequitur: ergo habitus est infinitus. nec sequitur/ergo actus est infinitus. & credo istam solutionē veriorem. ¶Secunda solutio. Cum arguitur ille actus producit habitum: ergo habitus superueniens potentie facit actum intētiorem. nego consequentiam. Dico ꝙ nūq̄ habitus facit actum intētiorem: vel non facit potentiam producere actum itētiorem: nisi habitus ille adminus sit prior natura q̄ ꝙ potentia concurrat ad actum. Certum est ꝙ aliquando est habitus antequam potentia concurrat ad actum producendum quando potentia cōcurrit ad vnum actum & prius elicuit multos consimiles actus: ille habitus qui procedit tempore vel natura concursum potentie ad actum facit bene ꝙ producatur intentior actus/sed habitus qui est posterior natura concursu ipsius potentie nunquam facit ꝙ ab illa potētia producatur actus intentior nisi potentia augeat cursum suū/sic in ꝓposito. Iste hitus est posterior q̄ sit concursus potentie. quia est posterior natura q̄ sit actus potentie: quia producitur ab illo actu: & actus est posterior natura concursu potentie. ¶Dicit ergo duo. Primum/omnis habitus qui precedit cursū potētie tpe vel natura facit ꝙ

de bona difficultas.

Ꝓma solutio argumenti.

Secūda solutio vrandi.

Durandi resolutio in duob⁹ punctis.

producatur actus intensior. Secundum/ꝙ habitus qui est potentior natura concursu potentie nisi potentia augeat concursum suum post elicitionem ratione habitus nō intenditur actus ille. Et ista solutio videtur etiam michi multum probabilis & vera.

Aduerte

¶Restat vnum probādum ꝙ omnis actus quantūcūq; remissus producit aliquid eiusdem speciei cum habitu: quāuis non vocetur habitus quia ē mobilis: vt sit fortes qui nunq̄ elicuit actum circa hoc obiectum eliciat actum quantūcūq; remissum: ille actus producit aliquid de habitu vel aliquid eiusdem speciei cum habitu. Ratio est/quando cunq; sunt due cause eiusdem speciei specialissime solum differentes penes magis & minus: si vna illarum potest effectum producere: & altera potest effectum eiusdē speciei quāuis remissum producere: sed actus quilibet intensus producit habitum etiam intensum: ergo actus remissus producet aliquam partem illius habitus: sed verum est ꝙ talis remissio non debet vocari habitus ergo eliciens actum primum siue intensum siue remissum dummodo non inueniat cōtrarium semper producit aliquid habitus: qui postea per intentionem perueniet ad gradū in quo sufficienter denominabitur habitus. Et iste dispositiones precedentes non vocantur habitus/quāuis sint eiusdē speciei cum habitu. Calor enim intensus & calor remissus producunt calores eiusdem speciei. Consequenter adhuc aduertēdum est circa illum terminum ꝙ virtus proprie non est actus nec passio: sed est habitus virtuosus: & conformiter ad Ocham in quolibeto quarto. Habitus non dicitur virtuosus nisi in ordine ad actum: quia esse virtuosum primo conuenit actui. Nam bonitas primo conuenit actui non ex alio & habitui per respectum ad actum ad quem inclinat: ergo virtus est habitus inclinans ad actum bonum. & hoc dicit Aristoteles secundo ethicorū Virtus est habitus habētem pficiēs & eius opus bonū reddens: id ē partialiter concurrens ad actum bonum/

Hec ēratio ochā in quolibetis.

bonitas ꝓpria cōuenit actui ꝙhitus.

supposito ita q̄ ꝙ bonitas moralis primo conuenit actibus & secūdario per actus habitibus est animaduertendum quid requiritur ad actum bonum & propter quā causam denominetur actus virtuosus vel bonus. Dico conformiter ad Aristotelem secundo ethicorum capitulo quarto. tria requiruntur. Primum ꝙ fiat scienter. Secūdo ex electione & propter hoc. Tertio perseueranter & immobiliter. & ille dicitur virtuosus qui ex electione scienter & propter hoc perseueranter & immobiliter agit. Primum quod requiritur est ꝙ actus eliciatur conformiter ad scientiam: id est ad prudentiam: id est ꝙ actus sit conformis dictamini prudentiali actuali: hoc est ꝙ voluntas ita velit qualiter intellectus dictat eē volendum: vel ita velit facere qualiter intellectus dictat esse faciendū. Capio duos: vnus vult dare elemosynam: vel ire ad ecclesiam nihilominus iudicat actualiter ꝙ danda est elemosina & dat. Secundus dat & non iudicat. Primus bene agit: & actus eius est bonus: quia scienter operatur: alter vero a casu & indeliberate: ideo eius actus non est bonus moraliter. Vnde ad actum bonum nō sufficit primo cōformitas aptitudinalis ad prudentiam. Secundo: nec ad prudentiam habitualem. Tertio: nec ad prudentiam actualem. Non sufficit ergo cōformitas prudentie aptitudinali. Patet: quia illi qui carent vsu rationis vt dementes faciūt opera nata conformari rationi. Nam vadunt ad ecclesiam quod est opus conforme prudentie aptitudinali & aptum natum referri. Similiter possunt dare pauperi elemosinam: & tamen nullus diceret illud opus virtuosum. Preterea dicit Aristoteles ꝙ non dicūtur iusti & temperati/qui operantur iusta & temperata: sed qui faciunt scienter: ergo vt opus sit virtuosum non sufficit conformitas aptitudinalis. Patet/alias ille cui dictaret ratio erronea non esse ieiunandum: & vellet ieiunare illa volitio est apta nata conformari prudētie/quia potest deponere illum errorem: & tamē talis male agit: er

Ad actū bonū tria requisita.

Nota diligenter.

go non ſufficit conformitas aptitudinalis. Et hoc magis mouet Ochā queſtiõe. xiij. tertij ſententiarum. Dicit enim prudẽtiam actualem neceſſario requiri ad actũ virtuoſum/imo ita eſſentialiter ſicut voluntatem cum tam voluntas q̃ prudẽtia actualis ſint cauſa efficiens actus virtuoſi & prudentia actualis eſt prior actu virtuoſo ſaltem natura. hinc dementes & carentes vſu rationis licet habeant operationes non tñ morales. Item qui facit contra conſcientiam erroneã facit opus aptum natum conformari rationi recte & prudentie aptitudinali & tamen male agit. ¶Secũdo non ſufficit conformitas habitualis vt actus ſit bonus: id eſt vt eliciat actum & habeat habitum quo habitualiter cognoſcit illud eſſe faciendum quod vult facere. Patet iſtud: certum eſt ꝙ carens vſu rationis vt demens vel non aduertens poſſet illud facere: & quãuis habeat habitũ prudentialem: tamen nemo diceret ꝙ bene agit moraliter tunc: & tamen facit opus cõforme prudentie habituali: ergo non ſufficit habitualis conformitas. ¶Tertio non ſufficit conformitas actualis prudentie/vt ſortes habet actualem prudentiam ꝙ hoc eſt faciendum/poteſt velle facere/nõ quia ratio dictat illud eſſe faciendum: ſed ex alia cauſa ex qua etiam faceret ſecluſo tali dictamine/puta quia delectabile aut vtile aut placens: ſortes tunc nõ bene agit: quia q̃uis faciat ſcienter & ex electione/ſed nõ propter hoc: ſcilicet quia dictatum a recta ratione/ſed ex alia cauſa/ſequitur ꝙ illa volitio nõ eſt moraliter bona. Aliud argumẽtum apparens/ſortes dat elemoſinam ſolum ex timore: quia minatur ei mortem niſi faciat. Illa volitio qua vult dare ex ſolo timore non eſt bona moraliter/& tamen habet actualem prudentiam: hoc eſt faciendum & vult facere: ergo non ſufficit conformitas actuali prudentie ſed cũ hoc requiritur propter hoc. Reſolutio/anteq̃ actus ſit bonus moraliter oportet ꝙ operans ſciat illud eẽ bonum vel eſſe faciẽdum & faciat ex eo qa cognoſcit non propter aliam cauſam: quia non eſſet virtuoſus. Oportet etiam ꝙ faciat eligens: & propter hoc. Viſum eſt ergo ꝙ tres conditiones requiruntur ad actũ virtutis: quarum prima eſt ꝙ fiat ſcienter. Facẽ ſcienter ẽ facere ſcies

Vnde facere ſcienter eſt elicere actum ex ſcientia. Differunt enim facere ſcienter & facere ſciens: quia ſcienter facere eſt elicere actum ex ſcientia/ita ꝙ illud dictamen practicum actuale cauſat ſpecialialiter & actiue illum actum virtuoſum. & ſic vt patebit oportet ſemper illud dictamen principale eſſe obiectum partiale actus virtuoſi ſaltem intrinſece boni. Secunda cõditio ꝙ agens agat eligens. Tertio ꝙ faciat propter hoc. Electio dupl̃r capitur.

Supponendum vlterius ꝙ electio capitur duplici ter. vno modo proprie & nihil aliud eſt q̃ duorum propoſitorum voluntati per intellectum reſpectu alicuius finis vnius prealtero acceptatio. Vnde intẽtio & electio proprie capiendo diſtinguntur quia intentio eſt actus voluntatis circa finem/ſed electio eſt actus voluntatis circa medium ad finem. & quia aliquando ponuntur duo media ad eundem finem voluntas illorũ duorum mediorum acceptat vnum tanquã cõuenientius ad finem & relinquit alterum. Ille actus per quem acceptat vocatur electõ circa illud medium. Intentio ergo eſt actus reſpectu finis. Electio reſpectu medij. Secũ Electio large acceptã ſ̃d.

do modo capitur electio large vt in propoſito: & nihil aliud eſt q̃ libera actus elicitio certum eſt ꝙ non omnis actus virtuoſus eſt circa medium/ſed eſt aliquis circa finem: ergo eſt aliquis qui non eſt electio proprie capiendo electionem qui eſt virtuoſus. & per cõſequens ad actũ virtutis nõ regritur ꝙ ſit electio proprie capiẽdo electionem: ſed capitur pro libera actus elicitione. ¶Ex hoc manifeſte patet ꝙ omnis primaria bonitas eſt in actu libero voluntatis. Tertia conditio eſt hec/ꝙ agat imobiliter & perſeuerãter. Vnde agere immobiliter non eſt nunq̃ dimoueri ab actu: quia tũc omnis actus virtutis eſſet perpetuus: ſed eſt pſeuerare q̃diu recta ratio dictat eẽ pſeuerãdũ in actu/vt ſi aliqs aggrederet inimicos & recta rõ dictat Quid ẽ agere imobiliter.

Añ q̃ aliqs actus ſit moraliter bon? ops ꝙ ſit electione z ꝓpter hoc.

eſſe continuandum per horam ſi ſolum aggrediatur per dimidiam horã non agit per ſeueranter & immobiliter: quia non agit q̃diu recta ratio dictat eſſe agendum.

Arguit primo ꝓ predicta

¶Circa has conditiones ſunt alique difficultates quarum prima eſt/quia dictum eſt ꝙ actus ſit ex prudentia. Arguitur contra hoc dupliciter. Primo ad actũ virtutis ſufficit ꝙ fiat ex opinione: ergo non oportet ꝙ ex ſcientia. Conſequentia patet: opinio non eſt ſcientia: quia importat formidinẽ/patet antecedẽs. Nam inter doctores eſt cõtrouerſia de eadem materia. vnus dicit ꝙ ẽ bona: alter vero ꝙ nõ. Similiter vnus dicit ꝙ talis actus eſt vſurarius: alter vero dicit oppoſitum. & ille qui opinatur aliquã materiam eſſe bonam. certũ eſt ꝙ licite agit circa illam materiam/& apparet ꝙ agat virtuoſe & meritorie quãuis non habeat certitudinẽ: ergo ad actũ moraliter bonũ ſufficit opinio: & non requiritur ſcientia.

Arguit ſecundo.

¶Arguitur ſic/ad actũ bonũ ſufficit ignorantia inuincibilis: ita ꝙ credens inuincibiliter aliquid faciendum/bene agit moraliter/ſed in tali eſt error oppoſitus ſcientie/ergo ad bene agendum moraliter non requiritur ꝙ agat ſcienter. Exemplum. ſit ſortes qui credit bertam eſſe ſuam vxorem. Dictat ꝙ huic petenti reddendum eſt debitum. Aapparet ꝙ velle reddere ſit actus bonus: & actus iuſticie: & talis actus non fit niſi ignoranter. ergo &c. ¶Quantum ad primum de illo cui dictat ratio recta ꝙ per horam eſt aggrediẽdum ſi ceſſet in media parte hore ab illo actu pro alia parte hore eſt virtuoſus & tamẽ falſum eſt dicere ꝙ ſit factus immobiliter & perſeueranter/quod ille actus ſit virtuoſus pro prima media parte hore in qua continuatur patet: quia alias eſſet in mea poteſtate facere ꝙ actus qui fuit virtuoſus non eſſet virtuoſus: qa eſt in mea poteſtate non cotinuare pro illa ſecũda medietate hore: & ad preteritum eſſet potẽtia de potentia naturali quod eſt falſum: ergo non requiritur vltima conditio ꝙ actus ſit immobilis & perſeuerans. ¶Quantum ad ſecundam conditionem eſt difficultas/ꝙ operans ſit eligens & actus ſit ex electione vt electio tantum valet ſicut libera elicitio actus. Sit aliquis actus libere elicitus liberate contradictionis & non complacentie: ergo quando ad volitionem finis efficaciter neceſſario ſequitur volitio medij ad illum finem: ſequitur ꝙ illa volitio medij non eſt bona niſi extrinſece. Patet: non eſt libera elicitio illius actus. ¶Quantum ad

Bona tñ

Quo cã piat ſcia cũ dicit ꝙ act⁹ ſit elicit⁹ ſcienter.

iſtam conditionem ꝙ actus ſit elicitus ſcienter. ergo ſi elicitur ex opinione apparet ꝙ non ſit bonus. Dico ꝙ ſcientia in propoſito non capitur proprie: vt importet neceſſitatem: ita ꝙ tunc non debeat vocari ſcientia niſi ſit neceſſarium: quia tunc nunq̃ bene ageretur circa contingentia. Nam iſta non eſt neceſſaria: huic reddẽdum eſt debitum. neq̃ iſta & ſimiles/huic danda eſt elemoſina. Contingenter enim eſt pauper: ergo circa illa contingentia nunq̃ bene agere tur moraliter/ſi requireretur ſcientia vt importat neceſſitatem. ¶Dico ſecundo. Nõ capitur ſcientia ſtricte vt importat euidentiam & neceſſitatem ſimul. Patet: certum ẽ ꝙ ſunt multa dictamina quibus conformiter agendo meremur que ſolum ſunt de fide & non euidentia: ergo hic non capitur ſcientia vt importat euidentiam. & patet antecedẽs: certum eſt ꝙ nullus diceret qui amor dei ſuper omnia ſit bonus & meritorius: & tamen multi dicunt ꝙ hoc non eſt euidens. Diligendus eſt deus ſup oĩa. imo ſolum creditum. ergo ſequitur ꝙ non regritur conformitas ad iudicium euidens/& ꝙ actus fiat ſcienter: id eſt euidenter. Secundo: certum eſt omnibus ꝙ illud iudicium eſt euidens appetenda eſt beatitudo in genere: tamen iſta non eſt euidens appetenda eſt hec beatitudo que conſiſtit in clara dei viſione: quia eſt ſolum creditum de fide ꝙ conferatur/& tamen nullus dicit quin talis appetitus beatitudinis in particulari ſit bonus: ergo vt actus dicatur bonus non requirit̃ conformitas ad ſcientiam vt importat euidentiam.

An requirat certitudo ad actū bonum.

¶Difficultas est. Vtrum requiratur cōformitas ad scientiā: vt adminus importat certitudinem: quia aliquando capitur scientia pro omni sensu certo. Quantū ad hoc michi probabilius videtur ꝙ non requiritur conformitas ad scientiam vt importat certitudinem: sed sufficit conformitas ad opinionem/ vt quando quis assentit/ hoc ē bonum ḡuis formidet. Dico ꝙ talis actus conformiter illi assensui factus est bonus/ nō requiritur ergo certitudo sed sufficit opinio. Et sic debet glosari: oportet ꝙ operans faciat sciens: id est iudicans: & ex tali iudicio &c. Ideo capitur scientia in proposito pro omni iudicio vero: siue euidenti: siue ineuidenti: siue certo: siue formidoloso.

Argumētū bonū.

¶Contra. Qui agit contra ꝓscientiam certū est ꝙ peccat. Ita etiam qui agit contra dubiū peccat: sed sic est ꝙ agens conformiter ad opinionem agit contra dubium. Patet: ille formidat de opposito vtrum sit malum: ergo dubitat: quia vt apparet omnis formido ē dubium: vt iudico hoc esse bonum formido: vtrum sit malum. & tamen ago illud: ergo ago contra formidinem de opposito & per consequens contra dubium: & sic videt ꝙ male ago sicut agēdo ꝓtra ꝓscientiā.

Agere ꝛ dubium peccū est.

¶Dicunt omnes doctores ꝙ agere contra dubium peccatum est/ sicut agere cōtra cōscientiam/ sed non est tantum peccatum/ & nego ꝙ agens conformiter ad opinionem agat cōtra dubium. Contra/ bene sequitur opinatur hoc esse faciendū. ergo formidat: quia assēsus opinatiuus dicitur cum formidine de oppolito. concedo ꝙ opinatur: ergo formidat. verum est/ & vltra formidat: ergo dubitat. nego consequentiam.

Dubitat capit dupliciter.

¶Vnde dico ꝙ duplex est modus dubitandi. primus est dubitare. & tātum valet sicut opinari: id est assentire cum formidine: qui enim assentit hoc esse faciendum non assentit hoc non esse faciendum. Implicat enim habere sensum opinatiuum duorum contradictoriorum: ergo non dubitat hoc nō est faciendum quāuis formidet. Alius modus dubitandi est/ quando est aduertentia circa aliquam propositionem/ nec ei assentitur nec dissentitur/ vt considero an astra sint paria: nec assentio: nec dissētio: nec certe formido: sed est carentia vtriusq; scilicet tam assensus q̄ dissensus cum tali consideratiōe vocatur dubium. Vnde implicat assentire vni contradictoriorum: quin dissentiam alteri si aduertam/ immo Gregorius dicit ꝙ omnis assensus alicuius contradictorij est dissensus/ alterius/ & apud omnes cum assēsu vnius cum aduertentia alterius sequitur dissensus nego ergo ꝙ dubitem.

Martini opinio.

¶Quantum ad secūdum de illo qui agit cum ignorantia inuincibili. De illo qui credit hanc esse suam reddendo petenti debitum bene moraliter agit: immo meretur. Quantū ad hoc duplex est modus dicendi. Primus est quem tenet Martinus ꝙ nunq̄ actus volūtatis conformis ignorantie quantūcunq; inuincibili est actus moraliter bonus/ imo dicit ꝙ est moraliter malus quāuis non sit imputabilis ad penam: ita ꝙ ignorantia non excusat a malicia morali: sed tātum ab imputabilitate. Vnde qui reddit debitum illi quam credit esse suā habet tres assensus. Primus est/ reddendum est debitum vxori petenti. Et ille est assensus verus. Secundus est speculatiuus videlicet iste/ ista est vxor/ certum est ꝙ ille est falsus. Tertium dictamen siue assēsus est qui sequitur ex duobus primis/ reddendum est isti/ qui sequitur ex istis reddendum est vxori/ ita est vxor. Dicit Martinus assensus conformis primo est bonus quia dictamen quod est vniuersale est verum: & sic illa volitio est bona: & meritoria. De secundo assensu speculatiuo nō habet volitionem conformem vel difformem illi. De tertio volitio conformis illi non est bona/ puta volo reddere isti/ & apparentia tota sumitur: quia nō est supra debitam materiam quāuis materia sit estimata debita & ad actum bonum precipua circunstantia est obiecti. Nam dicit sanctus Thomas Due circunstantie sunt precipue: scilicet finis & obiecti: & ab eis regulariter sumitur omnis bonitas & malitia cum: ergo obiectum non sit in rei veritate conueniens/ apparentia est ꝙ volitio non sit in rei veritate bona. Dicit ergo ꝙ actus cōformis illi dictamini erroneo non ē bonus sed malus moraliter/ quia cadit super materiā indisconuenientem/ & non est malus imputabiliter: & hoc posset satis deffensari. Sed videtur mihi ꝙ talis actus sit bonus moraliter. patet. volitio qua volo reddere huic sequitur necessario ex duabus causis i quibus nulla est malitia moralis: ergo i illo effectu puta in isto volo reddere huic nulla est malicia moralis. patet. quandocunq; est aliqs effectus hominis qui necessario necessitate naturali sequitur ad priorē: si in effectu priori nulla sit malicia moralis nec etiam in sequenti. quia tunc per actus nō malos aliqs necessitaretur ad male agendum/ quod nemo ꝓcederet: sed in volitione qua volo reddere debitum vxori petenti nulla est malicia moralis: nec in isto iudicio/ ista est vxor petens: quis sit malicia intellectualis: quia ē error: & illa volitio qua volo reddere huic necessario necessitate naturali sequitur ex illis duobus. certum est ꝙ in illa volitōe nō est malicia moralis. dico ergo ꝙ est bonitas in illa/ patet sic ratione durandi in secundo istud iudicium est inuincibile. huic petenti reddēdum est debitum: ergo saltem potest esse taliter inuincibile: quod nō potest auferri: sit ita: tūc sic arguitur. Non potest auferri: ergo tenetur sortes reddere. Patet consequentia. sortes tenet vitare quodlibet peccatum: sed non reddere est peccatum. Patet est contrauenire tali iudicio & scientie: igitur. Tunc arguitur sic: sortes tenetur vitare illud peccatum quod est nō reddere: & nō potest vitare nisi reddendo. quia nō potest vitari priuatio nisi ponēdo habitum: ergo tenetur reddere: ergo illud dictamen reddēdum est huic: est verum.

Ignorātia nō excusat a malicia morali.

Aduerte diligēter

¶Hinc dicit Durandus ꝙ nullū dictamen inuincibile pure practicum est erroneum: imo quodlibet est verum. Si ergo non potest vinci: ergo faciēdū est quod dictat esse faciendū. Si faciēdum ē: ergo est ita in re: quomodo ergo vocat erroneum inuincibile. Dico ꝙ non est illud quod est erroneū inuincibile: sed istud/ hec est vxor mea: & nisi tale iudicium esset i vincibile: hec est vxor mea: istud esset erroneū: huic reddēdum est debitum: cum ergo hoc iudicium speculatiuū/ hec est vxor mea/ est inuincibile: istud practicum est verum huic reddendum est.

doctoris opinio.

¶Pariformiter dicā de paupere: huic danda est elemosyna: quando est inuincibile illud practicum est verum/ huic dandum est.

Tertia opinio.

¶Dices/ volo ꝙ talis non habeat aliquod iudicium preter hoc reddendum est huic vxori mee petenti debitum: illud est falsum: quia bene sequitur. Reddendum est huic vxori: ergo hec est vxor. Dico ꝙ est falsum speculatiuum: & includit duo virtualiter. Primum/ reddendum est huic. Secundum est hec est vxor: primū pure practicum: secūdum pure speculatiuum: rōne primi non prouenit falsitas in illo iudicio: nō est ergo falsum/ sed verū practicum: ita est enim in re sicut significatur p tale practicū: sed illud quod significatur speculatiue: puta/ hec est vxor: est falsum. & vt actus sit bonus sufficit ꝙ sit cōformis iudicio practico/ siue speculatiuum sit verū/ siue non. & voco practicum verum: quādo ita est in re sicut per illud significatur.

¶Alij/ vt ochā & de Gersono dicunt aliter ꝙ actus est conformis iudicio vero scilicet isti/ reddendū est debitum illi/ quam credo inuincibiliter esse meam. Et Ocham dicit ꝙ sufficit conformitas ad iudicium vniuersale: & non requiritur ad particulare. sed Durandus probabilius dicit.

¶Quantum ad aliud de immobiliter: vt continuo actum per dimidiā horam: & iudico quod non est continuandum p vnam integram horam: ille actus est bonus in dimidia hora/ & hoc certū ē/ quia in/ illa dimidia hora est cōformis rectē rationi/ ergo est bonus: & ꝙ continuetur p secūdam dimidiam horam nō facit ꝙ fuerit bonus in prima dimidietate hore: quia bonitas prime medietatis hore nō dependet ex futuro: ergo falsum est ꝙ requiratur ꝙ immobiliter & pseueranter agat.

¶Dico

doc. dicunt ad actum virtutis requiritur q̄ immobiliter/& perseueranter agatur: hoc intelligitur ad actum virtutis:& sic ad vitā dum peccatū & maliciam oportet q̄ fiat immobiliter & perseueranter:quia si omitteretur anteq̄ ratio dictaret esse omittendum peccaret:& non euitaret culpa. Propterea dico quando dicunt doctores conformiter ad Aristotelem q̄ immobiliter verū est vt vitetur omnis culpa circa talem materiam: sed vt vitetur mediate non requiritur talis perseuerantia:quia vito culpam pro prima dimidietate:sed non vito pro secūda medietate. ¶Quantum ad aliud de elicitione sequitur q̄ si requireretur libera elicitō:q̄ in illo actu qui sequitur ex alijs potentijs sit bonitas saltem distincta a bonitate aliorum:con
Ocham. cedo. Dicit tñ Ocham expresse volo seruare castitatem:& dicto non posse nisi subeūdo mortem:in illa volitione qua volo subire mortem non est bonitas distincta a vo
Martin⁹ litiōe qua volo seruare virginitatem. Ideo Martinus dicit q̄ ista volitio subeūdi mortem/non est actus fortitudinis/sed temperātie:& dicit q̄ in quolibet genere virtutis
De actib⁹ intrinsece bonis. est actus martyrij. ¶Consequenter pro distinctione virtutis notādum est q̄ quidam est actus virtutis intrinsece bonus:& non ē ille/qui ē necessario virtuosus:quia nullus actus virtuosus necessario est:ergo capiendo intrinsece, i. necessario nullus est intrin
hoc tenet Ocham. sece virtuosus. ¶Itē secundū quosdam nō dicitur intrinsece virtuosus:quia nō potest esse quin sit virtuosus:quia potest esse a solo deo voluntate non concurrēte:ergo po
Quando dicit actus intrinsece bonus. test nō esse virtuosus. Dicitur ergo intrinsece bonus propter duas causas. Prima:quia non pōt eē vitiosus:secūda/quia nō potest esse a voluntate libera:quin sit virtuosus. Propter has causas dicitur intrisece virtuosus:sequitur q̄ est dabilis actus/quem volūtas non pōt libere elicere quin agat virtuose:ratio est. Capio actū virtutis/sit. a. Quero vel iste est virtuosus intrinsece vel extrinsece. si intrinsece/habeo propositū. si extrinsece:ergo est virtuosus ab alio actu/iam capio illum alium actū:& sit. b. vel. b. ē actus virtuosus intrinsece vel extrinsece. Si intrinsece/ergo propositum. si extrisece/ergo ab alio actu:ergo erit processus i infinitum in actibus virtuosis vel tādem deueniemus ad vnum intrinsece bonū:& istud est motiuū Ocham:sed non videtur multum apparēs: neq̄ forte/ideo dicit q̄ datur actus qui non potest elici quin sit bonus:& ē actus qui habet omnes circunstantias:scilicet finē/prudentiā & omnes alias pro obiecto. apparentia est:quia si habet oīs circunstantias pro obiecto:ergo nunq̄ pōt sibi deficere aliqua circūstantia:quia si deficiat deficit obm:ergo deficit actus. Nā vt dicit Dionysius Bonum ē ex integra causa conformiter ad Aristo. in secundo:q̄cūq̄ cōcurrunt oīs circunstantie:tunc est bonitas:& ille actus (dicit) non potest a voluntate elici quin sit bonus:quia nunq̄ elicitur quin sit prudentia: quin eliciatur etiam propter debitum finē: quia habet hoc p̄ obiecto:quia non potest esse idem actus/quin habeat idem obm̄ semper. sed secundū aliquos videtur Ochā deficere. Dicit em̄. S. Thomas. habet oīs circunstantias q̄ requiruntur:sed vna illarum pōt effici mala:quo facto adhuc actus hns oīs illas circunstātias maneret idem:vt sit sortes volēs dare elemosynam platoni propter deū actus ferturin dationem elemosyne propter deum:& quia dictatum est a ratione verū est:si actus exterior esset necessario materia cōueniens:iste actus esset intrinsece bonus. Sed difficultas est vtrum sit necessario materia conueniens. apparet q̄ nō: quia deus pōt phibere ne det:& sortes adhuc credet esse dādum. illud iudicium quo iudicaret danda est elemosyna Platoni est vincibile:& tunc est idem actus q̄uis credat rationem esse rectam. Licet etiam in rei veritate hoc non sit bonum:& credat q̄ sit bonum:& vult sub illa rōne quia bonū/quia semp voluntas fertur in obiectum secundū rationem q̄ p̄tatur per intellectū:q̄uis illa ratio non sit recta:vult ei dare ppter deum: quia dictatum a rōne:& ille actus est phibi
Capitu⁹ Ocham.

tus:ergo videtur q̄ actus non sit intrinsece bonus:sicut capit Ocham. q̄ ita videt mihi
Videt doctor ad Ocham. q̄ ille actus non est intrinsece bonus:& ad motiuū eius negatur cōsequentia:quia efficitur malus propter prohibitionē:quia materia est phibita. nō efficitur malus propter circunstātiam:sed efficitur malus rōne obiecti. Patet ergo q̄ actus intrinsece bonus est ille qui nō potest elici a volūtate libere quin sit bonus. & secūdum Ochā est actus habēs oēs circūstantias pro obiecto: & nō potest elici a voluntate quin sit bene circūstātiōatus. Sed actus dicitur nō intrinsece bonus qui pōt elici a volūtate:& nō erit bonus. & talis actus secundū Ochā nō dicitur bonus nisi propter p̄ntiam alterius actus q̄
q̄ nullus act⁹ intrisece sit bon⁹ nisi voluntatis. est intrinsece bonus:& sicut est bonus propter assistētiam alterius ita efficitur malus/ propter assistentiam alterius mali. ¶Queritur cōsequēter supposito q̄ sit actus intrinsece bonus cuius potentie erit: vel intellectus:vel voluntatis vel sensus vel potentie executiue. i. exterioris. ¶Respondet. Nullus est intrinsece bonus preter actum voluntatis. Patet primo de actu exteriore potentie executiue:vt de datiōe elemosyne:actus ille qui imperatur a bona voluntate potest imperari a mala voluntate. non enim ē alia datio elemosyne propter hoc q̄ volo illā propter deū:vel propter hoc q̄ volo illam pp vanā gloriā:ergo nullus ē actus exterior intrinsece bonus. De actu potētie sensitiue puta de illo/p quem sensus cōformatur rōni. Patet sic:actus ille nō habet nec habere pōt deū pro obiecto:similiter nec rationem. patet:deus nec ratio possunt cognosci a sensu:ergo actus potētie sensitiue non pōt ferri in deum/aut rectam rationē tanq̄ in obiectū:cū ergo sensus nō possit cognoscere deū/nec rationem. ergo nec appetitus sensitiuus pōt ferri in illa:& p̄ cōsequens ille actus poterit impari/āt cōtinuari ab actu voluntatis q̄ habebit aliud obiectū a deo: sicut ē eadē opatio exterior q̄ impatur propter deū & vanā gloriā:ita pōt esse eadem fuga voluptatis in sensu impata ppter deū/ & impata propter vanā gloriā:ergo actus potentie sensitiue nō est intrinsece bonus.
Adducit ¶Similiter nullus est actus intellectus intrinsece bonus. Patet q̄cūq̄ cognitio detur q̄ impatur a volitione bona:eadem pōt impari a mala volitione:ergo q̄cūq̄ cognitio detur pōt esse mala:& sic patet breuiter q̄ nullus ē actus intrinsece bonus preter actū voluntatis. ¶Dices ergo eodem argumento poteris probare:q̄ nullus est actus volū
Argumē tum. tatis intrinsece bonus. Patet. sicut actus qui cūq̄ intellectus/sensus/& potētie exterioris pōt impari a mala volitione/& per malam volitionem imperantem nō variatur actus in esse nature:licet in esse moris:eodem modo quicunq̄ actus voluntatis pōt impari a mala volitione:sit ergo sortes q̄ diligit deū sup oīa:quia dictatum p rationē:sortes pōt velle cōtinuare illum amorem propter vanam gloriā:quo facto impat illum actum a volitione mala:quia voluntas nō solū pōt impare actus aliarum potentiarū:sed etiam actus proprios & directos per aliū actū. s. reflexum:ergo nullus est actus volūtatis intrisece bonus:quin possit effici malus p actū impantē:& hoc argumentū est tritū in schola. ¶Dico q̄ implicat q̄ velim amare deum propter vanam gloriā:& q̄ amē eum super omnia/quicquid dicatur regulariter hoc videtur mihi dicēdū. ratio sit Sortes qui amet deum sup omnia:& vult eū amare propter vanam gloriā. Tunc bene sequitur: vult eū amare propter vanam gloriā:ergo illa volitio p̄cedit a vana gloria:sicut volitio medij a volitione finis:& vltra/procedit a vana gloria:ergo amor dei procedit ab appetitu vane glorie:ergo tunc amat deum propter vanā gloriam. Et vltra:ergo nō amat deū sup omnia. & sic implicat amare aliqd obiectū super omnia:& q̄ ametur propter aliud:immo magis amatur aliud:quia propter vnūquodq̄ tale:& illud magis. Nam si imperet amorem dei propter vanam gloriam:non est amor dei super omnia:immo infra aliud. Et sic videtur mihi q̄ nullus p̄t impare amorē dei sup omnia volitione qua
Non stat q̄ ametur deus sup oia z propter vanā gloriam.

impatpptер vanam gloriã:& sic ergo non pōt esse malus impatiue/nec elicitiue: & sic simpliciter non pōt esse malus. ¶Si queratur/dicis ꝙ actus intrinseci omnes circūstãtie debent esse obiecta partialia:quare ergo dicũtur circūstãtie actus cum sint obiecta: Dico ꝙ dicuntur circunstantie actus exterioris & nō interioris:qa sunt obiecta actus interioris. sortes dat elemosynam pauperi propter deum:quia dictatum a recta ratõe. Dico ꝙ deus est circunstantia finalis actus exterioris & non interioris:prudentia similiter est circunstantia illius dationis:sed nō volitionis. illa datio non habet deum pro obiecto:sed pro fine:& volitio interior solū habet illa pro obiecto:& sic dicuntur circunstantie actus exterioris/& non interioris. Secundo/dico ꝙ obiectum dicitur bene circunstantia:immo obiectum est vna circūstantia actus interioris obiecti/in quod fertur illa volitio:& sic non inconuenit ꝙ dicatur circunstantia & obiectum partiale.

bona difficultas.

¶Circa hoc sunt alique difficultates: Dicis ꝙ ad actū intrisece bonum requiritur ꝙ habeat omnes circunstantias pro obiecto: ergo habet ipsam prudentiã pro obiecto: ergo illum actum voluntatis precedit necessario illa noticia/qua reflectit se supra prudẽtiam/cum voluntas non fertur in incognitū:ergo p̄cedit natura saltē:noticia qua intellectus presentat voluntati:sed hoc videtur inconueniens ꝙ nullus possit bñ moraliter agere nisi se reflectat supra tale dictamẽ Certum est ꝙ simplices/nec regulariter docti reflectunt se:solum cōsyderãt hoc ẽ agẽdū:ergo sequitur ꝙ non requiritur ad actū virtutis ꝙ ille actus feratur in prudentiã tãq̃ in obiectū. ¶Breuiter quicquid dicatur est aliquis actus intrinsece bonus:& hoc tenet Scotus. q. j. de matrimonio ꝙ dilectio dei super omnia est actus intrinsece bonus: quia hoc dictamen est necessarium:deus est diligendus sup omnia:& deus non posset prohibere suam dilectionem. Dico cū Sco. sit ita ꝙ deus non posset prohibere suã dilectionẽ:ille actus quo diligo deū sup omnia

doctor cũ Scoto.

est intrinsece bonus. Secundo dico ad actū bonū non requiritur ꝙ iste habeat prudentiã pro obiecto: vel ꝙ aliquis actus sibi coexñs habeat prudẽtiam pro obiecto. Patet ista propositio sortes cognoscit indigẽtiã Platonis dictat ꝙ subueniendum est Platoni propter deū:nichil aliud dictat ita ꝙ nō reflectit se ad suū dictamen consyderãdo an sit verum: vel non:& vult subuenire. Mirum est dicere ꝙ talis actus nō sit bonus volo subuenire Platoni propter deum:ita ꝙ deliberate subuenio:qñ habeo illd dictamẽ actuale ille actus nō habet prudentiam pro obiecto:nec habet aliquẽ actū sibi coexñtẽ: qui habeat prudẽtiam pro obiecto. Patet: sortes non cognoscit prudentiam per actū voluntatis:immo est bonus propria bonitate. Dico secundo vt actus sit bonus nō requiritur de necessitate ꝙ habeat prudẽtiam pro obiecto vel actum sibi coexñtẽ qui habeat prudentiã pro obiecto sicut videtur p̄tendere Ochã. Ratio mea ẽ:facio actū propter hoc perseueranter & immobiliter:& ille actus non habet prudentiam:&c. ¶Tertio dico/stat bñ ꝙ sit aliqs actus qui habeat prudẽtiam pro obiecto. ¶Certum est ꝙ eadem noticia potest esse noticia sui saltẽ confusa:immo multi dicũt ꝙ distincta complexa: vt patet in insolubilibus:sed nō incomplexa. nam possum/ dictare dãda est elemosyna Platoni propter deum quia dictatum per rectam rationem: illa propositio est vera:ergo possum ei assẽtire:& possum habere vnum dictamẽ qd̄ ferat in hoc totū:tūc illud iudiciū est noticia sui confusa:quia repñtat oẽm rõnẽ:ergo representat illud met & eliciens actum cōformẽ illi iudicio: talis actus siue volitio habet illud dictamen pro obiecto partiali:qa habet pro obiecto partiali omne illud quod obiectum partiale dictat:ergo stat ꝙ talis volitio sit bona q̃ habet dictamen prudentiale pro partiali obiecto:q̃is hoc non requiratur. ¶Dico ergo ꝙ ad talem volitionem non requiritur noticia distincta a prudentia p̄ quã intellectus reflectat se supra prudentiam:& est argumẽ

ꝙ ad actū bonus nō requiratur alia noticia a dictamine.

Aduerte ad hoc diligenter.

tum schole ꝙ requiratur alia noticia. Dico ꝙ per ipsammet prudẽtiam reflectit se intellectus supra se:quia vna noticia pōt esse distincta suimet complexa & confusa incōplexa: ergo stat ꝙ aliquis actus habeat prudentiam pro obiecto. Sed habendo solum hoc dictamẽ Danda est elemosyna pauperi propter deum:ille actus nō habet prudentiam pro obiecto. Sed istud danda est ꝓpter deū quia dictatum a recta ratione habet prudentiam pro obiecto non per aliam noticiam. ¶Habemus ergo ad actum moraliter bonum non requiritur ꝙ habeat prudẽtiam vel actum sibi coexñtem qui habeat prudẽtiam pro obiecto. Ratio mea est. Sequitur ꝙ nullus posset bene frui deo p actū bonū quin simul vteret aliquo creato/ nemo hoc dicit. Bene dicũt ꝙ non posset esse vsus meritorius sine fruitiõe:sed potest esse fruitio sine vsu. Patet sequela. Sortes non pōt habere actum virtutis qui habeat actum quo feratur in prudentiam secũdum illã opinionem/vel actus ille ẽ vsus vel fruitio. si vsus: ergo propositū. si sit fruitio prudentie:ergo nō est actus bonus/sed malus:quia fruitio creature. & sic oportet illos fateri ꝙ nulla ẽ fruitio bona qui simul sit vsus:aut quin illa fruitio sit vsus:sed hoc videtur absurdū quia multi merentur circa deum que nō cogitant de creatura. Ad actum ergo virtuosum non requiritur ꝙ habeat prudentiam pro obiecto:sed sufficit ꝙ prudentia sit causa partialis & assistens. & non sequitur prudentia est causa partialis illius volitionis: ergo est obiectum partiale. nam noticia est causa partialis volitionis:& tamen non est obiectum partiale. ¶Dico insuper nō quilibet talis qui habet oēs circunstantias pro obiecto est intrinsece bonus:sicut capit quidam pro actu qui nō potest esse malus: vel qui non p̄t elici a voluntate quin sit bonus Patet sic. Est aliquod obiectum cōueniens rationi recte & p̄tingenter conueniens:ita ꝙ potest esse disconueniens: vt ista mulier est cōueniens forti ad vsum carnalem secundum rationem:quia est sua:pōt tñ dissolui matrimonium vt patet:nam capio sarracenum vxoratum per matrimonium cōsummatum sua vxor est ei conueniens secundū rectam rationem:potest tñ illud matrimonium dissolui p conuersionem alterius partis ad fidem:tunc arguitur sic. Sortes infidelis dictat/ista est a me cognoscenda & propter deum:& quia dictatum a recta ratione: & habet volitionem cōformẽ. Notum est ꝙ illud dictamen habet oēs circunstantias pro obiecto:& illa volitio habet oēs circūstantias pro obiecto:& tñ efficitur non sua quia conuertitur altera pars ad fidem: q̃is ignoret sortes credẽs vincibiliter adhuc eē suam. in sorte ramanet idem iudiciū quod prius scilicet cognoscenda est hec a me propter deum:& quia dictatum p rectã rationẽ Credit semper eē dictatum per rectam rationem sed vincibiliter:prius erat verū: nunc erroneum:immo apparet dicendum sic: vltimata prudentia est circa contingentia:ergo idẽ actus qui est prudẽtia erit erroneus: & est idem iudicium:ergo est idem actus cōformis:& secundum easdem rationes:sed ille actus iam efficitur malus:quia illa nō est amplius sua:& credit ꝙ sit sua:sed vincibiliter:ergo actus quo vult eam cognoscere iã est malus post q̃ ẽ vincibilis:& p̄ consequẽs aliquis actus qui habet oēs circunstantias pro obiecto pōt effici malus: quia vna circunstantia potest esse mala:ideo ille actus erit malus. ¶Videtur ergo mihi probabilius ꝙ aliquis actus qui habet omnes circunstãtias pro obiecto nō est intrinsece bonus Et videtur mihi ꝙ nullus est actus intrinsece bonus nisi dilectio dei super oia. & propter hoc:quia deus non posset prohibere suã dilectionem. ¶De castro tñ dicit ꝙ nullus est actus intrinsece bonus:quia nullus est actus quin possit continuari cōtra dictamen erroneum:ergo sequitur ꝙ nullus est actus intrinsece bonus:& illa opinio est multum probabilis:sed potest defensari ꝙ solum dilectio dei sup omnia est actus intrinsece bonus tenendo ꝙ deus non potest prohibere suã dilectionẽ. Dicit tñ de Castro ꝙ nullus

ꝙ actꝰ habens oēs circunstãtias p obiecto sit intrisece bonus cõtra Gabrielẽ.

Solus actus dilectiõis dei sup oia ẽ intrisece bonus: vide quare.

de Castro

Duplicia sunt obiecta mina q̃dã necessaria q̃dã cõtingentia.

est intrinsece bonus propter prohibitionẽ supuenientem. ¶Hic est difficultas de actu conformi dictamini necessario: nam apud eum sunt aliqua dictamina prudentialia necessaria, Aliqua vero contingentia: vt danda est elemosina pauperi propter deum: illud est contingens: quia deus potest prohibere ne detur elemosina pauperi ppter deũ imo precipere ꝙ occidatur pauper: ergo ꝑt prohibere ꝙ sortes nõ det ei elemosynam. Aliqua vero sunt necessaria: scilicet negatiua: vt istud/non est dei precepto contrauẽiendum: illud ẽ necessarium: quia illud est impossibile: est precepto dei contrauenien dum. Similiter apud eum istud est necessarium: non est occidendus innocens auctoritate propria: quia illud est impossibile/Innocens est occidẽdus auctoritate propria: tunc hoc est necessarium: non est dei precepto contraueniẽdum: ergo nolitio illa est necessario bona. Patet. Bene sequitur: ẽ dictamini vero conformis: ergo est bona. Similiter bene sequitur Est cõformis dictamini necessario: ergo est conformis dictamini vero: saltem illa que non potest esse sine tali dictamine vero: puta nolo contrauenire precepto dei: quia ratio dictat: non potest esse quin illud dictamen sit & illud nõ põt esse quin illud sit verum: ergo non põt esse nolitio quin sit conformis dictamini vero: ergo non põt esse quin sit bona Consequẽtia tenet: quia est cõformis vero dictamini: ergo bona ¶Quantum ad hoc illa nolitio que est conformis dictamini necessario ẽ necessaria: nego. ¶Vñ pro isto suppono ꝙ cõtingit dupliciter intelligi ꝙ aliquis se cõformet alicui dictamini. Primo ꝙ se conformet dictamini imediate & proprie: & isto modo se conformare nihil aliud est/q̃ facere ita esse sicut per dictamen dictatur esse faciendum: vel facere non ita esse sicut p dictamen dictatur non esse faciẽdum: vt dictatur ꝙ danda est elemosyna: se conformare illi est facere ꝙ elemosyna detur. Istud dictamẽ non est deus odiendus: se cõformare illi nõ est amare deum: sed est non odire. iam dico

Duplicit er intelligit̃ qualiꝫ cõformet se alicui dictamini.

ꝙ omissio illius actus nunq̃ potest esse mala: quia si non potest precipi odium dei: nõ potest omissio esse mala: sicut de necessitate prohibetur actus. Aliomodo actus ꝑt esse cõformis dictamini: qa agens nult vel vult quod dictatur non esse faciẽdũ. Exemplũ. Sortes dictat non esse contraueniendũ precepto dei primomodo nõ cõtraueniẽdo. i. nullum actum eliciẽdo contra preceptum se conformat. Secundo/se conformat: quia nult taliter facere qualiter dictat ratio non esse faciendum. Dico vltra ꝙ ille actus conformis secundomodo nõ est necessario bonus: quia potest esse difformis alicui alteri iudicio recto. Iste due simul stant in veritate/nõ est cõtraueniendum precepto dei & non est eliciendum istud nole: potest enim deus prohibere ꝙ non eliciatur illud nolle. hoc presuppositio illud nolle est aliquo modo conforme dictamini. probatur hoc non sufficit ad bonitatem actus: quia requiritur conformitas ad dictamen verum: & ꝙ non sit difformis alteri dictamini vero: sed nõ obstãte ꝓformitate actusquo nolo contrauenire precepto: stat difformitas cũ alio dictamine: puta non est nolendum: & sic ille actus est contingenter bonus/quia est cõtingenter non difformis alicui alteri dictamini rationis/valde facile defensari potest vtraq; opinio ꝙ est dabilis aliquis actus intrinsece bonus: & quod nullus ẽ actus intrinsece bonus. ¶Sed queritur consequenter. vtrum sit dabilis actus indifferens Ocham in tertio: similiter in prima distinctione primi: & omnes doctores preter Thomam & Gregorium dicunt ꝙ est dabilis actus indifferens: id est: nec bonus: nec malus. Ratio. primo ẽ dabilis actus liber elicitus libere ex sola simplici apprehẽsione terminorũ sine dictamine in materia que nõ est mala/tunc ille actus nõ est malus nec bonus: ergo est indifferens. Item q̃is sortes teneatur referre omnes actus suos in deum: tamen illud ẽ preceptum affirmatiuũ/ideo nõ tenetur p quolibet tempore. sit ita ꝙ sortes pro. a. tẽpore nõ teneatur amare deũ occurrit ei pau

An dabilis sit actꝰ indiffis.

per: vult ei dare pietate naturali motus: & nõ cõsyderat de deo. si dicatur ꝙ ille actus ẽ malus est absurdum. quia nõ defficit ei circunstantia ad quam pro tunc obligetur: ergo nec põt reperiri in sorte malicia trãsgressionis nec prohibitiõis: ergo q̃is nõ refe/rat in deum pro tunc nõ peccat ratiõe omissiõis illius: ergo apparet ꝙ actus nõ est malus. & certum est tenendo ꝙ requiritur relatio virtualis ad minus ille actus non est bonus: ergo est indifferẽs inter bonum & malum. Dicunt aliqui: aliqua est circunstantia que pro tempore quo elicitur actus non est sub precepto. & omissio illius circũstantie non sufficit ad maliciam/& tamẽ omissio illius sufficit ad hoc ꝙ actus nõ sit bonus cũ requiratur ad actũ bonũ: & credo istã opinionem probabiliorem: puta ꝙ est dabilis actus indifferens. ¶Consequenter dico ꝙ actus intrinsece virtuosus producit habitũ intrinsece virtuosum: & inclinat ad actũ intrinsece virtuosum: & si inclinet ad actũ indifferentẽ est habitus indifferens. Contra/nullus habitus libere producitur: quia habitus de necessitate nature sequuntur ad actus & non ẽ in potestate voluntatis quin posito actu producatur aliquid habitus: ergo habitus nõ debet dici bonus vel malus: quia propter illa que in sunt nobis a natura nec laudamur: nec vitupamur. dico bñ ꝙ actus sunt mera potestate nostra: & sic q̃tum ad hoc habitus qui producuntur ex actibus viciosis qui sunt in potestate nostra vituperãtur. Vltra dico: nullus habitus est meritorius vel demeritorius: sed solum p actus meremur aut demeremur: & si nõ eliciam actũ propter habitum non merebor neq; demerebor. nunq̃ enim i habitibus reperitur bonitas aut malicia demeritoria: sed in actibus duntaxat licet bene meremur effectiue p habitum: sed nõ formaliter: quia habitus ille est cã efficiens illius actus. hinc dicunt doc. nunq̃ demereri formaliter per carẽtiam habitus. hinc est ꝙ carentia gratie non est peccatum formaliter. quia non est in potestate nostra nisi dispositiue. Hinc est ꝙ carentia

Habitꝰ.

ꝙ sit habꝰ intrinsece ꝑtuosus.

Arguit contra.

dispositionis bene est demeritum: & regulariter hoc tenent doctores. ¶Quantum ad se cundum articulum declaratis nominibus. Secundꝰ articulꝰ

Quid sit habitus: potẽtia: & passio. iam pono talem conclusionem. Virtus nec est potẽtia/nec est passio sed est habitus Arist. probat hãc conclusionem tertio ethicorũ quinto capitulo. & primo ꝙ non sit potẽtia: qa virtus est per quam nos dicimur boni. Sed per potẽtiam nullus dicitur bonus aut malus formaliter licet effectiue. quia efficit actus bonos vel malos: sed formaliter nullus est bonus aut malus per suas potẽtias. Item potentie sunt a natura. & per consequens per eas nec laudamur: nec vituperamur. Secunda pars conclusionis est ꝙ virtus nõ est passio: patet eo modo sicut prius p passiones si se nec laudamur nec vituperamur/ergo. ¶Difficultas est vtrum sit aliqua passio mala & aliqua bona. & apparet ꝙ sic. iraſci est passio: & tñ est mala. Similiter sperare ẽ bona passio: ergo secundũ passiones quis laudat vel vituperatur. Dico ꝙ passiones proprijssime respectu quarũ se habet anima passiue & non actiue nihil habent in se formaliter bonitatis aut malicie. i. nõ sunt bone aut male cum nõ sint in se libere neq; immediate effectiue a voluntate siue potẽtia: sed ab actu. Sed actus producentes tales passiones sunt boni aut mali. Sed aliqñ capit passio pro actu: & per illud laudamur vel vituperamur: sed nõ p passiones proprie dictas nisi rõne actuũ a quibus producunt̃ iste passiões. Primo patet: quia passio nõ est ex electione sed subrepticia: sed virtus est ex electione/ergo. Tertia pars videlicet ꝙ virtus sit habitus: quia in aia sunt ꝑcise tria: scilicet passio: potẽtia & habitus. Sed nõ est passio nec potentia: ergo. & sic virtus nihil aliud est q̃ habitus electiuus cõformis recte rationi/& nõ capitur hic habitus pro habitu inclinante ad electionem proprie dictam: sed vt tñ valet sicut libera elicitio. i. inclinãs ad liberã actus productionẽ: & quia ponitur ꝙ sit habitus cõformiter productus a ratione recta. ¶Queritur vtrum sicut requiritur

An sit aliq̃ passio bona vel mala. Rñsio.

Difficultas bona

de necessitate ꝙ actus virtuosus sit ꝓformis actuali prudentie ita requiratur ꝙ habitus virtuosus sit conformis habituali prudentie directiue illius virtutis. Ocham in quarto dicit ꝙ nõ. rõ eius ẽ/qñcũq; sũt duo agẽtia p ductiua duorũ effectuũ totaliter distinctorum deus potest suspẽdere actuitatem vnius & nõ alterius & permittere vnũ agẽs producere effectũ suũ & aliud impedire ergo in sorte qui elicit actũ tẽperãtie ꝓformiter ad rõnẽ: deus põt suspendere actũ recte rõnis iudicij practici nõ suspẽdẽdo actum volũtatis conformẽ illi recte rõni: tũc p ducitur in isto habitus ex actibus temperantie & nõ producitur habitus ex actibus prudẽtie. Dicit ergo Ocham: habitus sic productus ẽ virtus: quia est habitus productus ex actibus virtuosis: quia per frequentiã actuũ producitur habitus multum intensus & inclinans ad actus virtuosos: ergo ẽ virtus ille habitus: & tñ in eo nulla est prudẽtia habitualis: quia suspẽsa fuit actuitas actuum prudentie: ergo de ratione virtutis non est ꝙ sibi coexistat habitualis prudentia/& tñ de rõne virtutis ẽ ꝙ sibi coexistat actualis

Tertius articulus

prudentia. ¶ Pro tertio articulo dubitatur primo in qua potentia sunt ponendi habitus. Vtrum in volũtate vel in intellectu vel in appetitu sensitiuo: In sensu cognitiuo & in potentijs executiuis seu corporalibus. Vtrum in omnibus istis potentijs sint ponẽdi habitus. Ochã in multis locis agitat hãc materiam: vnde ponit Gabriel aliquas conclusiones Prima que est contraria opinioni Tho. ꝙ in potentia corporea seu executiua est ponẽdus habitus. Dicit Thomas ꝙ nõ/sicut patet in duabus q̃stiõibus eius de ista materia. Sed dico ꝙ in corpore ẽ ponẽdus habitus: vt importat dispositionem ad opationẽ: & nõ ad naturã sicut pulchritudo est dispositio ad naturã & nõ ad opationẽ: sed capitur habitus pro qualitate dispositiua disponente potentiam vt agat suã operationẽ/probatur conclusio primo experientia est ad hoc ꝙ cytharedus post frequentationẽ actuũ cytharizandi & tangendi ordine debito facilius & promptius cytharizat & tãgit cordas eo modo quo sunt tangẽde & añ nõ poterat & post potest ergo relinquitur i eo qualitas ex illis opationibus inclinans ad cõsimiles actus: sed illa qualitas est habitus: qa producta ex actibus remanens in absentia actuum inclinans ad cõsimiles actus. & apparẽtia est pro isto pũcto de cytharedo: & sicut illi actus tangẽdi sunt actus potẽtie executiue & corporalis: ita & illi habitus. ¶ Diceret Thomas ꝙ ille habitus qui relinquitur in eo non est in corpore: sed producitur ab actibus anime quibus anima mouet illam partem corporis & non p ducitur immediate ab actibus prompte & faciliter ad tangendũ cordam/ & credo ꝙ ita ẽ. Certum est ꝙ cytharedus habet actum corporis & actum anime: quia quando est motus animalis nõ potest esse quin sit in illo actus anime: & tũc dico ꝙ iste motus corporalis non causat habitum: sed ille qui est i anima causat habitũ. Vnde arcytharizandi est in anima & non in corpore. Ideo videtur mihi ꝙ in corpore nõ est habitus sed solum in anima/& opinio Tho. videtur mihi probabilior. ¶ Secunda cõclusio: tam in potentia intellectiua perceptiua q̃ in sensitiua perceptiua est ponẽdus habitus. certum est enim ꝙ intellectus & sensus cognoscunt. Patet ergo de intellectiua: qa in nulla potentia ponitur habitus propter necessitatem actus nisi in potentia cognitiua. in voluntate. n. non ponit habitus propter necessitatem actus: quia ꝑt elici sine habitu. Sed i intellectiua ponitur propter necessitatem actus. Q; ergo in potẽtia cognitiua sit habitus: patet. docet experientia ꝙ post intuitionem obiecti (cum illa enim intuitione ẽ abstractiua) obiecto absente possum causare notiçiã abstractiuam distinctã & incõplexam. Nam ante non poteram cognoscere: & nunc ego possem: ergo est aliqd partiale producens vel agens ad illã cognitionẽ quod non erat prius: patet consequẽtia/quia semp causis sufficientibus positis potest poni effectus. Tũc sic arguitur. iam

Thome imaginatio bona.

Secũda cõclusio.

Tertia cõclusio.

aliquid ponitur quod est causa partialis cognitionis quod nõ ante: & nihil potest poni nisi quod est productum ab illa noticia que prius fuit pura abstractiua vel intuitiua. Sed omne quod remanet in absentia actus vocatur habitus: ergo illud quod est necessarium ad productionem illius noticie in absentia obiecti est habitus: ergo de necessitate fateri oportet ꝙ in potentia cognitiua sint ponendi habitus. Aliqui dicũt ꝙ illud quod remanet est species intelligibilis/ vel sensibilis. Sed secũdum Ocham oportet de necessitate dicere ꝙ sit habitus: quia secũdũ Aristotelem. Omne illud quod producit ex actibus & remanet in absentia actus vocatur habitus: ergo oportet fateri ꝙ illud sit habitus: dicitur in absentia actus ꝓpter passiones. Dicit Ocham ꝙ ille habitus nõ caussatur a noticia intuitiua: quia nõ inclinat postea ad intuitiuas. ideo cogitur Ocham ponere cum intuitiua abstractiuam simul tempore. Ab intuitiua enim necessitate naturali causat abstractiua: & sic ponit simul duos actus eiusdem obiecti vnum perfectũ/ aliũ imperfectum. Similiter sensus recognoscit obiectum absens: & anteq̃ vidisset illud nõ poterat cognoscere: ergo. sed sic est ꝙ oẽ tale vocamus habitum quod producitur ex actibus & remanet actu transeunte/ergo in sensu quantum ad partem cognitiuã est ponẽdus habitus. Certum est ꝙ intellectus recordatur obiecti absẽtis alias cogniti: sed de sensu non est ita certum ꝙ recordetur obiecti absentis alias visi. Alia ratio ad hoc probandum. Aliquis dubitat vnam conclusionem: per vnam demonstrationem assentit illi. & post q̃ assentit per aliquod tempus aduertit circa conclusionem & nõ circa demonstrationem/tunc assentit illi conclusioni: & talis assensus non posset causari nisi ex assensu primo esset aliquid derelictũ partialiter concurrens: quia ante assensum primum non poterat assentire sine demonstratione: ergo post primum assensum sine demonstratione nõ posset assentire nisi eẽt aliud derelictum. & nisi ponamus habi-

Ochã cogitur ponere simꝫ & semel existẽ rei noticiã & intuitiuã & abstractiuam.

tum omnes cause fuissent ante assensum/ergo in potentia cognitiua oportet de necessitate ponere habitum: imo in potentia cognitiua oporret taliter de necessitate ponere habitum ꝙ protunc non posset produci actus sine habitu: & sic ponitur habitus quantum ad necessitatem actus: & non solum quantum ad intẽsionem. ¶ Tertia conclusio, non potest euidenter probari ꝙ in parte sensitiua appetitiua de necessitate sit ponendus habitus/bene verum est ꝙ post frequentationem actuum appetitus sensitiui plus inclinatur q̃ prius: sed talis inclinatio maior poterat causari sine actibus per solam transmutationem corporalẽ/ergo nõ potest euidenter probari ꝙ illa inclinatio producatur ex actibus/ergo nõ potest euidenter probari ꝙ sit habitus per diffinitionem habitus. certum est ꝙ aliquis se reperit magis inclinatum ad prosequendum delectabile aut ad fugiẽdũ tristabile q̃ prius: sed non potest euidenter probari ꝙ illa inclinatio sit ex actibus producta: quia aliquis per solam transmutatinnem corporalem reperit se magis inclinatum ad aliquid q̃ prius: vt per solam sumptionem medicine aut alicuius alterius potus & per solam infirmitatem aut sanitatem: & ista non sunt sensationes aut operationes appetitus sensitiui: sed solum transmutationes corporales/ ergo per solam transmutationem corporalẽ potest produci talis inclinatio maior ad aliqd q̃ prius. ¶ Quarta conclusio in qua est difficultas totius dubij probabilius est dicere & magis cõforme rationi ꝙ in parte sensitiua appetitiua sit habitus. Patet/certum est ꝙ aliquis ex obiecto presentato difformi recte rationi delectabili tamen: fertur in tale obiectum prosequendo nisi voluntas impediat: quia per imperium voluntatis refugit sensus aliquando illud quod prosequitur: & ex illo actu frequentato reperit se hõ cũ maiori facilitate ad refugiẽdũ q̃ prius sine quacũq; trãsmutatione corporali/ergo ex illo actu cãtur hitus i illa potẽtia: & hoc st ꝓforme multũ rõni: vnde ꝓsentato pue-

Quarta cõclusio.

nienti obiecto delectabili sensus prosequi-
tur qđ volũtas qñq refugit: & per imperiũ
voluntatis cohibetur sensus ad refugiendũ
cum difficultate: tamen postq tales frequen-
ter actus elicuerit ipse efficietur temperatus
presentato tali obiecto per imperium volũ
tatis qđ sic sẽsus facile refugit nec patitur tã
tam difficultatem ad refugiendum quãtam
patiebatur prius/ergo oportet dicere ꝙ ex
actibus refugiendi frequentatis qui produ
cuntur per imperium voluntatis sit derelic-
tus in illa potentia habitus/ergo est cõ for
me rationi ꝙ in parte appetitiua sint ponẽ
di habitus. Certum est ꝙ sensitiua potẽtia
est pure naturalis. Patet: reperitur in brutis
in quibus nulla est libertas: & postq ẽ pure
naturalis omnis actus qui est immediate il-
lius est pure naturalis in se: & naturaliter p-
ductus quis possit esse liber in causa: & cer-
tum est ꝙ potentia sensitiua cum apprehen
sione obiecti causaret vnam operationẽ: &
tamen per imperium voluntatis causat cõ-
trariam: scilicet cum alia dispositione cause
ergo appetitus sensitiuus ẽ susceptiuus cõ-
trariarum operationum & est indifferẽs ad
contrarias operationes secundum diuersas
dispositiones. Patet ex apprehensione sen-
sitiua alicuius delectabilis: si voluntas non
impediat in ipsa potentia necessario causa-
tur concupiscentia seu delectatio: tamen si
voluntas contranitatur potest tantũ cõtra-
niti ꝙ non causabitur delectatio sensualis/
neq prosecutio seu concupiscentia: imo fu
ga obiecti. & certum est ꝙ concupiscentia
talis obiecti & fuga sunt qualitates contra-
rie/ergo ex vna dispositione cum appetitu
naturali: & ex altera dispositione cũ eodem
appetitu naturali causatur effectus ꝓtrarius
Patet in brutis. Nã dicit August. videmus
immanissimas bestias in apprehensione ob
iecti delectabilis & naturaliter cõcupiscibi-
lis timore verberum & minarum retrahi ab
illo: ita ꝙ non mouentur ad talia obiecta/
& per talem assuefactionem efficiuntur do-
mite. Vnde presentatis cani carnibus: si nõ
presentetur ei aliquod tristabile retrahens

Aduerte hoc.

necessario causatur actus concupiscendi in
appetitu sensitiuo illius qui actus mouebit
canem ad capiendum illud/sed presenta-
to altero obiecto tristabili retrahitur ab il-
la concupiscentia/ergo non solum in no-
bis secundum diuersas dispositiones pos-
sunt causari in appetitu sensitiuo contrarie
qualitates: sed etiã in brutis. sed sic ẽ quã-
docunq est potentia actiua nõ determina-
ta ad vnam operationem: sed potest in illã
& in contrariam secundum diuersas dispo
sitiones in illa potentia est ponendus habi
tus/ergo in potentia sensitiua sunt ponen-
di habitus. Quãtum ad hoc tota ratio est/
quãuis appetitus sensitiuus sit potentia pu
re naturalis nihilominus secundum diuer-
sas dispositiones potest in diuersos actus.
& ex illis actibus frequentatis causatur ha
bitus. Hic etiam questio dicit ꝙ potest ita
esse dispositus sensus secundum apprehen-
sionem ꝙ appetitus de necessitate naturali
exiret in actum concupiscendi: sed ex impe
rio voluntatis exit in oppositum. quero a
quo causatur actus fugiendi. Dico ꝙ imme
diate ad actum fugiendi sensualem concur-
rit imperiũ voluntatis/& illud imperium
est causa efficiens illius fuge sensualis. Ra-
tio/quandocũq aliquo posito ponitur ef-
fectus & illo non posito poneretur cõtra-
rius: illud est causa partialis illius effectus:
sed posito imperio voluntatis ponitur fu-
ga: & ipso nõ posito non ponitur fuga sen
sualis: ergo ad actum sensualem concurrit
immediate imperium voluntatis. propterea
ille actus est bonus aut malus extrinsece se-
cundum bonitatem aut maliciam actus im
perij voluntatis. ¶Quinta conclusio in vo
luntate ponendus est habitus. Patet/nam
licet voluntas possit in actum suum sim-
pliciter (nullis actibus prioribus produ-
ctis posset in actum consimilem quemad-
modum potest post productionem: quia
est libera). Non posset tamen ita facile &
fortasse ita intense: ergo ex illis actibus pri
us productis est relictum aliquid in vo-
luntate ratione cuius promptificatur.

Ad ꝓbandũ tertiã sensitiua sint ponendi habitus.

Quinta conclusio

Sed omne quod remanet actu trãseunte vo
camus habitum/ergo in voluntate ponen
dus est habitus: & ista ratio sufficit. Habe-
mus ergo ꝙ in omnibus potentijs cogniti
uis vel presupponentibus cognitionẽ sunt
ponendi habitus. ¶Dubitatur secũdo ad
quid ponitur habitus. Respondent cõmu-
niter morales ꝙ ad delectabiliter: prompte
& faciliter operandum. & sic proprietas ha
bitus est ꝙ facit delectabiliter prompte faci
liter & expedite operari. Gabriel nitit ostẽ
dere ꝙ quis illa cõuentãt multis habitibus
non tamen omnibus. ꝙ habitus faciat dele
ctabiliter operari: hoc nõ prouenit nisi du
pliciter/vno modo ꝙ habitus ille operãdo
causet delectationem. Alio modo ꝙ opera
tio ad quam inclinat causet delectationem.
Quãtum ad primum modũ: habitus qui cau
satur ex alijs non causat immediate delecta
tionem/quia non causat immediate nisi actus
consimiles. Quãtum ad secundum. non ois
habitus inclinat ad actũ qui causat delecta
tionem: vt habitus qui inclinat ad specula-
tionem. aliquis enim speculatur delectabili
ter speculando: sed non delectatur delecta
tione que causetur a speculatione: sed causa
tur ab illa complacentia. Similiter habitus
qui inclinat ad nolitionem siue ad odium
non causat mediante actu suo delectationẽ
sed tristiciam/ergo falsum est ꝙ omnis ha
bitus inclinet ad delectabiliter operãdum/
ergo illud non est de ratione habitus vide-
licet inclinare ad delectabiliter operãdum.
Sed ponitur habitus aliquãdo propter sub
stãtiam actus: sicut de habitibus intellectua
libus: ita ꝙ illo secluso nõ poneretur habi
tus: aliquãdo ponitur habitus propter ma
iorem intentionem actus qui elicitur inten
tior q̃ sine habitu: non ponitur ergo pro-
pter delectationem sed propter substantiã
actus: vel propter intẽtionem eius & ad de
terminandum potentiam. ¶Tertio dubi-
tatur. Vtrum inclinatio habitus sit habitus:
vel aliquid distinctum ab habitu. Allegat
Gabriel Ocham in multis passibus dicen-
tem vnum/quod est difficile ad intelligen-

Ad quid ponat habitus.

Gabriel. Quãdo habitꝰ nõ inclinet mediante se.

Tertium dubium.

dum/quod inclinatio habitus nõ est habi
tus: sed aliquid distinctum ab habitu: & sic
quando dicitur ꝙ habitus inclinat ad con-
similes actus dicit Ocham ꝙ non inclinat
mediante seipso: sed mediante superaddito
Patet sic dicit. certum est ꝙ dormiens habi-
tuatus in malo non est inclinatus ad actum
malum nec reperit se inclinatum cum non
cogitat de illo obiecto: & idem homo vigi
lans inclinatur ad actus ad quos est inclina-
tus/ergo cum fiat trãsitus de illo quodam
modo in aliud puta de non inclinato adin
clinatũ: oportet aliquid eẽ de nouo mediã-
te quo determinetur inclinatus: sed illud nõ
est habitus: quia semper prefuit: ergo. Alia
ratio/graue quãdo est in loco naturali nõ
inclinatur ad locum naturalem: sed quãdo
est extra locũ naturalem inclinatur ad eum:
ergo quando illud graue ponitur extra lo
cum naturalem oportet dicere ꝙ in eo cau-
setur aliquid per quod dicatur inclinatum:
sed illud nõ est forma substãtialis: nec gra-
uitas accidentalis: quia erat eadem numero
ergo oportet ꝙ sit aliquid aliud: & sic dicit
Gabriel post Ocham ꝙ inclinatio habitus
non est habitus: sed est aliquid aliud: & dif
ficulter capio quid sit illa inclinatio.

¶Vnde aliquid dupliciter inclinatur. vno
modo: quia est in potẽtia recipiẽdi illud: &
isto modo meteria inclinatur ad quãlibet
formam substantialẽ. Secundo modo dicit̃
inclinatum ad aliud: quia est in potẽtia nõ
solum recipiendi sed etiam agẽdi: & sic ma-
teria non est inclinata ad formam: quia nõ
potest agere. ¶Istis suppositis inquiro cõ-
sequenter ab illo doctore. Dicit ꝙ inclina-
tio habitus non est habitus. Capio tempe-
ratum qui habeat habitũ temperantie: quã
do efficitur de dormiente vigilans: aut de
non consyderante obiectum temperantie
consyderans: causatur aliquid in eo per qđ
est formaliter inclinatus. Quero vel illud
quod causatur est actus qui correspondet
habitui: vel aliud distinctum ab actu. Si pri
mum/ergo actusmet erit inclinatio poten-
tie ad actum: sed hoc est falsum. Ratio/

Dupliciter inclinatur.

quia actus est posterior natura inclinatione. Nam prius inclinor ad actum ꝙ eliciam illum: ergo ille actus non est inclinatio. Si dicas ꝙ talis inclinatio non est actus: quero a quo causatur/ seclusso habitu nō causatur talis qualitas: ergo oportet dicere ꝙ causatur ab habitu: si causatur ab habitu & habitus nihil causat nisi actus eiusdē speciei ex ꝗbus genitus est: oportet ergo dicere ꝙ talis inclinatio sit actusmet similis in specie actibus/ ex quibus causatus est habitus. Ecce nō potest dici ꝙ inclinatio habitus ad actū sit actus nec potest dici ꝙ talis inclinatio sit aliquid distinctū ab habitu & actu. Si distinguitur ab habitu cū producatur ab habitu: & non sit actus: ergo habitus producet aliquid differens specie ab illis ex quibus est genitus.

ꝙ inclinatio sit motus. ¶Item cū in anima sint tm̄ modo tria: ergo oportet ꝙ illa inclinatio cum nō sit habitus sit passio large capiendo. & sic oportet dicere ꝙ sit operatio voluntatis: tamen probatum est hoc esse falsum vniuersaliter dicendo ꝙ talis inclinatio distinguitur ab habitu. non video quid sit: nisi dicatur ꝙ sit aliquis motus naturalis precedens actum voluntatis liberum: sicut diximus ꝙ sunt motus primo primi: & secūdo primi qui p̄cedūt actus liberos in quibus nō est peccatum. Si dicat Ocham ꝙ ille motus ita causatus dicatur inclinatio habitus ad actum liberum: esset difficile impugnare. sed apparet ꝙ habitus nō producit imediate aliquem actum nisi liberum: & secundo cū in appetitu sensitiuo non ponatur aliquis motus circa obiectū sensibile eēt difficile assignare que sit inclinatio habitus in appetitu sensitiuo. Similiter in habitibus scientificis difficile eēt assignare causatum ab habitu, quod distinguitur realiter ab assensu conclusionis. ¶Quicquid dicat Ocham dico ꝙ inclinatio habitus non est aliud ꝙ habitus. Et ad argumētum / homo dormiens nō inclinatur ad actum cuius habet habitum: & quando nō ꝓsyderat de obiecto: sed ille habitum habet ita bene cū dormit sicut quando vigilat vel consyderat de obiecto: ergo inclinatio habitus dicit aliqd distinctum ab habitu mediante quo homo formaliter denominatur inclinatus. Ad formam/ homo dormiens ꝙuis habeat habitū temperātie nō inclinatur ad actū. concedo: & ꝙn̄ vigilat inclinatur ad actū: verū est/ ergo per aliquid distinctū ab habitu. Nego consequentiā. & dico ꝙ habitus nō semper inclinat ad actum: sed quando cūq; sunt oēs cause que requirūtur ad productionē actus: ꝙuis forte non necessitent: sed que de necessitate requirūtur vt producatur actus habitus inclinat: & non alias: Cognitio est vna causarum que requiritur. quādocūq; ergo non consyderat homo de obiecto temperātie/ habitus ille non inclinat ad actum tēperantie: sicut suum agere concursus habitus dependet a cognitione obiecti: ita suū inclinare dependet a cognitione obiecti: sed ꝙn̄ cunq; deest aliqua causarū que necessario requiritur dicitur non inclinare. & ideo inclinare nihil aliud est ꝙn̄ niti (per modū loquēdi) ad producendū actum: vt lapis dicitur inclinari ad descensum deorsum: quia nititur descendere quāuis non descendat: ita dico/ habitus nō nititur producere actū quādo deficit aliqua causarū que requiritur ad actum suum: vel si vna non concurrit: quia forte est vna libera. ¶Resolutio. Habitus est sua inclinatio: sed habitus non inclinat: puta quando deficit aliqua causarum requisitarum ad productionem actus: tunc non inclinat actualiter: sed quando sunt omnes cause quāuis non producat actus: quia ponitur impedimentum: vel quia vna causarum nō concurrit quia est libera: dicitur tamen habitus inclinare ad actum.

Doctor Scham.

Quid sit inclinare

ꝙ inclinatio habitus sit p̄emes habitus.

¶Questio secunda.

Ꝙ scds.

OVERITVR SECVNdo consequenter de productione habitus. Vtrū quilibet actus producat habitum. & vtrum quilibet actus virtuosus quādocunq; intensus vel remissus sufficiat producere illā qualitatē ꝙ est habitus vel partem eius: vel aliquid eiusdem speciei cum habitu. ¶Resolutio antiquorum vt Tho. & aliorum est ꝙ primi actus nihil penitus producunt: nisi sint valde intensi: sed actus vigesimus vel centesimus sequēs magnam multitudinem prius elicitam in virtute primorum producit habitum/ & exemplificatur de prima gutta que nihil cauat de lapide: nec; secunda/ sed forte centesima in virtute primarum que ceciderunt super lapidem. ¶Sed mihi videtur sufficiēs ꝙ quilibet actus quantūcunq; remissus dummodo non ponatur resistentia in passo: est sufficiens producere aliquid eiusdem speciei cum habitu & intensior actus intensiorem partem/ & remissior remissiorem. & ratio Ocham ad hoc probandū est. Quandocūq; sunt duo eiusdem speciei specialissime differentia solū gradualiter secundum magis/ & minus: & vnum intensius potest in aliquem effectum tunc remissius potest in effectum eiusdem speciei/ quāuis remissiorem: sed sic est ꝙ actus valde intensus producit vnum habitum vel aliquid habitus quāuis sit primus: ergo valde remissus sufficit producere aliquam partem eiusdem speciei cum illo: vt si actus intensus vt duo producat duos gradus: actus intensus vt vnum producet vnum gradum dūmodo in illo subiecto non ponatur resistētia. Nam est aliquis calor sufficiens producere calorem in passo: tamen calor remissior non sufficiet producere in tali passo sic dispositō: quia forsan esset maior resistentia ꝙn̄ actiuitas parui caloris. Sit sortes neuter ad actū tēperantie & intemperantie nō habens habitum nec ad vnum nec ad alterum elicit actum temperantie/ quero vel ille actus aliquid causat vel non: quod remaneat ipō transeunte. si nihil causat: ergo eodem modo secundus eque intensus nichil causabit: quia subiectum non est magis dispositum quando nihil penitus est in subiecto quando est secundus actus ꝙ erat quando fuit primus actus: & sic per illos actus equales nunq̄ causabitur habitus.

Thomas.

Doctor cum Hasbiele.

Regula ḡialis.

¶Si dicas primus actus aliqd causat quod remanet transeunte actu: quero quod est illud cum non sit actus/ nec passio/ nec habitus per te: & nihil ponatur in anima nisi illa tria: oportet de necessitate dicere ꝙ sit eiusdem speciei specialissime cum habitu. Et argumentum videtur mihi concludere: & sic quilibet actus quantūcunq; remissus sufficit causare vnam partem habitus.

Argumē tū primū

¶Contra. Noticia intuitiua de propinquo sufficit causare iudicium. de sorte ꝙ sit homo: & tamē noticia intuitiua a remotis nō causat iudicium nec intensum/ nec remissū: quo iudico ꝙ sit homo: ergo dantur duo eiusdem speciei specialissime: & vnum sufficit causare vnum effectum eiusdem speciei: & tamen aliud non potest: puta intensa noticia intuitiua causat iudicium quod est homo: & remissa non potest: quāuis causet iudicium: quod est ens: ergo illa maxima videtur falsa: & est magna apparentia in argumento.

Argumē tū scm.

¶Item intensus calor sufficit producere formam substantialem ignis: sed remissus per se non sufficit: quāuis non habeat resistentiam: quia non sufficit producere dispositionem: ergo illa propositio ē falsa: videlicet quandocunq; sunt duo eiusdem speciei: in quodcunq; potest vnum & aliud eiusdem speciei. ¶Quantum ad primum dicit Ocham ad iudicium contingēs causatum de re cognita non concurrit solum noticia intuitiua cum intellectu: sed etiam concurrit obiectum: ideo sortes concurrit partialiter ad illud iudicium. Quando enim est agens partialiter concurrēs ad duos effectus stat bene ꝙ possit ad vnum secundum aliquam distantiam & non ad alterum: vt ignis concurrit partialiter ad illuminandum & calefaciendum: & ad maiorē distantiam illuminat ꝙn̄ calefaciat. Eodem modo sortes partialiter concurrens ad iudicia ista/ hoc est homo: hoc est ens ad maiorem distantiam concurrit ad illud/ hoc est ens: ꝙ ad istud hoc est homo. Licet ergo intuitiua intensa vel remissa secundum distātiam/ vel propinquitatē ꝓcurrat ad diuersa iudicia: hoc nō est ꝙ ꝓcurrat ad ꝓtraria: sed

Solutio

De noticia intuitiua intēsa z remissa sufficiēte cāre diuersa iudicia.

quia defficit vna causarū ꝓcurrentiū cū illa.
¶Correlarie sequitur ꝙ si videretur sortes ita remisse quando est prope: sicut quando est longe: nichilominus iudicaretur ꝙ hoc est homo. Et si videretur ita intēse quando est remotus sicut videtur quādo est prope.
Ratio/vna causarum requisitarum ad illud iudicium non est sufficiēs. ¶Quantum ad secundum de intenso calore est dubiū vtrū actiue concurrat ad producēdum formam substantialem. Scotus dicit ꝙ non: sed supponamus ꝙ sic cum Ocham. dico ꝙ forma substantialis non est intensibilis nec remissibilis: & cum dicitur Quandocūq; duo agentia differunt solum secundum magis & minus. & maius potest in effectum intentē sum: minus potest in effectum remissum.
Dico ꝙ si tale maius possit in effectum non suscipientem magis nec minus: non oportet ꝙ minus possit in effectum remissiorem
Habemus ergo ꝙ qlibet actus sufficit producere aliquid eiusdem speciei specialissime cum habitu. ¶Iam queritur. Vtrum illud quod producitur a primo actu sufficiat denominari habitus. Dico ꝙ difficultas est ad nomē. Nam illud paruum causatum ab vno paruo actu facile potest corrumpi per actum contrarium. Ergo non est denominandum habitus/nec virtus. Ex quo sequitur ꝙ illi termini habitus & virtus non significant illas qualitates absolute/sed connotatiue. & ille qualitates actualiter sūt virtus/& habitus & extrinsece. ¶Difficultas est vtrum sicut quicūq; quantūcunq; remissus reperiens subiectum neutrum producit habitū vel aliquid eiusdem speciei cum habitu. Vtrum etiam quicunq; actus sufficiat intendere illum habitū. Vnde dicit sanctus Thomas in prima secunde quando querit vtrum a quolibet actu generetur habitus. dicit ꝙ non. Ratio sua est/& credo ꝙ ita est Quandocūq; est agens approximatum passo: & non reperit effectum quem posset totum: etiam tantum quātum posset producere: illud agens nichil agit de nouo in illo passo. Exemplum sit ferrum applicatum a igni: & in ferro est tantus calor quātus producere potest/a/ignis. Dico ꝙ/a/ignis nichil producit in ferro: quia nullum agens reperiens tātum effectum in passo quātum producere potest agit in illud. hoc supposito actus/a/temperantie aliquam quantitatem de habitu: & vltra illam non potest: quia est finite actiuitatis: si ergo reperiat tantam productam quantam producere potest: nichil agit de nouo: ergo si habituatus eliciat paruum actum nihil producit de nouo.
Dicit ergo Thomas nisi actus excedat habitum a quo procedit: nichil producit in passum: sicut de calore ignis: & illud videtur mihi certum: & probabilius. ¶De subiecto virtutis in qua potētia sit loquor de virtute morali. Sanctus Tho. in secunda secunde/questione quinquagesima sexta non ponit virtutem in voluntate nisi charitatē aut iusticiam. Ponit in volūtate virtutem que est ad alterum: vt charitas ad deum: & iusticia ad proximum: sed virtutes que refrenāt passiones ponit in sensu/& nullo modo in voluntate. Q; sint ponende in sensu patet sic. Quandocunq; a potentia vt mota ab altera potentia procedit aliquis effectus: vt ille effectus sit perfectus regritur vtriusq; potentie & mouentis/& mote perfectio/id est bona dispositio: vt sortes artifex a quo mediante securi producitur effectus: si sortes non erit bonus artifex non erit effectus bonus: & si instrumentum non sit bonum: effectus non erit bonus: ¶Sed sic est ꝙ ab appetitu sensitiuo/ vt moto ab ipsa ratione procedit effectus temperantie/aut fortitudinis: ergo vt ille effectus sit perfectus oportet ꝙ ratio perficiatur/& potentia sensitiua. Illud per quod perficitur potentia sensitiua scilicet irascibilis vel concupiscibilis est virtus: ergo virtus est ponenda in potentia sensitiua. ¶Ocham tamen est opinionis contrarie. Bene dicit ꝙ in sensu est ponendus habitus: quia sensus vt probatum est secundum diuersas motiones potest producere actus sensitiuos contrarios/scilicet fugere & prosequi. ergo sensus non est de

Extra tho mā z fere me oēs nostales Sco. non admittit q accūs producat aut corrū pat sbām

Tho. resolutio.

A doctō sūcto virtutes morales nō ponunt in voluntatem sup̄a nō ectum eli.

Ochā Thomā.

determinatus ad vnum actum: & secūdum Ochā habitus in sensu ē extrinsecus respectu voluntatis: & illud quod est in sensu non dicitur virtus/nisi propter illud quod est virtus in voluntate: quod est de directo cōtra Thomā. ¶Item nichil denominatur in sensu nisi per deriuationem ad illud quod est in volūtate. Patet sic: sicut se habet actus potentie sensitiue ad actum voluntatis: ita habitus ad habitum: sed actus potentie sensitiue non est bonus & laudabilis nisi propter conformitatem ad actum voluntatis/ ergo similiter habitus potentiue sensitiue non denominatur virtus/aut vitium: nisi propter habitum ipsius voluntatis. Patet primum: actus potentie sensitiue non est liber/nisi ab actu voluntatis: quia sensus est potentia pure naturalis: ergo nō est virtus nisi ab actu volūtatis. Consequentia patet: quia ad actū virtutis requiritur ꝙ sit ex electione. i. ex libera elicitiōe. ¶Secūdo. actus appetitiue potentie sensitiue nō refertur in finem: nisi per actum voluntatis. Patet/potentia sensitiua preceptiua nō potest apprehendere finem virtutis cum finis nō sit obiectum sensitiue: ergo non potest ferri in finem virtutis: ergo nec potest referre actum in virtutem: & sic quelibet relatio actus potentie sensitiue in finem virtutis est pactum voluntatis: sed a tali relatione cōsurgit bonitas/vel malicia: ergo quelibet bonitas actus potētie sensitiue est a bonitate actus volūtatis. ¶Ex quo sequitur ꝙ quilibet actus potentie sensitiue qui nunc est bonus: potest effici malus: vt sortes refugit voluptatem propter deum: ista fuga quare refugit non habet deum pro obiecto: quia sicut voluntas non fertur in incognitū: ita nec sensitiua in illud quod non est sensatum: sed deus nō potest esse obiectum sensus: ergo. Tunc dico si refugiat voluptatem eandem propter vanam gloriam est idem actus potentie sensitiue: quātuis sit alius actus volūtatis: quia omne illud qd̄ cadebat sub obiecto potētie sensitiue adhuc cadit: ergo ois actus qui est i appetitu sensitiuo potest esse malus: etiam ponendo actus intrinsece bonos: ergo nullus est actus in appetitu sensitiuo bonus nisi propter conformitatem ad actum voluntatis. ¶Eodem modo dicendum est de habitu ꝙ non est bonus: nisi propter assistentiam & conformitatem habitus volūtatis qui est bonus: ergo in vnoquoq; genere virtutis primaria virtus/& principalis collocanda est in voluntate. Et videtur michi multum difficile saluari Thomam.
¶Ecce ergo in qua potētia ponenda est virtus primarie in voluntate: & ꝙ est virtus secundario in sensu. ¶Nota tamen pro opinione sancti Thome ꝙ voluntas est sufficiēter inclinata ad bonū propriū: & nō indiget habitu: sed respectu alterius indiget habitu sed sēsus nō est sufficiēter dispositus ad bonum proprium. imo aliquando inclinatur ad malum: & sic indiget habitu. & sic patet de generatione & augmento virtutis ex actibus virtuosis. ¶Dubitaī sexto qūo virtus & gnaliter hitus corrūpit. Vtrū p solā cessationē ab actu: & nō per ꝓrariū actum.
¶Respondetur a Gabriele ꝙ habitus virtuosus corrumpitur effectiue per habitum vitiosum sibi oppositum: sed hoc est falsū/ quia nunq; corruptione successiua aliquid ab altero corrūpitur quin simul sit pro eodem tempore. ¶Quantum ad aliam partē saltem certum est ꝙ habitus qui non est: nō concurrit: puta habitus vitiosus. Sed dico ꝙ causatur actus qui naturaliter producit habitum contrarium: & si reperiat habitū contrarium corrumpit naturaliter: & habitu corrupto introducit habitum quem naturaliter producit: vt a producēte formam substantialem. Eodem modo actus virtuosus prius natura/& tempore corrumpit habitum virtutis: postea producit habitū vitiosum. non corrumpitur ergo ab habitu contrario: sed a causis productiuis habitus que non sunt cōtrarie virtualiter sed formaliter. ¶Sed tota difficultas. Vtrum habitus corrumpi possit per solam cessationem sine actu contrario: & de habitu loquor qui est in pura anima rationali: scili

Correlarium.

Cur sit Tho. ponūtur hitus ꝓtuum in sēsu z nō in volūtate.

Dubium primum.

Tenet Gabriel a doctore

cet intellectu vel voluntate: quia in brutis per corruptionem subiecti corrumpitur habitus. ¶Ad difficultatem dicunt Ocham & Thomas q̄ nō/nisi superueniat aliquid contrarium. Ratio est: nunq̄ corrumpitur effectus nisi per contrariam virtutem: id est per causam ptrarij producentē ptrariū/aut per cessationem necessario requisiti: aut per corruptionem subiecti. Exemplum primi: vt corrumpitur calor a suo contrario. Exēplum secundi: vt corrumpitur lumen p absentiam corporis luminosi. Exemplum tertij: vt corrumpuntur accidentia anime ipsa corrupta. Ille habitus non corrumpitur p corruptionem subiecti: nec per contrarium formaliter vel virtualiter si nunq̄ elicitur: neq̄ per cessationem/vel remotionem alicuius necessario cōseruātis. Patet/sit sortes qui ex multis actibus habet habitum transeuntibus omnibus actibus: adhuc est habitus: ergo actus non necessario requiritur ad conseruationem habitus per primam horam: ita q̄ remanet totus: nec per secundam neq̄ per tertiam. certum est q̄ ea que cōseruant in vna hora prima non sunt minoris actiuitatis ad conseruandum in prima q̄ in secunda: &c. ergo si habitus cōseruatur in prima sine actu etiā in secūda: &sic cōsequēter: ergo si sit aliquod corruptiuum: nō ga generatiuum cōtrarium: sequitur q̄ ille habitus nunq̄ corrumpetur. Dicit Thomas/ q̄ habitus corrumpitur per cessationē: sed hoc intelligitur per accidens: quia cessans ab actu frequenter inducit contrarium actū sed si talis cessatio non indicat actum cōtrarium nunq̄ corrumpitur. ¶Contra. Si non recordetur de cōclusione/nihilominus fluxo magno tempore non poterit recordari de illa: ergo ille habitus est corruptus. Dicit Ocham q̄ hoc est propter cessationem alicuius existentis in fantasia quod est corruptum per alterum quod requiritur necessario ad speculandum: & non est per cessationem ab habitu. Gabriel dicit oppositū. Dico q̄ nunq̄ corrumpitur per cessationē nisi superueniat contrarium. ¶Dubitatur

Ad dubiū fidei

Quō intelligit q̄ habit⁹ corrūpat̄ p cessationem ab actu.

septimo. Vtrum rectitudo & difformitas differant a substantia actus. Sco. dicit q̄ difformitas est carētia rectitudinis debite ineē actui: & q̄ distinguitur ab actu. Actus enim non est sibimet rectitudo. Hoc impugnat Ocham. vnde Scotus in secundo sententiarum & in quarto circa finem dicit q̄ rectitudo est aliquid inherens actui & est conformitas ad dictamen rectum & ceteras circunstantias: & est respectus. Et difformitas est carētia illius rectitudinis. ¶Dicit Ocham capio odium dei eius difformitas est carentia rectitudinis debite ineesse actui. Quero vel est carentia rectitudinis debite ineesse isti actui vel alteri. non primum: quia isti actui impossibiliter daretur rectitudo: ergo non teneor isti actui dare rectitudinē: quia nullus tenetur ad impossibile/ergo non est debitum q̄ isti actui scilicet odio dei insit rectitudo. ¶Si dicas est carentia rectitudinis debite ineesse actui non in isto individuo sed in genere: puta ineesse actui contrario. Contra/non video q̄ hoc sit verum: certum est q̄ possum elicere istū actum pro tempore quo non teneor elicere contrarium sicut dicit Ocham/ergo pro isto tempore non est debitum q̄ insit rectitudo: & tamē pro isto tempore est carentia rectitudinis.

Dices apud Scotistas: q̄ hoc intelligitur q̄ pro isto tempore si eliciam actum teneor elicere cum illa rectitudine. Contra/Scotus ponit actum indifferentem: ergo ista conditionalis est falsa. Si eliciam actum teneor elicere illum cum illa rectitudine. Vnde dicit resolutorie Ochā q̄ difformitas actus non est carentia rectitudinis debite ineesse actui: nec debite ineesse voluntati: quia possem elicere actum malum pro tempore quo volūtas non tenetur ad cōtrarium vt possem elicere velle furari: vel pro nunc odire deum: & pro nunc non tenetur voluntas habere rectitudinem: quia pro nunc nō tenetur habere actum: ergo difformitas non est carentia rectitudinis debite ineesse voluntati.

Sed dicit Ocham aliquādo difformitas voluntatis est carētia rectitudinis vt in peccato omissionis: aliquando difformitas volūtatis non est carentia: sed est actus purus elicitus difformiter ad rectam rationem.

an difformitas sit carentia rectitudo a actus distinguat̄ ab actu.

Ocham Scotum impugnat.

Ochā resolutio.

vehemēs Scoti impugnatio

¶Sed apud Holcot aliter solueretur, querēdo q̄ res sit rectitudo voluntatis: dicit Holcot q̄ rectitudo voluntatis nihil aliud est q̄ status voluntatis conformis volūtati diuine/saltem preceptiue. Nam quandocunq̄ volūtas taliter vult qualiter deus vult illam velle status ille est rectitudo/ergo status est actus positiuus: aliquando est pura carentia: eodēmō dico difformitas ē actus positiuus q̄ opponitur prime rectitudinis aliquando est pura carentia. &c.

Holcot.

¶De fide questio tertia.

Querit tertio.

VIsum est de actibus & habitibus & in qua potentia ponantur. nūc descēditur specialiter ad materiam istius distinctionis. Et queritur consequēter

¶Vtrum ad credēdum omnes articulos sit necessaria fides vna p̄cise: vel requirātur plures. Pro cuius declaratione omnibus fidei acceptionibus p̄termissis. Noto q̄ fides capit i proposito pro actu quo qs credit aliquā ppositionē. Aliquādo pro habitu: aliquando pro obiecto sicut hec est fides catholica. circa secundam acceptionem āteq̄ ingrediamur materiam de fide videndum est de aliquibus difficultatibus. ponenda est primo vna fides habitualis/omnes doc. hoc dicunt: & habemus hoc ex fide. ¶Sed queritur. an sicut ex actibus fortitudinis frequēter reiteratis causat̄ effectiue habitus fortitudinis. An etiam ex actibus credendi qui procedunt a fide infusa causetur habitus/& hoc supposito: vtrū ex diuersis actibus diuersorum articulorū causentur diuersi habitus fidei.

qd fides.

Tho. opinio i p. iiij. 2.

¶Quātum ad primum est opinio que imponitur Thome: & de facto tenet in prima secunde q̄ ex actibus procedentibus a fide infusa nullus causatur habitus. & motiuum Thome est/quia quandocunq̄ aliqua potentia naturalis sicut est voluntas potest in aliquem actum: sed non potest i illum sine eleuatione & adiutorio supernaturali ex illis actibus non causatur habitus: sed sufficit habitus supernaturalis per quem eleuetur potentia. Sed si sit aliqua potentia que possit in aliquos actus ex propria natura sine eleuatōe supnaturali ex illis actibus producitur hitus. ¶Sed opinio Thome non videtur vera nec faciliter sustentabilis propter duas rationes que me mouēt principaliter. ¶Sic arguo. sit sortes christianus qui cū peruenit primo ad vsum rationis predicatur sibi aliquis articulus: si iste articulus fuisset sibi nude propositus dubitasset. Sed q̄n asseritur & videt totam cōitatem cuius ē pars ita credere ipe credit. vel sit sortes cui pponitur aliqua propō quā ignorat in sacro canone/talis est sibi neutra tūc: & cū oñditur ei q̄ ē in sacro canone credit. Arguit sic: sit sorti post illā primā credulitatē ppositā eadem ppō quis nō proponat q̄ sit in sacro canone assentit illi: & añq̄ assētiret illi p primū actū nō assētiebat tali nisi oñsa fuisset esse in sacro canone/ergo p primū assensum aliqd derelinqtur i sorte quod est causa ptialis ad assensum producendum quem non produceret illo secluso. ¶Secundo apparenter arguitur. sit sortes i fidelis circa aliquē articulū puta circa istū: deus ē trinus et vnus: tūc arguitur sic/ex illis assensibus infidelitatis causatur habitus: ergo ex assētibus fidelitatis oppositis si haberet istos causare tur etiā habitus: patet. ad illos habitus infidelitatis non requritur adiutoriū speciale cū illa sint ptā/ergo si frequētētur causant habitū/ergo actus fidelitatis oppositi causant etiā habitū. patet cōsequntia. post q̄ iste ē hituatus in infidelitate q̄ causatur ex actibus infidelitatis si de nouo crederet illi articulo cui prius diffētiebat corrumperet assensum acq̄situ ex actibus cōtrarijs. tūc arguitur sic nunq̄ aliquod agēs corrūpit effectū nisi sit formaliter cōtrariū illi effectui vel virtualiter effectiue: & illa propō est ipiusmet sancti Thome q̄n q̄rit de cā corruptionis habituū in pria secunde. Sed talis habitus fideli

Carpit tho. a doctore subtiliter.

Pria dō ctoris rō

Scota rō.

Actus nō ꝓpugnat habitū.

tatis nō est formaliter cōtrarius illi infideli
tatis: qa nunq̄ actus repugnat habitui imo
se cōpatiunt/ergo si corrūpat effectiue opor
tet q̄ sit virtualiter cōtrariū. Sed esse virtua
liter cōtrariū non est aliud nisi esse formali
ter productiuū alicuius cōtrarij vt actus tē
perātie corrūpit habitū intēperātie virtua
liter: qa producit habitū tēperātie formali
ter ꝓtrariū illi habitui: tūc arguit sic q̄ talis
actus nō sit formaliter ꝓtrarius oportet q̄
virtualiter/ergo q̄ productiuus formaliter con
trarij habitui infidelitatis/ergo actus fidei
ita bñ causat habitum sicut actus infidelita
tis causat habitum. & ista propō est ferme
omnium doctorū. Nullum ei agens inten
dit corrumpere de per se alterius effectum:
sed intēdit productionem proprij effectus
quē non ꝑt producere nisi altero prius cor
rupto/sicut optie deducit Guillermus pa/
risien. in libro de vniuerso: vt ignis per acci
dens intēdit corrumpere frigus. cum ergo
iste actus corrumpat habitū non intēdit de
per se: sed appetit productiōem alterius in
compossibilis tali habitui infidelitatis. &
sic resolutio ista est probabilior: q̄ sicut a
ctus temperantie & actus fortitudinis cau
sant habitum: ita actus fidei causant habitū

¶ Et preter habitum fidei infusum poni
tur habitus acquisitus. & credo q̄ sit rei ve
ritas. Etiam est opi. Tho. in prima secunde
q̄ est ponēdus habitus acquisitus. ¶ Vtrū
autem ex actibus diuersorum articulorum
causetur vnus habitus infusus vel diuersus
Thomiste dicunt q̄ oim articulorū est vni
cus fundamentum eorū est doctrina sancti
Thome. nō ei est distinctio specifica actuū
ex parte obiecti materialis sed formalis: &
obiectum formale secūdū Tho. est ratio q̄
mouet volūtatē vel intellectū si sit actus in
tellectus vt feratur in illud obiectum mate
riale. Sortes q̄ vult aggredi inimicos: illud
est obiectum materiale: scilicet aggredi ini
micos/quod mouet ad agēdū. non moue
mur enī ad agendū ex obiecto precise puta
ppter aggressū. Sed cōseruatio reip. mouet
sortem: vt aggrediat. Dicit ergo Tho. Oēs
illi actus qui habēt idem motiuū: id est oēs
actus qui feruntur in sua obiecta q̄tuncun
q̄ distinguūtur specie ex eodē motiuo/ha
bēt idem obiectum formale: & sūt penitus
eiusdē speciei specialissime: iam in proposi
to intellectus fertur assentiendo in istum ar
ticulum: deus est trinus & vnus: & i istum
antichristus erit/non fertur in aliquem isto
rum propter se: quia non fertur intellectus
propter se nisi in prima principia. Nam ap
prehensiones illorum non sufficiunt vt fe
ratur in illos: sed fertur in illos: quia reuela
ti sunt: & reuelatū esse ē obiectum formale.
Dicit ergo Tho. sicut aggredi/sustinere/fu
gere. & sic de alijs actibus fortitudinis pro
pter bonū fortitudinis actus illi propter si
nem proximū fortitudinis nō causant nisi
vnū habitū. eodem modo oēs actus qui fe
runtur in varios articulos: sed propter hoc
precise: quia sunt reuelati. omnes illi precī
se causant vnū habitū & sic adhuc ponere
retur vnicus habitus acquisitus secundum
eos. ¶ Ocham i prologo primi: & Grego
rius in prologo videntur mihi probabili
us dicere q̄ sunt ponēdi diuersi habitus di
uersorū articulorum. ratio: si sortes assētiat
frequēter isti: deus est trinus & vnus: & nō
cogitet de ista propositiōe dies iudicij erit
vel antichristus erit: habet habitū valde in
tensum ex illis actibus frequentatis assentiē
di isti: deus est trinus & vnus. post illā pro
ponat illa dies iudicij erit/vel antichristus
erit nullo mō sentiet se incliatū ad assentiē/
dū illi & assētiet ei valde remisse. ex illo assē
su remisso nō poterit itēdi habitus primus
genitus qui ē intēsus. Ratio. sicut actus val
de remissus qui elicitur ex habitu intēso nō
intendit illū quia reperit totū quod produ
cere potest & maius: tunc nihil producit &
postea si presentetur eadem Sorti secundo
reperiet se magis inclinatū & dispositū ad
assentiendū q̄ prius/ergo ex illo primo as
sensu est aliquid derelictum in sorte. Tunc
arguitur sic: est aliquid derelictum in sorte
ex primo: & illud non intendit habitū prio
rē: quia secundū tales actus remissos nunq̄

Quid eē virtualiter ꝓtrarium

Guillermus parrhysiēsis.

Cū hītu fidei infuso ponendus ē hīt⁹ fidei acquisitus

Vtrū sint ponēdi diuersi hīt⁹ diuersoꝝ articuloꝝ Thomiste.

Aduerte

Opinio Thome. cōtraria.

intenditur intensior/ergo ex illo actu secū
do causatur aliqd distinctum specie ab actu
qui causatur ex actibus alterius/ergo diuer
sorū articulorū diuersi sunt habitus disti
cti: & resolutio doctorū ꝑ maiorē parte ē q̄
assensus diuersorū articulorū distinguūtur
abinuicē specie: q̄is ferantur ex eodē moti
uo quia sunt reuelati: & ad distinctionē spe
cificā sufficit distinctio obiecti materialis.

¶ Alia ratio nūq̄ habitus acquisiti inclinat
imediate ad contrarios assensus: nec simul
nec successiue: sed sic est q̄ successiue assēsus
ꝓtrarij sunt de fide: ista iam ē de fide xps nō
incarnabitur: & assensus est fidei: & ante in
carnationē cōtrarius assensus erat assensus
fidei. capio aliquem anteq̄ christus incarna
retur tūc assentiebat q̄ Christus erat. i carnā
dus: postea i carnato Christo assentit ex ha
bitu fidei acquisito: Christus nō est i carnā
dus: tunc arguitur sic/non poterit esse idē
habitus qui inclinet imediate ad illos duos
assensus: quia sunt formaliter ꝓtrarij: sed ea
dem causa pure naturalis nō potest produ
cere contrarios effectus: quia potentie irra
tionales nō valēt ad oppositā/ergo habi
tus acquisitus qui prius erat huius christus
incarnabitur: & habitus acquisitus qui po
stea fuit contradicunt seu distinguūtur ad
inuicē nō solum numero: sed specie. resolu
tio. tenemus q̄ actus fidei causat habitū &
diuersorū articulorū causantur diuersi ha
bitus & sunt tot habitus acquisiti quot sūt
articuli in illis qui hñt assensum oim articu
lorū. ¶ Consequenter ponuntur tres diffi
nitiones de fide. Diffinitio magistri est. fi
des est qua creduntur ea q̄ nō videntur: id est
habitus inclinans ad assentiēdum proposi
tioni ineuidēti qua creduntur effectiue nō
scienter ea q̄ nō videntur. ¶ Pro cuius decla
ratione notandū q̄ aliqui assensus sunt cer
ti: aliqui formidolosi. Aliquis enim assētit
alicui propositiōi dupliciter. vno modo si
ne formidine: secundo modo cū aliqua for
midine: quia habet apparētiā de oppositō
¶ Secundo supponendū q̄ assensuum cer
torum aliqui causantur pure naturaliter. i.
ita causantur q̄ positis causis a quibus cau
santur non ē in potestate volūtatis qui cau
sentur. i. volūtas nō potest impedire quin
causent: vt apprehēso isto principio quod
libet ē vel nō est. nō est in potestate volun
tatis impedire quin assentiat. Similiter si as
sentiat q̄ omne animal rationale ē risibile:
& quod oīs hō est aīal rōnale: & bonitati
cōsequētie. nō est (inq̄) in potestate volun
tatis: quin tribus illis assensibus positis/sci
licet maioris minoris & bonitatis cōsequē
tie causetur assensus conclusionis. Similiter
sit sortes q̄ intuetur platonē: & aduertat q̄
plato est/nō pōt volūtas impedire/q̄n ab
illa noticia platonis & aduertentia causet
iudiciū huius sortes est: & isti causant a cau
sa naturali distinguēdo illā ꝓtra causam li
berā: & vocātur assensus euidētie siue visio
nis. Alij sūt assensus qui nō causant ex cau
sis necessitātibus intellectū sed ꝑ imperium
volūtatis. quia volūtas vult ita assentire. di
cit Augustinus cetera ꝑt hō nolēs/credere
non nisi volens. talis assensus q̄is non sit
formidolosus: sed certus nō vocatur euidē
tia/sed assensus fidei sicut dicit Ochā in p.
logo. ¶ Vñ euidentia est assensus causatus
imediate ex solis pure naturalibus necessi
tantibus intellectū: sed quando ꝑter causas
naturales requiritur concursus voluntatis
siue imperiū vocatur ineuidentia. Vnde si
des nihil aliud ē q̄ habitus inclinās ad assē
sum certum ineuidētem. & ē diffinitio ma
gistri: & diffinitio Hugonis est eadē. fides
est certitudo de rebus q̄ non videntur supra
opinionē & infra scientiā ꝓstituta. dicitur
certitudo: & sic differt ab opiniōe. de rebus
q̄ nō videntur. i. q̄ nō cognoscūtur euidēter
& sic differt a scientia. supra opinionē & in
fra scientiā: quia scientia ē euidēs: & fides in
euidēs: & capit fidē ꝑ actu. ¶ Iam explican
da ē diffinitio Pauli ad hebreos. xj. Fides
est substātia rerū sperādarū argumētū non
apparētiū. diffinit Paulus fidē & ꝑ actū ad
quē inclinat & ꝑ obiectū illius actus: actus
ad quē inclinat fides ē actus certus: & obie
ctum actus ad quē iclinat fides ē veritas in

Bona rō q̄ hīt⁹ acq̄sit⁹ nō īducit ad assensus cōtrarios.

nota hoc diligēter

Aristote.

quid ē euidentia.

Quid ineuidentia.

Tres fidei diffinitiones.

Duplex assensus.

Intellectus diffinitiōis fidei date a Paulo.

euidens. & ibi capitur argumētū p actu credendi & nō capitur argumentū p toto discursu illogistico vel inductiuo: sed pro effectu argumenti qui est assensus pclusiōis. fides ergo ē argumentū: id est rectitudo nō apparentiū: id est veritatū nō euidentiū: & ille due pticule sunt ille que sunt de essentia diffinitionis proprie: nā argumentū nō apparentiū est proprie diffinitio fidei: fides ē argumētū: id est certitudo veritatis ineuidētis: sed in ista particula substātia rerū sperādarū nō capitur substātia provt ē predicamētū pro re p se subsistēte: vel p parte rei p se subsistentis: quia fides cū sit actus vel habitus est accidens: sed capitur substātia pro fundamento: & sic fides est argumentū nō apparētiū: id est certitudo veritatū ineuidētiū exns substātia: id est fūdamētū rerū sperādarū. ¶Nam certū est q spes p̄supponit fidē q̄tū ad actū. non est enī possibile q spemus beatitudinem nisi credamus beatitudinē nobis esse possibilē: ista credulitas est assensus fidei. Nam ad causandū actū spei requiritur actus fidei & illa expositio est satis facilis. Nunc ex ista diffinitiōe ponitur diffinitio cōis ad habitū tam acquisitū q̄ infusum: ad fidē tam formatā q̄ informem: & dicitur q fides est noticia adhesiua certa & firma ineuidēs tamē veritatis ad religionē ptinentis p reuelationē accepte: vel noticia accepta p reuelationē. in ista diffinitione dicitur prio noticia adhesiua/& si capiamus adhesiuā vt se extendit ad adhesionem: & ad habitū: iam fides capitur pro habituali & actuali & sic noticie apprehēsiue nō sūt fides. Dicitur vltra certa: nā de rōne fidei ē eē certū: imo videtur q fides sit certior sciētia: patet ex symbolo: hec ē fides catholica quā nisi quis firmiter crediderit saluus esse nō poterit: & Augustī. firmissime tenet &c. ponitur ergo certa & firma ad differētiam opiniōis: quia nullus actus opinatiuus seu suspitionis seu formidolosus debet dici fides imo potius infidelitas: quia dubius in fide infidelis est: & dico hic post Thomam q certior ē fides q̄ sciētia & q hoc sit verū dicit Augustinus. xiij. de trinitate nihil est homini certius sua fide. ¶Querit hic quomodo intelligitur q fides sit certior sciētia certū est q sciētia ē euidēs: & fides est ineuidēs/ergo videtur esse minor certitudo in fide q̄ in sciētia. duplex ē certitudo vna ē euidentie & illa non est in fide sed in scientia. Alia est certitudo firmitatis & illa ē magis in fide q̄ in scientia. Ratio: nos firmius adheremus his q̄ credimus p fidem q̄ q̄ scimus p scientiā: quia ab his q̄ credimus p fidē nec possumus euelli p tormenta vel blāditias: vt dicit bonauē. & Tho. sed ab his q̄bus assentimus p sciam possumus euelli p rōnes sophisticas/ergo q̄tū ad firmitatē ē maior certitudo in fide q̄ in scia. ¶Durandus nititur hoc ipugnare. arguitur sic: firmitas nō importat certitudinē: ideo eque firmiter assentimus quibusdā falsis sicut quibusdā veris/ergo nō pōt inferri firmius/ergo certius Sed bene sequitur euidēter/ergo certitudinaliter. primo dicit q propter hoc solū est assensus fidei firmior assensu scientie: qa difficilius ab eo euelli potest q̄ ab assēsu scientie: videtur cōtrariū: quia possum desistere assentire assensu fidei p solū imperiū voluntatis: & ē in potestate mea ponere imperiū p̄trariū/cū fides causetur ex imperio & sum liber p̄trarie q̄tum ad hoc: & nō possum desistere ab assēsu sciētifico: ideo necessitor assentire si ponātur premisse: ergo ē maior firmitas in assensu scientifico/ergo nō est maior certitudo in fide q̄ in scientia: quia firmius adhereo: firmitas enim nō dicit de se certitudinē. Itē falsum est dicere q assentiamus firmius articulis fidei q̄ his q̄ sūt euidēter nota: qa facilius possum euelli si velim ab his que sunt de fide q̄ ab euidentibus & per se notis: quia per solum imperiū voluntatis. ¶Sed aliqua sunt euidētia q̄bus nullo modo possum dissentire vt sunt prima principia per se nota/ergo adminus in illis videtur maior certitudo firmitatis q̄ sit in assensu fidei. Aliqui dicunt & esset difficile impugnare sed non placet durando q ea q̄ sūt fidei dicuntur certiora: non quo ad nos sed

Act⁹ spei p̄supponit fidem

Fides.

q fides sit certior sciētia.

Duplex certitudo.

Durandi rō cōtra Thomā.

ex parte obiecti. fides enī est certior ex parte obiecti in se secundū se: sed nō quo ad nos. sicut dicit Aristo. in methaphisica ea que sunt nobis occulta sunt certissima: sed non quo ad nos: sed in se & secundū se. quia illa sunt necessaria: & ista q̄ nobis patēt sunt cōtingentia. Dicunt pariformiter fides est certior sciētia rōne obiecti nō quo ad nos: sed secundū se: quia obiectum est necessarium: scilicet deus. & alia obiecta sunt creature cōtingentes. qui vellet ita dicere difficile esset impugnare. Sed dicit durādus q hoc nihil valet fides nō est nisi habitus vel actus per quē obiectū est nobis notū: importat enim obiectū notū nobis & nō notū in se: & nisi obiectū esset mihi notū non dicerer credere tale obiectū. importat ergo noticiam respectu nostri illius obiecti/ergo certitudo fi/dei ē certitudo obiecti quo ad nos & nō obiecti i se/ergo vt dicatur certior requritur de necessitate q obiectū sit certius quo ad nos & nō est questio de certitudine obiecti: sed fidei. & fides nō dicitur nisi quia est certitudo quedā: & reddit animā certā vt ergo in rigore dicatur certitudo maior oportet q reddatur obm certius nobis: & nō propter maiorē certitudinē obiecti in se: & ita dicit Durādus & bene credo ei: Stat q sciētia sit certior certitudie euidētie & firmitatis/ita q firmius assentiā pactū sciēdi q̄ fidei: quia q̄tuncūq; remisse adhereā assensui fidei satisfacio. ¶Ad Augustinū ergo dicentē nichil ē certius sua fide: quia hō intuet suā fidē: sicut intueor meā sciam. Sic intelligit q nullam habet maiorem certitudinem q̄ de sua fide q̄ est in se: quia credit se hre fidē p expientiā: sicut intuetur suā sciam: & dato q capetur fides pro actu credēdi de nullo obiecto habet maiorē firmitatē q̄ habeat de illo actu credēdi. Non. n. habet hō euidētiā p expientiā de habitu acqsito q sit i eo: sed habet euidētiā de actu q sit in eo: qa habet p noticiā intuitiuā licet nō habeat euidētiā q ille actus sit actus fidei. Patet: bene sequitur ista cō sequētia ē euidēs/hic assensus ē assensus fidei/ergo hic assensus ē verus: sed sic est q sortes credēs q deus ē trinus & vnus: nō habet euidētiā q ille assēsus sit verus: quia bene segtur: hic assensus est verus deus ē trinus & vnus: ergo deus est trinus & vnus. Et prima p̄a est bona & mihi euidēs: ergo & p̄ns: sed p̄ns est falsū. ¶Dico resolutorie q̄ dicit Augustinus q nihil est certius sua fide est intelligendū q nihil est certius obiectie neq; intelligit de fide infusa/neq; de acquisita habituali. Sed de actuali & nō de illa q̄tū ad esse actū fidei sed q̄tū ad credulitatem quandā/vel noticiā quandā intellectus: quia habet noticiā quandā de illa qualitate: & iste modus videt mihi pbabilior. Dico ergo q est certitudo & firmitas: imo de aliquibus est euidētia: ergo & certitudo: Dr p̄r in diffinitione veritatis ad religionē ptinētis: & sic de alijs veritatibus possū hre iudicia ieuidētia certa/& firma: vt q roma sit nō habeo euidētiā: sed credo ex relationibus aliorū & historicorū: attamē non est fides theologica siue catholica: quia nō est propositio pertinens ad religionem. ¶Notandum tn q differentia est inter fidē acquisitā & infusam: qa respectu oim credibiliū est vnica fides infusa/& nō acqsita vt patebit. Alia differentia: fides infusa nō inclinat ad actū immediate & p se: sed solū mediāte fide acqsita: sed fides acquisita sine medio alterius inclinat ad actū p̄similē ex quo genita est. Et hoc idē tenet Ochā in tertio. Acquisita vero nullo indiget ad actum credendi. Patet Baptisatus habet infusam: & si immediate deportetur apud paganos effectus post ea adultus mediāte illa fide infusa nō poterit credere articulo: ergo infusa per se nō est sufficiens ad credendū. Sed nō baptisatus nutritus inter xp̄ianos p fidem acquisitam presentato aliquo articulo credit: ergo. ¶Circa hoc est difficultas. Notū est q paruulo baptisato pueniēti ad vsum ratiōis dabitur primus actus credendi: tūc cū elicit illū actū credendi primū: vtrū ad illū actū cōcausandū cū pia affectione & suo motiuo partialiter cōcurrat fides infusa: si sic: ergo inclinat: quia habitū inclinare est

ad auctoritatē augustini.

Aristoteles.

Quō ītelligēda est auctō. Augustī.

Ratio dīt ferūt fides acqsita et infusa.

q fides ē fusa p se nō sit sufficiēs ad credēdū.

Bōa difficultas.

partialiter causare: ergo inclinat infusa sine acquisita: quia cō causat primū actū fidei: & nulla ē adhuc acqsita. si sic Capio primum actum diligendi deū: non habet adhuc habitū charitatis acquisitū: & tñ habitus charitatis infusus ꝓcurrit ad illū actū: quia est meritorius: ergo habitus charitatis infusus cō currit ad actū charitatis sine habitu acquisito: ergo similiter est de fide infusa. ¶Item fides est causa naturalis vt naturale distingui tur cōtra liberū concurrens: ergo quando cunq; sunt cause sufficientes ad producendū effectū: si id cuius est partim producere applicet cū illis causis sufficiētibus ad producendū talem effectū necessario necessita/te nature agit: ita ꝙ nō ꝑt fieri ꝙ sit aliqua causa naturaliter partialiter productiua alicuius effectus quin cōcurrat ad illū effectū: si applicentur cause cū ea sufficiēter ꝑducitur talis effectus: sed qñ ꝑducit primus actus fidei in isto applicātur cause sufficiētes & ille habitus est vna: ergo partim ꝓcurrit nisi deus impediat. ¶Videtur mihi ergo probabilius dicere ꝙ fides infusa sine quocunq; habitu acquisito ꝑt concurrere ad actū fidei: quia si nō/vel hoc est quia habitus infusus nō est cū apprehēsione obiecti: vel requiritur motiuū: sed habitus acqsitus sñ pōtia motiui actualis cum imperio voluntatis ꝑt producere actū credendi: sicut dictū est post q̄ est actus scientificus ꝑ demonstratiōnē acquisitus nō est opus adducere demonstrationē: sed ꝑt intellectus ꝑ imperiū voluntatis cū habitu exire in scientiā. Eodem modo post q̄ ꝑ motiua acquisiuit multos actus fidei: ex ꝙbus productus est habitus: nō est opus replicare & adducere illa motiua: sed ex sola apprehensione obiecti: sed ꝑ habitū infusum nō ꝑt. Eodēmodo dico ꝙ ad actū fidei partialiter ꝓcurrit habitus fidei: & sic ꝓcurrit sñ habitu acqsito. ¶Alia differentia: fides acqsita ē varia/& diuersa: & varij & diuersi obiecti: sed est vnica fides infusa oim credibiliū: nā dr vnica fides vnicū baptisma. ¶Circa hoc duplex ē modus dicendi. Primus est ꝙ fidei infuse assignat vnum obiectum primariū sic ꝙ immediate inclinat ad illū assensum: & alia obiecta sunt secundaria & ad assensum illorū non inclinat nisi mediante actu primario obiecti: & videtur esse opinio Thome. fides infusa ad oēs inclinat: sed diuersimode ad aliquē immediate: scilicet ad istum Omne reuelatū a deo est verū: vel ad istum quo credo deum esse veracem: talis assensus ē immediate ab habitu infuso: sed assēsus huius antixps erit non causatur immediate ab habitu infuso: sed mediate: quia habitus ille imediate causat istum assensum oē reuelatū a deo est verum: & iste assensus cū isto, hoc est reuelatū causat imediate hunc assensum antixps erit quia assensus maioris & minoris cū assensu bonitatis consequentie naturaliter causant assensum conclusionis. ¶Contra hoc sunt due apparentie satis bone. Prima sequitur ꝙ habitus infusus equaliter inclinaret ad assensum istius antixps non erit: sicut ad istū antixps erit. Patet ꝓña: sicut assensus istius omne reuelatū a deo ē verū causat partialiter assensum istius antixps erit: ita ꝑt causa re partialiter assensū istius antixps non erit. Patet: possum credere ꝙ ista sit reuelata antixps non erit: q̄uis falsē: tunc sic Omne reuelatū a deo ē verū: antixps nō erit est reuelatū a deo: ergo, ꝓña est bona: assentio premissis/& ab illis causatur partialiter assensus cōclusionis: & sic mediate inclinat fides ad assensum falsum. Secundū motiuū, dicis ꝙ assēsus fidei nō inclinat ad assensū istius antixps erit nisi mediate. Cōtra: ergo nūq̄ ꝑt inclinare ad credendū ꝙ antixps erit nisi sub ratione quia reuelatum. Iam q̄ro, credo ꝙ antixps erit est reuelatū a deo: vel talis credulitas est assensus fidei: vel nō: si nō ergo assensus cōclusionis non erit fidei: qa causatur ex duobus: quorū alterum nō est fidei: Si sic & non est assensus fidei imediatus sed mediatus: & iterū nō assētio nisi qa reuelatū a deo. Eodēmō arguā de tertio assensu: certū est ꝙ hoc est reuelatū a deo nō est primariū obiectū fidei: sed istud oē reuelatū a deo ē verū, & sic erit processus in infinitum: vel nō dabitur primus assensus.

Hoc notū est ex phīa.

Doc. Solutio. ꝙ fides infusa sine acquisita ꝑt cōcurrere ad actum.

Maria ē fides acqsita ꝙ vna infusa. De obō fidei ad iciationē.

Apparētes rōes. Prīa apparētia.

Secūda apparentia.

Ad primū

Nō incōuenit hītum fidei mediate inclinare ad falsum.

¶Quātum Ad primū/si habitus fidei nō inclinat nisi mediate: ergo inclinat ad falsum Dico ꝙ de necessitate fatēdū est habitus fidei mediate inclinat ad falsum: quia eius assensus ē vna cā partialis assensus falsi: & nō est in cōueniens ꝙ mediate inclinet ad falsum. ¶Secūdo Dico & melius ꝙ assensus fidei est causa sufficiens assensus falsi cū alia causa: ergo cōcurrit mediate actu suo: quia est causa partialis actus falsi: tamē nō concurrit eodē modo sicut ad assensum verū.

Ad scōm

¶Quantum ad secūdum dico ꝙ assensus huius credo ꝙ antichristus nō erit sit reuelatum a deo/nō est assensus fidei theologice immo non causatur assensus fidei quin partialiter causetur ab alio assensu qui non est assensus fidei secundū hanc opinionē: puta ab isto: hoc est reuelatū: quare credo hoc esse reuelatū nō quia hoc est reuelatū: quia alias esset processus in infinitū: sed credo quia asseritur ab eo quē credo veracem: ideo ille assensus non est nisi assensus thopicus. apud istā opinionem omnis assensus fidei circa obiectum aliud a primario causatur partialiter ab alio qui nō est assensus fidei theologice: sed thopice.

Recapitulatio.

¶Visum Est ergo ꝙ fides est assensus certus propositionū ineuidētium exīs fundamētū rerū sperādarū: & de certitudie actus fidei: & de differētia iter infusam & acquisitā: & de cōcursu fidei infuse. & de illo cōcursu duplex est opinio: vna ꝙ infusa habet vnū obiectū imediatū: & imediate ꝓcurrit ꝑcise ad actū circa illud obiectū: & qa ex illa propositōe quā respicit imediate multe alie inferuntur saltē ptialiter: & assensus cuiuslibet p̄missarū ptialiter ꝓcurrit ad assensum ꝓclusionis: hinc ē ꝙ ifusa mediate ꝓcurrit ad assensum oim illarū q̄ sequunt. & dictū est ꝙ obiectū imediatū fidei infuse est. oē reuelatū a deo ē verū eo mō quo reuelatū est. Sed sicut dictū est secūdū istā opinionē est difficile saluare quin mediate cōcurrat equaliter ad falsum assensum sicut verū: quia dr cōcurrere mediate ad assensum: quia cōcurrit imediate ad istum quo iudico ꝙ oē reuelatū adeo est verū: & iste cū assensu minoris causat assensum huius ātixps erit. Similiter ille assensus quo iudico oīe reuelatū: &c. cū assensu huius hoc est reuelatū demōstrādo antixps nō erit: causat assensum huius/antixps nō erit: ergo assensus qui imediate producitur ab ifusa ē ita bñ cā partialis assēsus falsi sicut verī: & oportet ꝓcedē ꝙ pariformiter ad falsum ꝓcurrit mediate: & assēsus verus partialiter est causa assensus falsi. Secundus modus dicendi quē recipit Ochā in quolibetis est ꝙ infusa imediate ꝓcurrit ad omnē assensum fidei: ita ꝙ fides infusa est sicut cā vlis: nā cause vles cū diuersis causis ptikularibus producūt etiā imediate attingēdo effectus diuersos: vt sol cū equo equū: cum boue bouē: et attingendo imediate illos effectus, s. bouē & equū: ita fides ifusa ē sicut vniuersalis causa secūda credēdorū: & cum diuersis habitibus fidei acqsitis ꝓcurrit imediate ad diuersos actus credendi: imediate tñ. Dicit ergo ista opinio ꝙ habitus infusus se habet respectu oīm assensuum credēdorū ꝑ modum cause vniuersalis: & assensus acqsiti se hñt ꝑ modū causarum ptikularium & illa causa vniuersalis cum illis particularibus naturaliter ꝓcurrit ad diuersos effectus. ¶Circa istum modū ē ꝑcipua difficultas. dicis ꝙ habitus ille ꝓcurrit imediate cum acqsito ad assēsum alicuius propōnis puta antixps erit: ergo cum ꝓcurrat naturaliter q̄cūq; stabunt ille cause ptikulares cōcurrētes tūc vniuersalis ꝓcurret. Et hoc tangit Ochā in octaua distī. iij. & nō soluit.

Modus dicendi Ochan.

ꝙ fides infusa se habeat vt cā vlis.

Difficultas.

¶Quandocunq; sunt cause in ordine ad effectum vtraq; naturalis vna vniuersalis & alia ptikularis: si cū ptikulari applicet vno tempore ꝓcurrit: alio tēpe si applicetur ꝓcuret cū illa ptikulari: vt si sol vno tēpe applicetur cū equo & applicetur alio tēpe etiā ꝓcuret. ergo effecta ista ꝓpōne falsa: antixps erit vel ista falsa antixps nascetur: habitus acqsitus primus (q̄uis efficiatur falsa) adhuc cōcurret ad assensum illius & habitus infusus equaliter applicatur illi cause particulari. i.

Impugnatur Okam a doctore primo.

ꝙ assēsus fidei theologice nō causat nisi partialiter cō currat assēsus q̄ nō ē fidei

habitui acquisito: ergo si prius cõcurrebat imediate ad illum effectum: & etiã nũc & p ꝓns fides infusa ꝓcurrit imediate ad assensum falsum. ¶Secundo/Cõtra istã opinionẽ: qa successiue assensus ꝓtrarij sũt de fide: vt xps non moriet: sed eadẽ cã naturalis nõ ꝑt imediate ꝓcurrere ad effectus ꝓtrarios: ergo videtur ꝙ infusa nõ ꝓcurrat imediate

Ad ꝑmũ solutio. ¶Quantum ad primũ ꝑt euadi dicendo ꝙ actus procedens ab infusa est distinctus specie ab actu procedẽte ab acquisita: & sic nõ procedit similis cum priori: tñ tenet oppositũ ochã: qũo ergo soluit rõ: iste hitus imediate ꝓcurrit ad istũ actũ quo iudico antixps nasceꝛ. ſ. cũ cã ꝑticulari. ſ. cũ hitu acqsito: ergo cũ eadẽ cã ꝑticulari: q̃is efficiat falsa post natiuitatem antixpi: nego ꝑnam: qa fidei infuse non põt subesse falsum. Ad propositionẽ q̃cunq; vna causa naturalis cũ altera si equaliter applicentur altero tpe &c. Dico ꝙ ẽ verũ in causis oibus q̃ nõ sũt instrumẽta specialis motõis spũssancti. sed iste virtutes infuse. ſ. fides/spes/& charitas

Aduerte sunt instrumẽta qbus mediãtibus speciali ter spiritussanctus mouet nos vno tpe ad vnũ effectũ: & alio ad aliud: vel contrariũ. hinc est ꝙ vno tpe cõcurrit: alio vero nõ: & pria opinio videt multum vera videlicet ꝙ imediate ꝓcurrit ad solũ istud/oñe reuelatũ a deo ẽ verũ. Dicis ꝙ obñ primarĩ

Arguit. ẽ: oẽ reuelatũ a deo ẽ verũ. ¶Contra: ergo fides infusa imediatius inclinat ad assentiẽdũ ꝙ ista propõ/Deus ẽ trinus & vnus sit vera: q̃ ad assẽtiẽdũ ꝙ deus ẽ trinus & vnus certũ est ꝙ illi assensus distinguũtur specie: vnus ei est ꝓtigẽs: alius ẽ necessarius. Patet seq̃la ex illo principio/oẽ reuelatũ a deo ẽ verũ: imediatius iferꝛ ista/hec est vera deus ẽ trinus & vnus q̃ ꝙ inferaꝛ ista deus est trinus & vnus: & sic imediatius assentimus illi ꝓpõi p fidẽ infusam hec est vera deus ẽ trinus & vnus q̃ isti deus est trinus & vnus: & oportet necessario hoc dicere secundũ illã opinionẽ: & hoc dicit Aureolus in prologo sentẽ. Dices/Assentimus isti deus est trinus: &c. qa est reuelatũ. ¶Contra: anteq̃ esset reuelata erat vera: ergo ista ẽ falsa hoc est verũ qa reuelatũ: qa cã veritatis non est reuelatio. Dico ꝙ ly qa reuelatũ nõ debet determiare ly verũ: puta assẽtimus isti hoc ẽ verũ quia reuelatũ: sed debet determiare ly assentio: & cã quare assentio ẽ qa reuelatũ: ita ꝙ assensus quo credo ꝙ hoc sit reuelatũ est cã assensus huius hoc ẽ verũ. Et sic patet de ꝓcursu fidei: nũc ponũtur ꝓclusiones. ¶Prima ꝓclusio. Fides acquisita est

Prima ꝓclusio. necessaria ad credẽdũ articulos fidei. Patet Ad Ro. x. Fides ex auditu est/auditus ex ꝓdicatiõe: ergo ad credẽdũ articulos de necessitate regꝛitur fides: q̃ acqꝛitur p auditũ: sed nõ video magnã apparẽtiã in pbatiõe Gab. si intelligat ꝙ acquisita actualis sit necessaria tanq̃ cã formalis qua credimus: nõ est difficultas: ois actus ẽ acquisitus: & ẽ cã formalis denominãs formaliter credẽtẽ: & ois talis saltẽ de primo ex auditu ẽ regulariter. Si vero intelligat de fide acquisita habituali ꝙ sit necessaria ad exeũdũ in actus credẽdi est falsum: nã bñ seqtur: ẽ acquisita: ergo producta ex actibus credẽdi: & vltra: ergo actus credẽdi precesserũt: & vltra/ergo similiter necesse ẽ naturaliter loq̃ndo ꝙ crediderit sine habituali: ergo falsum ẽ ꝙ acqsita habitualis sit necessaria ad credendũ articulos fidei: qũo ergo ẽ intelligẽdus Gab. exꝑbatione ꝙ acquisita ẽ necessaria ad credendũ articulos fidei. Dico ꝙ nõ intelligit habitũ nec actũ credendi: sed aliquẽ actũ firmũ: q nõ ẽ fidei theologice: sed solum fidei thopice: vt si pñtent articuli alicui: q nunq̃ credidit non credet: sed si asseranꝛ crederet/& ad hoc vt credat oportet ꝙ assentiat istí credo asserentẽ veracẽ: iõ vult hr̃e ꝙ ad generãdũ actũ fidei theologice oportet de necessitate hr̃e prius aliquẽ actũ fidei thopice & hoc regulariter ita fit: & nõ requiritur actus fidei theologice q̃ esset ꝓcessus in infinitũ. ¶Secunda ꝓclusio. Non ꝑt naturali rõne probari fidẽ infusam ad credẽdũ fidei articulos eẽ necessariã. Patet ꝑnt singuli articuli credi sine infusa: ergo infusa non ẽ simplr necessaria: ergo non ꝑt euidẽter

Secũda cõclusio.

q̃ potentie aie nõ distinguant realit̃ sed ratione.

Quid cõ cupiscibilis & qd ira scibilis secũdũ tho.

scibilis ¶Est ergo q̃stio a qbus actus dr̃ pcupiscibilis. & a qbus dr̃ irascibilis: vñ ãtiqui vt Tho. & Bonauẽtura dicũt q̃ vocat cõcupiscibilis respectu boni non arduí: & ira scibilis respectu boni arduí. boni nõ arduí: id ẽ respectu boni quod nõ trãscẽdit facultatẽ humanã: & boni arduí: id est transcendẽtis facultatẽ hũanã: & cũ beatitudo eterna trãscẽdit totã facultatẽ humanã hinc dicunt spẽ que ẽ respectu illius boni esse i aia secundũ q̃ ẽ potẽtia irascibilis & nõ pcupiscibilis. sed Sco. & regulariter seq̃ntes eũ videtur melius dicer̃: & aliter. Pro quo aduertẽdũ q̃ est aliquod obm̃ quod ẽ volũtatis: q̃ in se habet rõnẽ pcupiscibilitatis vl̃ fugibilitatis in seipso. & est aliud obm̃ qd̃ in seipso nõ habet rõnẽ fugibilitatis: nec pcupiscibilitatis: sed solũ ppter aliq̃d aliud cuius ẽ mediũ / vel cuius ẽ impatũ. Exẽplũ: cibus ing̃tũ est pueniẽs vite hũane & ad pseruatõnẽ corporis hũani habet rõnẽ pcupiscibilitatis: & cibus rõe dilcõueniẽtis vite hũane i se habet rõnẽ fugibilitatis: & hoc solo pñtato / pura hoc ẽ pueniẽs concupiscit hõ. & hoc solo pñtato hoc ẽ dilcõueniẽs refugit hõ. sũt aliqua obiecta / q̃ tñ i se nõ hñt rõnẽ fugibilitatis nisi ing̃tũ sunt ipedimẽta alioriũ q̃ hñt rõnem boni veri vel apparẽtis: vt Sortes pcupiscit obm̃ de se pcupiscibile: puta cibũ: est aliq̃d ipediẽs ne potiat̃ cibo desyderato: illud obm̃ nõ habet de se rõnẽ fugibilitatis: sed solũ ppter hoc q̃ est ipedimẽtũ psecutionis alicuius obiecti qd̃ habet rõnem apparẽtis. ¶Secundũ istos potentia. i. voluntas dr̃ pcupiscibilis ppter actus quos habet circa obiecta de se appetibilia aut fugibilia: sed ppter actus quos habet circa obiecta secũdo appetibilia: vel fugibilia dr̃ irascibilis. Ex quo seqtur q̃ non dr̃ pcupiscibilis ab actibus pcupiscẽdi vel desyderãdi solũ. Sit̃ nõ dr̃ irascibilis ab actu secũdo cõcupiscendi / vel desyderãdi: sed dr̃ pcupiscibilis tã ab actu psequẽdi vel fugiẽdi imediate. sit̃ irascibilis ab actu & secũdo psequẽdi & fugiẽdi. exẽplũ. sors p vi pcupiscibilẽ appetit imediate pducẽtia ad eius salutẽ p eandẽ vim pcupiscibilẽ fugit q̃ imediate sũt nociua sue saluti vel sanitati: sed p vi irascibilẽ fugit ea q̃ sũt imediate ipediẽtia psequutionẽ eorũ q̃ sunt imediate appetibilia: & per eandem vim irascibilem sperat & desyderat illorũ amotionem: & sic vtraq; istarũ potentiarũ habet actus psequutionis & actus fugitionis. ¶Hoc supposito nõ est difficultas Vtrũ spes sit in cõcupiscibili vel irascibili. nã si capiatur spes large: vt se extendit ad omne desyderiũ futurũ siue sit bitudo vel aliud / aliqua spes est i irascibili & aliqua in pcupiscibili. Exemplũ: desyderiũ quo desydero cibũ pueniẽtem est i pcupiscibili: & desyderiũ quo desydero amotionem obiecti ipedientis a psequutõe obiecti appetibilis est i irascibili: sed vtrũq; istorũ desyderiorũ est spes large capiendo puta p hitu iclinãte ad bonũ: ergo in vtraq; istarũ virtũ aie est spes large capta. Sed si spes capiat̃ p virtute theologica: est in parte dũtaxat pcupiscibili: & est de directo cõtra illos dicentes esse in irascibili. Ratio: obm̃ circa qd̃ versat̃ actus spei est de se cõcupiscibile & imediate nõ ppter aliud: ergo actus q̃ versat̃ circa tale obm̃ est actus potentie pcupiscibilis. Cõsequẽtia tenet: ipsa potentia dr̃ cõcupiscibilis ab actibus: & solũ ab illis q̃ versant̃ circa obiecta q̃ sunt imediate appetibilia / vel fugibilia: ideo scdm Scotũ si spes sumat̃ stricte p virtute theologica: est imediate in cõcupiscibili: qa est de obiecto hñte imediate in se rõnẽ pcupiscibilis: & non ppter aliud.

Ipsa' voluntas dr̃ pcupiscibilis & irascibilis diuersimod

Qualiter spes sit in cõcupiscibili & aliqua in irascibili.

Dubium secundũ.

¶Dubitatur secũdo de ordine spei ad charitatem & ad fidem. Antiqui ponũt duo: q̃ spes q̃tũ ad actũ est posterior saltem natura q̃ fides. Nun q̃ ei infundit̃ fides sine charitate: licet bñ remaneat fides sine charitate. Sed q̃n q̃rit̃ de ordie istarũ virtutũ theologaliũ querit̃ de actibus siue de ordine earũ q̃tũ ad suos actus dicunt prio q̃ fides ẽ prior aliis q̃tũ ad actũ. Rõ: nũq̃ spat aliq̃s bitudinem nisi credat deũ esse / & posse cõicari a nobis p beatitudinem: isti aũt actus sũt fidei: ergo actus fidei de necessitate pcedit actũ spei. Dicunt secũdo q̃ actus spei pcedit actũ charita

De ordie virtutum theologi. q̃tũ ad suos actus.

tis: verū est regulariter/sed non oportet ꝙ
semp sit verum. De primo est difficultas si
aliqs opineť solū beatitudinē possibilē &
deū possibilē & deū posse sibi cōicari p bri
tudinē: quis nō credat firmiter pōt desyde-
Argumē tū qō non reqratur actū fidei ꝓcedere actū spei. rare btitudinē. Certū est ꝙ aliqs habet voli
tiones efficaces de multis de qbus nō habet
certitudinē: sed habet aliquā probabilitatē
ergo si sortes solū ꝓbabiliter estimet beati-
tudinē sibi possibilem nō firmiter iudicans
soř efficaciter poterit optaŕ btitudinem: &
ille actus erit spei: & nō importat actus spei
nisi desyderiū efficax: ergo vř ꝙ nō requiriť
de necessitate ad actū spei ꝙ ꝓcedat actus fi-
dei: sed sufficit ꝙ sit actus opinatiuus. Istud
argumētū vř mihi ꝓcluderē ꝙ non requiriť
de necessitate actū fidei ꝓcedere: sicut dictū ē
prius ad actū virtuosū nō necessario regriť
dictamē prudētiale: sed sufficit opinatiuū.
Si sit ergo aliqs q nō hēat actū firmū qđ est
btitudo sibi futura sed opiatiuū/tunc actus
cōformis puta desyderiū/quo desyderat ex
meritis & gra: ē alicuius virtutis: & nō nisi
Insurgit contra. spei theologice: ergo. ¶Dices ꝙ actus ille
nō est actus fidei infuse: qa si opineť non ha
bet infusam: & p ꝑns neq; spē. Dico ꝙ pro
tpe quo teneť firmiter credeŕ dūmō non sit
ptinax in opinione ex illo actu opiatiuo pōt
seq actus spei. Videtur ergo satis possibile
ꝙ sit actus spei absq; quocunq; actu fidei de
necessitate ꝓsupposito. Et ad Paulū dicēt ē
Ad auctozi. pauli solutio. Accedentē oportet credere. dico ꝙ oportet
credere. i. oportet assentire. implicat ꝙ ha-
beā desyderiū efficax btitudinis/qui iudicē
eā esse possibilē: sed nō oportet ꝙ illud iu-
dicīū sit firmū: sed sufficit opinatiuū: & ita
Dubium tertium. videtur mihi dicendū. ¶Dubitatur tertio.
Quare ponūť due infuse in volūtate: & vni
Quare fides ponitur i intellectu z spes z charitas i voluntate. ca in intellectu. Rndet Sco: & bñ: itellectus
nunq; ferť in obm̄ nisi sub vna rone. s. veri:
sed volūtas fertur in obm̄ sub duabus rōni
bus: puta sub rōne boni i se & sub rōne bo
ni nō in se/sed alteri: & prima affectio voca
tur iusticie: secūda cōmodi. cū sint ergo iste
due affectiones in volūtate ferť volūtas per
illas i sua obiecta. & sic ponūtur due virtu-

tes ad moderādū/dirigēdū/& regulādum
istas duas affectiones. s. spes ad inclinādū vo
lūtatē ad ferēdū in obm̄ qa alteri bonū: &c.
Dubitaŕ q̄rto/ vtrū sit tm̄ vna spes respectu
oim̄ spandorū: & est ꝓforme dubio de fide
Vñ multa spanda sunt. s. btitudo/charitas
remissio pctī: tūc quero an sit vna spes respe
ctu illorū obiectorū. De infusa ē vnica q̄ ha
bet vnicū obm̄ primarium puta deū: & oia
alia obiecta sunt secundaria & inclinant ad
actus circa alia mediāte actu circa primariū
obm̄. Si sit q̄stio de spe acq̄sita aliqs pōt hr̄e
vnicū actū spei qui termiatur ad deū: & cau
sabit habitū distinctū ab illo q causatur ab
actu q terminať ad btitudinē formalē: quia
isti actus sunt obiectorū distinctorū specie
ergo distinguūtur specie. & vltra: ergo cau
sant habitus distinctos specie: ideo sperādo
rū diuerse sunt spes acquisite & vnica infu-
sa sicut diuersorū credibiliū vnica infusa &
diuerse acquisite. ¶Aliud dubiū. Vtrū spes
& cetere virtutes cōsistāt in medio. vř ꝙ sic
qa aliqs ꝑt despare: & aliquis ꝑt ꝑsumere ni
mis spando: & in defficiēdo despare. Sicut
aliquis ꝑt nimis cito credere: qa qui cito cre
dit leuis ē. & sic supabundat in credēdo: ꝑt
etiā nimis parū credere: ergo deficit: & sic fi
des ꝓsistit in medio siue inter duo extrema:
& istud ē melius dubiū inter alia: de quo al
tercaŕ doc. Durādus tenet ꝙ hñt duo extre
ma: & Scotus vř defēsaŕ: & Thomas vř me-
lius dicere. Nā ptingit dupliciter virtutem
esse inter duo extrema. vno modo ꝙ habe-
at extrema rōne obiecti pricipalis. Aliomō
non rōne obiecti pricipalis: sed rōne circū-
stātiarū obiecti. Exēplū: vt tēperātia saltem
gtum ad iustum ꝓsistit circa esum & potum
Vñ aliqs pōt hr̄e actū circa esum & potū q
erit supabundātia nō solū rōne circūstātie:
sed ratiōe obiecti circa quod ferť: puta vult
bibere duas pintas vini: & vna sufficit.
¶Dicūt ergo & bñ ꝙ morales virtutes hñt
extrema p defectū & p supabū dantiā ex par
te obiectorū. i. ē vnus actus qui fertur circa
obm̄ pportionatum rationi: & ille est bo-
nus: &c. Sed theologice non hñt extrema

Dubium quartum an sit vnica spes.

Dubium quintum An virtutes theo. sint in medio.

Duplicit virtus ē inter duo extrema.

Differentia inter. morales z theolo. vtutes.

ratione obiectorum. Ratio: nullus potest
spare nimis magnū bonū neq; nimis crede-
re summe veritati: sicut nullus pōt nimis as
sentire ꝙ deus ē verax: ita nullus pōt nimis
desyderare summū bonū sibi. Sed aliq; pñt
spare deū paliqua media: p que nō est span
dus vel sine medijs qbus nō est spandus: vt
sperās btitudinē sine meritis nō est actus vir
tuosus: qa fertur in obm̄ difforme rōni: nō
in se sed ꝓpter circūstantiā: puta quia fertur
in tale obm̄ sine meritis Non ē ergo supera
bundātia in virtute spei rōne obiecti: sed ra
tione circunstātie. Etiā aliquis credit reue-
lato: non p medium: sed ad primā ꝓdicatio
nē de quo nō habet verisimilitudinē ꝙ sit
verax: talis est leuis: non ꝙ credat reuelato.
Sed quia credit p mediū p quod credere nō
debet. Ideo theologice virtutes non hñt ex
tremū: & ꝑcipue supabūdātie rōne obiecti.
De actu ꝓsūptōis ¶Circa hoc dubium difficultas ē de actu ꝓ-
sumptionis. Vñ actus ꝑsumptionis ē velle
btitudinē sibi sine meritis. Vtrum talis sit
ꝑsumptuosus: dico ꝙ sufficit hr̄e media in
proposito scilicet qa itēdit mereri & dispo
nere se ad gram: & p merita q̄ habet in intē-
tiōe ꝓsequi btitudinē non ē ꝑsumptio: sed
De actu dspatiōis ille est ꝑsūptuosus q nō habet merita nec in
actu nec in ꝓposito. ¶Sed de actu despatio
nis quid est an sit nolle btitudinem: certū
Phoc apparet ꝙ spes sit in itellectu. est ꝙ nullus ꝑt velle miseriā scdm aliquos:
ita apud eos nullus pōt nolle btitudinem.
An actus despationis sit nolle mereri: & est
argumētum satis apparēs ad probādū opi-
nionē ꝙ actus spei sit actus itellectus. Nam
ista non ē de fide/merebor: nec ista/ego cō
sequar btitudinē ex meritis & gra: quicūq;
Quid sit despare. habet iudiciū Nō ꝓsequar btitudinē q̄cūq;
merita faciam dr̄ despare. Cayn iudicabat ꝙ
non poterat p q̄cūq; media ꝓsequi remissio
nē pcī nec btitudinē ergo vř ꝙ actus spādi
sit actus intellectus: & p ꝑns ꝙ actus eius op
positus scilicet actus despandi sit actus intel
lectus puta iudiciū: &c. Dehoyta videť dice
re ꝙ despare non est aliud q̄ libere assentire
ego damnabor: dicit libere quia si reuelare
tur secus esset: sed si ex mala affectione quā

habet vult ita credere/ois talis dr̄ despare:
& p ꝑns vř ꝙ despare nihil importet ꝑtera
ctum intellectus ponitue: & videť mihi ꝙ
aliquis dicitur despare qui habet actū incō-
possibilē actui quē dicimus spare. Aliq. n.
actus intellectus sunt icompossibiles actui
spei puta desyderiū beatitudinis ex meritis
Vnde assēsus quo iudicaŕē non ē mihi pos
sibilis: repugnat oi desyderio efficaci beati-
tudinis: & per ꝑns habens talē assensum di
citur desperare. Similiter hñs iudiciū nunq;
merebor: dicit desperare: qa efficaciter repu
gnat desyderio. sicr hñs iudicium q̄is ego
merebor: illa tm̄ non erūt sufficiētia ad salu
tē dicit desperare: ergo desperare nihil aliđ
est q̄ hr̄e actū intellectus icompossibilē illi.
Et dicitur despare propter incōpossibilita-
tē ad actū spei per quē dr̄ sperare. ¶Vtrum
An actus spandi sit meritorius actus sperādi sit meritorius. Apparet ꝙ nō
Nullus actus est meritorius nisi vltimate re
feratur in deū: quia radix meriti ꝓsistit in di
lectione dei sup oia sed actus sperandi non
refertur immediate in deū. Patet: quia est a-
mor ꝓcupiscentie: quia vltimate refertur in
amantē: amat enim sibi beatitudinē eternā:
amor beatitudinis refertur in amantē vltima
te: ergo videtur ꝙ non sit actus meritorius.
¶Preterea/Omnis actus meritorius ē affe
ctio iusticie: sed actus spei ē affectio ꝓmodi:
ergo videť ꝙ actus spei non sit meritorius.
Pria ꝓpositio. ¶Pro solutione sit prima propositio. Nul
lus actus cuiuscūq; alterius virtutis a chari
tate ē meritorius: nisi pro q̄to per actū cha-
ritatis refertur vltimate in deū. Vñ aliquem
actū referri vltimate in deū: nihil aliud est q̄
diligere deū super oia & ex illa dilectiōe vel
elicere actū illū alterius virtutis: vel ꝓtinua
re: & non ē icōueniēs ꝙ vnus actus sit dua
rū virtutū vnius elicitiue: & alterius impe-
rative. Vñ dico ꝙ ois actus qui est elicitiue
Idē actus ꝑt ē duarū ꝑfectū. alterius a charitate nunq; est meritorius nisi
sit actus imperatus a charitate. i. imperatus
mediante actu charitatis. ¶Hoc supposito
satis facile videre est qūo actus spei sit meri-
torius: stat. n. ꝙ aliquis diligat deū super
omnia: quia in se bonum ꝓplacēdo in eius

bonitate volendo ꝙ sit summe iustus: prudēs: &c. Et propter hoc: quia habet actum diligendi super omnia desyderat eum sibi per beatitudinē eternā: propter hoc precise ga diligit deum super omnia: ita ꝙ istum amorem ꝓcupiscētie refert per amorē amicitie dei: talis actus ē meritorius: q̄is non sit elicitus a charitate: sed imperat a charitate id ē mediāte actu charitatis. & sic resolutio est ꝙ nunq̄ actus alterius virtutis ē meritorius: nisi impetur a charitate. Ratio: quia ratio meriti ꝓsistit in dilectione dei super oia & ipsum procedere a dilectiōe dei ē ipsum partialiter causari a dilectione dei super oia aqua ꝓcedit: ga non ē meritorius nisi ꝓpter assistētiā dilectionis dei sup oia. si sic: ergo ille actus est immediate elicitus a charitate. Patet ꝓna. Ois actus qui ē immediate meritorius. i. proprio merito ē immediate productus a charitate: ergo si actus spei sit immediate meritorius. i. merito proprio: ita ꝙ ei correspondeat premiū distinctū ab aliquo actu: ergo ē actus immediate a charitate: & ꝓ ons actus spei erit ita bñ charitatis sicut spei. verū est ꝙ actus spei nō est meritorius nisi referat ꝓ amorē amicitie. Sed hoc supposito ꝙ sit taliter meritorius est difficultas/ an sit meritorius merito proprio: ita ꝙ ei respōdeat premiū ab illo actu ꝓ quē refertur. si sic: ergo ille actus ꝓcedit a charitate. Cōsequētia tenet: quia charitas ꝓducit oēm actū meritoriū qui est immediate meritorius: & sic erit ita bñ actus charitatis/ sicut spei. ¶ Dico ꝙ ille actus qui ē precise spes impetratus ab amore amicitie non ē meritorius merito proprio: sicut actus q̄libet secūdū Ochā qui nō habet intrinsecā bonitatē: sed bonitatē actus propter cuius pñtiā est bonus: ita dico q̄libet actus q̄ precise propter pñtiā alterius est meritorius nō habet meritū proprium ei correspōdēs: ideo dicerē ꝓsequēter ꝙ actus qui est ꝑcise spei qui ē meritorius est ꝑcise meritorius pmij qđ correspōdet illi actui a quo iperatur: alias oporteret ꝓcedere ꝙ esset immediate a charitate. ¶ Difficultas alia. Nunquid pōt ei ꝓcupiscere bonū ꝓpter deū summe dilectū: aliq̄n est idē actus q̄ē amor amicitie & ꝓcupiscētie: ideo ois amor ꝓcupiscē scētie videtur esse amor amicitie. nunq̄. n. diligo bonū amore ꝓcupiscētie qui diligā illud bonū alicui per illū actū: ergo diligo illū/ cui opto amore amicitie & per ons ꝑt esse aliquis actus quo quis sperat btitudinē & pp deū sūme dilectū eo dē actu: si sit ergo ē actus charitatis. Patet: ē dilectio dei super oia: ergo charitatis/ & ē actus spei: ergo idē actus ē & spei & charitatis. & sic ē q̄ō. Vtrū sicut possem amare sortē propter deū eo dē actu nūqđ etiā eo dē actu possum mihi cōcupiscere btitudinē ex meritis & gra pp deum summe dilectū: & appet mihi ꝙ sic: & hoc supposito Vtrū talis actus sit charitatis & spei: vr ꝙ sic. Bñ segtur: est dilectio dei sup oia: ergo ē charitatis: & bñ segtur: ē expectatio future btitudinis: ergo est spei: ergo idē actus est charitatis & spei. verū est ergo ꝙ ē elicitiue a duabus virtutibus distinctis: ꝓcedo: & nō est incōueniēs ꝙ idē actus sit duarū virtutū elicitiue vnius theologice/ alterius moralis: neq; ꝙ procedat a duobus habitibus distinctis specie elicitiue. Dilectio. n. dei sup oia in hituato ꝓcedit a charitate infusa/ & ab acquisita: ergo idē actus procedit ab hitibus distinctis specie etiā hñtibus distinctas denoiatiōes virtutū: quorū vnus sit acq̄situs: & alter infusus. vt sor abstinet a venereis propter deū summe dilectū est charitatis infuse elicitiue. Patet: quia ē dilectio dei: & actus ille ē ab hitu tēpantie. isti enim habitus sortiūtur diuersas denoiationes virtutū: quia vnus est charitatis: & alter tēperātie ¶ Dico tertio. non est incōueniens ꝙ idem actus ꝓcedat a duobus habitibus distinctis specie vtroq; infuso: & qui sortiūtur diuersas denoiationes virtutū: vnus vocat spes: alius charitas. Et sic quādo dicitur regulariter ꝙ nunq̄ habitus distincti specie immediate producūt actū vel actus eiusdem specie: sed actus distincti specie producūtur a diuersis habitibus: hoc intelligit de

Resolutio doc.

Bona dfficultas.

Difficultas alia.

Qđ idē actꝰ sit spei et charitat.

Idē actꝰ ē virtus theolo. et moralis.

Idē actꝰ ꝑt ꝓcedere a diuersis hitibꝰ distinctis ēt specie.

vtroq; habitu acquisito ita ꝙ nūq̄ duo habitus acquisiti distincti specie immediate producūt eūdē actū: sed stat bñ ꝙ vnus ꝓducat immediate: & alter mediate: sed de infuso nō est incōueniēs: vt patet de actu qui ē amor amicitie/ & amor concupiscētie. ¶ Dubitatur qđ est obm adequatū spei. dico ꝙ obm adequatū spei ē aliqs ꝓceptus: sed iadequatū obm ē res ad extra. Vñ spes & charitas tēdūt in rē ad extra. i. res ad extra p actus amoris & desyderij desyderatur & amat: nihilominus nō tendūt in rē ad extra: nisi mediante aliquo ꝓceptu: & ille cōceptus p quē tendūt in rem ad extra dr esse obm primariū & adequatū: & est fantasia satis bona. Dicitur ergo (& istud est notissimū) fides tendit in deū p actū suum: & alie virtutes nō nisi mediantibus apprehensionibus: quia volūtas non fertur in incognitū: & tendit mediātibus diuersis apprehēsiōibus: ideo actus earū sunt varij: ꝓptere a aliud est obm charitatis: & est hoc ꝓplexum/ deus ē diligēdus & quicqđ vult a me diligi. fateor ꝙ actus charitatis & spei nunq̄ tēdūt in deū nisi mediāte aliqua cognitiōe: tñ nō oportet ꝙ tēdāt in illā cognitionē. qñ. n. sortes apprehēdit deū vt quoddā futurū si eliciat actum quo sperat sibi actu illo nō fertur sortes in illud ꝓplexum: qa non oportet ꝙ sortes reflectat se sup tale cōplexū: sed solū fertur i deū: mediāte tali complexo. ¶ Propterea dico ꝙ obm adequatū spei & charitatis ē deus: ergo idē est obm adequatū istarū virtutū. verū est: sed secūdū diuersas apprehēsiones & rōnes. Nā deus pōt apphendi secundū diuersas rōnes: & secundū vnā rōnē est obm virtutis scdm quā rōnē intellectus ferī in illā. Vñ deus nō est obm spei: nisi scdm rōnem boni futuri & actus spei nō fertur in illā rationē. Non. n. segtur/ Spes nō fertur i deū: nisi scdm rōnem aliquā: ergo ferī in illā rōnē: sicut nō segtur. Volūtas nō fertur in obiectū nisi scdm cognitionē: ergo fertur i cognitionem: vt ātēq̄ ego amem patrem meū nō oportet ꝙ amem scdm illā cognitionē. & sic deus est obiectū adequatū spei & charitatis & beatitudinis. Et sic dicta sufficiant de fide & spe. Hec materia diffusius in ꝑludijs moralibus tractat. Nūc segt de charitate. ¶ Dist. xxvij.

Quid sit obm adequatum spei z in adequatū

Deus est obm spei z charita.

Aduerte

Quid de cꝰ charitatis quid amor

De triplici appetitu ꝓio & naturali.

Dē ens apetit eē.

Quid appetitꝰ aīalis.

Quid intellectusꝰ

QVeritur ꝓsequēter. Vtrū charitas sit habitus inclinās volūtatem hominis ad obseruatiōem primi p̄cepti charitatis/ seu de dilectione dei sup oia: & in ista q̄stione ponūtur tres articuli. Q̄tum ad primū declarabimus qđ sit charitas. Et quia habitus cognoscūtur p actus: ideo primo inuestigabimus quid sit actus charitatis. Vñ actus charitatis dicit amor vel dilectio. ideo videndū est quid sit amor. Amor ei nō est nisi quedam tendētia qua tēdit potentia in suū obm. Vñ triplex est appetitus/ naturalis/ sensitiuus/ & intellectiuus. & quolibet istorū appetituū tēdit potentia in obm. Appetitus ēm naturalis nō ꝓrequirit apphensionem eius qđ appetit in ipso appetente/ sed alterius puta in instituēte naturā. Diuina enī ꝓuidentia (vt inqt Boetius) dedit creatis a se rebus hanc vel maxime manendi causam: vt quoad possūt naturaliter manere desyderāt. Et Cicero in primo offi. Principio animātiū &c. Appetitus vero animalis est appetitus presupponens apphensionem appetentis natus tendere i obm apphensum aut in eo quiescere necessario & nō libere: & hic est in brutis. Sed appetitus intellectiuus de necessitate p̄supponit noticiā intellectiuā seu iudiciū intellectus natus libere actū suum elicere. & vocatur appetitus rōnalis/ itellectus/ seu volūtatis. vñ appetitus naturalis tm̄ valet sicut naturalis inclinatio: vt est naturalis inclinatio ad aliqđ prosequendū: vt graue naturaliter appetit descendere deorsum: & appetitu naturali vnaq̄q; res appetit ꝓseruari in eē vt dictū est. & talis appetitus nullā ꝓuiā cognitionem ꝓrequirit. sed appetitus aialis ē illa potētia q̄ exercet suā opationem mediāte aliqua cognitione ꝓuia/ vt in brutis ꝓter naturalē inclinationem est qdā appetitus

cognoscendi qui nō potest causari nisi mediante aliqua cognitione ꝑuia. Sed appetitus intellectus seu voluntatis est ipsa potentia q̄ de necessitate ad suos actus exercēdos aliquā preuiā cognitionē regrit q̄ libere feratur in obiecta. ¶Et sicut solent cōmuniter doctores ponere tres potentias ita ponunt triplex genus amoris. vñ amor primo mō q̄ correspondet appetitui naturali quē etiā naturalē dicimus/nō actus elicitus vel passio: sed est ipsamet res vel eius forma substātialis aut qualitas eā formā naturaliter ꝓsis. ¶Sed statim q̄reret aliqs cū aīa nra in ordine ad intellectiōes & suas opatiōes habeat incliationē & appetit eius cognitiones: qa vnūquodq; appetit suā opationē/mō opatio intellectus est intelligere & voluntatis velle/nole. q̄ritur ergo qualis sit appetitus ad istas opationes. clarū est q̄ nō est appetitus intellectus: qa nullam preexigit noticiā. ¶Breuiter dico q̄ appetitus intellectus seu volūtatis quo exigit suas opationes dī naturalis ita bī sicut appetitus quo graue appetit descēdere deorsum. &c. ¶Sed amor secundo modo puta qui correspondet appetitui aiali seu sensitiuo est incliatio appetitus sensitiui ad suum ꝓueniēs/vel actus desiderij quo tendit in bonū apphensum absens. & talis vocatur amor aīalis qui cōis est hoībus & brutis. ¶Sed amor tertiomodo puta amor rationalis vel intellectus est actus volūtatis quo volūtas libere acceptat obm̄ p intellectū sibi ꝓntatū. & de hoc amore cōmuniter est sermo: & q̄n est q̄stio de amore apud doc. capit amor pro actu volūtatis puta velle/& nō p naturali vel sensitiuo vt q̄n dī q̄ amor nō fertur in incognitū. ita q̄ amare ptinet ad volūtatē & ē actus volūtatis sicut itelligere ē actus intellectus. ¶Consequenter dī q̄ volūtas nō habet nisi duas opationes. qa obm̄ non pōt ꝓntari volūtati nisi duobus modis. volūtas ei nō pōt hre circa illud obiectū nisi duos actus: puta velle quo volūtas acceptat obm̄ vt cōuenies. Et nolle quo voluntas fugit. Et ita primus actus vocatur prosequutio: & secūdus vocatur fuga. ¶Et si dicatur voluntas potest hre actū suspentionis: qa potest suspendere actū/ergo est aliquis actus suspensus quo neq; acceptat neq; de acceptat neq; fugit. ¶Respondetur quod talis suspensio ꝓt fieri duobus modis: vnomodo q̄ volūtas ꝓnte obiecto per apprehensionē intellectus q̄nq; auertit se/ita q̄ nullum actū circa hoc obiectū elicit & suspēditur ab obiecto. & talis suspēsio non ē actus. Aliomodo volūtas volens suspēdit pactū positiuū/quia vult nō elicere vt magis inquirat de obiecti ꝓuenientia & bonitate. Et talis actus suspēsus est quodē velle. s. velle non elicere. Et sic patet q̄ in voluntate non sunt nisi duo actus eliciti respectu cuiuscunq; obiecti: scilicet velle & nolle. ¶Hoc supposito cum amor sit actus volūtatis vidēdū est vtrū sit velle vel nolle. breuiter dr̄ q̄ amor nō ē nisi velle. quia actus amādi ē ꝓplacentia i amato vl̄ est actus quo acceptat obiectū amatū tm̄ bonū sibi vel alteri. Verū nolēdo nihil acceptamus sed refugimus: ergo amor non pōt esse nole: ideo cū sint tātū duo actus volūtatis oportet de necessitate dicer̄ q̄ amor actus voluntatis est velle. Et hoc habet philosophus in secundo rhetoricorū. amor inquit est velle alicui bonū. ¶Hic est difficultas: quia dicūt aliq doctores quod oē nolle ē velle: ita dicit Gregorius i primo & Holcot. q. septima primi: quia oīne nolle alicuius est velle suū ꝓtradictoriū/quia nolle sortē eē diuitē est velle sortē nō esse diuitē: sed sic ē q̄ oē velle pōt dici amor vt dictū est/ergo omne nolle pōt dici amor. Primo dico secundū illos qui dicunt q̄ oē nolle est velle hoc cōcedēdo. pōt dici q̄ non ē amor illius obiecti cuius est nolle. vt nolo sortem diuitē/talis actus est nolle diuitiarum: & sic nō est amor diuitiarū. Sed est velle alterius Et sic secundū istā opinionem dato q̄ esset vera nō seqtur q̄ amor sit nolle. Ista tamen opinio semp visa est mihi falsa & nō vera. Et ratio mea est: quia ego possum apprehēdere sortem diuitē vel ecōtra nō cogitādo de ꝓtradictorio. ideo possum apprehēdere

Triplex amor q̄d amor naturalis.

Dubium

Quid amor sēsitiuus.

Quid amor rōis.

Duo sunt tm̄ volūtatis actꝰ eliciti.

An volūtas dicat suspēdere q̄ actum

Suspēsio vo. dupliciter pōt fieri.

Amor volū. ē quodā velle.

Quod nolle sit velle scōs Gre. & Holcot

Confutatio gregorij & Holcot.

vnum contradictoriū nō apprehendendo reliquum. Et tunc non posset dici q̄ illud velle sit nolle: quia voluntas nihil vult nisi intellectus apprehendat. sed intellectus nō apprehēdit ꝓtradictoriū/ergo oportet de necessitate dicere q̄ nō oē nolle est velle cōtradictoriū: & ista opinio appet michi probabilior. ¶Consequēter noto q̄ iste amor diuiditur in tres amores/primomō in amore affectiuū & effectiuū: secundomō in amore amicitie & cōcupiscentie: tertiomodo in amorem cōplacentie & desiderij. Proprio noto q̄ voluntas volēdo alicui bonū si sit velle efficax non ē in potestate voluntatis pro tunc: quin exhibeat illud bonū nisi impediatur ab extriseco. Et si caruerit illo bono procurat illud bonū amato q̄tum pōt alioquin talis dilectio nō esset vera. Vnde Io. iij. diligamus non lingua: sed opere & veritate. & Gregorius omelia. xxx. amor dei ociosus non est. Et amor ille quandoq; extēdit ad conatū illū quo quis bonū procurat q̄ amato ineſſe desiderat. Et ex illa auctoritate. Io. sumit illa distinctio amoris in affectiuū & effectiuū. Sed amor affectiuus ē actus volūtatis elicitus quo volo alicui bonū. Dicunt doc. q̄ illa volitio ad quā sequitur opatio vocat amor effectiuus/sed si ad istā opationē interiorem vel desideriū non sequat effectus: tunc talis volitio nō efficit & vocatur affectiuus. Et nō est in hoc difficultas. Dicitur tm̄ cōmuniter q̄ iste amor effectiuus nō est proprie operatio immanēs: ideo ista acceptio est satis impropria.

¶Q̄tum ad aliā diuisionē amoris in amorē amicitie & amorē ꝓcupiscentie dicit Durandus in hac distinctione q̄ nō est intelligendū q̄ sint duo amores distincti: vt si qs velit sorti amādo ipsum diuitias/vl̄ honores/amor sortis in vtrūq; tēdit/amat enim sortem cui vult talia bōa ineſſe: amat & ipsa bona q̄ vult ineſſe sorti/amat eni sortē propter se: diuitias vero & honores amat propter sortē. Ita volens sibijpsi bonū equum per amorē qui est velle in se ipsum tendit in equū. vult enim equū esse sanum/fortem/velocem/nō propter equū ibi sistendo sed propter se: proportionabiliter sicut intellectus duos habet actus assentiendi alicui vero/aliquādo eni assentit vero propter se/sicut pricipio ex terminis aut ex euidētia noto ei euidenti aliquando propter aliud verum quod resoluitur ex quo deducit sicut conclusioni ex principijs illate. ¶Item proportionabiliter quādoq; acceptat bonū ꝓpter se nō referendo in aliud. Aliqn tñ propter aliud. Et secundū hoc distinguūt vsus & fruitio. Similiter amor amicitie & amor ꝓcupiscētie. vnde sicut est ordo i intellectu ita est ordo in voluntate. ¶Dico ergo q̄ amor amicitie est amor quo amatur obiectū ex sola obiecti apprehēsione & nō ex alterius obiecti amore/sed amor cōcupiscētie est amor quo amat obiectū nō ex sola obiecti apprehensione: sed ex alterius obiecti amore/verbi gratia: si quis diligit sortem volēs ipsum esse diuitem: potentē: vt sibi largiat & benefaciat: vel si quis bene vult famulo: familie: vel bestijs sortis propter sortē. ois dilectio hec amor est concupiscētie. Et in amore huiusmodi quādoq; sunt duo actus/vnus precise circa illum cui bene vult. alius circa bonum illud q̄d vult. & primus actus est amor amicitie: secundus est amor concupiscētie. Vnde quādoq; vnico actu vult alicui bonū propter alterū/sicut vnico actu ꝓt volūtas ferri in mediū & in finē. Et tūc iste actus est amor amicitie & amor concupiscētie simul: sicut simul est fruitio & vsus. sicut si presentetur mihi deus tanq̄ summum bonum tunc ego affecto deum/talis actus est amor amicitie. possunt adduci mihi obiecta creata accepto ea propter deum: talis secundus actus est amor cōcupiscētie. breuiter dicerem q̄ ois amor amicitie est fuitio: vel est actus medius. quia amo nō ꝓpter aliud. sed ponendo actū medium talis amor qui non fertur in obiectū tanq̄ summū bonū non ē malus/qa pōt referri in deū/& erit actus medius: sed non ponēdo actū medium est malus. Est difficultas: vtrum deus possit secundum essentiā amari amore cōcupiscētie: de

Quid amor affectiuus.

Q̄ amor amicitie & cōcupiscētie nō nō distinguantur.

Quid amor amicitie.

Quid amor cōcupiscētie.

Idē actꝰ ē fruitō & vsꝰ mediꝰ & finis.

hac difficultate postea videbitur. ¶Noto preterea ꝙ amor amicitie ē causa amoris cō cupiscentie non solū in gñe finalis/sed efficientis. Et est ordo perfectionis inter ipsos amores/quia amor amicitie ē perfectior & nobilior scdm Anselmū: quia amor amicitie ineſt volūtati secundū affectionem iusticie/& amor concupiscentie ineſt volūtati secūdū affectionē commodi. ¶Tertia diuisio amorū est in amorē ꝓplacētie & amorē desiderij, ita amor ꝓplacētie est velle alicui bonū iam habitū siue ꝓpter ipm siue ꝓpter aliud/hoc mō amat eū qui ꝓgratulat & cō delectat de bono adepto/nō tñ gaudiū vel delectatio est amor seu velle quod est actus volūtatis: sed gaudiū & delectatio est effectus sequēs amorē. Amor desiderij ē actus volūtatis quo volo mihi vel alteri bonum absens siue propter se amatum siue propter aliud. hoc est siue sit amor amicitie siue cō cupiscētie. Et quilibet istorū amorū potest esse ordinatus vel inordinatus vel indifferens. Itē potest esse gratuitus vel nō meritorius. ¶Notādum tertio ꝙ illa eadē que dicta sunt de amore sunt etiā dicenda de dilectione. Et inueniūtur quattuor nomina ad idem ptinētia/scilicet amor/dilectio/charitas/& amicitia. In hoc tñ differunt ꝙ amicitia secundū philosophos est quasi habitus & regulariter capitur pro hūbitu. dilectio & amor ꝓ actu. & charitas aliqñ capitur pro actu aliqñ pro habitu: differenter tñ significātur actus ꝓ ista tria amor/dilectō/charitas: qa ois amor est dilectio vel charitas: sed non ecōtra. addit enī dilectio sup amorem electionē precedentē. vt ipm nomē sonat. vnde solum est in volūtate rationali: charitas aūt vltra amorē addit pfectionē quendā amoris inquātū illud ꝙ amatur magni estimatur. ¶Notandum quarto ꝙ deus potest diligi secundum oēs species amoris supradictas actualiter & habitualiter. Nam diligere deū est velle deo bonū. esse omnipotens: summū bonū infinitum: iustū: &c. hoc est breuissime deū velle esse deū/scilicet bonū quo nihil melius excogitari pōt: hoc enim nomine deus intelligit secundū beatū Augustinum. ¶Duplex est dilectio dei quedā complexa quedam incomplexa. diligere deū dilectione incomplexa est habere cōplacentiā in illa bonitate in se complacēte & nō mediāte alia noticia cōplexa. hoc enī non fertur supra aliqd complexum Sed dilectio cōplexa non capit pro noticia cōplexa: sed vocatur dilectio ideo complexa quia fertur sup obm cōplexum vt volo deum esse summū bonū/omnipotentē/talis volitio secundū Dionysium nō potest esse fruitio: quia volūtas nō pōt ferri in aliquod obm complexe: quin sit volitio incōplexa. Et ideo male sequtur secundū eum ꝙ nulla talis volitio pōt esse fruitio. Dicit cō sequenter Dionysius ꝙ non est vsus sed est actus medius. ¶Ex his Gabriel infert ꝙ nullus existens in peccato potest amare deū super oia/quia talis nō vult deum esse maius quo nihil excogitari pōt: patet. quia vellet deum ignorare peccatū suum: & sic nō esse summe sapientē/aut sua peccata non vindicare: & sic nō ē summe iustū. Et sic concludit ꝙ nō est possibile ꝙ aliquis sit in peccato & ꝙ diligat deū sup omnia. ¶Q̄ tum ad hoc videt mihi ꝙ dilectio stet cum pctō: patet. sit sortes q diligat deū sup omnia cū oibus debitis circunstantijs. Et volo ꝙ sortes pro tunc credat aliquē esse inimicū fidei qui tñ non est inimicus. & ex zelo fidei occidat illū quē credit inimicū fidei ignorantia vincibili. Tunc in illo casu sortes peccat mortaliter & diligit deum sup oia vt videt manifeste/ergo ꝓpositū. Item volo ꝙ sortī hñti dilectionem dei sup oia occurrat preceptū de dādo elemosinam pauperi. Tunc quero vel sortes manente dilectiōe est liber vel nō/si dicas ꝙ ē liber/ergo pōt omittere si dicas ꝙ nō: ergo necessario dat elemosinā. Et sic nō meretur. Et ꝓ cōsequēs nō bene agit quia suus actus non ē liber: ergo nō obstāte ista dilectione dei sup oia pōt omittere: & sic peccare qd erat probandū. Et si dicas ꝙ tunc ille actus non vocabitur dilectio dei sup oia. Tunc difficultas erit ad nomen.

Amoz aīcitie ē causa efficiēs amoris cō cupiscentie.

Quid amor ꝓplacētie.

Quid amor desiderij.

Differentia inter amorē/dilectionē/charitatē/amicitiam

Dupla dei dilectio. s. cōplexa & incomplexa

Cur dicitur noticia dei cōplexa.

Cur peccato mortalis non possit deū diligere sup omnia.

Oppositū tenet a doctore.

sed dices quicquid sit substātia actus diligē di deum super oia manet. verū est: sed non vocatur dilectio propter peccatum: tūc difficultas est ad nomen. His suppositis declaratur nunc de quo precepto itelligatur quā do queritur. Vtrum charitas sit habitus inclinans voluntatē. &c. vnde notes ꝙ illud preceptum inuenitur in pluribus passibus sacre scripture. ¶Primo habet Deuteronomi sexto: vbi dicit Moyses. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: ex tota anima tua: & tota fortitudine tua. Et Mathei. xxij. sic habetur. Diliges dominū deū tuum ex toto corde. & i tota anima tua. & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Mar. xij. additis tribus conditionibus quas Matheus ponit ex tota virtute tua. Et Luce primo. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota ania tua & ex omnibus viribus tuis & ex omni mente tua. He autem conditiones tota fortitudine: tota virtute: omnibus viribus pro eodem accipiuntur secundum Tho. secūda secūde. q. xliij. articulo quinto. Et manēt he quattuor conditiones: puta ex toto corde ex tota anima ex tota mente: & ex tota fortitudie. ¶Est ergo difficultas/quid itelligatur per istos quattuor terminos toto corde tota ania: &c. Dicit breuiter Durandus & bene ꝙ designātur quattuor potentie: scilicet per ly corde potentia volitiua: quia sicut cor est principale membrum ita potentia volitiua est radix meriti per li anima intelligitur potentia intellectiua: & per ly mente potentia sensitiua: & ly fortitudine potentia executiua seu actus exterior. Et sunt quattuor principales partes scilicet voluntas/intellectus/sensus/& potentia executiua. Et breuiter nihil vult habere illud preceptum nisi ad habendum dilectionem meritoriā dei sup omnia: oportet ꝙ tota voluntas feratur in deum: & tota anima: id est ꝙ illa voluntas seu actus voluntatis reguletur a dictamie itellectus seu prudentie. Et ꝙ operationes exteriores referantur in deum vltimate summe dilectū.

Precepti de dilectiōe dei.

bona difficultas.

Declaratio ꝑcepti de dilectiōe dei

Diligere deū sup oia q̄rus plr intelligitur.

Dupliciter pōt intelligi ꝙ adimpleat ꝑceptū de dilectione dei.

Augustinus.

Corrolarium Primus Secūdus.

Diligere deū super oia: secundū De alia quadruplicer pōt intelligi. vno modo quātum ad perfectionē dilectionis gradualiter. Secūdo mō q̄tum quātitatem obiecti siue quantum ad illud bonū volitum. hoc est ꝙ deo velimus plura bona q̄ cuicunq; alteri: vel in maiori multitudine. Et differt a primo mō: quia stat ꝙ volendo platonē grosso rustico diuitias plus diligam eum intēsiue seu gradualiter siue maiori affectu/q̄ platonem volēdo ei episcopatum/tamē secūdo modo plus diligo platonem: quia volo ei maius bonum. Tertiomō pōt intelligi ꝙ diligamus deum super omnia q̄tum ad firmitatem. i. ꝙ potius delinerem dilectionem cuiuscūq; q̄ dilectionem dei. Quarto quātum ad naturam: id est naturalius. Et sic isto modo nō est difficultas quin dilectio sui ē magis naturalis q̄ dilectio dei. vel cuiuscunq; alterius. Quō ergo est questio: vtrum deus sit maxime diligendus sup oia potest intelligi gradualiter: & de hoc videbitur in dubio primo. ¶Vltimo notandū ꝙ potest intelligi dupliciter ꝙ per se adimpleatur preceptum de dilectiōe dei sup oia: vno modo ꝙ sic adimpleatur ꝙ per talem vitetur peccatum mortale quātum sufficit ad salutem. Alio modo intelligitur ꝙ adimpleatur preceptum de dilectione pfecte: nō solum quātum ad salutem: sed vltra ꝙ non admittantur quicūq; actus cōtrarij neq; impertinentes. Ita ꝙ diligere deum pfecte isto modo nō est solum illum actum elicere cōformiter ad dictamen rectum: sed nec admittere actus cōtrarios nec facere opera impertinentia: sed omnem actionē nostrā in deū referri. Ita ꝙ nullus sit actus volūtatis neq; intellectus quin tendat in deum. Et de tali dilectione loquitur. B. Augustinus in lib. de doctrina christiana quādo dicit ꝙ preceptum de dilectione dei nō potest adimpleri in via: vnde inferuntur aliqua correlaria. Primū/quicūq; habet gratiā gratū facientē diligit deū ex toto corde/tota aia: &c. Secūdum/ꝙ nullus pctō mortali obnoxius deū ex toto corde diligit. Patet: quia nō habet

gratiã. De ista totalitate dilectiõis ponũtur tres gradus. Primus/vocatur perfectus qui oẽm actũ ptrariũ dilectioni excludit. Secundus est pfectior qui non solũ actum ptrariũ excludit: sed etiã extraneum quãtum humana vita permittit omnia opera exteriora in deum ordinãdo. Tertius est perfectissimus de quo loquitur Augustinus qui solum in beatis repitur: & isti gradus habẽtur ex de Gersono. ¶ His notatis ponuntur alique conclusiones. Prima/respectu quorũcunq; actuum diligendi deum ponendi sunt habitus inclinantui ad eliciendum similes. patet ex dictis. xxi ij. distin. quia hic est sermo de dilectione que est in voluntate. Notandum est q voluntas nõ ita est determinata ad actum diligendi quin possit assuefieri in oppositum: sed in omni potentia que non est determinata ad actum suum: & q̃ potest ad oppositum assuefieri est ponẽdus habitus inclinans ipsam potentiã: &c. Ista propositio est certa/voluntas nõ necessario diligit deum quia alias dilectio dei non esset meritoria neq; laudabilis. igitur. ¶ Secunda conclusio. Respectu diuersorum actuũ specie distinctorũ quibus deum diligimus ordiate diuersi habitus & virtutes sunt ponende. Et ista propositio est cõformis proposition quã posuimus de fide. & p eius intellectu oportet supponere q deus põt diligi dilectionibus differentibus specie. Patet: quia deus põt diligi sub hac ratione qua est oipotens: & sub hac rõne qua summum bonũ. Dicitur ergo q tot sunt ponẽdi habitus quot sunt ponendi actus. Patet: qa ex distinctione actuum sumitur distinctio habituũ: quia nunq̃ habitus inclinat nisi ad actus similes ex quibus est genitus: & qa pro declaratione huius cõclusionis oportet cognoscere quis sit amor effectiuus cuiuscũq; virtutis: & ad quem actũ dilectiõis inclinet propterea ponit talis pposition. Ad oẽm actum effectiui amoris dei diuerse inclinant virtutes: & sicut declaratum est in notabilibus / amor effectiuus ppie capiẽdo amorẽ effectiuũ est actus exterior: & talis amor nõ põt esse respectu dei proprie capiendo: qa nullum sibi põt pcurari bonũ/ quia de necessitate habet omne bonum qd ipe habet: sed large capiendo amorẽ effectiuũ pro omni opatione q̃ placet ipsi amato: aut quia ẽ in laudẽ ipsius amati: tunc põt puenire ipsi deo. & tunc sunt ponẽdi habitus respectu amoris effectiui: vt si facio opus tempantie ad laudẽ dei/talis actus generat hitũ qui inclinabit ad psimiles actus: quia qlibet actus cuiuscũq; precepti diuini/aut cõcilij meritorius est actus amoris effectiui dempto pcepto primo qd disponit ad amorẽ effectiuum: quia ois talis elicitio ex charitate ẽ ordinatio ad honorẽ dei: sed tales sunt diuersi specie. ¶ Quarta pclusio. Ad amorẽ concupiscentie respectu dei cõcurrit actus spei tam infuse q̃ acquisite: sicut dictum est. Est tñ difficultas. Vtrum deus imediate possit amari amore pcupiscentie. Dicit Durãdus q non: quia nunq̃ amore cõcupiscentie licite & imediate põt attingi deus: sed bene mediate. & ratio: quia amor cõcupiscentie est amor quo diligo ppter aliud: sed pcupisco bitudinem imediate: & p charitatẽ deũ: sed nichilominus apud Scotũ qui dicit/omnis virtus theologica imediate tendit in deum dicitur q actus spei imediate tẽdit in deum & q deus amatur amore concupiscentie & q ego possum michi pcupiscere deum: sed non vltimate saltem licite: vt dicit Scotus: sed vlterius referendo in deum/vt volo michi bitudinem vel deũ: beatitudinẽ ex meritis & gratia propter deum ita vltimate referendo iterũ in deũ. ¶ Est hic difficultas quã tãgit Sco. Vtrum ex puris naturalibus possit esse euidens q deus sit diligendus super omnia: & apparet q sic: quia stando in puris naturalibus/vel diligere deũ sup oia est contra dictamen recte rationis vel non. Si primum/non videtur cõtra dictamen/quia ex puris naturalibus habemus quod est aliquid summe bonum/summe perfectum. & illud non potest esse creatum: ergo virtus siue habitus qui vel que inclinaret ad diligendum eum summe: non potest esse vitiũ. Patet quia non potest esse contra dictamen rectum: ergo videtur q ex puris naturalibus: &c. ¶ Secunda ratio quã ponderat Scotus est/fortis politicus stando in puris naturalibus eligit mori pro repu. & magis diligit rempu. q̃ priũ esse. ergo videtur q ex dictamie rõnis pure naturalis potest haberi dilectio dei sup omnia. ¶ Aliud argumentũ ptra Gabri. qui dicit q non põt haberi dilectio: &c. Nõ est difficile/& est tale Non est euidens ex rõne naturali q deus sit diligẽdus sup oia: ergo ratio formalis seu illud dictamẽ deus est diligẽdus sup oia stãdo in puris naturalibus non est: &c. Breuiter dico q licet ex dictamie rõnis naturalis non possumus habere euidenter q deus sit super oia diligẽdus: tñ probabiliter possumus habere ex dictamine seu regula naturali: q deus est dilihendus sup oia. Secũdo dico q illud dictamẽ pbabile sufficit ad regulandũ volũtatẽ vt bñ agat. Sed diceres: sunt multe ppones inducentes ad pbandũ in ratione naturali q deus sit sup oia diligẽdus sed nõ sunt euidentes: ideo nõ generat nisi opinionẽ. Dico q illud dubiũ q habeẽ ex probabilibus in ratione naturali sufficit ad regulãdum actũ vt sit moraliter bonus: qa in moralibus nõ requritur euidẽtia: sed sufficit probabilitas. vt ergo actus sit laudabilis non oportet q illud iudiciũ a quo regulatur sit certum vel euidens: sed sufficicit q sit pbabile. quãuis ergo dictamen illud nõ sit euidens: non sequitur quin dilectio dei sup oia sit bona. ¶ Sexta cõcluso. Preceptũ de diligẽdo deũ sup oia de oibus spẽbus deo conueniẽtibus est intelligẽdũ. Sed est difficultas qñ dicit q magis velle debemus voluntatem dei preceptiuã ipleri nobis: q̃ qcũq; aliud: ita quando dantur duo precepta: vnũ diuinũ: alud humanũ: magis tenemur parere pcepto diuino q̃ humano: quia scdm beatũ Augustũ. qñcunq; sunt potẽtie due: vna maior/altera minor: plus est obediendũ maiori. Item tenemur plus diligere deũ effectiue q̃ qcũq; aliud seu qcũq; alia. ¶ Sed ptra hoc arguitur. Tenetur/seu obligatur aliqñ quis ad aliqd ex prepto diuino sub pena peccati venialis: & ad faciendũ qd precipit homo sub pena peccati mortalis: ergo nõ est difficultas quin aliqñ solũ teneamur ad ea q deus precipit sub pena peccati venialis vt ad nõ mẽtiendũ iocose: & aliqñ obligamur ad faciendũ qd homo precipit sub pena peccati mortalis: qa alias nũq̃ religiosus peccaret mortaliter nõ parendo superiori: & trãsgrediendo eius pceptũ. Ista difficultas q̃rit vnũ: qd postea tractabitur. Vtrũ homo purus possit obligare ad mortale: sed pro nũc supponẽdo q sic. Tũc qñ est maior obligatio: puta qñ pcipitur vnũ sub pena peccati venialis: & aliud sub pena peccati mortalis magis teneor vitare mortale. verũ est: ergo potius obediẽdũ est homiñibus q̃ deo: quo mõ ergo dñt intelligi doct. qñ cõiter tenẽt q magis deo q̃ hominibus parẽdũ est. Dico q illud põt intelligi de actibus imptinẽtibus vel respectu eiusdem vel ptrariorũ. si respectu eiusdem: puta quia deus pciperet aliqd sub pena peccati venialis: & aliqd sub pena pcti mortalis obediendũ est deo ppter auctoritatẽ superioris. si respectu ptrariorũ tunc dico q nulla ẽ obligatio inferioris q̃ ptrarietẽ obligationi superioris. Si de actibus imptinẽtibus / nõ est inconueniẽs q si minor ptãs pcipiat vnũ istorũ & maior potestas pcipiat alterũ: stat bñ q obligatio minoris sit maior: & ita magis obligat: sed respectu eiusdẽ obligatio minoris cedit obligationi maioris. ¶ Septima conclusio. Preceptũ de dilectione dei super oia non ligat ad diligẽdũ deum actu perfectiore gradualiter/vel essentialiter q̃ seipm. Probatur quia aliquis eodẽ actu potest licite diligere deum & proximum: igit tunc dilectio dei nõ est perfectior q̃ dilectio ppimi quia est idẽ actus. Et hoc apud Okã De aliaco/beatum Tho. & oẽs docto. preter Grego. Tũc ergo sequitur. Vnico actu diligo deum & proximum: ergo non perfectiore actu: sed tenendo sicut tenet Gregorius: q non possum vnico actu diligere deum & pximũ licite. Vtrũ stat licite diligere

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Amor effectiu⁹ est actus exterior.

An nãliter possit deduct q deꝰ sit sup oia diligendus.

Quarta cõclusio.

Vtrũ licite veꝰ possit amari amore cõcupiscẽtie.

Deꝰ põt cõcupisci sed nõ vltimate.

An sit euidens q deꝰ sit sup oia diligendus

Sexta cõclusio.

Septima cõclusio.

Grego: oẽs de actu q̃ diligit deꝰ t primus.

proximum actu eque intenso sicut deum. Climeton tenet ꝙ nō/ꝙ sic ꝓbat: quia proximus nō potest licite diligi nisi ꝓpter deū: & referendo vltimate illā dilectionē in deū ergo magis diligit deū: quia ꝓpter vnū qd ꝙ tale & illud magis: sequtur bñ sortes assentit/b/ꝓpter/a/ergo magis assentit/a/ex.j. poste. Sed sic est ꝙ sicut se habet intellectus in speculabilibus ita volūtas in agibilibus ergo videt ꝙ si diligo proximū ꝓpter deū ꝙ magis diligo deū. ¶ Preterea ego possū peccare in dilectione proximi venialiter: vt stat mulieres in diligendo filios peccare venialiter. Tunc sic arguo. vel illa dilectio est mala: quia nimis intēsa q̄ deberet: vel quia amant irreferibiliter. neq; referunt in deū. Sit sortes qui diligat platonem venialiter peccādo: illa dilectio non est mala de se: sed quia precipitur. Nullū enī malum precipi potest: ergo est mala qa fertur in obiectum aliter q̄ deberet ferri: aut qa nimis intēse: aut quia irreferibiliter. Si dicas ꝙ est pctm̄ qa irreferibiliter: ergo tunc est fruitio: quia fertur vltimate in creaturā: & sic est idolatria ꝓtra primū preceptū: & sic est peccatū mortale. si dicas ꝙ minus intēse: & non nisi quia plus diligit proximū: ergo propositū. ¶ Breuiter origo difficultatis est. vtrum in dilectione dei deus nos obliget ad certū gradum. si dicas ꝙ ad nullū gradū. tunc per quencūq; gradū potest fieri satisfactio de ꝑcepto. si dicas ꝙ obligat ad certum gradū. ꝓpter sicut solet eē duplex opinio de ꝓtritiō ernēdēdū. Scotus dicit ꝙ tenetur ad actum ꝓtritionis circūstantiatū secūdum aliquē gradū certe intētionis: sed scdm alios nō requiritur certus gradus. ¶ Tenendo cōem opi. dico. dico ꝙ non magis obligor diligere deū q̄ proximū. dico vlterius ꝙ per quēcūq; gradum potest adimpleri preceptū de dilectione dei sup oia. & ꝓpter dico ꝙ possū licite magis intense diligere ꝓximū q̄ deū posteq̄ nō obligor ad oppositū. ¶ Sed tūc respondendū est ad argumēta Climeton cū arguitur. diligimus ꝓximū ꝓpter deū ergo magis diligimus deū. nego ꝓnam. & cū ꝓbat sicut est in speculabilibus ita i agilibus: sed sic ē ꝙ si assentiā/b/ꝓpter/a/magis assentio/a. Dico breuiter ꝙ illud est verū vbi/a/eēt causa totalis assensus/b/sed ꝓna concurrit. & ad auctoritatem propter vnūquodq; tale/ & illud magis. Dico ꝙ intelligitur vbi est causa totalis quare illud est tale: sed vbi nō est causa totalis non sequtur. Similiter i proposito. Si deus esset causa totalis dilectiōis proximi: ita ꝙ diligeretur ꝓximus precise propter deū: tunc illa ꝓna esset bona puta: ergo plus diligitur deus: sed stat ꝙ diligā proximū pluribus alijs de causis: quare nō sequitur. ¶ Ad secūdum cō cedit Augusti. & omnes doctores ꝙ stat solū peccare venialiter in dilectione ꝓximi: vel ergo hoc ē quia nimis intense: vel quia irreferibiliter. non potest dici rōne obiecti: quia de se non est malum diligere: nec quia irreferibiliter: quia eēt mortale: ergo oportet dicere ꝙ rōne modi puta quia nimis intense: ergo nūq̄ licite plus potest diligere creaturam q̄ deū. Dico breuiter ꝙ illa dilectio in casu posito puta filij potest esse venialis ei: nō quia irreferibilis: nec rōne obiecti: sed possum optare filio diligendo eum aliquid quod est prohibitum sub pena peccati venialis: vel possum ei optare aliquid per aliqd̄ mediū venialiter prohibitum: puta per mēdaciū officiosum vel iocosum. ideo dilectio proximi nō dicitur venialis/ quia nimis intēsa vel irreferibilis quia primo mō non est peccatum: secūdo est mortalis & species idolatrie. ¶ Octaua cōclusio est. Q̄ primum & maximum preceptum obligat ad diligēdū deū plusq̄ oia q̄tum ad obiecti quātitatē & appreciationem: & ista ꝓclusio est clara: & sequitur vltima. ¶ Si per amorem firmiorē intelligit amor dulcioris sētimēti seu tenerioris nō oportet ꝙ amor quo amat deus sit q̄libet dilectione creature maior. Vñ res dñr maioris sentimēti: qa magis a sensibus ꝓcipiunt: & ꝓbus noticijs. Et clarū est ꝙ i illis hō capit maiorē dulcedinē: & maxie q̄ sensu tactus tāgūtur: & p noticiā intuitiuā apprehendūtur. Cū ergo deus non sit ano-

Rōes climeton ꝓbātes ꝙ nō dēm⁹ diligere ꝓximū eq̄ intense sicut deū.

vtrū obligemur ad certus gradū in dilectiōe dei.

resolutio doctoris

Ad rōes climeton Ad ꝓmā

Addictus

Octaua cōclusio.

bis cognoscibilis: nisi cognitione q̄dā itellectiua & abstractiua a posteriori: sequitur ꝙ dilectio non est tanti sentimēti sicut dilectio proximi: vt dilectio patris ad filiū: vel vxoris ad maritum. ¶ Primum dubium. Vtrum primum preceptū possit adimpleri in via. Tota difficultas huius dubij prouenit ex dictis beati Augustini & beati Hieronymi. Dicit beatus Augustinus ꝙ illud ꝑceptum non potest adimpleri in via. Dicit beatus Hierony. Anathema sit qui dicit deum obligare ad impossibile. Et sequit. Nō potest adipleri: ergo si deus obligaret nos ad illud obligaret ad impossibile. Dicit enī Augustinus ꝙ nos non possumus diligere deum super omnia in via: sed solum disponere possumus ad diligendū eum in patria. Sed dico ꝙ quicquid cadit sub obligatione tempore vie potest adimpleri in via pro tēpore: quia nemo potest obligari ad impossibile. Est igitur difficultas vtrū preceptum illud cadat sub ꝑcepto ita ꝙ obligamur ad illud preceptum secūdum illas quattuor cō ditiones ex toto corde/ex tota anima/ex tota mente/& ex totis viribus sicut declaratū est. Non est dubium quin obligemur ad diligendum deum: sed est dubium vtrum secundum illas quattuor conditiones. Dico breuiter ꝙ illud preceptum secundum illas quattuor conditiones. potest adimpleri in via: sed dupliciter intelligitur ꝙ possit illd̄ preceptum adimpleri secūdum illas quattuor conditiones. Vno modo ꝙ pro toto tempore vie possit adimpleri: ita ꝙ nulla fiat operatio quin referatur in deum. & sic regulariter nō est possibile saltem si vita sit longa: licet de aliquibus (vt de beata virgine) hoc ꝓtigerit: sed hoc fuit ex speciali gratia dei: & ideo cum non possit adimpleri: nec etiam precipi. Alio modo pro aliquo tempore presenti: & tunc verum est. Sed de hoc non est questio: sed vtrum pro toto tēpore possit omnem operationem & omnē intellectum deo captiuare. iam dictum est ꝙ pro aliquo paruo tēpore potest: sed Augustinus & bonauentura intelligūt pro toto tempore suppositō ꝙ tempus sit longū. ¶ Visum est ergo in precedenti dubio vtrū preceptum dilectiōis dei super omnia possit adimpleri in via. Ex sententia magistri/ Augustini & Hieronymini dictū est ꝙ pro toto tempore nō potest adimpleri: sed bene pro breui tempore: &c. Nunc queritur in isto secundo dubio. Vtrum voluntas humana viatoris possit ex suis puris naturalibus diligere deum super omnia. Et ita adimplere preceptum dilectiōis: & videtur ꝙ sic: quia si nō possit adimpleri: ergo nec precipi: quia nunq̄ potest quis obligari ad impossibile. ¶ Oppositum arguitur. quia natura hominis determinatur ad vnum: sicut potētia naturalis: sed certum est ꝙ ex naturali inclinatione determinatur potētia hominis ad fugiendum sibi noxium: ergo nō determinatur ex puris naturalibus ad diligēdum deum super omnia. ¶ Difficultas est inter aliquos doctores de isto dubio. & est duplex difficultas secūdum ꝙ diuiditur in duas partes. Prima pars querit vtrum volūtas humana ex puris naturalibus possit diligere deum super omnia. Secūda/vtrū ex puris naturalibus possit adimplere preceptū illud. Prima ergo difficultas est vtrum homo possit diligere deū super oīa absq; habitu infuso eleuāte potētiam ipsius hominis ad illum actum dilectionis dei super omnia ¶ Secūda difficultas. Dato ꝙ homo possit diligere: &c. absq; speciali iuuamine/ vtrū possit implere illud preceptum absq; charitate. ista materia solet tractari in secūdo: & est difficultas inter doctores. Vtrum actus dilectionis dei excedat totam actiuitatē humanam & naturalē ipsius hominis: sicut visio clara ipsius dei excedit totam actiuitatē ipsius intellectus. Eodēmodo querūt vtrū ita sit de dilectiōe dei sup oia sic ꝙ tota actiuitas naturalis hois nō pōt i ipm̄ nisi eleuetur p habitū infusū: puta p fidē vel charitatē sicut videt esse opinio sancti Tho. pria scde in materia de hitibus. & rō eius/ qa nō pōt nisi p subleuamē naturale. videt ergo Thomas huius opinionis quā multi antiquorū

Dubium primum. An ꝑmū ꝑceptum possit in via adimpleri. August. Hieronymus.

Aduerte

Dubium scōm bimembre.

An actꝰ dilectionis dei excedat totam actiuitatē humanam.

secuti sūt: & inter modernos doct. Elyphat videtur eē illius opinionis: sed nō obstāte tenemus oppositum: & ponūtur quattuor ppōnes ex Scoto/Dealiaco/& Holcot.

Pria pposition.

¶Prima propositio. Homo secluso quocunq; habitu supernaturali est sufficiēs ad eliciendum actum qui est dilectio dei super omnia. Probatur: quia intellectus secluso quocunq; iuuamine/seu habitu supernaturali est sufficiens ad dictādum ꝙ deus est diligendus super omnia: ergo etiam voluntas est sufficiēs ex suis naturalibus absq; habitu supernaturali ad conformandum se illi dictamini. Et ista est ratio quā facit Holcot & Scotus: ꝙ potest quis sine quocunq; habitu infuso deuenire in istud iudiciū deus est summe diligendus: ergo voluntas potest etiam ex suis naturalibus cōformare se illi dictamini seu iudicio: & sicut declaratū est: non intelligitur de euidenti iudicio: sed de quocunq; iudicio siue euidēti siue opinatiuo. Consequētia patet: quia nisi sic: tūc ex puris naturalibus volūtas necessitaretur ad peccandum: Patet: quia nō potest se cōformare dictamini: ergo agit vel omittit se conformare. & qui agit contra conscientiam edificat ad gehennam. ¶Secūda ratio Certum est ex puris naturalibus possum diligere aliquam creaturā super omnia: quia alias non possem peccare mortaliter. Quare ergo presentato deo non possum similiter affici sicut de creatura: ergo. Scotus facit rationē de forti politico: de qua iam facta fuit mentio. Fortis polyticus qui est purus philosophus naturalis absq; iuuamine siue habitu supernaturali: vt in prophanis historijs vulgatū est: potest elicere mortē pro re publica: & dictare ꝙ est moriendum pro republi. & preferre bonum publicum proprie vite: ergo ꝑt ex puris naturalibus plus amare rem publicam & bonum publicum q̄ vitam propriam: ergo eadem ratiōe imo videtur verisimilius ꝙ potest elicere dilectionem dei super oia: ergo propositio vera. & ista ratio maxime mouet Scotum.

Rōnes pbantes ꝙ ex puris nālib⁹ habeti pōt dilectio dei super oia.

Rō Scoti de forti politico magie apparens.

bona difficultas.

¶Sed est vna alia difficultas. Si homo esset creatus sine quocunq; habitu supernaturali sicut multi doctores imaginātur de Adā: vtrum ille homo posset venire in noticiā dei per creaturas: ita ꝙ posset diligere deū super omnia. Breuiter dico ꝙ sic. ¶Est alia difficultas. Vtrū possit aliquis de lege posita absq; charitate diligere deum super omnia: nō ꝙ charitas siue actus similis nō possit elici: sed de lege ordiata vtrum possit: vt verbi gratia. Nullus potest conteri de lege posita quin habeat charitatem: nō ꝙ actus ille qui est charitas causet contritionem: sed quia statutum est ꝙ talis actus nunq̄ elicit quin deus per caritatem cōcurrat ad illum actum/ideo ponitur talis propositio. Nullus potest de lege ordinata diligere deum super charitatem quin habeat charitatem: non quia charitas prerequiratur ad illā dilectionem. Sed quia ita statutum est. probatur: quia quicūq; facit ꝙ in se est postq̄ peccauit vt resurgat a peccato deus exhibet se illi. Istud est fundamentū in theologia: omni facienti quod in se est deus dat gratiā. Et non apparet ꝙ deus magis faciat q̄ diligendo & infundendo charitatem perditis: iuxta illud Conuertimini ad me: & ego cōuertar ad vos. Non potest ergo quis diligere deum super omnia: quin infundatur ei charitas. & in hoc concordat cum Gab. Okā in tertio/non quia concurrat gratia/sed quia ita statutum est. ¶Multi doctores sūt alterius opinionis: quibus magis assentio & ratio: quia secundum beatum Thomam quando quis peccauit duo requiruntur anteq̄ resurgat. Primū/est auersio a peccato. Secundum/conuersio in deum: iuxta illud Ezechielis primo. Quotiēscūq; ingemuerit peccator: omnium iniquitatum eius nō recordabor. ¶Hoc idē videtur dicere Scotus in quarto ꝙ nunq̄ remittitur peccatum sine actu penali. dicunt ergo isti doctores/ ꝙ non sufficit conuersio in deum: sed requiritur aduersio circa peccatum ex qua sequitur nolle ipsius peccati: & ex consequenti detestatio: sed certum est ꝙ pōt q̄s puerti ad deū & nō recordari de pctō suo & sic nō

Alia dif.

Fūdamētū i theo.

Duo requisita q̄ dā resurgit.

habet nolle. Patet: ꝙ bñ sequitur/nō cogitat de peccato: ergo non habet nolle: ergo stat ꝙ quis habeat dilectionē dei sup omnia eliciendo illam dilectionem: & nō detestetur peccatum commissum. ¶Aliarario. Nihil quod stat cum peccato est formalis detestatio peccati: seu est dispositio ad charitatem: sed cum illo actu apud probabiliorem opinionem stat peccatum: ergo talis nō est formalis dispositio ad charitatem. Clarum est ꝙ charitas & pecatum contrariātur & repugnant: sicut ignis & aqua: ergo sicut nihil potest naturaliter stare cū aqua/quod disponat ad introducendum formam substātialem ignis: ita nihil potest stare cum pctō quod disponat ad charitatē. Probatur antecedens: quia est possibile ꝙ aliquis sit ita intentus circa dilectionem dei sup oia ꝙ in ita diligēdo negligat seu omittat aliqd̄ ꝑceptum pro tempore pro quo tenetur ad illd̄ puta dicere horas: vel aliquid huiusmodi: sed talis negligentia est peccatum: ergo cū illa dilectione dei sup omnia stat peccatum saltem omissionis. ¶Preterea si illud esset verum ꝙ dilectio dei super omnia esset sufficiens ad habendū gratiā non esset consulendum ꝙ quis conuerteret se circa peccata cōmissa vt detestaretur ea: sed solū esset ꝓsulendū ꝙ cogitaret de dilectione dei sup oia & ꝙ dilegeret deū: & sic remitteretur ei peccata absq; hoc ꝙ habeat nolle & ꝙ detesteť illa quod nō videtur verū. Sum tamen bñ huius opinionis: ꝙ si quis existens in pctō habeat dilectionē dei ita feruentē ꝙ si vocetur ad martiriū libenter vult pati: quod nō requiritur detestatio formalis peccati: detestatur tamē suū peccatū virtualiter: tenet tñ Gabriel oppositū. & ponit talē ꝓpositionē Licet actus dilectionis dei super oia sit prior natura charitate: nō est tñ prior tpe. & ponit aliqua. Primū actus dilectionis dei: &c. non est prior tempore. secundū/ꝙ actus dilectionis: &c: nō est prior in esse meriti: &c. Primū probatur: quia ois dispositio ad aliquam formam introducendam est prior q̄ forma introducatur: sed dilectio dei est dispositio vt introducatur charitas. igitur. Probatur ꝙ sit dispositio. quia quādo quis peccauit actu transeunte remanet peccator: & deus nō infundit gratiam. ¶Item deus preexigit dispositionem: & nō videtur alia dispositio q̄ dilectio dei super omnia: ergo propositio vera. Non est difficultas ꝙ cessare ab actu non est sufficiens dispositio vt remittatur peccatum: & hoc est contra Henricum de Gandauo in quolibetis: qui videtur dicere ꝙ omnes resurgūt ad equalitatē gratie. Requiritur ergo aliquis actus prior qui quidem sit sufficiens dispositio ad gratiam. ¶Secunda propositio ꝙ inesse meriti charitas nō est prior dilectione dei. ratio quia in eodem instanti infunditur gratia & nunq̄ charitas est sine gratia. dicitur ergo gratia prior natura q̄ charitas/quia charitas de necessitate preexigit gratiam de lege ideo ꝺportet ꝙ charitas sit effectiue a gratia: ideo nunq̄ primus actus est meritorius: quia ad hoc ꝙ sit meritorius non sufficit ꝙ sit in gratia: sed requiritur ꝙ efficiatur a gratia/ergo propositio vera. ¶Sequitur corelarie ꝙ in primo instanti actus ille nō est meritorius. Patet: quia non est gratia: ideo non est meritorius loquendo de merito de cōdigno. Sed cōtinuatio illius erit meritoria: quia erit a gratia. Et non est inconueniens ꝙ sortes eliciat actum in gratia mortali ter bonum vestitum omnibus circūstantijs & tamen nō erit meritorius. quia ad actum meritorium nō sufficit coexistentia gratie. Alioquin venialia peccata essent meritoria Sed vniuersaliter requiritur ꝙ gratia ꝓcurat effectiue. Est eadē difficultas sicut de primo actu cōtritionis. Et in hoc satis bene loquitur Gabriel dicens ꝙ peccator disponēs se ad gratiam eliciendo actū dilectionis super omnia non meretur propter actum: sed bene continuando eum. Patet: quia eius elicitio precedit gratiam natura: continuationem autem eius precedit gratia.

Scda rō

tertia rō.

Pria ꝓpositio.

Larpit Henricus de Gādauo.

Corelaria.

Q̄ ꝑmus actꝰ elicitus dilectiōis dei nō sit meritorius: ꝓtinuatꝰ.

¶Aliqui dicūt & satis ꝓbabiliter pōt deffēdi ꝙ talis actus primus est meritorius: qa vt dicit Diony. i scdo conatus ē aliqd realiter

prius voluntate: ideo non requiritur nisi
ꝙ volũtas prius applicet conatũ ad hoc ꝙ
actus sit meritorius: ideo sufficit ꝙ conatus
precedat: ideo primus actus potest dici me-
ritorius ratione conatus: qa dicunt ꝙ actus
Quarta ppositio. ille est a charitate quia a conatu. ¶Quarta
propositio habens actum diligendi deum
super omnia ex naturalibus elicitum: quã-
uis non sit elicitus a gratia: nõ potest tamẽ
mortaliter peccare: ista propositio est tanꝙ
correlarium sequens ex precedentibs: ideo
Quinta. non est difficultas. ¶Quinta propositio.
homo ex caritate tenetur adimplere precep
tum de dilectione dei super omnia. Patet:
quia lex iubet ꝙ dilectio dei eliciatur ex cha
ritate. Et homo obligatur ad illud qđ lex
iubet: igitur homo tenetur adimplere pre
ceptum ex charitate. Vnde Gabriel nõ be
ne se declarat in isto loco. non enĩ est diffi
cultas quin homo teneatur ad opera iusti
cie iuste faciẽda: quia si iniuste faciat peccat
¶Sed est difficultas: sĩ homo cogeretur ad
An teneamur adimplere ꝓceptũ i gra aliquod preceptum adimplendum: & sit in
peccato. verbi gratia: sit sortes in peccato
existens: occurrat ei pauper i extrema neces-
sitate subuenit ei: vtrum sortes tũc peccet.
¶Pro nũc dico ꝙ ad hoc ꝙ adimpleat pre
ceptũ non requiritur ꝙ sit in gratia nisi sub
conditione: puta sub ista conditione si ve-
lit mereri ita dicit. s. Tho. & Bonauẽtura.
Et propterea dicũt ꝙ facere ex charitate nõ
est de essentia precepti licet bene sit de intẽ-
tione precipientis. Ideo ad vitandũ pecca-
tum satis est ꝙ faciat opus: licet pillud non
mereatur. Licet Diony. in primo teneat op
positum. opinio tamen eius videtur nimis
dura: ideo dicit se tenere illã solũ probabili
Dubium tertium. ter. ¶Dubitatur tertio. Vtrum ratio obie
ctiua actus charitatis sit deus in se conside-
ratus: vel consideratus vt beatificator: vel
Rõ obiectia act9 charĩ. capit duplr creator. istud dubiũ est satis facile. Et pro
eius declaratione est notãdum ꝙ ratio ob-
iectiua potest capi dupliciter. vno modo p
illo ad quod terminatur ipse amor vel ipse
actus voluntatis. Ita ꝙ nihil aliud est ꝙ illd
ad quod voluntas termiatur vel volitum
vel nolitum secundum diuersos actus vo-
luntatis. Alio modo capitur ratio obiecti-
ua: non pro illo ad quod volũtas termina-
tur: sed pro ipso actu cognoscendi. certum
est ꝙ voluntas nunq̃ potest ferri in obiectũ
nisi preuia cognitione. Et secundum diuer
sitates que fiunt voluntas fertur in obiectũ.
Sumitur ergo aliquando ratio obiectiua p
ipsa cognitiua. sed secũdo modo est ipa vo
litio per quam obiectum volibile vel noli-
bile presentatur voluntati. Et ipso presenta
to volũtas fertur in illud. Et isto modo ca-
piendo ratio obiectiua amoris dei est con-
ceptus quo cognoscitur deus absolute vel
relatiue ad intra. Et in isto passu non capi-
tur absolutum: vt distinguitur contra con
notatiuum: sed vt distinguitur cõtra relati
uum quẽadmodum capitur in predicamen
tis quando dicitur ꝙ sunt tria predicamen
ta absoluta: substantia: quantitas: & quali-
tas. ¶Ponũtur propositiones. Prima: cu- Prima ꝓ positiõ.
iuslibet amoris amicitie quo amatur deus:
ratio obiectiua illius amoris amicitie siue
charitatis est ratio dei absoluta vel relatiua
ad intra. Patet: quia quilibet actus volunta
tis presupponit vnum cõceptum quo for-
maliter cognoscit: inde est ꝙ dicimus ꝙ di
ctiones sequentes verba importãtia actum
voluntatis appellãt suam propriam & for
malem rationem: ideo ratio formalis amo
ris amicitie est ratio representans rem vt est
in se nõ in ordine ad aliud extra se amatam
ideo amore amicitie amatur deus in se & ab
solute vel relatiue ad intra. distinguitur er
go ois amor amicitie & dei ab amore cõcu
piscentie: quia amor ꝓcupiscẽtie amat deus
relatiue ad creaturam: sed amore amicitie a-
matur deus in se & absolute: vel relatiue in
tra se: sed oĩa que cõueniunt deo eẽntialiter
in se & absolute vel saltem relatiue ad intra
differũt ab his q̃ ab extra. igitur. ¶Correla
rie sequtur ꝙ siue deus apphendat absolute & Correla-
simplr vt abeatis: siue vt vnicus: siue vt bo rium.
nũ infinitũ vt sapiẽs oipotẽs sic apphensus
amari põt amore amicitie: qa q̃libet harũ
rõnũ est rõ formalis obiecti amoris amicitie.

Secda ꝓ positio. ¶Secunda propositio. rõ formalis secũdo
mõ siue amoris concupiscẽtie dei ẽ cogni
tio qua cognoscitur deus relatie ad creatu-
rã. Et sic prespectũ ad creaturã vt est rõ crea
toris pseruatoris/gubernatoris/redẽptoris
beatificatoris & similes/qa iste rõnes repñ-
tãt deũ vt in ipm tẽdit volũtas amore cõcu
piscẽtie qa amor ꝓcupiscẽtie respicit deũ in
ꝓmodum creature/ergo psupponit cogni
tionẽ: q̃ cognoscitur deus incõmodũ crea-
ture/ergo noticia illa siue volũtas volens
deum esse creatorẽ/redẽptorẽ. &c. amat eũ
amore ꝓcupiscẽtie. Et sic est ratio formalis
Tertia ꝓ positio. secundo modo. ¶Tertia propõ/si deus eo
dẽ actu possit amari amore amicitie & amo
re ꝓcupiscẽtie. i. vt bonũ in se & bonũ crea
ture tũc rõ obiectiua formalis talis amoris
est rõ repñtãs deũ vt tale esse infinitũ sũmũ
bonũ in se. Et vt ptibile creature sicut dictũ
ẽ in materia de spe. Possum amare deum vt
bonũ mihi & vltra referendo i deũ. Et talis
actus ẽ amor amicitie qua volo deũ summũ
bonũ esse. Et amor cõcupiscẽtie: quia volo
deũ vt bonũ mihi. sequtur bñ ego feror i deũ
p istũ actũ volũtatis vt in se bonũ/ergo de
necessitate psupponit cognitio: qa deus est
cognoscibilis vt in se bonũ. Et feror in deũ
vt bonũ mihi p istũmet actũ: sed sic est ꝙ illa
rõ obiectiua formalis ẽ absoluta dei cogni
tio & relatiua creature/ergo talis actus est
actus amoris amicitie & amoris cõcupiscẽ-
tie. vl forte vt alij volũt equalẽter ille actus
est due cognitiones quarũ vna est dei in se.
Et alia relatiue ad creaturã. Nõ oportet de
necessitate ꝙ causentur ab vna cognitione
Quarta ꝓpositio. sed a duabus. ¶Quarta propõ: rõ obiectia
& formalis amoris dei amicitie siue cõcupi
scẽtie primõ est adequate deus ipe. vna est
tm̃ rõ absoluta. s. essentia diuina/& tres re-
latiue. s. tres psone. ꝓbatur qa rõ formalis
secundomõ est aliqd in deo nihil est q̃ vna
essentia diuina & tres psone relatie: nec aliđ
Dubiũ vltimum. in deo amari potest nec amore amicitie nec
concupiscentie. ¶Et ista propõ ponitur a
gabriele post De alyaco cõtra antiquos qui
dicebãt ꝙ nõ erat eadẽ ratio qua cognosci-
tur deus vt beatificus: vt summe sapiens: di
citur tñ ꝙ est ipse deus vt i se simpliciter: be
ne verũ est ꝙ si cognoscatur sub rõne sapiẽ
tis tunc esset alia rõ obiectiua: sed semper in
quibuscunq̃ amãtibus deũ est adequata rõ
obiectiua primomodo. ¶Aiud dubium &
vltimũ quod queritur ẽ vtrũ actus amoris
amicitie dei sit semp rectus. Et videtur ꝙ nõ
qa tũc supflueret habitus charitatis dirigẽs
voluntatẽ & rectificans: cũ nõ possit deuia
re. Oppositũ tñ arguitur qa talis actus ẽ re-
ctus ex obiecto/ergo videtur ꝙ talis actus
nunq̃ potest eẽ difformis nec distortus: imo
diligẽre deũ sup oĩa est actus de se rectus
cuius rectitudo p se nota est. Et ratio ẽ: quia
actus amoris amicitie dei nõ potest excede
re nec deficere nec ratione obiecti nec ratio-
ne actus vel modi: quia amor dei amicitie ẽ
in se secundũ quod est entitas quedã infini-
ta sine relatione in aliud: ideo nõ potest ex-
cedere nec deficere: ideo bene dictũ est i pce-
dẽti distinctione ꝙ virtutes theologice nõ
sunt in medio. ꝙ non possit excedere: patet
quia infinitum est bonũ qđ volumus deo:
ideo excedi non potest nec potest deficere
quoad obiectũ quia amãdo deũ amore ami
citie hoc volumus deo quod ipse est. Nec p
illũ amorẽ aliqd velle possumus deo quod
ipse non est. probatur quia si aliquid velle-
mus deo qđ ipse nõ est iam nec amaremus
deum quia non vellemus sibi bonũ: patet.
qa ipse habet oẽ bonũ sibi possibile nec ali-
quãdo hĩe non potest. quicquid aũt nõ ha
bet/vel vt dicã verius quicqd non ẽ/non est
sibi bonũ: hec ergo volendo sibi non ama-
remus sed odiremus: puta velle eũ eẽ ange-
lum. vl aliã creaturã: volẽdo igitur sibi bo
nũ ꝙ ipse est nihil minus infinito volumus
ergo non est defectus ex parte voliti. ¶Sed Due difficultates.
hic sunt due difficultates: prima quia videt
ꝙ dilectio dei sup oĩa possit ita intense elici
ꝙ homo aduenĩente tẽpore adimpletionis
ꝓcepti non poterit illud adimplere. ¶Secũ ꝙ dilectõ dei possit esse mala arguitur.
da. quia videtur quod deus possit prohibe
re dilectionẽ sui: quo facto talis dilectio nõ
erit licita. certum est ꝙ volũtas mea potest

tam intense ferri circa aliquod obm̃ ꝙ ego non potero pro tunc aduertere circa aliud. Et sic non potero aduertere circa ea ad q̃ teneor. Tũc sic arguitur: oĩs actus qui ẽ impeditiuus alterius actus quẽ ex p̃cepto teneor elicere est malus: sed sic est ꝙ talis actus dilectiõis dei pro tũc est huiusmodi/ergo talis actus est malus. ¶ Q̃tum ad hoc rñdet. b. t. prima secunde. q. xix. ar. secundo ꝙ actus interiores de se boni qui propter circunstãtiã loci vl̃ tẽporis efficiũtur mali nunq̃ pro quocũq; loco vel tẽpore sunt mali nisi habeãt tẽpus vel locum pro obiecto/vt verbi gratia ieiunare de se non est malũ: ieiunare tñ in die dominica propter circunstantiã tẽporis est malũ. Similiter cognoscere vxorẽ nõ est malũ: cognoscere tñ in publico propter loci circũstãtiã efficit malũ. Dicit ergo Tho. ꝙ talis volitio volo ieiunare/vel volo cognoscere vxorem siue eliciatur in die dominica siue in loco publico nunq̃ est mala illa volitio nisi addatur circunstãtia pro obiecto puta volo ieiunare die dominico vel volo cognoscere vxorem in publico. Non potest ergo actus voluntatis variari propter circunstãtiam loci vel tẽporis: nisi propter circunstantiã actus exterioris. quia actus exterior qui nullomodo est malus & non habet actũ exteriorẽ pro obiecto non potest variari propter circunstantiã loci vl̃ tẽporis. ¶ Nego ergo dicit. T. ꝙ sit aliqd tempus pro quo non licet elici dilectio dei super omnia. Sed cõtra videtur ꝙ hoc non satisfaciat: quia stat ꝙ homo diligat deum ita intense ꝙ non põt aduertere circa actus ad quos tenetur: puta ad subueniendũ pauperi in extrema necessitate vel ad dicẽdũ horas/breuiter dicit Thomas ꝙ hoc dato nũq̃ tñ illa dilectiõ erit mala: sed omissio alterius actus ad quẽ teneꝝ. ¶ Sed contra sic arguo. omnis actus ad quẽ necessario sequitur omissio alicuius actus ad quẽ quis obligatur est malus: sed sic est ꝙ illo tẽpore necessario sequitur omissio actus ad quẽ quis teneꝝ/ergo si illa omissio sit mala videꝝ ꝙ actus ad quẽ sequitur omissio est malus. Et istud videtur certũ in theologia. ¶ Et propterea dicitur ꝙ nunq̃ deus potest precipere actus cõtrarios illi dilectioni: patet. quia nũq̃ actus põt ferri in deũ nisi p dilectionẽ: ideo implicat ꝙ deus prohibeat dilectionẽ sui. patet: quia vel tũc adimplet preceptum & diligit deũ. et si diligit deũ nõ adimplet preceptũ. vnde dicit. b. Ioan. in sua secunda canonica: diligere deum nihil aliud est q̃ adimplere mandata eius. & ista opinio mihi videtur vera: & probabilior. ¶ Sed arguitur cõtra/quãto aliquis ẽ magis intẽtus circa vnũ obiectũ minus itẽditur circa aliud. Hoc patet de beato Augustino qui ita intẽtus erat circa aliquã materiã qd̃ responsum nõ potuit dare alicui mulieri q̃ querebat ab eo cõsiliũ/dicit se nõ audiuisse illã mulierẽ vel salte si audiuerit nõ recordabaꝝ/breuiter dico ꝙ stãte illo actu ita intẽso nõ põt dari aliqs actus qui cadat sub p̃cepto. Patet. qa nullus actus cadit sub precepto nisi pro tẽpe p quo potest adimplere illud preceptum. dico ergo in casu: ꝙ tũc propter impossibilitatem non tenetur ad illũ actũ. ¶ Q̃tum ad secundũ nego ꝙ deus potest prohibere dilectionẽ. sui implicat enim cõtradictionẽ vt declaratũ est. & mihi videt probabilius dicere. dicit tñ gab. ꝙ hoc dato licet sit dubiũ stante illo precepto talis nõ potest elicere amorẽ amicitie implicat enim amaꝝ eũ amore amicitie quo vult eũ esse summũ preceptorẽ & non adimplere p̃ceptũ. stãte: ergo p̃cepto illo facto nõ põt elicere/sed si antea elicuisset iã talis actus nõ esset dilectio dei supoia. Et hec sufficiãt.

¶ Distinctio. xxviij.

Ro faciliori huius distinctionis intelligẽtia notãdũ primo ꝙ diligeꝝ nihil est aliud q̃ alicui velle bonũ: ergo possum diligere ex charitate. tñ aliqd dicit diligibile secũdum quod aliqd dr̃ bonũ dupliciter. vnomodo p se & essentialiter. Aliomodo secundario & participatiue. aliqd dr̃ diligibile vnomodo per se & primario/& sic solus deus est diligibilis: qa vt dicit Dealyaco q̃stione vnica tertij obiectum adequatũ & imediatũ charitatis ẽ deus. quod solum propter se diligitur tanquã finis vltimus. Secundo alia q̃ deus vult a nobis diligi sunt secundario a nobis propter deũ diligenda. Et per obiecta secunda ria intelligunt creature rationales q̃ finaliter sunt beatitudinis participes. & sic excluduntur oẽs creature irratiõales q̃ non sunt partes creature rationalis. Aduerte tñ ꝙ dupliciter potest dici creatura particeps beatitudinis: quia obm̃ põt dici dupliciter beatificabile. vnomodo formaliter: qa potest p actũ beatificũ formaliter tẽdere in deum videndo deum & fruendo. Et sic corpus meum non esset beatificabile: quia illomodo nõ est capax beatitudinis. Aliomõ aliquid dicit beatificabile participatiue: puta quia suscipit aliquẽ effectũ beatitudinis in se. Et istomodo corpus meũ est beatificabile: qa est susceptibile gradus beatitudinis. quia potest recipere dotes: puta agilitatem/impassibilitatẽ. &c. Dicit ergo gab. ꝙ oẽ beatitudinis particeps: siue primomodo siue secundomodo est diligibile ex charitate. Et sic corpus meum est diligibile ex charitate. Et si dicaꝝ ꝙ tũc demones & anime dãnate essẽt ex charitate diligibiles: patet. quia sunt beatificabiles. distinguẽdũ est vel de potentia dei ordinata: nego. vel de potentia absoluta trãseat/modo intelligit de potẽtia ordiata. ¶ Circa istud sunt due parue difficultates. & prio queritur vtrũ omnis creatura sit diligibilis ex charitate. Patet ꝙ sic: quia omne diligibile meritorie est diligibile ex charitate: sed quelibet crearura ẽ meritorie diligibilis: ergo quelibet creatura est diligibilis ex charitate: maior patet. quia oĩs actus meritorius ẽ ex charitate: sed omnis creatura mundi est diligibilis meritorie/ergo est diligibilis ex charitate. Minor ꝓbatur/ego possum elicere circa quancũq; creaturã actũ dilectiõis bonum moraliter & vltimate referre in deũ: sed omnis actus moraliter bonus factus in charitate propter deũ: & cum omnibus circũstantijs requisitis est meritorius/ergo videtur ꝙ oĩs creatura sit ex charitate diligibilis. ¶ Secũda difficultas. tu dicis ꝙ obm̃ charitatis est quid beatificabile de lege ordiata. Segtur ꝙ reprobi q̃uis sint viatores non sunt diligẽdi ex charitate: patet. non sunt beatificabiles de lege ordinata: quia deus ordinauit quod damnarẽtur. si ergo ita ordinauerit non sunt beatificabiles/ergo non sunt diligibiles ex charitate: forte dices ꝙ aliquid possibile fieri de potẽtia dei ordinata põt dupliciter intelligi vnomodo quod illud possibile fieri repugnet formaliter reuelatis a nobis. ¶ Aliomodo potest aliquid de potẽtia ordinata fieri. sic ꝙ illud fieri nõ repugnet his que sũt nobis reuelata. sed sic ẽ quod iste sic reprobus qd̃ sit damnatus aut saluatus nõ repugnat alicui reuelato. Non ei habemus nisi duas reuelationes scilicet qui pseuerauerit vsq; in fiñe saluus erit. Et qui non pseuerauerit põdẽnabitur. ¶ Dices ergo ad minus si esset reuelatũ & sciretur segtur ꝙ non esset ex charitate diligibilis. ¶ Q̃tum ad primũ cũ arguit oẽ diligibile actu meritorio ẽ diligibile ex charitate: sed sic est quod oẽ ens mundi põt mediate vel immediate diligi meritorie/ergo. Breuiter dico ꝙ hoc stat ad nomẽ: quia ibi doctores quãdo dicũt ꝙ sunt quattuor diligibilia ex chari. capiũr diligibile ex chari. vt tm̃ valet sicut diligibile ad beatitudinem: mõ nõ q̃libet creatura ẽ diligibilis ad beatitudinẽ/igit. argumẽtũ non currit isto modo. bene verũ est si proprie caperet diligere ex charitate. i. secũdũ illã virtutẽ theologicã que vocat charitas ꝙ tũc argumentũ bene pbaret qd̃ oẽ ens mundi elicitiue vl̃ imperatiue est diligibile ex charitate. Et per hoc patet ad primam difficultatẽ. ¶ Q̃tum ad secundã sit ita ꝙ dãnatio sortis sit explicite reuelata segtur ꝙ sortes nõ esset ãplius diligibilis ex charitate saltẽ illi cui reuelata est dãnatio sortis. Breuiter hic tãgitur vna difficultas quã tangit Gregorius in fine primi sentẽtiarũ/sit ita ꝙ deus reuelet dãnationẽ sortis reuelatione interiori. Vtrũ illa reuelatione imparticulari facta teneor diligere

Qz actus bonꝰ non efficiatur malus ꝓpter circũstãtiã loci vel tẽpis nisi hẽat ꝓobiecto Tho. rñsio.

Deꝰ non põt ꝑcipeꝛ actꝰ cõtrarios sue dilectiõi.

Exẽplũz de beato Augusti.

Dupliciter aliqd põt dici ꝑticeps beatitudinis.

Curꝛe nõ possit ꝓhibere suam dilectionem.

Duplr aliqd dr̃ dilgibile.

Difficultas ꝓma.

Ad ꝓmã.

Ad secãs

Secunda

re sortem. Rñdetur tenẽdo opinionẽ satis cõmunẽ ꝙ teneor assentire reuelatis in particulari: tunc non est difficultas. in illo casu nõ est diligibilis ex charitate: patet. quia assentio ꝙ ipse erit dãnatus: iõ nõ possum diligere ad beatitudinẽ. ¶ Notãdum secũdo ꝙ actus proprius charitatis est amor amicitie dei. Sicut diximus in questionibus de fide: ꝙ habitus fidei infuse primo inclinat ad assentiendũ vni primo credibili puta deus ẽ verax: vel omne reuelatũ a deo est verũ. Et mediãte illo assẽsio alijs credibilibus. Sicut dicitur ꝙ ois actus immediatus charitatis ẽ amor dei & amor proximi est actus mediatus. Et voco actũ charitatis immediatũ nõ quia referatur post alium: sed quia termiat talis amor in deum precise quo deus in se & propter se diligitur. Et voco amorẽ mediatũ quo amore primo amatur proximus: & per pximũ amat deus: ideo talis actus amoris proximi dicit actus charitatis mediante amore dei. Nãvt frequenter dictũ est sicut se hñt principia in speculabilibus: ita se habet finis in agibilibus ita ꝙ primo assentio principijs & p principia pclusioni: ita ꝙ assensus fertur immediate in principia & mediãtibus principijs in cõclusionẽ: sic in proposito volitio circa finẽ immediate inclinat ad actũ circa finem & mediate ad media circa illũ finẽ. volo ergo dicere ꝙ ois actus charitatis est amor amicitie dei mediate vel immediate. si sit immediatus est actus amicitie dei precise: sed mediatus dr quia causat mediante amore amicitie dei. Resolutio igitur ẽ habitus infusus charitatis immediate inclinat ad amorẽ circa primũ amabile q̃ est ratio propria & formalis propter quã alia diligibilia diligũtur sicut proportioabiliter de fide declaratũ est. ¶ Sed cõtra sequeretur eodẽ modo ꝙ amor cõcupiscentie dei esset obm mediatum charitatis: & etiã actus mediatus. Patet manifeste: quia talis actus amoris ꝓcupiscẽtie dicitur esse actus charitatis mediãte actu amoris amicitie: saltẽ si sit licitus vt declaratũ est de spe seu actu spei: ergo sicut amor pximi est actus mediatus ita amor cõcupiscẽtie dei. Breuiter dico ꝙ argumẽtum cõcludit/ quia talis actus est actus virtutis theologice: & non nisi charitatis: ergo tales actus impatia charitate infusa sunt charitatis: mediate tñ. ¶ Notãdum tertio ꝙ sicut dictum est in ꝓcedentibus duplex est habitus fidei/ similiter spei: scilicet infusus & acqsitus: ita duplex ẽ habitus charitatis: scilicet infusus & acqsitus. Et sicut dictũ est ꝙ est vnus habitus infusus fidei: respectu diuersorũ credibilium: ita charitatis est vnus habitus infusus respectu oim diligibilium dei scilicet & creature pp deũ qui principaliter inclinat ad diligendũ deũ pp se & oẽ quod vult deus diligi pp deũ & mediãte illo tanq̃ pricipio partiali inclinat ad diligẽdũ pximũ. Et loquendo de habitu acquisito/ sicut respectu diuersorũ credibiliũ sũt diuersi habitus acquisiti distincti specie: ita respectu diuersorum amabilium sunt diuersi habitus charitatis acquisite distincti specie: quia actus ꝓ obiecta & habitus ꝓ actus specie distinguũtur. Ex dictis infertur ꝙ bonitas proximi nõ est cã mouens diligendi eũ caritatiue: sed bonitas dei propter cuius ꝓceptũ de diligendo pximũ diligens deũ vult diligere pximũ siue sit bonus siue malus. ¶ Notandum quarto ꝙ per dilectionẽ proximi intelligitur proximus cuius dilectio est deo grata: & breuiter intelligitur ꝓ proximũ qlibet beatitudinis capax de potentia dei ordinata: quia diligere proximũ charitatiue propter deũ est velle proximo ineẽsse dilectionẽ dei: qa nihil melius possum proximo velle ineẽsse q̃ dilectionem dei: cũ sit summũ bonũ/ & bonũ proximo cõmunicabile: & hoc debeo velle sub conditione: puta si sit deo gratũ & quia bonorũ dilectio est deo grata absolute volendũ dilectionẽ dei esse. sed circa dãnatos aut demones qui sunt actualiter deo displicentes nõ debemus eos velle deũ diligere sicut dicit Scotus. nã dãnati non sunt pximi nostri quia dilectio damnatorum non est deo grata. & cetera. Contra/ ex hoc sequitur ꝙ existens in mortali non est pximus noster quia eius dilectio non est deo grata. Ad hoc dico

Quid ꝓpriꝰ actꝰ charitatis

Argumẽtum.

Dulex ẽ hitꝰ charitatis.

Quid diligẽdum ꝓximũ charitatiue.

ga nescimus certitudialiter de quocũq̃ viatore signato an sit in mortali vel nõ & deo gratus/ nõ possumus diligere proximũ nisi sub condicione vt volo proximũ habere beatitudinẽ si sit gratus deo. circa viatores aũt in cõi quia sup ꝓsumẽdũ ẽ ꝓ bono possumus hr̃e actus absolutos volendi deũ ab eis condiligi. Istis suppositis ponũtur pclusiones que sunt satis faciles. ¶ Prima conclusio. Quattuor sunt diligenda tñ: probatur cõclusio/ est aliquid beatificabile de lege ordinata: vel ergo illud est essentialiter beatificabile: & sic solus deus ẽ beatificabilis: vel accidentaliter: & hoc dupliciter/ vel formaliter & actiue: & sic est angelus vel anima rõnalis: vel participatiue/ & susceptiue/ & sic corpus hominis est beatificabile. Et sic patet quomodo ista quattuor sũt beatificabilia/ deus per se/ angelus: & anima rationalis & corpus: & oẽs isti cõtinẽtur sub obiecto charitatis. patet igitur ꝙ sunt quattuor diligibilia genere differentia: quia notũ ẽ ꝙ illa differũt. hoc etiã patet ex auctoritate beati Augustini. Q̃ aut̃ sint tñ quattuor patet: quia nulla alia sunt beatitudinis capacia ergo nulla alia continẽtur sub obiecto charitatis. ¶ Secunda conclusio. Oim istorum diligibiliũ est vnus specie habitus infusus: probatur: qñcunq̃ est aliquis hitus qui habet vnũ obiectũ imediatũ dato ꝙ plura sint mediata: ille habitus est vnicus: sed sic est ꝙ oẽs charitates que sunt in diuersis & singulis hominibus hñt idẽ obiectũ propinquũ & immediatũ: ergo oẽs ille charitates sunt eiusdẽ speciei sicut de fide: quia ois fides infusa in antiqua lege & in noua sunt eiusdẽ speciei: vt fides Abrahe & beati Petri: sicut vnus ẽ habitus principiorũ: licet sint diuersi conclusionũ. Et ista opinio est probabilior. ¶ Tertia conclusio. Tot sunt ponendi habitus charitatis acquisiti specie distincti quot sunt actus specie distincti. Ista pclusio est clara: quia actus specie distincti pducunt habitus distinctos specie: modo clarum est ꝙ actus distinguũtur specie cũ hñt diuersa obiecta. plus em̃ distinguũtur q̃ duo actus eiusdẽ obiecti in diuersis subiectis. tales aũt nũero differũt/ ergo actus plus differẽtes: specie differunt. cũ ois differẽtia maior numerali sit specifica. igitur &c. ¶ Dubitatur primo Vtrũ ãgeli & beati sint proximi nr̃i: & tota difficultas istius dubij iacet in hoc ꝙ illud dr regulariter pximus/ cui possumus impẽdere bñficiũ charitatiuũ. nã secũdum parabolã luce. x. proximus est cui beneface re possumus/ sed sic ẽ ꝙ angelis & beatis nõ possumus bñfacere: iõ angeli nõ dr̃ pximi Breuiter dicunt doc. ꝙ ad hoc vt quis dicat proximus sufficit impẽdere posse bñficium charitatis/ vel ecõtra/ seu vice versa/ mõ licet nõ possimus ãgelis & beatis gratificari ipsi tñ possunt & de facto continue nobis impendunt vt declarant doctores. & breuiter ois creatura beatitudinis capax formaliter noster pximus est. ¶ Vtrũ demones vel anime dãnate sint proximi nostri. Rñdetur ꝙ nõ sicut dictũ est in quarto notabili quia ipsi nobis: nec nos ipsis prodesse possumus licet possint nobis nocer̃: ideo nõ sunt proximi nec ex charitate diligibiles Nam aliqd ex charitate diligere est ipm diligere ex gratia tanq̃ amicũ secũ in beatitudie cõicatiuũ. & sic patet de scdo dubio. ¶ Dubitat tertio Vtrũ nosmetipos possumus ex charitate diligere. Et videtur ꝙ non: quia dicit Aplus Charitas non q̃rit q̃ sua sunt. Et Grego. Nemo ad seipm charitatẽ hr̃e dr̃. Dico breuiter ꝙ charitas nõ respicit bona tpalia nisi ꝓ ordinantur ad spũalia. Ideo qñ dicit Aplus Charitas nõ q̃rit q̃ sua sunt intelligit ꝙ nõ tendit ad bona tpalia/ sed spiritualia: Secundo dico ꝙ quis nõ tenet optare bõa sibi vt illa solum sint ei vtilia: sed vt sibi prosint & alijs: & iõ debet sic intelligi auctoritas. & sic patet de nũero diligẽdorũ. ¶ Distin. xxix.

Dubitatur ꝓmus et dicat ꝓximus nr̃i.

Dubitatur secundus

Dubitatur tertius.

Secunda conclusio

Tertia cõclusio.

IAm in precedenti distin. determinatũ est de diligẽdis ex charitate: & dictũ ẽ ꝙ tñ ista quattuor scilicet deũ/ seipsum/ proximũ/ et corpus proprium ex charitate diligimus. Iam queritẽ

de ordine istorū diligibilium adinuicē: & Vtrū de necessitate salutis sit obseruandus ordo inter ista diligibilia sic ꝙ quilibet maxime teneatur diligere seipsum post deū. In ista ꝗstione more solito primo declarantur termini: & primo declarat iste terminus ordo dilectionis. Et nihil aliud est ordo dilectionis nisi vnū aliud ꝑcedere in diligendo Non ē intelligēdū ꝙ vna dilectio precedat alia tempore. Certum est ꝙ aliquādo prius diligitur proximus ꝙ deus. Quomodo est ergo intelligēdum ꝙ sit ordo. Dico ꝙ est intelligēdū ꝙ vnū diligatur pfectius ꝙ aliud. ordo igitur nō importat tempus sic ꝙ vna dilectio precedat tempore aliam: sed importat pfectionem. ¶ Supponendū est vlterius ꝙ duplex est dilectio sicut ponit Durādus in eadem distinctione. ꝙdā est dilectio ꝓplacentie: & ꝙdā desyderij. Dilectio complacētie est respectu boni iam habiti: sed dilectio desyderij nō est respectu boni habiti: sed respectu futuri: vt proximus meus habet multa bona: placet mihi ꝙ habeat: talis amor ē amor cōplacentie: & preter hoc ego opto sibi beatitudinem: iste secundus amor est amor desyderij. ¶ Quando queritur Vtrum de necessitate sit ordo. Ista ꝗstio potest intelligi dupliciter. vel ꝙ sit optandū de necessitate maius bonū vni ꝙ alteri/vel quo ad affectū. i. Vtrū de necessitate magis sit affectādum bonū vni ꝙ alteri: qa stat bene ꝙ optē aliquod magnū puta beatitudinē paruo affectu: & aliquod paruum puta tēporale maximo affectu: vt experientia docet. ¶ Est ergo questio Vtrū vni diligibilium sit de necessitate maius bonū optādū/vel maiori affectu. Si intelligat de amore ꝓplacentie/nō est difficultas quin deus plus amet ꝙ habeat actu maius bonū: sed de necessitate teneor diligere magis vnū ꝙ aliud/hoc ē maiori affectu. dicit Durādus ꝙ omnibus diligibilibus optandū est equale bonū. Et ratio eius est. quia oēs creature rationales apud opinionē multorū sunt capaces equalis beatitudinis: sed sic est ꝙ cuilibet debeo optare tātā beatitudinē quātū est capax. Si sortes optat Platoni beatitudinē: debet ei optare tātam quantū est capax: sed est capax tante beatitudinis: immo oēs creature rationales sunt equaliter capaces beatitudinis: ergo nō debeo mihi optare maiorem beatitudinem ꝙ Platoni. Assumit Durādus illud Apostoli charitas non emulatur. Dicit ergo Durandus ꝙ non debeo diligere vnum diligibilium magis ꝙ aliud dilectione desiderij loquēdo de creaturis: secus est de deo vt dictū est. ¶ Sed iste rationes non videnē efficaces Patet: quia sequereē ex principijs illius opinionis ꝙ deberē optare tātam beatitudinē cuilibet creature rationali/ꝙtam habet anima Christi/vl anima virginis gloriose: hoc videtur falsum: ergo illa opinio est falsa. ¶ Quantum ad istud Durandusmet soluit argumētū: & dicit ꝙ illud desyderiū debet esse cōditionatū: ita ꝙ sit sensus/Optādum est tantam beatitudinē ad quantā est ordinatus ex prescientia diuina. Clatum est ꝙ nullus est tam ordinatus: sicut anima Christi/vel virginis gloriose. sed vbi est incertū: debeo tantam optare alteri sicut mihi. ¶ Dicitur ergo ꝙ pōt intelligi vtrū sit ordo ex parte amoris affectiui. Aliomō ex pte amoris effectiui. i. Vtrū tenear maiori affectu vl maiori effectu exhibēr charitatē. Et breuiter dicitur ꝙ talis ordo non debet attendi secundum intentionē gradualem actus simpliciter/sed magis secundū appīationem actus vt declaratum est supra. ¶ Vlterius notandum ꝙ beatus Ambrosius ponit ordinem diligēdorū isto modo. primo deus diligendus est. secundo nosmetipsi/tertio parētes/quarto domestici/quito extranei: sed extranei si sint meliores ꝗ domestici. Istis notatis sit prima cōclusio. ¶ Ordo debitus charitatis de necessitate salutis requiritur. Patet quia quicūq; diligit quod non debet diligere: aut magis diligit ꝗ nō debet diligere aut minus: peccat. quia facit aliter ꝗ non debet facere: igitur. ¶ Secunda cōclusio. In isto ordine dilectionis Deus est prior diligendus & affectiue & effectiue: capiēdo affectiue & effectiue sicut dictum est. ¶ Tertia cōclusio

De ordie dilectōis

Duplex dilectōcō placentie z desyderij.

Sēsusqō nis.

Rōes durandi.

Rōes durandi.

Impugnatur.

ꝑia cōclusio.

Ordo dilection: positus a bto ambo

Secunda conclusio

Tertia cōclusio. seu propositio. Omnia citra deū sunt equaliter ex charitate diligenda. i. omnibus idē & equale obiectum est volendum. probat: oibus est volendus ipse deus qui est principale & adequatū obiectū ipsius charitatis: vt probatū est. q. ꝑcedēti: ergo propositio vera. ¶ Quarta conclusio. Quilibet charitatiue diligens tenetur plus diligere seipsum charitate affectiua & effectiua ꝗ quancunq; aliam creaturam. hoc est dicere ego teneor me magis diligere: hoc est maiori affectu teneor mihi desyderare btitudinem ꝗ cuicunq; alteri creature. Ista propositio a diuersis diuersimode probatur. primo tñ sic: vbi est maior ratio diligibilitatis debet esse maior dilectio: sed hois ad seipsum est maior ratio diligibilitatis ꝗ ad quācūq; creaturā: ergo magis tenetur seipsum diligere: relinquitur maior nota. Et probatur minor: quia vbi ē maior vnitas ibi ē maior ratio diligibilitatis: sed hominis ad seipsum maior ē vnitas: quia qlibet naturaliter inclinatur ad suij ꝑpius dilectionē: & ex cōsequēti ad cōseruationē ergo hominis ad seipsum est maior vnitas: & sic maior dilectio/& ꝑ cōs ꝓpositio vera

Quarta conclusio

Rō Scotus efficax. ¶ Alia ratio quā ponit Scotus: & dicit esse efficacem est ista. Omnis habitus inclinās ad actum rectum est sufficiēs ad formationem actus reflexi super illum actum. sed charitas ex hoc ꝙ est principiū immediatū tendendi in deū actu recto est principium volēdi cuilibet voluntati potenti diligere deū: vt diligat deū: ergo i hoc reflectitur sup actus illos quibus tenditur in deum: & per istum actū ego tendo in deum actu recto. ergo immediatius reflectitur sup actū quo volo tendere in deū. Nam me diligere deū ex charitate ē me velle diligere deū: & diligere proximū est me velle proximum diligere deum: ergo talis habitus magis & imediatius inclinat me ad diligēdū ex charitate ꝗ quodcūq; aliud.

Rō Sco. ¶ Ista ratio quam ponit Scotus & dicit esse efficacē nō videtur vera: neq; ꝑcedere quia nō est difficultas: habitus rectus & reflexus distinguūtur specie: ideo non possunt immediate incliare ad actum rectum & reflexum: quia duo habitus specie distincti nunq; inclinant immediate ad eundem actum. ¶ Circa istam propositionem Scoti sūt due difficultates. Prima. bene seqtur: si ego teneor magis ex affectu seu amore affectiuo plus me ipsum diligere ꝗ proximum: ergo si affectu eque intenso ego diligerē meipsum/& proximum ego peccarē. Secunda. Tu dicis ꝙ diligere ex charitate nihil est aliud ꝗ me velle diligere deū sup oia. Insup dictū est ꝙ charitas habet deū vltiate pro obiecto: ergo añ ꝗ me diligā ex charitate oportet me diligere deū: igit nunq; diligo me ex charitate nisi diligā deū ex charitate. illa ꝓsequētia ē optia. & vltra. Illa dilectio qua ego diligo me est actus reflexus: ergo causa partialis qua diligo deū. Patet: qa omnis actus quo impatur aliqua opatio est causa illius: & sic erit circulatio in causis eodem gñe cause. ¶ Quantū ad primam difficultatē quādo arguitur. Sequitur bñ ego teneor plus diligere meipsū amore affectiuo ꝗ proximum: ergo si plus diligerē proximū de facto peccarem. Dico ꝙ quando dicit ꝙ plus teneor diligere meipsum. &c. intelligēdū est ꝙ ego teneor maiori obligatione ad diligendū me ꝗ proximum: ita ꝙ omittēdo diligere me plus peco ꝗ omittendo diligere proximum: & ita debet intelligi illa propositio. ¶ Quātum ad secūdam cum arguitur. Non possem me diligere propter deum ex charitate: quia diligam deum: nō est difficultas in hoc: ergo dilectio dei est causa dilectionis mei verum est: ergo etiam oportet ꝙ dilectō dei sit causa illius actus reflexi: verū est. Et illa dilectio est causa actus reflexi. Nego. Et ad propositionē: quia omnis actus quo impatur: &c. Verum est si ille actus sit prior: sed vbi ille actus est posterior puta vbi est ꝗdam cōplacentia non oportet. ¶ Conclusio quinta. Dilectione gratuita preponendi sunt parētes filijs. Probatur: quia plus habet homo a parentibus ꝗ a filijs: ergo vbi est maior ratio dilectionis: ibi debet esse maior actus diligendi: ideo plus diligendi sunt parētes ꝗ filij. ¶ Sexta cōclusio. Ceteris paribus plus

ꝑia difficultas.

Secunda difficul.

Ad ꝓmā

Ad secām

Quīta cōclusio.

Plus diligēdi sūt parentes ꝙ filij.

Sexta cō.

obligor gratuita dilectione diligere propi quos q̄ remotos: ita q̄ magis propiqui ma gis sunt diligendi. Patet: quia dilectio fun datur in vnitate: sed sic est q̄ inter propinquos est maior vnitas q̄ inter extraneos: ergo se quitur q̄ propinqui sunt magis diligendi q̄ quicunq; extranei. ¶Dico notanter ceteris paribus: quia vbi extraneus esset in extrema necessitate & vicinus non: tūc in illo ca su plus obligor extraneo: & hoc quia tūc fa cio opus iustitie. Secundo. Vbi extraneus mihi mutuauit pecunias: tūc plus obligor. Tertio / vbi sum debitor extranei & vterq; est in extrema necessitate: ita q̄ non possum subuenire nisi vni: tunc in illo casu subueni endum ē extraneo. Ratio: quia ego sum de bitor: ideo teneor ratione iustitie: quare te
Septima conclusio neor magis subuenire. ¶Septima cōclusio Magis sunt diligendi extranei boni q̄ pro pinqui mali. si sit sermo de amore compla centie. Dicit Durandus: non est difficultas: sed de amore desyderij: hoc non est verum: immo dicit Durādus q̄ falsum est. Et ratio est: quia ego teneor optare malo maius bo num. Patet: quia malus est in peccato: sed sic est q̄ est mihi probabilitas moralis q̄ est in peccato: ergo teneor optare q̄ cōteratur de peccato: & habeat gratiā: ergo teneor opta re maius bonum: & istud videtur verum: &
Difficultas valde notanda. non est magna difficultas ¶Sed est difficul tas inter doctores de amore effectiuo puta / Sūt vicinus & extraneus ābo in extrema ne cessitate & habeo probabilitatē moralē q̄ extraneus est in peccato mortali & vicinus in gratia: tunc non possū subuenire nisi vni illorū cui tunc teneor dare: Vtrū in illo ca su tenear plus diligere extraneum q̄ vicinū Et est apparentia q̄ sic: quia scio q̄ si extra neus moriatur damnabitur. Tūc sic arguo Vbi possum subuenire periculo corporis & anime magis obligor: q̄ vbi solū corpo ri: sed sic est in illo casu: ergo plus teneor di ligere extraneum & subuenire q̄ vicinum. & ita est secūdum opinionem multorum q̄ videtur probabilior. Sanctus Thomas secū da secunde videtur dicere oppositum. Et ra

tio eius est: quia ille qui est bonus ē magis vtilis reipublice q̄ malus: imo malus est in utilis: ideo est maius interesse pro bono pu blico in morte boni: quare teneor subueni re illi. Et ad argumentum dicit Thomas q̄ hoc prouenit ex culpa sua: & vtraq; opinio est satis probabilis. ¶Octaua conclusio. Octaua conclusio Magis est diligendus proximus quā corpus proprium. Patet: quia proximus est magis capax beatitudinis vt notū est: quia forma liter & de per se. Corpus autē solū receptiue & de p accidens: immo dicunt doctores q̄ vbi non possum saluare vitam nisi cum scā dalo & ruina proximi: ita q̄ nō possem co medere nisi scandalisando proximum ma gis teneor perire fame q̄ i illo casu comede re cum ruina proximi: & saluare vitam pro priā scandalisando proximū. sequitur ergo q̄ magis obligor diligere proximum q̄ cor pus proprium. ¶Distinctio. xxx.

Veritur Vtrum dilectio gratuita que de necessita te impēditur inimico sit magis meritoria q̄ ea q̄ reddit amico. in ista que stione sicut in precedentibus quedam notabo.

Q̄tum ad primū dicitur q̄ ly inimicus nō accipitur vt appellat suam propriam ratio nē licet sequatur verbum importans actum anime interiorē: licet sequatur verbū impē ditur qd̄ in ppositio iportat actū anime in teriorē qa valet tantū q̄ impendit inimico i. qua diligitur inimicus: quia nō queritur vtrū dilectio inimici sub ratione qua est ini micus: quia tūc nō esset difficultas: quia cer tum est q̄ nullus sub illa ratione nō est alis quomodo diligendus immo odiendus: qa nullus potest licite appetere malū culpe: qa hoc de directo est cōtra charitatē: charitas eni inclinat ad volendū gratiā: sed licet ali quando alicui appetere malum pene: puta quando occasione illius pene proximus tē dit ad gratiam: vel etiam ratiōe illius pene eueniet bonū aliquod reipublice. vt sit sor tes magnus peccator: video q̄ nō potest cō

q̄ possum appetere inimicum alium pene: non autē culpe.

uerti nisi p magnas tribulatiōes tunc licitū est ei appetere penas. Similiter de tyrāno q reipublice magnū detrimentū affert: possū appetere ei tormēta vt cesset a turbatiōe rei publice: vt i Psal. Deficiant pc̄tōresa terra & iniqui: ita vt nō sint. Pōt tamē quis male agere volendo malū inimico: non solū ma lum culpe / sed malū pene / nō affectione iu stitie / sed vindicte. Ex quo infert q̄ inimi cus in q̄tū inimicus est malus: qa certū est q̄ nullus pōt esse inimicus nisi ratiōe peccati: ideo quādo queritur. Vtrū dilectio gratuita &c. si intelligat illa questio in q̄tū inimicus nō eēt difficultas: qa tūc eēt pc̄tm: qa esset ip sum velle eē inimicū: & sic velle ipm esse in pc̄tō: mō nō possū velle aliquē eē in pc̄tō li cite. ¶Sed est qō. Vtrū illa amicitia q̄ impē dit inimico nō in q̄tū inimicus: sed in q̄tum
Preceptū affirmatiuū includit negatiuū / ecōtra. pximus. quis autē dicat pximus declaratum est prius. ¶Pro euidenti declaratiōe est no tandū q̄ pceptū affirmatiuū includit negati uum & ecōuerso: & ppterea pōt dupl̄r itelligi q̄ quis teneat diligere inimicū. Vnomō q̄tū ad pceptū negatiuū: & tūc ē sensus: nō ē odiēdus inimicus. Alio mō potest itelligi affirmatiue. s. & affectiue: si effectiue / aut itelligit de bonis spūalibus & sic teneor vt dictū est qa de illo gne sūt actus amoris amicitie dei. Si effectiue puta diuitē eē / sanū eē / fortē eē: & sic de his / q̄ ptinēt ad vitam corporalem & de istis nō teneor nisi sub certa cōditiōe. Noto preterea q̄ actus meritorius depēdet a duobus scilicet a gra & a conatu: hoc est a volūtate libera secūdū inclinationē gratie actū eliciēte: qa nullus actus est meritorius qn sit liber: imo q plus ē nec bonus moral̄r.
Quātitas meriti inciurā da ē penes conatū 2 grās Sed vltra regrit q̄ sit a gra. Et sic quantitas meriti a duobus dependet: scilicet ex q̄tate gratie: & q̄tate conatus liberi. ¶Dico ergo q̄ potest dupliciter atendi q̄tas meri ti: scilicet a maioritate gratie / & maioritate conatus: quia postq̄ voluntas est libera po test totam suam possibilitatem applicare vl solum partem. Et q̄ ita sit videmus hoc p experientiam de actibus exterioribus vt

De mēta rabilita te actꝰ me ritorij pe nes gras 2 conatū

de potentia portatiua vel tractiua. Et eodē modo dicendum est de potētia iudicatiua & appetitiua. Et si dicatur q̄ non est simile quia non est diuisibiliter potens. Nego. qa licet potentia intellectiua seu volūtas sit de sibiliter potēs: sic potest apponere paruum vel magnum conatum. Ita q̄ secundum q̄ voluntas apponet de conatu ad actum me ritorium: actus ille erit meritorius ppportio naliter q̄tum est ex pte conatus dūmodo sit gratia cōformis: ita si sortes ad eliciendum aliquem actū habeat gratiam vt quattuor & conatum vt duo: tunc alius actus cum equali gratia & conatu vt quattuor erit ma gis meritorius. si vero in vno erit conatus vt duo: & gratia vt sex: & in alio conatus vt quattuor & gratia vt quattuor. tunc illi actus essent equaliter meritorij. & sic secun dum hoc pceditur: quia illa duo requruntur ad actū meritorium. Et secundum equalita tē vel inequalitatem dicetur actus magis vl minus meritorius / sed alij tenent oppositū vt Dionysius & climetō: dicūt ei q̄ magni Dionysius tudo meriti supposita gratia solum attēdit penes conatum. Antiqui dicebāt q̄ penes gratiam. pro nūc autem teneo q̄ a conatu & a gratia: ita q̄ conatus pōt supplere ma ioritatem gratie & econtra. Sed que istarū opinionum sit verior: aliquando disputa uimus: ideo pro nunc pertranseo.

¶His suppositis ponuntur alique con Prima cō clusio. clusiones: prima: dilectio gratuita pri mo modo: id est de necessitate precepti est non odire inimicum q̄tum ad bona spiri tualia. Et hoc est dicere de necessitate salu tis / id est: non habere nole quo nolo inimi co beatitudinem. Ista cōclusio est satis ma nifesta: quia non possum odire inimicum q̄tum ad hoc. Hoc est nole q̄ habeat spiri tuale. patet. quia illud est de directo contra preceptum quo precipitur diliges proxi mum sicut teipsum / ergo illud nole sem per est malum & non odire taliter est de precepto.

¶Hic posset eē difficultas an liceat habere

nole de damnato ꝙ habeat beatitudinem. Ego scio demonem esse damnatum. vtrum liceat nole demonē habere beatitudinem. Respondetur ꝙ sic. quia talis actus quo nolo est actus iusticie: ergo est mihi licitum talem actum elicere. Certū est quod deus iuste infligit isti penam sensus: ergo licitū est mihi nole ꝙ talis habeat beatitudniē. Sed hoc nunq̄ licet de viatore qui est capax beatitudinis. ¶Secūda cōclusio: quātum ad bona secūdi generis: id est bona fortune licet odire inimicum. Probatur ista cōclusio: qa possum licite talia odire mihi: ergo multo fortius inimico qui est in infimo gradu dilectionis. Probatur antecedens: licet michi abdicare oēs diuitias: ergo licet mihi nolle pecunias. ¶Secūd o ad idem/est licitum illi inimico quod nollit sibi pecunias: ergo &ego possum ei nolle. Patet: quia nō plus teneor ei q̄ ipse sibijpsi: sicut si velim inimicum esse religiosum. &c. Dico vltra ꝙ possum etiam iuito inimico nolle ei pecunias: patet: quando video ꝙ eius diuicie ex malo suo vsu obstāt multis/ ergo ego possum optare ꝙ non habeat diuitias. Ista conclusio est satis nota. Et tale nole nō ē odire: sed potius amare quia illa bona forte obessent saluti. ¶Tertia conclusio/nunquā licet absolute velle alicui mortem corporalem aut nole vitam simpliciter & absolute. Ista cōclusio probatur supponendo illud quod dictum est ꝙ inimicus semper est i peccato. Tunc sic arguitur/nunq̄ licet optare alicui statum in quo ille sit impossibilitatus vt peniteat de peccatis suis: sed sic est ꝙ post mortem inimicus non pōt penitere/ergo nunq̄ licite possum inimico velle mortem. Non est licitum alicui velle statū in quo nō possit amplius se facere capacem beatitudinis: quia virtualiter est nole beatitudinem: sed sic est ꝙ inimicus quem cōstat esse in peccato: quia alias non esset inimicus/si morereꝫ deueniret ad illum statum in quo non posset penitere. igitur non licet ei optare mortem. ¶Non est difficultas quādo iudex cōdemnat aliquem ad mortem habet volitionem absolutam condēnandi/sicut patet de illo qui tempore tempestatis pijcit merces in mare habet volitionem absolutam: sed non eodemmodo capiendo absolutam sicut capitur in ꝓposito: sed prout distinguitur contra conditionatam. Patet: quia proijcit simpliciter. Similiter iudex condēnans crimīosum ad mortem habet nole: sed nō sicut capitur in proposito: quia voco nolitionem absolutam in proposito que non causatur ex aliqua nolitione. Non sic ē de iudice: quia quādo iudex cognoscit aliquē condemnatum de necessitate oportet ꝙ cognoscat eum esse iniustū/ergo oportet nolle illam iniusticiam. breuiter dicitur ꝙ non possimus alicui optare mortē nisi propter aliquod nole. Sed si esset aliquis tyrānus q̄ destrueret totam rempu. vtrū liceret ei optare mortem simpliciter. Respōdetur ꝙ nō sed propter nole: puta propter delictum: & hoc dicitur ex sentētia Sco. ꝙ illud propter quod mors inimici esset aliquantulum volita est simpliciter nolitū: qa vt dicit Augustinus duo in homie sunt diligēda: scilicet natura/& virtus: vicium vero & peccatum odienda. ¶Quarta conclusio/nō est necessarium actu positiuo quātum ad bona primi generis diligere inimicum. habuimus i prima conclusione de actu priuatiuo: puta ꝙ est necessarium non odire: sed loquimur in ista conclusione de actu positiuo. Probatur conclusio: quia nō est necessarium cogitare de inimico: igitur non est necessarium ei optare beatitudinem. In ista conclusione est aliqua difficultas de p̄cepto negatiuo. non est difficultas quin obliget ad semper & pro semper. Sed de affirmatiuo videtur ꝙ actu positiuo aliquando sit necessarium. Tum primo. quia est preceptū affirmatiuū ergo q̄uis nō obliget semp: obligat tū pro aliquo tp̄e/ergo saltē i illo tp̄e tenet diligere. Preterea video inimicū in aliquo statu: ē mihi verisimile ꝙ nō ꝙuertet nisi moneam eū: ergo aliq̄n actu positiuo teneor diligere inimicū. ¶Q̄tum ad istā cōclusionē dicit sanctus Tho. xlv. q. secūda secūde. ꝙ duplici

nāte alquem ad mortem.

An licet mortē optare tyrāno.

Augustī.

Quarta cōclusio.

ꝙactu positiuo tenear q̄q̄s diligere inimicū.

Duplicit posse inimici velle diligere.

citer potest intelligi ꝙ teneor diligere inimicum actu positiuo in vniuersali & in particulari. Ego possum huic in vniuersali optare beatitudinem optando cuilibet proximo. Et dicit sanctus Thomas vbi supra ꝙ talis dilectio est de necessitate salutis. Alio modo potest intelligi ꝙ teneor diligere inimicum particulariter: & sic non est necessarium ꝙ habeam quia non possem de quolibet proximo habere volitionem in particulari/ergo a fortiori neq̄ de inimico: qa inimicus tenet infimum gradum dilectionis/ ergo non teneor habere particularem volitionem: &c. quia nō est necessarium ꝙ ego cogitem de eo. Beneverum est ꝙ in aliquo casu teneor: & non facio difficultatem quin aliquādo i aliquo casu teneor procurare salutem proximi. & non solum eum diligere affectu sed etiam effectu: puta si cognoscam particulariter inimicum/ & cognoscam ꝙ non conuertetur nisi moneam eum ad salutem anime: in illo casu teneor monere in particulari. & monere eum i particulari est diligere igitur. ¶Quinta conclusio in casu necessitatis tenebitur quilibet inimicū quātum ad bona temporalia diligere actu positiuo. Hoc ē dicere si sortes cognoscat inimicum esse in extrema necessitate & videt ꝙ nullus vult ei succurere: tunc sortes tenetur in illo casu inimico subuenire per actū positiuum. Probatur ex dictis Ioannis in sua canonica/si aliquis vidēs fratrem suum in necessitate & clauserit viscera eius quomodo erit charitas in eo. sed sic est ꝙ beatus Ioannes intellīgit quemlibet viatorem. Resolutio doctorū in ista materia est ꝙ ego teneor diligere inimicum quo ad affectum q̄tum ad spiritualia: sed q̄tum ad temporalia non teneor neq̄ quātum ad affectum neq̄ quantum ad effectum nisi in casu necessitatis.

Quinta cōclusio.

Vltima cōclusio.

¶Vltima conclusio: Aliquādo dilectio inimici est magis meritoria ꝙ dilectio amici. Aliquando minus meritoria: aliquando eque meritoria & econtrario. non facio difficultatem in conclusione: sed tota difficultas est in modo probandi quia non est difficultas: potest esse dilectio amici tam parua. & hoc cum paruo conatu & feruore charitatis ꝙ erit minor q̄ dilectio inimici. & ita dicendum est de dilectione inimici vt facile est exemplo ostendere. Sed dicitur ꝙ quando est dilecto amici & inimici ex equali conatu & gratia/ceteris paribus dilectio inimici ē magis meritoria/imo dico ꝙ si sit minus intēsa adhuc est magis meritoria si fiat a maiori charitate. ¶Difficultas est primo: Sit sortes qui diligat inimicum non cogitādo de amico ex charitate & conatu vt quatuor: plato equaliter diligit amicū. Est difficultas/quis istorum actuum est magis meritorius. Dicit Durandus: & post eum Dionysius ꝙ dilectio inimici. Dicit tamen Gabriel ꝙ illi actus sunt eque meritorij. ¶Durandus facit duas rationes. Prima/omnis actus ad cuius productionem ex parte operis requiritur maior conatus est magis meritorius ceteris paribus: sed amor inimici ē huiusmodi. igitur. Maior probatur quia virtus est circa difficile vt habet Aristote. secūdo ethicorum. Dico notanter ex parte operis & non operantis vel totius actus: quia alias actus incontinētie esset meritorius qui habet magnam difficultatē. Sed maior est: difficultas ex parte operis in dilectione inimici q̄ amici/quia ad eliciēdum actum amoris inimici est maior difficultas ex parte operis. igitur. ¶Secunda ratio Durandi. omnis ille actus qui est magis carus est magis meritorius. quia magis fit propter finē charitatis quia magis fit propter deum. Sed sic est ꝙ dilectio inimici est magis charitatiua: quia diligit solum propter deum/ergo dilectio inimici ē magis meritoria. Ex opposito sunt rationes ad probādum ꝙ dilectio amici sit magis meritoria: quia ille actus est magis meritorius cuius oppositum est maius peccatum: sed omissio dilectionis amici est maius peccatum/ergo &c. Item dilectio que est in primo gradu est magis meritoria q̄ dilectio que est in secundo gradu: ergo dilectio amici que est in secundo gradu est magis meritoria q̄ dilectio inimici que est

difficultas.

Durandi rōnes.

Secūda cōclusio.

Tertia.

De iudice eodem.

est in ffimo gradu. ¶Quãtum ad istas opiniones/mihi videtur q̃ dilectio inimici ceteris paribus est magis meritoria q̃ dilectio amici, bene verum est q̃ dicit sanctus Tho. secunda sectũde. xlifij. q. q̃ dilectio amici est magis meritoria: sed ex parte obiecti dilectio inimici est magis meritoria: vt sortes q̃ diligit inimicum vt duo. & Plato amicum vt duo: dico q̃ dilectio sortis est magis meritoria. ¶Ad rationes in oppositum. Odire amicum est peiusq̃ odire inimicum: quia ego magis obligor ad diligendum amicũ/ ergo pẽ oppositum dilectio est melior. nego consequentiam. Durãdus dat vnum simile vbi cõsequentia nihil valet. debeo sorti. xx. & do ei alia. xx. do platoni liberaliter. xx. plus mereor dãdo platoni. Et tamẽ oppositum primi est peius. ¶Ctum ad secundum argumẽtum dilectio in primo gradu: &c. Dico q̃ illa consequentia nihil valet: quia cetera non sunt paria. Et ego sum illius opinionis. Propterea dico q̃ omnis difficultas siue proueniat ratione operis siue alio modo: ratione cuius prouenit difficultas & regulariter maior conatus auget meritum. Vtrum autem teneamur dimittere signa rancoris. Dicit Bonauẽtura q̃ rẽcorẽ dimittere oẽs tenẽtur: sed signa rencoris dimittere pfectiõis est. Nã affectu diligere inimicos tenemur: nõ tñ sẽp effectu hoc est signa amoris eis ostendere.

Doctoꝛis resolutio q̃ dilectõ inimici sit magis meritoria

¶Distinctio. xxxj.

Vtrum in patria sine imperfectione maneant virtutes. Visum est in distinctione precedenti de dilectione inimici: vtrum sit magis meritoria q̃ dilectio amici. & resolutio fuit q̃ aliquando magis: aliquando minus aliquãdo equalis. Diximus tamen conformiter ad Durandum q̃ ceteris paribus dilectio inimici est magis meritoria q̃ dilectio amici. Iam in ista distinctione queritur vtrũ in patria sine imperfectione maneant virtutes theologice. ¶Ctum ad istam questionem ponuntur notabilia/ conclusiones/ & dubia more solito. Et in primo notabili inquiritur de actibus istarum virtutum. vtrũ sint compossibiles beatitudini. ¶Et pro declaratione supponitur/ post Ocham i prologo q̃ eiusdem obiecti possunt esse actus specie distincti. Et probatur: quia noticia intuitiua & noticia abstractiua differunt specie. Et tamẽ sunt respectu eiusdem rei/ ergo non est inconueniẽs q̃ eiusdem rei sint due noticie differentes specie. Vt noticia intuitiua causatur ab obiecto realiter presẽte: sed abstractiua nõ/ et tamen sub eadem ratione formali representant obiectum tamen differunt specie propter diuersam approximationem obiecti. Patet: quia perfectio actus est a duobus: scilicet a potẽtia & obiecto: & quando cause partiales respectu effectus nõ sunt sufficienter approximate: tunc minus perfecte agunt/ & tunc variatur perfectio actionis & effectus. Sic ad propositum respectu actus visionis deus est in se presens in ratione visibilis intellectui: sed respectu actus credendi non est in se presens hoc modo. Similiter noticia euidens causatur ab obiecto presente: & noticia neuidentis causatur ab imperio voluntatis. Distinguuntur ergo specie assensus fidei & assensus euidentie circa idem obiectum: immo habent repugnantiam formalem: quia actus voluntatis quo quis vult sub ratione futuri distinguit ab actu volũtatis: quo qs vult sub rõne pñtis/ imo illi duo hñt formalẽ repugnantiam: quia implicat q̃ idem actus sit presentis & absentis. Et ita actus spei differt specie ab actu tentionis quem habent beati. Et cũ hoc formaliter repugnant. ¶Dicunt doctores/ & precipue Bonauentura q̃ tribus actibus vie correspondent tres actus in patria: scilicet tentio/ clara visio/ & dilectio. Sed est difficultas de ista tentione quis sit ille actus tentionis. Dicitur q̃ tentio nichil est aliud q̃ actus quo ego volo michi deum tanquam presens. Et ita comprehensor habet duos actus in patria/ ita q̃ quãuis actus spei non possit manere in patria: immo re

vtrũ in patria manent virtutes theologice.

Quo pugnat actꝰ fidei & spei fora liꝫ actui pfie ex parte rẽtionis & ex parte cognitionis.

Tres actus in patria tribꝰ actibꝰ vie correnden. quid sit tẽtio.

pugnat: succedit tamen in patria illi actui spei actus tentionis qui erit amor concupiscentie. Et sic comprehensor habet duos actus/ vnum qui est amor amicitie: & alium qui est amor concupiscentie non futuri cõmodi: sed vt commodi presentis. & cum hoc est complacentia in ipsa dei presentia: & preterea apprehendit illud sibi commodum: & talis actus vocatur tentio. Et ideo sicut actus fidei habet formalem repugnantiam ad claram visionem. Ita actus spei ad illam tentionem. Sed de actu charitatis dicũt doctores q̃ actus charitatis vie nõ habet repugnantiam cum actu charitatis in patria. Et hoc patet ex dictis Pauli. Et ratio/ quia euacuabitur q̃ ex parte est & manebit q̃ perfectum est. Iam actus fidei qui est in parte: id est qui fertur in obiectũ modo imperfecto. Et similiter actus spei euacuabitur. Et manebit charitas que perfecte tẽdit in obiectũ. ¶Sed contra hoc replicatur: quia tunc eadẽ ratione dicendum esset q̃ charitas non manet. Patet: quia charitas vie habet imperfectionem in ordine ad charitatem patrie: immo charitas vie & charitas patrie differunt specie. Et non nisi penes perfectum & imperfectum. igitur si fides & spes non manent nec charitas. Ad hoc dico q̃ actus charitatis vie nullo modo repugnat actibus beatorum. Patet: quia secũdum omnes doctores non ponuntur in beatis nisi isti tres actus scilicet tentio/ clara visio/ & dilectio siue fruitio: sed nulli istorum repugnat charitas: ideo charitas nullam habet repugnãtiam formalem cum illis actibus in patria: immo notum est q̃ est eadem charitas essentialis. ¶Sed vtrum charitas vie & patrie distinguãtur sicut magis perfectum & minus perfectum: & si distinguantur specie. dicendum q̃ dupliciter possumus loqui de charitate: vel de charitate infusa: vel de charitate acquisita. Et vtraq; istarum tendit in obiectum quãtum ex se est & inclinat potentiã eque perfecte ad tendendum in obiectum/ ideo si sit imperfectio hoc nõ importatur i ratione charitatis: sed solum propter indispositionem ex parte obiecti applicati: etiã potentialiter se habẽte. Sed vtrum differãt specie. Probabilius videtur dicendum q̃ charitas infusa vie & patrie nõ distingũtur specie. immo est vna & eadem. sed de aquisita cum obiectum aliter se habeat: & habitus distinguãtur penes obiecta potest dici q̃ sic: quia charitas acquisita vie & patrie specie differunt: si fruitio vie & fruitio patrie specie differãt: quia ratio charitatis etiã actiuitate vie in se nõ includit imperfectionem quia aliquem inclinat ad diligendum deum in se: ideo non potest poni differentia nisi in mõ. ¶Dices/ actus beatifici supra dicti nullomodo repugnant huic/ omne reuelatũ a deo est verum/ ergo male dictum ẽ q̃ fides non propter imperfectionem solũ: sed propter formalem repugnantiam non potest manere i patria. ¶Dico/ q̃ status patrie sit incompossibilis fidei hoc nõ est propter illos actus: sed propter vnum actũ qui necessario necessitate nature sequitur ad illos actus. Patet: clara visio non est aliquis illorũ actuum sed est aliquid sequens ad illos actus. Et habet formalem repugnantiã cum actu fidei. Eodemmodo ista propositio seu assensus huius propositionis/ deus est trinus & vnus non repugnat clare visioni aut fruitioni: sed ineuidenter assentire & non clare: ideo effectui illorum repugnat. de actu spei si dicamus q̃ firma tentio essentialiter pertinet ad beatitudinẽ. Tunc actus spei seu desiderij haberet formalem repugnantiam cum essentiali beatitudine: puta cum illa firma tentione. opinio tamẽ communior est q̃ non sunt nisi duo de essentia beatitudinis scilicet clara visio & fruitio. Ecce ergo quomodo illi actus fidei & spei repugnant beatitudini. Sed de actu charitatis dicitur q̃ nullomodo repugnat.

Loꝓhen for duos hꝫ in patria act?

Probat q̃ cha. vie nõ manet in patria

An cha. vie & pfie distinguãtur.

¶Iam videndum est de habitibus. & vtrũ habitus fidei vel spei quos habemus stẽt cũ beatitudine in patria. ¶Ctum ad istam difficultatem dico primo mihi videtur probabilius q̃ nullo modo habent repugnantiam cum beatitudine immo stãt cum tota

An habitus fidei & spei repugnant beatitudini

beatitudine & cum effectibus beatitudinis. Et ita dicit durandus. Et ratio eius est: quia beatitudo consistit precise in actibus: puta in visione vel fruitione. Sed habitus nō repugnat actui. igitur. Et ꝙ beatitudo c nsistat in actu. Patet: quia dicit Aristoteles decimo ethicorum ꝙ felicitas ꝓsistit in operatione. Et in actu & non in habitu. & clarū est ꝙ Aristoteles loquebat de felicitate humana/ergo a fortiori beatitudo supnaturalis consistit in actu & non in habitu. Tunc arguitur sic nullus habitus fidei habet formalem repugnantiā cum beatitudine essentiali: quia nunq̄ habitus habet formalem repugnantiam cū actu/ergo fides infusa nullam habet repugnātiā cum beatitudie. Sed contra arguit/beatitudo causat aliquid qđ habet repugnātiam cū fide/quia causat claram visionem ergo habet repugnātiam ratione effectus: quia licet diceres habitus de per se nō repugnat actui. Tūc deperaccidēs actus repugnat habitui: vt puta inquātum est natus causare habitum contrarium.

Argumē tum.

¶ Q̄ tum ad istud habitus ille scilicet fidei infuse habet repugnātiam cum clara visione: nego imo dictum est ꝙ fides infusa nulli habitui repugnat/ergo a fortiori nec & actui. Sed bene fides acquisita etiam spes acquisita vel charitas. clarum est ꝙ habitus fidei infusus non habet repugnantiam cum actu beatitudinis vel habitu. Eodē modo dicendū est de habitu spei infuse. Et ex isto dicto habemus ꝙ fides infusa vel spes nullomodo repugnat actibus beatitudinis.

Durandus facit argumentum de Paulo in raptu. clarum est ꝙ ipse vidit deum clare vt vident beati: & tamen nō perdidit fidē. Et quando dicunt doctores ꝙ fides infusa habet repugnātiam cum actibus beatitudinis intelligendum est quātum ad eius naturalem inclinationem: quia fides infusa naturaliter est nata concurrere ad actus fidei/aliter intelligentes ꝙ fides infusa repugnat actibus beatitudinis errant. ¶ Sed forte dices ꝙ beati non habent euidētiam de ista propositione Antichristus erit: ergo cum omnibus effectibus beatitudinis adhuc stat actus fidei circa istud complexum Antichristus erit. Et multi doctores tenēt ꝙ stat ꝙ deus non causet euidentiam de illa in beatis: & circa illam bene poterunt habere fidem: ergo actus fidei erit in patria. ¶ Pro isto argumento dico secūdum opinionem que semper mihi est visa probabilior: ꝙ fides infusa immediate inclinat ad vnum obiectū primarium puta deus est verax. secundo dico ꝙ fides infusa nunq̄ concurrit ad aliquem particularem assensum propositionis de fide nisi mediāte illo actu primario. hoc supposito dico ꝙ si actus fidei ifuse circa illud primarium obiectum sit incōpossibilis: sequitur ꝙ nunq̄ poterit concurrere ad assensum aliarum propositionum: sed certū est ꝙ bene habent assensum euidētem ꝙ deus est verax: ex qua causatur assensus euidens: ꝙ omne reuelatum a deo est verum: ideo dico ꝙ cum primarius actus fidei sit incōpossibilis beatitudini nunq̄ fides infusa potest inclinare ad aliquem actum fidei. ¶ Et tūc ad argumentum nego ꝙ in patria sit actus fidei infuse: nec mediate/nec immediate: nō nego tamen supposito ꝙ beati habeāt ineuidentiam de aliquibus propositionibus vt antichristus erit: quin habeant assensum fidei acquisite: quia potest manere assensus de ista antichristus erit. ¶ Sed dubitatur/ vtrum habitus maneāt omnium preteritorum cum nulla est repugnantia. Dico ꝙ est mihi magis probabile ꝙ non manēt illi habitus in patria: licet aliqui dicant oppositū & ratio mea est: quia potentia mediātibus illis habitibus nunq̄ exiret in actus: ideo illi habitus essent frustra: sed sic est ꝙ i patria nihil ponitur frustra: igitur. ¶ Dubitatur. vtrum saltē illis habitibus succedāt i patria alij habitus. Dicit Scotus ꝙ non: & ratio eius est: quia nunq̄ ponuntur habitus in aliqua potentia nisi ad faciendum potentiam vt mediāte illo habitu possit elicere actum intēlliorē: sed sic ē ꝙ actus bitudis nō eliciū tur intēlliores vno tp̄e q̄ i alio: ga alias vnus esset magis beatus vno tp̄e q̄ in alio: & hoc

Solusē arguīntū.

Dubium primum.

Nūo itelligit ꝙ fides ifusa pugnat visiōi btifice.

De Paulo in raptu.

habetur ex prima pclusiōe. Et in primo dubio de materia iam habita. Sunt tamē qui dicant probabile esse charitatem acquisitā vie in patria non manere: & probatur: quia charitas vie essentialiter includit imperfectionē: sicut fides & spes: quia inclinat ad diligēdū deū amore amicitie non pītem. ¶ Tertium dubiū est Vtrum charitas acquisita maneat in patria. ¶ Rñdetur ꝙ fruitio vie & patrie non solum differunt penes intensum & remissum. immo differunt specie. Q̄ non solum differunt penes intensum & remissum: probatur: quia tūc sequeretur ꝙ viator posset seipsū beatificare. Probatur & sit sortes beatus qui habeat beatitudinē vt decem vicentum: & Plato viator qui habeat fruitionem vt quattuor sequitur ꝙ si sint eiusdem speciei ꝙ Plato poterit augere beatitudinē seu fruitionem ad equalitatem se maiorem: ergo sequitur ꝙ qñ ptinget ad equalitatem erit tūc beatus: & sic esset possibile seipsum beatificare. Istud argumentū non est inuali dnm contra Thomam: quia dicit ꝙ beatitudo consistit in visione & non in amore: ideo non sequitur si pertingat ad equalem amorem: ergo erit beatus: & rō: quia nō dicitur beatus ab amore: sed a visione: ideo tenēdo ꝙ principalis pars beatitudinis est visio: non est magna difficultas: tenēdo ꝙ isti amores/seu fruitiones distinguūtur solum secundum magis & minus: sed tenendo ꝙ fruitio vie & patrie differūt specie: oportet de necessitate cōcedere ꝙ sicut fides excidit: ita spes & charitas acquisite. ¶ Dico secūdo ꝙ videtur mihi probabilius ꝙ aliqua charitas vie est eque magna: immo maior q̄ charitas patrie immo quicūq; beatus habet tātam charitatem in via: sicut habet in patria. Patet: quia nūq̄ augetur charitas nisi virtute operis operati. i. sacramenti: vel virtute operis operantis. i. boni motus. Insuper qñ quis est extra statū merendi nunq̄ post mortem augmentatur charitas: ergo tam intēsa est charitas vie sicut patrie. Et hoc tenet de Gandauo in quolibetis. vt si paruulus decedat in sola gratia baptismali: nō habebit ni

Tertium dubium.

Aliq̄ charitas vie est maior charitate patrie.

si illam: & ita Plato adultus si decedat i gra baptismali: & cū aliquo opere meritorio in patria nō habebit aliud. ¶ Resolutio est ergo ꝙ aliquis in via habet maiorem charitatem q̄ aliquis in patria: immo quicunq; beatus non habet in patria nisi illam grām quā habuit in via. Dico vltra ꝙ actuales fruitiones ab istis procedentes differunt specie: qa certū est ꝙ notitie eiusdē obiecti quarū vna fertur vt presens: & alia vt absens differunt specie: quia vna istarum est nata producere effectum cui non est nata producere alia: ergo pari ratione si sint aliqui duo actus volūtatis: quorum vnus feratur i obiectū vt presens/& alter non: eadem ratione dicendum est ꝙ ille fruitiones differunt specie: quia nō requiritur maior causa ad distinctionem specificā actus voluntatis q̄ intellectus: sed distinctio actuum intellectus est sufficiens: ergo & voluntatis: est ergo certum ꝙ fruitiones vie & patrie distinguuntur specie non solum secundum magis & minus. Et q̄is istud argumētum non sit efficax ad probādum quod sequitur in omnibus: actus specie differūt: ergo habitus: sed vt in pluribus ita accidit. & propterea vtraq; opinio ē probabilis: sed ista michi videtur probabilior: ꝙ differunt specie. ¶ Correlarie sequitur ꝙ charitas acquisita non cōcurrit effective ad fruitionem patrie: licet bene charitas infusa

Resolutio

Correlarium.

Probatur: quia q̄q̄ habitus infusus ꝑcurrat ad actus specie distinctos sicut sol concurrit tā q̄ vniuersalis causa ad diuersos effectus si mul & semel: habitus tñ acquisiti nunq̄ cōcurrunt nisi ad actus similes in specie: ergo illa charitas que est habitus acquisitus non concurrit actiue ad fruitionem patrie. ¶ Et si queratur Vtrum si per concursum dei specialem ipsa charitas cōcurreret ad actū vtrū tunc produceret habitum. Dico ꝙ est problema: propterea bñ potest dici ꝙ talis nō produceret habitum. ¶ Finaliter Quaritur Vtrum in patria remaneat scia Respondet Bonauentura ꝙ in patria remanet scientia vie secundum essentiam seu q̄tum ad essentiam habitus sed nō eodēmodo sicut in via.

bona difficultas.

An scia acquisita maneat i patria.

Et nō videtur mihi difficultas quin illi qui sunt scientiores in via: erunt etiam scientiores in patria: loquendo de scientia in proprio genere: sed non oportet de scientia in verbo: immo stat oppositum esse verum: & hec sufficiant.

¶Distinctio. xxxij.

VTrum Deus ab eterno dilexerit se: & omnia creata & creāda ex charitate eq̄liter. Pro hoc notādū est q̄ deum diligere aliquē nihil aliud est q̄ deū velle alicui bonū & q̄ dilectio est actus voluntatis quo voluntas cōplacet in bono suo vel alterius, sequitur primo q̄ deū diligere creaturam est ipsum illi tribuere bonum eo mō quo vult siue in presenti/ siue in futuro, probatur: quia deum diligere creaturā est deum velle ei bonū: vel ergo vult ei illud bonū pro nūc: vel pro alio tpe si vult pro nunc/ergo causat creature bonū pro nunc: patet: quia deum diligere creaturam nichil aliud est q̄ velle ei bonum: ergo deum diligere creaturam pro nunc est ipsi velle bonum pro nunc. Si secundum/non vult bonum pro nunc: sed pro alio tempore quia causabit bonum pro tempore futuro: ergo deus non potest causare bonum in creatura: nisi pro nunc vel aliquando: ideo implicat q̄ deus diligat creaturam: & q̄ nō velit ei bonum vel pro nunc vel pro tempore futuro. ¶Ex isto correlario infertur aliud correlariū: q̄ deus creaturas possibiles que nec sunt: nec erunt deus nō potest diligere. Patet: deus in eis non causabit nec vult bonum: ergo nunq̄ diligetur: quia semper nihil erunt: ergo deus nunq̄ vult eis bonū. ¶Notandum preterea circa vocabulum ex charitate: quia ponitur in questiōe diligit ex charitate: &c. q̄ vt habetur. j. sen. distin. xvij. duplex est charitas. s. creata & increata. Charitas creata est illa que infūditur q̄n homo baptisatur vel q̄n conteritur de peccato: & efficitur gratus deo: ideo charitas creata est qua homo efficitur gratus deo. Sed de charitate increata dicit magister sententiarum q̄ est deus: & non ponit aliam charitatem: & in hoc non tenet: sed ponitur inter errores magistri: & hic est solum questioe de charitate increata: & adhuc potest dupliciter intelligi: vel q̄ sit principiū dilectiōis vel q̄ sit ipsamet dilectio. ¶Notandum in super pisto termino equaliter. q̄ dupliciter potest intelligi creaturam equaliter diligi. Primo modo equalitate boni voliti: secundo modo equalitate dilectionis referendo ad actum diligendi. Primo modo equaliter diligere aliqua est eis velle equale bonum: secūdo modo equaliter aliqua diligi & equali actu seu eque intenso diligere. Q̄ntum ad primum modum certum est q̄ non est possibile q̄ in dilectione dei loquendo de actu dilectionis sit inequalitas. Est ergo questio de equalitate boni voliti. ¶Correlarie sequitur q̄ quancunq̄ creatura perfectiorē deus magis diligit: ita q̄ q̄tuncunq̄ creatura est perfectior deus eam magis diligit: patet. quia deus maius bonū causat in ea: quia esse eius est perfectius: ideo eius esse est maius bonū: quia bonum & ens conuertuntur capiendo diligere ex parte obiecti. Et ex hoc sequitur correlarie q̄ deus magis diligit animā dānatam q̄ lapides: patet. quia vult illis maiorē perfectionē essentialiter. Et suum velle est causare: & causare est diligere. Quando ergo est questio de dilectione creature si sit questio de equalitate boni voliti certum est q̄ semper magis diligit creaturā perfectiorem. ¶Istis suppositis ponitur prima pclusio. deus ab eterno diligit se & omnia creata & creanda ex charitate formaliter que ē essētia diuina. ¶Q̄tum ad primam partē probatur q̄ deus dilexit se ab eterno quia deus ab eterno fuit beatus/ergo semp dilexit se: patet. quia nisi sic tunc aliquādo esset in potentia ad diligendum se & non diligendū q̄ non potest esse. Similiter ab eterno dilexit creaturas creandas: patet. quia ab eterno cognouit illas & habuit velle communicare bonum cuilibet creature. Et hoc nihil est aliud q̄ amare: igitur propositio vera.

¶Secunda conclusio est, Possibilia non futura deus nō diligit. istud iam probatum est i notabilibus. quia implicat q̄ deus diligat aliquid aliud a se: quin communicet illi aliquod bonum. patet: quia bene sequit. deus diligit/ergo vult ei bonū. Et si vult bonū communicat vel communicaturus est pro aliquo tempore/ergo non stat q̄ deus diligat aliquid non futurum. Benetamen stat q̄ deus ab eterno dilexerit aliquam creaturam & tamen nunq̄ diliget: patet. de re corrupta que nunq̄ reproducetur deus dilexit Et tamen nunq̄ potest velle ei bonum: nec est i potestate postq̄ corrupta est. ¶Tertia conclusio. deus solas creaturas ratiōales diligit primo modo & pprie. patet: diligere proprie ex charitate est diligere ad beatitudinem vel respectu beatitudinis: sed sic ē q̄ solas creaturas rationales deus diligit hoc modo. Certum est q̄ solis creaturis rationalibus deus potest velle virtutem & bonos actus: quia deus non potest velle alicui q̄ ē ei impossibile: ideo deus non potest diligere nisi creaturam rationalem primo modo. ¶Quarta conclusio. attendendo equalitatem amoris penes actum dilectionis quo diligit formaliter se: & alia diligit equaliter. ista pclusio satis declarata ē in notabilibus ¶Vltima conclusio referēdo equalitatem dilectionis ad bona volita aut ordinem volēdi deus inequaliter diligit se & creaturas: istud est satis declaratum. ¶Sed est difficultas de reprobis. sint sortes & plato: sortes predestinatus & plato reprobus: volo. q̄ sint nunc in gratia: & q̄ equaliter diligant deū. Tunc sic arguitur / dicit deus: diligētes me diligo/ergo equaliter me diligentes diligo: sed sic est q̄ isti duo equaliter diligunt/ ergo: &c. Oppositum tamē patet ex prehabitis: quia deus vult maius bonū vni. &c. ¶Dico breuiter q̄ deus non equaliter eos diligit quia vult vni beatitudinē & alteri non. immo non vult alteri beatitudinē. Et ad argumentum respondet Holcot & dicit q̄ capit ibi diligere. i. pseuerantem viuere secundum mandata dei vsq̄ in extremū vite: sed si capiatur diligere id est habere habitum tunc non sequitur/ diligentes me diligo/ergo equaliter diligentes me equaliter diligo nisi capiatur restrictiue: puta secundum presentem iusticiam equaliter illos diligit. Et sic non est difficultas. ¶Sed arguitur contra primam conclusionem: deus diligit omnia creata/ergo diligit cōtradictoria aut contraria. Distingo q̄ diligat cōtradictoria aut contraria/aut q̄tum ad hoc q̄ sint simul. Et sic bene verū est: imo ab eterno deus in esse entitatis dilexit contradictoria/aut ineſſe veritatis sic q̄ simul vera aut falsa: & sic nego. Et de ista dilectione nō est ad propositum. ¶Sed dubitatur vtrū actus quo deus diligit omnia sit proprius alicui persone in diuinis. Respōdetur q̄ deum diligere se & alia est actus eēntialis / & sic nulli persone proprius. Bene verum est q̄ dilectio attribuitur spiritui sancto: quia omnia que ad volūtatem pertinent solent attribui spiritui sancto. Et ea que pertinent ad intellectum verbo/in rei tamen veritate non magis conueniunt vni persone q̄ alteri.

¶Dubitatur vltimo: vtrum deus plus dilexerit petrum q̄ Ioannem. Ista questio est ruinosa & antiqua. Et certum est q̄ si intelligatur q̄tum ad actum dilectionis q̄ equaliter. quia est ipse deus: sed loquēdo de bono voluito est questio facti/& ego nescio: quia nō inuenitur ex sacris litteris hoc determinatū bene verum q̄ exhibuit plura signa amoris Iohanni: sed nō sequitur: ergo plus dilexit: quia etiam iude reprobo exhibuit plura signa amoris vt patet ex euāgelio Et hec pauca sufficiant de presenti distinctione: sed qa sequens agitata est in vigesimatertia: ideo transeo ad trigesimamquartam.

¶Distinctio. xxxiiij.

QVeritur vtrum/virtutes dona/fructus/& beatitudines/sint idem habitus inter se. Tota ista questio stat in duobus punctis & in ea non ē magna difficultas. Sed hic ponitur distinctio donorum a virtutibus. Dicit

Quid est creaturā diligi equaliter.

Quid est deus diligere aliquem

Correlarium.

Duplex charitas.

Pōtia cōclusio.

Vellebet ē efficere.

Secūda conclusio

Tertia conclusio

Quarta conclusio

Quinta conclusio

An deus equalit p̄ destinatū z reprobū (dato q̄ sint in eq̄li gra) diligat.

Argumētum.

An dilectio qua deus diligit se z alia sit actus psonalis aut essentie.

An deus plus dilexerit petrū q̄ Iohannem.

Questio de donis S. Tho.

Duplex intellectus mouet ad bonum.

enim S. Tho. loquendo de ista materia qđ intellectus potest moueri ad bonum & ad malum. A duobus autem potest aia moueri ad bonum. Primum a ratiõe humana puta secundum dictamen naturalis rationis. Et ad hoc disponendum ponuntur in anima virtutes Morales que naturaliter inclinant animam ad conformiter agendum ad dictamẽ rectum naturaliter cognitum secũdum ꝙ stando in puris naturalibus homo cognoscere potest. ¶Secundo/ mouetur anima ab ipso eleuante ipsam animam ad bonum supernaturale seu ad bonũ quod ratione naturali cognosci nõ potest. Et ad disponendum ipsam animam ad tale bonũ deus infundit dona. Et ista ẽ ratio que mouet. b. Thomam ad ponẽdum dona distincta a virtutibus moralibus. sed eius ratio nõ ẽ multum apparens/ quia per virtutes theologicas potest anima eleuari ad bonum supernaturale. ¶Pro impugnatione istius opinionis, notãdum primo ꝙ virtus & habitus non sunt species specialissime: sed genera subalterna. Habitus enī prima sui diuisione diuiditur per habitum intellectualem & habitum affectiuum seu voluntatis. Et vlterius vtrũq; istorum membrorum tã intellectus q̃ affectiui diuiditur in habitum infusum & habitum acquisitum. Dicit enī scotus ꝙ ad iuuãdum potentiam intuitiuã seu apphẽsiuam ponitur habitus infusus & acquisitus. Et virtus affectiua diuiditur: quedam est circa operationem ad se: & quedam circa operationem ad proximum. Et dicit Scotus ꝙ virtutum affectiuarum que respiciunt obiectum creatum/ quedam sunt ad se vt fortitudo/ temperantia: quedam ad proximum vt iusticia: iusticia etiam secundum Scotum subdiuiditur secundũ ꝙ quis potest se habere ad alterũ dupliciter Primo modo communicãdo se illi per amicitiam. Secundo modo communicando ei aliquid aliud a se. vnde virtus inclinãs ad primum dicitur amicitia: quia quis seipsum diu proximo potest dare: & hec amicitia ẽ perfectissima species iusticie. Si autem communicet proximo aliquid aliud a se: aut ergo bona extrinseca: puta quantum ad ea qbus homines indigent communicare/ & talis dicitur iusticia commutatiua vt in contractibus. Si autem communicet aliquid necessarium ad conuictum & simul pacifice habitandũ. Et hoc dupliciter: quia q̃tum ad debitũ regimẽ/ vel q̃tum ad debitam subiectionem: prima potest vocari dominatiua vt in principe: & subiectiua vt in subditis. Et sic sunt tres virtutes morales pertinẽtes ad iusticiã: scilicet amicitia. Vnde ad hoc ꝙ homo perfecte se habeat circa quodlibet obiectũ sufficit habere istas virtutes puta theologas & morales. Nam ad diligẽdum deum sufficit charitas/ similiter prudentia perficit intellectum sufficienter ad hoc ꝙ recte se habeat circa quodcunq; agibile. Similiter morales sufficienter perficiunt voluntatem ad hoc ꝙ recte se habeat circa se & proximum suum Ex quo sequitur ꝙ non sunt ponenda dona ꝙ sint alij habitus distincti ab illis virtutibus ista ꝙ omne donum vel erit prudẽtia vel iusticia: &c. Nam sunt aliqua dona in intellectu/ aliqua in voluntate: que sunt in intellectu non distinguuntur a virtutibus intellectus, nec que in volũtate a virtutibus voluntatis. Vnde certum est ꝙ homo sufficienter perficitur quo ad intellectum & voluntatem per habitus supradictos/ & dato ꝙ sint alij habitus quia tot possunt esse habitus distincti quot sunt propositiones termino vel terminis differentes/ tamen isti habitus sufficiunt ad hoc ꝙ homo sit pfectus quo ad beatitudinem habendam/ & alij hĩ tus non sunt necessarij ad beatitudinẽ eternam. cum igitur sufficienter perficiatur homo i via in ordie ad deũ p tres virtutes theologas & p quattuor virtutes cardinales ad se & ad proximum nõ videtur necessarium ponere alios habitus. Vnde exprimuntur in se vel in suis speciebus per beatitudines dona & fructus vt patet discurrẽdo/ siue magis dicere beatitudines dona & fructus sunt vel virtutes theologice vel morales vl passiones sequẽtes ad illas. Nam beatitudines

ℜ. cur Tho. ponat dona distincta a virtutibus.

Diuisio habitus.

Justicia dupler.

quas ponit Iesus Mathei. v. non sunt habitus distincti a virtutibus moralibus vl theologicis: imo Omnis beatitudo est aliqua illarum virtutum vel species illius virtutis Dices/ quare ergo vocãt beatitudines si nõ distinguntur a virtutibus. Dico ꝙ vocantur beatitudines non qa formaliter sint beatitudines quia non sunt clara visio & dilectio dei: sed vocantur beatitudines meritorie/ quia sunt merita per que meremur illã beatitudinem formalem eternã. Vnde beatitudines octo exprimuntur sic / beati pauperes spiritu/ beati mundo corde / beati qui persecutionẽ patiuntur / beati mites/ beati pacifici/ beati misericordes/ beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam/ beati qui lugẽt In quibus exprimuntur due virtutes infuse theologice/ & tres morales I se vel i suis speciebus. Hoc declaratur p ordinem / primo due beatitudines continentur sub temperãtia: & sunt species eius: scilicet beati pauperes spiritu intelligitur vna species temperãtie / scilicet humilitas. pauperes enim spiritu sunt humiles/ alia est beatitudo: scilicet beati mundo corde / & illi vocantur mundo corde q̃ sunt imunes ab omni voluptate inordinata: ideo est species temperentie. Non enim habere aliquam voluptatẽ inordinatam pertinet ad temperantiam. Fortitudo exprimitur in patientia que est eius potissima species. Ibi beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Item iusticia exprimitur in amicitia ibi beati mites: nãmititas est species iustitie qua quis dat se alteri quo modo potest se dare/ & sic exprimit amicitia qua quis proximo se communicat: vnde dicit Sco. ꝙ sunt tres beatitudines q̃ pertinent ad iusticiam/ vna exprimitur cum dicit beati mites/ alia in alia specie exprimit que diuiditur in dominationem iustam & obedientiam cum dicitur beati pacifici. pax enim seruatur cũ presidens recte regit & subditus recte obedit: & tertia species iustitie exprimitur que est q̃tum ad exteriora communicando cum dicit beati misericordes/ caritas autem exprimitur ibi beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam/ caritas enim vie est habitus quo esurimus iustitiã & diligere deum in se qui ẽ vera iustitia. Spes exprimit ibi beati qui lugẽt / per luctum enim seruat habitus quo desideramus & cõcupiscimus deum nobis. Ex his igitur patet ꝙ in octo beatitudinibus exprimuntur virtutes appetitiue tam morales q̃ theologice vel in se vl in suis speciebus. due autem virtutes intellectuales vna acquisita: scilicet prudentia alia infusa: scilicet fides non exprimuntur nec in se nec in suis speciebus: sed satis dãtur intelligi per appetitiuas. voluntas enim non est optime disposita sine virtutibus intellectualibus. Dona autem spiritussancti que sunt septẽ nullo mõ distingũtur a septem virtutibus imo quodlibet donum est aliqua illarum virtutum vel prudentia vel fortitudo &c. Et dicũtur dona spiritussancti: quia dãtur a spiritusancto: non tamen sicut virtutes theologice/ quia licet dentur a spiritusancto: tamen similes in specie possumus acquirere. Primum donum spiritussancti est consilium & est prudentia: quia consilium est iudicium practicum de aliquo faciendo vel non faciendo vt assensus quo iudico deum esse diligendum ẽ prudentia/ consilium capitur dupliciter: vno modo pro inuestigatione quia inquirimus/ quid agendum sit & ista inuestigatio proprie vocatur consilium/ alio modo pro iuditio sequente istã inuestigationem. Fortitudo suo nomine exprimitur. Temperantia exprimitur in timore: ideo timor non capitur in propria significatione: sed capitur pro humilitate vt est donum. iustitia exprimitur in sua specie scilicet in pietate que dicit mia/ caritas in sapientia/ caritas est habitus quo sapit mihi deus in se seu quo placet mihi eius bonitas in qua etiam intelligitur spes que est habitus quo ipsũ obiectũ sapidum mihi, volo. donum scientie & intellectus reducũtur ad ipsam fidem: ita ꝙ sunt fides/ differũt tamẽ sicut perfectum & imperfectum/ sed perfectum & imperfectum non variant speciem. Vnde donum itellectus est fides de primis

articul& donũ sciẽtie est de spãlibus articulis. primi articuli sũt illi ad quos obligabãt omnes in quocunq; statu sicut q; deus ẽ creator remunerator/deo est obediendũ &c.

Duodeci Fructus

Fructus vero sunt. xij. s. charitas/ gaudiũ/ pax/pacientia/benignitas/bonitas/longanimitas/mansuetudo/fides/modestia/cõtinentia/castitas/de quibus determinat apposto lus ad gala. quito. Vnde isti fructus sic se habent q; omnes sunt virtutes supradicte puta vel morales vel theologice vel passiones sequentes sicut gaudium: qd nõ est actus sed passio. Similiter pax capitur p securitate & est passio itellectus que passio sequitur iudicium certũ de aliquo/sicut beati ex reuelatione habent iudicium certũ de perpetuitate beatitudis/quia assentiunt isti q; beatitudo erit perpetua/quod iudicium sequitur vna passio que vocatur securitas. non omnis ergo fructus est virtus sed ẽ virtus vel passio & ista patent. Vnde notãdũ q; longanimitas non est nisi animosa expectatio alicuius sicut patres in libo habebãt longanimitatem. i. animosam expectationem redemptoris & vocatur spes. Castitas que triplex est. s. virginalis: cõiugalis: & vidualis reducitur ad temperãtiam. Fortitudo exprimitur in paciẽtia. charitas: & fides nomine proprio. Iusticia in misericordia q; dicitur bonitas & amicitia que vocatur benignitas ac in specie pertinente ad regimẽ & subiectionem cum dicitur mansuetudo. Mãsuetus is dicitur qui obsequitur sine munere/sed prouidentia in modestia exprimitur propterea dicitur modestus qui debitũ modum obseruat. Resolutõ ex dictis est q; dona/fructus: & beatitudines non sunt alij habitus ab habitibus virtutum vel ipsarũ

resolutio

speciẽrum. Vltimo notandum q; virtutes dicuntur dona/quia a deo liberaliter cõferũtur. theologice enim sunt habitus a deo infusi/& morales licet ex actibus generent nichilominus tamen dicuntur dona dei p eo q; concurrit cum libero arbitrio vt causa principalis per liberalem & beniuolam cooperationem. Nemo enim sicut dicit sapiens potest esse continens nisi deus dederit. Dicuntur etiã fructus propter spiritualem refectionem & dulcedinẽ sibi annexã. & dicuntur beatitudines in spe vel merito quia per ipsas meremur vitam eternam.

Posita ꝓpositio.

¶Prima conclusio/ viator sufficienter perficitur in via per habitus septem virtutum ad quoslibet actus saluti necessarios elicendum. Nam in ordine ad deum per tres theologas sufficienter perficitur. in ordine vero ad se & ad proximum per humanas. id est quatuor cardinales virtutes. hec probatur. soli habitus siue virtutes sunt ponende quibus debet perfici viator circa omne obiectum q;tum ad actus eliciẽdos circa quod perfici potest̃ via/sed huiusmodi habitus sunt septem virtutes in genere. Nam omne obiectum circa quod perfici potest viator aut ẽ deus/ aut creatura/ sed circa deũ sufficienter perficitur tribus theologicis: puta vt intelligat eum/& eum super omnia diligat: & illum speret vt sibi commodum/qa alios actus ordiatos circa deum habere nõ potest̃ q; intelligere & diligere deum in se. & ipsum vt sibi commodum appetere. & q; tum ad primum sufficienter per fidem perficitur quo ad secundum per charitatem & quo ad tertium per spem / sed q; sufficiẽter perficiatur viator quo ad se/& proximum per quatuor cardinales apparet. intellectus enim sufficiẽter per prudentiam perficitur/ quia per illam cognoscit omnia agibilia & fugibilia circa creaturas. Similiter ipe appetitus perficitur q;tum ad se/ & ad alterũ appetendum/diligendum/vel fugiendum p tres virtutes morales vt satis intuẽti patet/ dicitur ad quoslibet actus saluti necessarios/quia ꝓter illos septẽ habitus plures sũt habitus speculatiui & practici vt methaphisicales/mathematicales & naturales & similes qui non sunt ad salutem necessarij. non enĩ est de necessitate salutis q; sortes sit mathematicus vel phisicus/patet. Igit̃ q; nõ ẽ necesse ponere alios habitus. Ex dictis iferẽt

Secunda cõclusio

secunda conclusio q; beatitudines & dona spũssancti non distingũtur realiter a supradictis septẽ virtutibus. quod patet: nã dona & beatitudines sunt hitus qdẽ pficiẽtes potẽtias aie q;tũ ad ea q; ptinẽt ad eius salutẽ: sed tales hitus ꝓprehẽdunt̃ sub illis septẽ virtutibus/vt prius declaratũ ẽ/ergo nõ distigunt̃ ab eis realiter. Ex quo infert Tertia ꝓpõ q; pfectio donorũ & beatitudinũ nõ mutat speciẽ virtutũ: nã pfectio hituũ & actuũ attẽdit penes itẽtionẽ gradualẽ q; nõ mutat speciem: igit̃. Quarta ꝓpõ: quis res significat̃ p dona beatitudines & fructus nõ distigũt̃ realr ab hitibus virtutũ differũt: tñ ratiõe hec noia donũ/beatitudo/ & virtus primũ/patet. qa oẽ donũ & ois beatitudo est virtus/secũdũ patet. iferius distiguit̃ ratione a suo supiore: sed dona & beatitudines sũt iferiora ad virtutẽ. Nã hoc nomẽ virtus iportat omnẽ hitũ inclinatẽ ad actũ virtuosũ siue ifusũ siue acqsitũ: donũ aũt tantũ hitũ infusũ/beatitudo i ꝓposito hitũ infusũ & pfectũ/nec i oibus illis q;rẽda ẽ realis distinctio: quis diuersis nominibus expriment̃ gre nũerus octo beatitudinũ donorũ & fructuũ nõ iportat realẽ distinctionẽ a septẽnario nũero virtutũ/cũ enĩ sint hitus pficiẽtes hominẽ i suis opatiõibus necessarijs ad salutẽ nõ distigunt̃ a virtutibus. ¶Circa distinctionẽ trigesimã quitã q;rit: an sapiẽtia/ sciẽtia/itellectus/& ꝓsilia sint hitus intellectuales: nã dictũ ẽ q; sapientia erat charitas: ideo videt̃ q; sit i volũtate. Pro solutiõe notãdũ q; sapiẽtia capiat̃ dupliciter: vno modo vt ẽ vnus de quibꝫ habitibus intellectualibus positis ab Aristo. vj. Ethico. & hoc mõ ẽ circa causas altissimas. Alio mõ capit̃ large p cognitiõe rerũ diuinarũ & hũanarũ & istis duobus modis nõ capit̃ in ꝓposito: sed vt dictũ ẽ sapiẽtia ẽ charitas q; ẽ hitus appetitiuus: nã bona uẽtura dicit q; sapientia vt ẽ donũ i cognitiõe & affectiõe eternorũ ꝓsistit/& sic icludit fidẽ tã q; preuiũ sicut actus volũtatis ꝓsupponit actũ intellectus: & ex ꝓsequẽti dat itelligere spem. Intellectus aũt est cognitio veri eterni scdm cõditiones creaturarũ. i. secundũ q; ex conditionibus creaturarũ nosci põt: & sic i duobus a sapiẽtia differt/primo quia intellectus ad solum intellectum pertinet/sapientia autem ad intellectum & affectum/secundo quia sapientia est cognitio & amor dei secundum proprias conditiones deo competentes/ intellectus vero secundum conditiones deo & creature communes. Scientia vero est cognitio practica dirigens actionem secundũ regulam fidei. Consilium est cognitio practica dirigens in eligendis & fugiendis secundum regulam diuini iuris que sunt spetialis arduitatis: & sic consilium videretur species scientie. Sed est difficultas quomodo scientia & intellectus dicantur esse fides & q; sunt vnus habitus: & q; solum distinguntur prout sunt dona secundum perfectum & imperfectum. Contra/in noticijs acquisitis scientia & intellectus sunt habitus alterius rationis/ergo vbi etiam erunt habitus infusi. Respondetur q; intellectus & scientia in noticijs acquisitis distinguntur specie & sunt alterius ratiõis. Nam est alia euidentia principiorũ & conclusionis. principia enim habent suam euidentiam a notẽtijs incomplexis terminorum & euidentia conclusiõis est ab extrinseco puta ab euidentia pricipiorũ. Sed quãdo sunt dona: puta intellectus & sciẽtia habẽt vnã euidẽtiã: puta veritatẽ reuelãtis cui veritati assentimus vñ tota fides hẽt vnã euidẽtiã vñ itellectus q; ẽ donũ spũs scti ẽ fides de primis articulis & scia ẽ fides de illis q; oñdũt̃ & deducũt̃ ex illꝭ pricipijs vt illa q; deducũt̃ ex duodeci articulꝭ vl ex prio articlo sũt assẽsus quo assentio mediãte auctoritate reuelãtis. vñ licet intellectus & scia vt sũt dona sint fides tñ spẽ distigũt̃: iõ nõ sũt vna fides i nũero vl i spẽ sed sũt vna fides i gne. Nã itellectus supponit p fide q; habet̃ de articulis & scia p illis q; deducũt̃ ex articulꝭ & hñt suã euidẽtiã ex auctoritate reuelãtis. Ex dictis seqt̃ pclo. Sapiẽtia/ꝓsiliũ/scia/& itellectus put sũt dõa spũs sancti realiter iter se differũt: patet. ois hitus diuersorũ obiectorũ & actuũ realiter distingũtur. nihil enĩ arguit distinctionẽ hituũ q; distinctio actuũ & obiectorũ: sed illa q;tenus

ſũt dona ſpũsſãcti ſunt diuerſorũ actuũ & obiectorũ: igit &c. & hec ſufficiãt de donis beatitudinibus/ & fructibus. In ſequenti diſtictiõe. ſ. xxxv. tractaꝫ de ꝓnectiõe virtutũ an. ſ. virtutes i gñe ſint adinuicẽ ꝓnexe quã materiã i ꝑludijs moralibus ad lõgũ tractaui: & de gradibus virtutũ quare illuc recurrẽdũ o ia enĩ i oĩbus docere locis mutacitatis potius q̃ doctrine ꝓpriũ eſt: ideo tranſeo ad trigeſimam ſeptimam diſtinctionem.

¶ Diſtinctio. xxxvij.

DOctea q̃ in ꝓcedẽtibus determinauit magiſter de ꝓfectiõibus capitis xꝑi & mẽbrorũ hitualibus: hoc eſt de hitibus virtutũ & donis: nũc agit i q̃tuor diſtictiõibus vltimis de ꝓceptis decalogi: iõ q̃rit vtrũ ad ꝓcepta decalogi alia legis precepta reduci poſſint. Pro declaratione notandũ prio q̃ ius diuinum tria gña ꝓceptorũ ꝓtinet moralia. ſ. iudicialia & ceremonialia. Moralia ꝓcepta fuerũt de actibus virtutũ: de quorũ nũero ẽ decalogus/ & ſpectãt ad ius naturale qa talia precepta moralia multũ ſunt ꝓformia naturali iudicio rationis. Nã ius naturale explicatũ fuit i decẽ ꝓceptis decalogi exodi. xx. Precepta aũt iudicialia ſunt de actibus ꝑticularibus iuſticie obſeruãde iter hoies: & de cauſarũ deciſiõibus: vt ẽ illd oculũ ꝓ oculo dare/ dẽtẽ ꝓ dẽte. Ceremonialia vero fuerũt ꝓcepta de actibus exterioribus diuini cultus ꝑ q̃ determinabãtur ea q̃ ſpectãt ad cultũ diuinũ: vt ſũt ſacrificia & oblatiões/ veſtes ſacerdotales/ tẽpli introitus &c. per illa enim homines profitebantur diuinam ſeruitutẽ. Ceteris autem euacuatis remanſerunt in noua lege ſola moralia que per chriſtum fuerunt declarata: Mathei. v. Decalogus igit decem continet precepta: quorum quedam ſunt prime tabule/ quedam ſecunde/ prime tabule ſunt tria ad deum pertinentia: quorum duo negatiue exponi debent. Primũ non habebis deos alienos. ſecundum/ deo non facies irreuerentiam/ tertium eſt affirmatiuum/ deus eſt diligẽdus/ deus eſt colẽdus/ reliqua ſeptem proximum concernũt. Notãdum etiam q̃ triplex eſt lex: ſcilicet diuina/ nature/ & hũana. Lex diuia eſt ſignũ nobis reuelatum notificatiuum volũtatis diuine volentis creaturam rationalem ad aliqd faciendum vel non faciendum teneri pro conſequutione beatitudinis eterne/ duo igitur requiruntur ad hoc q̃ ſit lex diuina/ primum q̃ ſit a deo reuelata/ ſecũdum q̃ ſit imediate pro conſequutione felicitatis eterne. Ex quo ſequitur q̃ licet lex poſitiua canonica ſit pro conſecutione beatitudinis: non tamen dicit lex diuina: quia non eſt a deo reuelata: ſed eſt ſignum humanitus traditum obligatiuum ad aliqd faciendum vl non faciendum pro conſecutione felicitatis eterne: & ſic bene conuenit in fine cum diuina: tamen non eſt tante obligationis ſicut diuina. vtrum autem legiſlator humanus poſſit obligare ad aliquid cuius tranſgreſſio inducit mortale tetigi in lectura ocam de poteſtate ſummi pontificis. Lex nature eſt ſignum nobis inditum a natura notificatiuum recte rationis diuine volentis creaturam teneri ad aliquid faciendum vel non faciendum pro conſecutione felicitatis hũane. Ex quo ſeqtur. q̃ lex nature dupliciter differt a diuina/ primo qa nõ eſt reuelata ſicut diuina/ ſecũdo: qa non eſt imediate ꝓ cõſecutiõe felicitatis eterne ſed humane/ & quãdo dicit q̃ ẽ ſignũ nobis inditũ hoc eſt intelligẽdũ q̃ lex nature eſt ꝓpõ ſiue ſignũ practicũ cuius aſſẽſus cauſaꝫ a notitijs terminorũ: & dicunt cõiter doctores q̃ tria prima ꝓcepta decalogi puta nõ hẽbis deos alienos/ nõ facies irreuerẽtiã deo tuo: & diliges dñm deũ tuũ/ ſũt ꝓprie de lege nature ꝓprie capta: ſaltẽ nõ ẽ difficultas de duobus negatiuis. dices a quo lex nature habet q̃ ſit obligatoria/ dr̃ q̃ volũtate diuia. Nã ſicut deus ẽ prima cã effectus ſine q̃ nũ q̃ creatura ꝑt agere ita volũtas diuina ẽ prima lex obligatoria ſine qua leges alie nũ q̃ poſſũt obligare: iõ oẽs obligatiões es tales ſũt a deo tãq̃ a prio & pricipali obligãte/ lex ergo nature habet ſuã obligationẽ a volũtate diuina imo ſi pi poſſibile nõ eẽt volũtas diuina nõ eẽt lex aliq̃ obligatoria. alia ẽ lex poſitiua ciuilis & ẽ ſignũ hũanitus traditũ. i. ab hominibus obligatoriũ ad aliqd faciendũ vel nõ faciẽdũ ꝓ ꝓſecutiõe felicitatis hũane & reipu. pacificatiõe. Hic ſolet q̃ſtio moueri an oia ꝓcepta decalogi ſint de lege nature: hoc ẽ/ vtrũ ꝓcepta decalogi ſint ꝓpõnes practica ꝑ ſe note. Lex enĩ nature ẽ ꝓpoſitio practica ꝑ ſe nota. vñ lex nature nõ dicit eſſe ſignũ nobis iditũ eo q̃ inſit nobis a natura: ſed qa cognitis terminis naturaliter illi propoſitioi aſſẽtimus. Ad q̃ſtionẽ reſpõdet ſãctus Thomas q̃ lex nature ẽ q̃dam principia practica ꝑ ſe nota q̃ cognoſcuntur cognitis terminis. vñ nõ ſolum ꝓpõnes practice ꝓ ſe note dicũtur eẽ de lege nature: ſed etiã ille q̃ deducũtur ex ipſis i bona conſequẽtia ſũt etiã de lege nature ſtrictiſſime capta: ideo dicit Tho. q̃ oia ꝓcepta decalogi ſũt de lege nature habẽtia bonitatẽ intrinſecã ſecũdũ ſe ordinatã ad vltimũ finẽ: & illa q̃ ſũt ꝓhibitiua malitiã annexã auertantẽ a fine vltimo ſine q̃ nũ q̃ poſſũt eẽ: vt hoc ꝓceptũ diliges dñm deũ tuũ: habet bonitatẽ annexã & inatã ſine q̃ nõ põt eẽ: & de negatiuis ſuo mõ dicẽdũ eſt. Ex quo ſeqtur. q̃ ꝓcepta tã ꝓceptiua q̃ ꝓhibitiua dicũt ꝓcepta qa bona/ & nõ ediuerſo/ ꝓhibitiua ſunt talia qa malitiã habẽt intrinſecã. Et ſic cõſequenter dicit Tho. q̃ deus nõ põt diſpẽſare in ꝓceptis decalogi: ſiue prime: ſiue ſecũde tabule: ita q̃ deus nõ põt facere quin iſta precepta habeãt bonitatẽ vel ſuã ꝓpriã malitiã/ quãobrẽ oppoſitũ nũ q̃ licite fieri põt. Cõtra. deus diſpenſauit de homicidio/ de furto/ nã dicit abrahe imola filiũ tuũ & de pſanſone. Reſpõdet. ſ. Tho. q̃ ꝓcepta dupliciter capi poſſũt: vno mõ vt importãt ſolũ actũ. & ſic bñ deus ꝑt diſpẽſare: alio mõ vt ſũt ꝓhibita: & ſic non. Sed hoc nõ videt ꝓformiter dictũ: nã dicit q̃ ſũt ꝓcepta vl ꝓhibita: qa bona vl mala/ iõ dato q̃ nõ ꝓhiberẽtur haberẽt adhuc ſuã ꝓpriã malitiã aut bõitatẽ: iõ aliter dicũt alij & ꝑcipue Scotus pñti diſtinctione/ prio declarans quid ſit diſpenſare/ dicit enim q̃ diſpenſare eſt ius reuocare vel ipſum declarare. Reuocare ius eſt precipere oppoſitũ iuris ſicut videtur precepiſſe multis oppoſitũ iſtorum preceptorum ſaltẽ ſecunde tabule: vt patet de Abrahe/ pſanſone/ & filijs iſrael qui cepeũt egiptiorum vaſa: & ſic in multis diſpẽſauit. Sed declarare eſt oñdere illd ius vel legem non obligare in aliquo caſu ita q̃ iſta declaratio eſt ſpecies iuſticie q̃ vocatur epikeya/ & a iuriſtis diſpenſatio. dicit Iarſon q̃ ſi velimus cognoſcere declarationem iuris ſupponamus virum prudẽtẽ eẽ pñtẽ: an talis iudicaret ius i tali caſu obligare/ vt ſortes ãbulãdo cadit & iterficit hominem a caſu/ ſapiens iudicabit legem non intendere obligare iſtum in tali caſu. Iſtis ſuppoſitis ponuntur alique propoſitiões: ꝓma. Nõ omnia precepta decalogi ſunt de lege nature ſtricte capta: patet. non omnia illa precepta ſunt principia practica ex terminis euidentia: aut cõcluſiones ex illis in conſequentia neceſſaria illate: igitur/ añs patet: precepta ſecunde tabule non ſunt de iure naturali ſtricte capto. quod patet/ quãdo ſunt aliqua practica per ſe nota aſſenſus illorum cauſatur ex noticijs terminorum & neceſſario ante omnem actum voluntatis: ita q̃ circunſcripto per impoſſibile quocumq; actu voluntatis non minus cauſaretur aſſenſus illorum & veritas: ergo ſi iſta ꝓcepta ſcde tabule eẽnt ꝑ ſe nota itellectus diuinus apprehẽdẽs terminos neceſſario aſſentiret illis añ oẽm actũ volũtatis: ergo deus neceſſario vellet illa/ qd̃ tñ fim ẽ. deus ei nl̃lũ actũ volũtatis neceſſario habet circa creaturã: ſed ſolũ circa ipm puta neceſſario diligit ſe. ꝓcepta enĩ ſcde tabule nõ hñt ſuã rectitudinẽ niſi qa volita a deo/ & nõ hñt rectitudinẽ ex obiecto ſicut ꝓcepta prie tabule. neq; eorũ rectitudo aut bõitas neceſſario ordiaꝫ i vltimũ finẽ: neq; malitia neceſſario deordinat ab vltimo fine: imo cũ oppoſitis iſtorũ ſtat ſmp̃r dilectio dei. Scdã ppõ: duo ꝓcepta negatiua prie tabule ſũt de lege nature accipiẽdo legẽ nature ꝓprie. patet: nã

Triplex est lex

Prima cõclusio

Secũda ppositio

ista nō hēbis deos alienos si nō sit nota ex terminis / tū deducit exp se notis vt sic arguēdo / nihil qd nō ē deus ē colendus tanq deus: deus alienus nō ē deus: ergo deus alienus nō ē colēdus & habēdus tāq deus. Sili ista / deo non est facienda ī reuerentia. licet forte diceret aliquis q nō est per ē nota ex terminis potest tamē deduci ex hs que sunt per se nota ex terminis vt sic arguendo / illi cui summa debetur reuerentia non est facienda irreuerētia: sed deo summa debetur reuerētia. quia summe bonus / igit. ¶ Tertiū preceptum prime tabule est sabbata sanctifices in quo intelligitur q deus est colendus & amandus: tūc est difficultas vtrum sit de lege nature stricte capte. Respōdet Gabriel q circa hoc nihil vult dicere: sed credo q absolute est de iure nature stricte capto / quia deus est deus: ideo diligendus / & habet rectitudinē ex obiectio / & de hoc non facit difficultatem Scotus: sed de ista deus est diligēdus ī aliquo tempore secus est: vnde hoc preceptum deus est colendus includit duo alia precepta: scilicet determinationem temporis: puta die dominica: & quo ad negatiuā prohibet actus similes quibus impedit cultus diuinus pro determinato tempore / & arguit ad vtramq partem: nam si ista deus est colendus in aliquo tempore non sit de iure nature stricte capto / tūc posset deus absolute dispēsare q homo toto tempore vite sue non haberet actum circa deum: & nō teneretur & vltra / ergo neq circa creaturas quia non possunt haberi boni actus completi circa creaturas nisi in ordine ad deum Sed istud magis videtur logicale q theologale: & est casus quem fere omnes tractant doctores q aliquis teneatur diligere deum in aliqua parte istius hore vtrum sit obligatus in prima vel secunda vel tertia &c. sed hoc alibi tractaui q̄re &c. puto tñ q ista deus ē diligēdus ī aliquo tpe sit de lege nature stricte capta / nō tñ ista deus ē diligēdus die dñico. Tertia ppō / oia p̄cepta scde tabule nō sūt de lege nature stricte: sed large accepta. patet nō cognoscūt cognitis terminis / neq̄ necessario deducuntur ex illis / sūt tamen de lege nature large capta / id est sūt consona illis que sunt de lege nature. Vnde aliquid esse consonum legi nature nihil aliud est q̄ illud esse simile & assimilari illi quod est de lege nature: nam ista est de lege nature benefacienti benefaciendum est: sed istud honorandi sunt parentes est cōsonū legi nature: quia parētes benefecerūt. Similiter ista est de lege nature / proximus non ē iniuste dānificandus: & precepta negatiua secunde tabule sunt cōsona illi propositioni: & assimilantur: ideo sunt de lege nature large capta. Et sic concludit Scotus q non omnia precepta decalogi sunt de lege nature stricte capta / patet de preceptis secūde tabule / item inter precepta prime tabule concessum est duo negatiua esse de lege nature stricte loquendo de tertio autem dubitatur tādē dicit q secūde tabule sunt bene consona legi nature: non autem de lege nature stricte capta. Contra precepta secunde tabule sunt de iure nature stricte capto & per se nota / patet. sequuntur ex hoc: diliges proximum. Nam secundum aposto. ad ro. nō mechaberis: non occides: & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. diliges proximum tuum sicut te ipsum: igitur in illo precepto: diliges proximum tuum includūtur necessario precepta secūde tabule: & concludit ibi apostolus / qui diligit proximum legē adimpleuit. Itē saluator Mathei. xx. In his duobus mādatis tota lex pēdet & prophete: si dilectio proximi necessario sequit ex hoc principio necessario deus est diligendus: igitur de primo ad vltimū omnia p̄cepta secūde tabule sequūtur necessario ex prio p̄cepto prie tabule: & ita si precepta prime tabule sunt stricte de lege nature ga icludūtur in prio principio vel p̄cepto q dē est simplr de lege nature: sequtur q p̄cepta secūde tabule etiā erunt stricte de lege natura: licet sint cōclusiones eiusdem principij. Doctor subtilis ad hoc argumentū dat tres solutiones: pria q ista ppō: diliges dñm deū tuū: si affirmatie capiat nō ē de lege nature

Tertia ppositio.

stricte capta. si vero negatiue exponatur vt deus est diligendus: id est non odiendus / talis negatiua est de lege nature stricte capta sed ad illam non sequitur ista / proximus est diligendus / & bene notetur semper quid intelligimus per diligere proximum. Nam diligere proximum non est aliud q̄ velle proximum diligere deū / bene posset sequi / deus est diligendus: ergo proximus est diligēdus / si antecedens est de lege nature: sed dubium est dicit Sco. Secunda solutio / dato q deus est diligendus sit de lege nature nō tamen sequitur: ergo proximus est diligendus. Et cum arguit dilectio dei ē sine zelotipia / ergo si deus est diligēdus proximus est diligendus: nego consequētiam: sed debes sic inferre: ergo non est volendum aliquem tantum diligere deum / vt amor dei ē sine zelotipia / ergo non est volendum deū diligi tantum ab vno. Tertia solutio: dato q ista esset de lege nature proximus est diligendus: tamen ad istam nunq̄ sequitur / ergo furtum nō est committēdum / ergo nō est fornicandum: nam talia possunt simul stare q velim istum diligere deum & habere vitam eternam: & q velim habere bona sua. Ex istis clare patet q ista que sunt secūde tabule nunq̄ sunt de lege nature stricte capta / dato etiam q concedentur q ista sit de lege nature proximus est diligendus / qa non sequitur proximus est diligendus / ergo non sunt accipienda bona sua / secundo dato q etiam ista deus est diligendus sit de lege nature stricte capta: tamen ad ipsam nūq̄ / sequitur necessario ista / proximus est diligendus: sed bene sequitur ista / non est volēdum aliquem tantum diligere deum & videt Gabriel dubius post Scotū de illa deus est diligendus: an sit de lege nature stricte capta vel vtrum solum negatiua. videt tamē mihi q est de lege nature stricte capta imo deus necessario est diligendus ab ipsomet deo: & dato q sit: tamen non sequitur ista / proximus ē diligēdus vt dictū ē. vñ cauēdū est ne ponat aliqs terminus faciēs illā eē cōtigētē: qa tūc nūq̄ eēt p se nota / nā licet aliqua contingens sit euidens: vt paries est albus: tamen nulla contingens est per se nota: ideo si addatur terminus faciēs illam cōtingentem non plus erit de lege nature stricte capta nec per se nota: vt deus est diligendus a creatura / deus aliquo tempore est diligendus. deus est diligendus a sorte / omnes tales sunt cōtingentes. Sed hic iacet difficultas secluso p̄cepto ecclesie: an sortes tenebatur aliquo tēpore vite sue diligere deū Respondetur dupliciter: sicut nunc ista est vera sortes adultus tenetur in die dominica diligere deū: ita secluso illo precepto sortes tenetur aliquo tempore vite sue diligere deum. Cōtra / secluso illo precepto non tenetur diligere deum nec in isto nec in illo &c. concedo nihil demonstrādo totum tēpore / ergo ī nulla parte tēporis tenetur diligere deum. Dico q licet in nulla parte tēporis teneatur. tamen in instanti terminante tempus omissum est & est in culpa: & tamen nunq̄ omittebatur. Cōtra / ille peccat qui sufficienter omittit ad cuius omissionē sequitur p̄ditio gratie: & talem esse in peccato. sed in toto isto tempore capiendo totum cathegorice iste omittit omissione sufficienti ad peccatum / ergo toto illo tempore ē ī peccato. Respōdet dupliciter q q̄cū q obligatio cadit super aliquam ptem ī ordine ad omnem ptem dissiuncti nulla omissio ptis est sufficiēs ad cōtrahendū peccatū sed omissio totius ē suficiens ad cōtrahēdū peccatū: & hoc capiēdo totum cathegoreumatice / bñ cōcedit q ī toto illo tempore est omissio sufficiēs ad p̄trahēdū peccatū: nō p tūc: sed pro illo instāti in quo aufert gr̄a & nō est sufficiēs ad cōtrahendū peccatū pro toto illo tempore. Hic solet q̄rī: an sumus obligati ad implere precepta decalogi ī caritate / dicitur primo q sumus obligati adimplere illa tempore & loco. Secuudo non sumus obligati adimplere ī charitate: imo extra charitatem quis simpliciter potest illa adimplere. Mirabile esset q essemus obligati adimplere illa in statu / quem cum difficultate possumus cognoscere.

Vnde dicit S. Bonauētu. & Gerſon q̄ ſim pliciter non tenemur adimplere illa p̄cepta in charitate. Contra tenemur adimplere ſecundum intentionem p̄cipiciētis ſed intētio p̄cupicētis ē q̄ per illorum adimpletionem mereamur vitam eternā/quod nō poteſt fieri ſine caritate. Reſpondetur duplex eſt intentio dei precipiſcentis circa iſta precepta. vna eſt conditionalis/alia abſoluta: ſcilicet qua vult precepta adipleri/cōditiōabilis eſt iſta ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata: hoc eſt ſi p̄ precepta debeamus mereri vitam eternā oportet illa adimplere in gratia/& hoc dicebat paulus. Si montes transferam & charitatem non habuerim nihil ſum: ſuple quo ad meritū glorie eterne. queritur vltra an ſaltem in die dominico illud preceptum de dilectiōe dei ſit adimplēdum in charitate. Gabriel dicit q̄ eſt intentio bonauenture ſed non videtur verū: nā credo q̄ non inuenitur paſſus ſcripture per quem ſic obligemur/& quia pene ſūt reſtrigende niſi inueniatur paſſus expreſſus credo q̄ non tenemur adimplere illud etiam die dominico i gratia ſub pena peccati mortalis.

Quarta ꝓpoſitio. ¶ Quarta propoſitio in ordine ē iſta. precepta legis naturalis ſtricte capta nō ſūt diſpenſabilia quocūq; modo capiatur diſpēſatio. patet/illa fundant in primis principijs euidētibus & neceſſarijs/& quoniam neceſſaria mutari non poſſunt: & ſimiliter quoniam euidentia ſunt declaratione non egent: ideo neutro modo ſunt diſpēſabilia

Quinta ꝓpoſitio. ¶ Quinta propoſitio: deus ſimpliciter circa obſeruationem preceptorum ſecunde tabule diſpenſare poſſet per precepti relaxationem: non tamen ſic diſpenſat de facto ꝓpter magnam eorum cum lege nature proprie proximationem. prima pars patet: qa vt dictum eſt cū non ſint de lege nature ſtricte non poſſunt deduci formaliter ex principijs neceſſarijs in p̄ma formali & ſimpliciter neceſſaria: ergo deus illa poteſt mutare cum nullam implicat contraditionē: ideo non eſt negandum quin poſſit alicui precipere occidere innocentem/plenum enim dominum habet deus & viuificandi & occidendi. Poteſt igitur diſpenſare in preceptis ſecunde tabule reuocando illa: id eſt nō plus obligando ad illa & hoc ſepe fecit: primo reuocauit legem veterem quo ad omnia ceremonialia voluit eſſe obligatos ad illa: & poſtea noluit eſſe obligatos. non ē obligamur ad ceremonialia niſi de nouo iſtituta ſint in hac lege/reuocauit etiam quādo dixit abrahe q̄ immolaret filium ſuum: & in multis alijs. Secunda patet: quia ceteris ceremonialibus & iudicialibus ceſſantibus chriſtus precepta decalogi in euāgelio confirmauit. Vltima propoſitio. Omnia cetera precepta ad decalogum reducuntur tam diuina q̄ humana vel vt principia: vel vt concluſiones: vel vt ex eis rationabiliter conſona. patet. Generaliora precepta vt ſunt illa duo de dilectione dei & proximi ſunt tanq̄ radices & principia ad que ordinatur decalogus: quia prime tabule precepta ordinant ad dilectionem dei: & ſecunde ad dilectionē proximi/ cetera vero illis ſūt conſona. Vnde notandum q̄ quando alia qua propoſitio eſt de lege nature ſtricte capta illa in quocūq; ſtatuerit ſemper de lege nature ſtricte & nunq̄ mutabitur. vnde ſicut dictum eſt i quarto: iſta ꝓpō oia eſſe cōmunia/nunq̄ fuit de lege nature ſtricte capta: ſed in ſtatu innocentie erat de lege nature ad iſtum ſenſum q̄ erat conſona legi nature: puta iſti pacifice viuendum eſt/nunc autem non eſt legi nature conſona. Et ſic vna propoſitio poteſt eſſe conſona legi nature pro vno ſtatu: & pro alio non. Nam pro ſtatu iſto/iſta eſt magis cōſona legi nature oportet poſſeſſiones eſſe diſtinctas q̄ oppoſita que in ſtatu innoſcentie fuit magis legi nature conſona. & que bona ſunt in vno ſtatu mala ſunt in alio. Vnde legiſlator ſemper accepit vnum principium de lege nature quod non poteſt negari: & illo habito accipit multa per que melius cōſeruari poteſt/nō tñ neceſſario ſequūtur ad illud principium vt pacifice viuendum eſt in regno: ergo tributa ſunt imponenda ne populus ſuperbiat & cetera. & leges & ſtatuta ſuam firmitatem ab illo principio capiunt. & hec de queſtione.

de ꝓpōne q̄ ē de lege nature ſtricte

¶ Diſtinctio.xxxviij.

CIrca diſtinctionem trigeſimam octauam: queritur vtrum omne mēdatium ſit peccatum. prodeclaratione notat q̄ veritas & falſitas ſermonis dupliciter attendi poſſunt. Vno modo ſecūdum q̄ ſermo poteſt referri ad rem ſignificatā vel ad intentionē proferentis. Primo modo ſi fuerit adequatio rei ad ſignū ita q̄ res ita ſe habeat ſicut ſignificat ſe habere dicitur ſermo verus/ſi non dicit falſus. Sed comparando ad intentionem p ferentis ſermo dicitur verax ſi intendat mē te credendo quod verba foris ſonant. Si aliquid credat dicitur falax q̄ uis aliquādo verum fuerit vt putans falſum illud quod verum eſt & aſſerēs pro vero/fallax eſt illa aſſentio licet ſit vera/& mendatium vtraq; falſitatem dicit. ſ. inadequationem ſermonis ad rē & ad proferentis intentōnem. mēdatium vero tm̄ vnā ꝑportat falſitatem. ſ. iadequationem ſermonis ad intentionē mētis & ſic ſtat aliquem verum dicendo mentiri & falſum dicendo non mentiri. ſequit etiā q̄ non omnis mentiens dicit mendatium.

Quid ſit mēdaciū. Vnde mendatium ſecundum auguſtinum eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi. in qua ly vocis capitur pro quolibet ſigno ſignificatio. nam vt ait Ambro. non ſolum in verbis falſis ſed & in ſimulatis operibus eſt mēdatium. dicitur cum intentōne fallendi. i. falſum dicendi. non enī in omni mendatio eſt intentio decipiendi auditorem. vt patet in loco ſo. Notandum

Triplex mēdatium. vltra q̄ triplex eſt mendatium. ſ. pernitioſum loco ſum & officioſum. pernitioſum dicit Scotus eſt quod eſt nociuum ex ſe vel nocet cui mentior vel de quo mentior puta quia eſt circa materiam nociuam. Vnde vtile & nociuum quodammodo opponūt adinuicem & etiam neceſſarium & nociuū Ideo illa materia oppoſita vtili & nobis neceſſario eſt nociua/vt credere eſt vtile & neceſſarium. Ideo mendatium circa materiam fidei & circa bonos mores dicitur pernitioſum/fit etiam circa quancūq; materiam per quam fit diuiſio/odiū/ſeparatio/& dānū vt ille qui mentitur ponens diuiſionem inter virum & vxorem. Aliud eſt officioſum quod alicui prodeſt & nulli nocet. nulli ſuple nocet quo ad bōa exteriora vel perſōe cui mentitur. vel de qua mentitur/nocet tamē illi qui mētitur/quia peccat venialiter. Iocoſum eſt quod fit ad recreationem ſine deceptione eius cui profertur vel cum deceptione ſine nocumēto notabili. Vtrum ioſeph mentitus fuerit pernitioſe dicendo fratribus exploratores eſtis. videtur q̄ ſic/quia illud ex natura actus erat damnoſum dico tamen q̄ non dicebat niſi coram ipſis fratribus/& iocoſe neq; intendebat eis nocere. ideo aſpiciēdū ad triplicem intētionē in mendatio pernitioſo. ſ. ad intentionem fallendi/decipiēdi & nocendi/quia multū confert ad cognoſcendum materiam mendatii pernitioſi. Vtrum mendatia officioſa & iocoſa in viris perfectis ſint mortalia/p ſolutione duplex eſt homo perfectus/quidem eſt perfectus quia eſt in ſtatu perfectionis exercēde ſicut ſūt prelati & curati/obligātur enim ex officio exercere actus hierarcos. ſ. purgare: illuminare: docere: Alij dicuntur eſſe perfecti. i. in ſtatu perfectionis acquirende vt religioſi. Vnde charitas nō facit ſtatum perfectionis de quo loquimur quia paruulus innocens eſt in charitate nō tamen dicitur eſſe in ſtatu perfectionis nec exercende/nec acquirende. Iſta queſtio difficultatem habet. Nam illud quod eſt veniale in aliquo non videtur effici mortale in alio propter aliquam circunſtantiam perſone niſi ſit obligatus ad illud. Ideo ponit iſta propoſitō a gabriele/mendatium officioſum & iocoſum neq; in perfectis neq; in in perfectis ex natura actus eſt mortale ſed tantum veniale peccatum/quia neutrum ē

ex se cõtra charitatem neq; dei neq; pximi. dicitur ex natura actus quia mendatium iocosum & officiosum põt perfectis esse mortale per accidẽs sicut quodlibet veniale potest fieri mortale vt si fieret ex contemptu. vtrum autem veniale possit esse mortale videatur in preludijs moralibus circa finem capi. xxj. Vnde dicunt doctores q; si pmendatium iocosum aut officiosum auferatur in doctrina iudicio & similibus ad officiũ perfectorum pertinẽtibus auctoritas & vtilitas doctrine quam predicant essent mortalia peccata. nam vt Augustinus ait/ si scripture sacre admisceatur aliquod mendatium nihil soliditatis mãebit i scriptura suple cõtra hereticos & aduersarios. Similiter si mẽdatium iocosum misceatur in predicatione in doctrina nostra non cognitum esse tale nichil soliditatis manebit i pdicatione dicẽtis/ secus esset si tales viri perfecti dicerent iocosa in actibus alijs non exercendo actus sierarchicos. Sed quid dicendum de perfectis in statu perfectionis acquirende: id est qui non exercẽt actus ierarchicos neq; tenẽtur exercere. Eodem modo dicendum sicut de prelatis/ quia tales exercendo actus perfectionis vel alios actus non tamen ex obligatione miscendo mendatium iocosum nõ tamen cognitum esse tale peccant mortaliter vnde licet non sint in statu perfectionis exercende possunt tamen actus perfectionis exercende exercere. Item etiam perfectus dicendo mendatium iocosum extra actus perfectionis peccaret si tale mendatium eẽt scãdalum/ talis enim plus scandalisaret q̃ homo commuis / quia magis de eo existimat & de vita & de doctrina eius q̃ de homine communi. & hoc proferendo mendatium iocosum non cognitum esse tale. Scandalũ enim est dictum vel factum minus rectũ prebẽs occasionem ruine. i. peccati. & duplex est. s. actiuum & passiuum siue datum & acceptũ. pharisei ex doctria christi scandalisati sunt/ habuerunt scandalum acceptum & non datum. Nam christus predicando nõ faciebat factum aut dictum minus rectum.

Quid scãdalum.

igitur &c. omne scandalum est fugiendum primo scandalum passiuum est peccatum & actiuum est minus rectum Ideo fugiẽdũ nisi in tribus casibus. vnde ista propositio ve homini per quem scandalum venit habet exceptionem. s. seruata veritate vite/ doctrine/ & iusticie / Christus enim sciebat q; populus scandalisaretur/ nichilominus predicabat / quia veritas doctrine non est dimitẽda propter scãdalum/ similiter neq; veritas vite/ vt si aliquis scandalisatur propterea qa sortes facit ea que tenetur facere. puta ieiunat/ abstinet a peccato &c. tũc pter hoc non debet dimittere bonam vitã suã. Dicit preterea Sco. q; scandalũ sequẽs nunq̃ mutat naturam actus q̃tum est ex natura actus. ideo si aliquis actus qui ex natura sua est veniale sit mortale propter scandalum sequẽs/ hoc est solum de peraccidẽs ideo ponitur regula /scãdalum actiuũ supposit pro aliquo actu vel facto qui de seno eẽt mortale nisi respectu audiẽtis. Ideo scãdalum semper connotat aliquod extrisecũ & difficile est cognoscere actus qui ex natura eorum sunt scandalum. Ideo respicienda est conditio populi coram quo aliquid loquimur vel facimus/ patet quid mendatiũ & de diuisione mendatij. vnde multa alia distinguntur genera mendatij. sed nuc sufficiat ista triplex diuisio. s. in pernitõsum/ iocosum/ & officiosum/ & cõueniunt omnes q; quodlibet mendatium est peccatũ suple mortale vel veniale/ vtrum autem icludat de ordiationem ex se malam gabriel adducit multas opiniones Gregorij Thome Bonauenture/ & Scoti vide ibi. & hec de questione pauca sufficiant.

¶ Distinctio. xxxix.

Vtrum licitum sit iurare in testimonium veritatis. Pro declaratione notandum primo q; iurare: vt Augustinus ait est deum in testem alicuius dicti siue affirmatiui siue negatiui vocare. vnde deus vocatur i testem dupliciter vno modo immediate quando. s. deus immediate nominatur vt dicẽdo per deum &c. mediate quando creatura primo nominatur. vt iurãdo per angelos/ per creaturam: iuocatur deus mediate pro q̃to relucet in qualibet creatura. perfectio eni dei relucet in omni creatura. & sic in omni iuramento inuocatur deus/ tanq̃ testis/ medíate vel immediate. Dicit alexander q; quatuor sunt forme iurandi siue modi. Primo modo deus inuocatur in testem tanq̃ ipsa veritas & pricipiũ veritatis/ vt iurãdo per deum vel per virtutem dei. Secundo inuocando deum tanq̃ omnia cognoscentem: & tunc dicitur/ testis sit mi chi deus. Tertio inuocando deũ in testem/ vt ẽ retributor pmiorum bonis/ & sic iuratur viuit deus q; ita est. Quarto inuocando deum in testem tãq̃ retributorem pene malis. & sic iuratur deus hec michi faciat &cetera. Sed quare sunt inuenta iuramenta. Respõdetur quia homo potest fallere & falli / Ideo est inuentum iuramentum. Homo potest fallere pter defectum veritatis in eo. potest falli pter ignorantiam & defectum cognitionis quia non cognoscit contingentia & mẽtes aliorum & quia deus omnia cognoscit nõ potest decipi. Nam decipere vel fallere prouenit ex defectu veritatis/ & quia in deo nõ est defectus veritatis. ideo non potest decipere neq; fallere/ sed iste due cõditiones. s. fallere & falli sunt in hominibus. ideo homo de homine certitudinem nõ habet nec fidutiam/ nec fidelitatem nisi in dictis suis adducat testem qui nec fallere nec falli põt & hoc est deus. Ex quo sequitur q; si oms boni essent & Adam non peccasset nõ egeremus iuramento. fallere enim ex malitia puenit. Et ad licitum iuramentum tria requiruntur. Primo discretio iurantis. Secũdo veritas illius de quo iuramus. Tertio iusta causa propter quam iuramus. Notandum preterea q; omne iuramentum est de presẽti preterito/ vel futuro. Illa que sunt de presenti & preterito vocantur assertoria/ quia sunt determinante veritatis/ que vero sunt de propositionibus contingentibus de futuro promissoria vocantur. Vnde ad licite iurandum iuramento assertorio requiritur ita esse vel fuisse alias esset periurium. sed ad iuramẽtum promissorium requiritur q; ita fiat in futuro & iuramentum promissoriũ est quadruplex. s. dolosum/ Incautum/ coactum/ & iustum/ qd̃caret istis cõditionibus quia non est dolosum neq; incautum neq; coactum. dolosum est cum quis iurat vocealiquid facere & habet intentionem nõ faciendi/ & istud est mortale peccatum & equalenter periurium / quia non est cõformitas vocis ad intentionem. & dicit Scotus q; licet tale iuramentum sit peccatum non tamen est obligatorium. Ratio quia nullus particulari obligatõne obligatur nisi intẽdat se obligare / sed talis non intẽdit se obligare. igitur. Contra ergo talis sic dolose iurans reportabit commodũ iurando / quia non obligatur adimplere. Respõdetur nullus reportat commodũ importando peccatum mortale/ q; sic dolose iurat peccat quare &c. multi oppositum dicunt q; obligat verum est i foro exteriori quod iudicat de exterioribus cogetur adimplere sed non obligatur in foro interiori. Vtrum si ipsũ peniteat sic dolose iurasse sit obligatus adimplere. dico q; nõ nisi adueniat noua promissio ideo ex sola detestatione non sequit obligatio/ vt si sortes pmiserit dolose bete q; illam capiet in vxorem neq; intentionem habeat / si postea ipsum peiteat de dolosa promissione non est obligatus nisi superueniat nouus consensus. Iuramentum incautum dupliciter fit. vno modo quia cadit super materiam prohibitam/ vt Plato iurat q; interficiet sortem / quicunq; sic iurat peccat mortaliter/ quia talis habet propositum peccandi mortaliter. ergo peccat mortaliter: nam si non haberet intentionẽ esset dolosum. Dico secundò q; tale iuramentum incautum nõ est obligatorium imo ẽ dimittẽdũ/ quia adimplere ẽ mortale/ & cõtinuare propositum adimplendi est conti-

Quadruplex iuramentũ p̃ missoriũ.

nuare peccatum mortale. Secundo iuramẽ tum dicitur incautum non quia cadat sup materiam illicitam sed licitam proponẽdo nunq̃ illam materiam licitam adimplere vt iurando nunq̃ intrare religionem vel aliqd̃ aliud opus consilij facere. Sed iuramẽtum coactum est iuramẽtum metu extortum/& hic intelligitur de metu cadente in constan tem virum quãdo .s. ex certitudine sufficiẽ te fugiendi aliquod maius malum q̃ illud sit quod suscipitur/vt si quis iurat grassato ri volenti eum interficere se daturum centũ vt euadat mortem/talis metus dicitur cade re inconstantem virum. & videtur esse de mente Scoti/q̃ tale iuramentum nõ ẽ obli gatorium sed alij communiter tenent op positũ qa (dicunt) si nõ obligaret esset iu ramentum non cadens in cõstantem virũ/ cum iuramentum cadens in constantẽ virũ est semper ad fugiẽdum maius malum: sed dico q̃ iuramentum cadens in constantem virum non est sufficienter liberum ad con trahendum obligationem/sicut dicitur in simili casu de matrimonio quia non ẽ obli gatorium. His positis dicitur ad questio nẽ q̃ iuramẽtũ cũ debitis circũstãtijs ẽ lici tum & sepe meritoriũ. Hec ꝓclusio ꝓbatur deutero. vi. dicitur Dominum deum time bis & per nomen eius iurabis. & mathei. v. Reddes domino iuramenta tua/super quo verbo dicit Augustinus. Si peccatum esset iuratio non diceretur in lege/reddes domi no iuramenta tua/reddimus autem domi no iuramenta quando iuramus per deum. Ex facto idem probatur. deus enim ipse iu rauit per semetipsum. psalmi. Iurauit dñs dauid veritatem &c. Itẽ paulus iurauit ad philipẽn. j. testis est michi deus. Hoc autẽ ratõne probari potest. Omnis actus huma nus cadens super materiam debitam suffici enter circunstantionatam secundum dicta men recte rationis est bonus & licitus/quia omnis talis est virtuosus/sed aliquod iura mentum est huiusmodi puta illud quod ca dit super debitam materiam. debita eni ma teria est assertio vera testificanda per testem idoneum qui veritatem nouit & testifican do non fallit. & est deus qui est summa ve ritas. igitur dũ veritas testificatur per deũ est debita materia iuramenti. possunt etiã concurrere debite circunstantie/& talis ac tus iurãdi ex charitate procedere potest & in finem vltimum ordinari. & sic non erit tantum actus moraliter bonus/sed etiã me ritorius. patet igitur q̃ licet iurare. & per de um & per creaturas. Est enim maximum iu ramentum iurare per deum. quia per nichil aliud licite iuratur nisi inq̃tum in ipso spe ciali modo est deus vt per euangelium & reliquas &c. Ex quo sequitur q̃ sicut iura re per deum est maximum iuramentum ita periurium sibi oppositum est maximũ pec catum inter periuria/q̃is aliquando periu rium per creaturas sit magis infammatori um infamia enim non semper respicit ma ius peccatum sed peccatum publicum. Et hanc materiam de iuramento & piurio dif fuse atq̃ clare vsq̃ ad finem huius tertij pse quitur doctor nullum amplius addo ver bum.

Finit cum dei laude per vtilis lectura clarissimi doctoris theologi Parrhisiensis magistri Iacobi Almain senonensis in tertiũ sen tentiarum profitendo Gabrielem Parrhi siũ in regali collegio Nauarre. Anno dñi milesimo quingentesimo duodecimo.

De penitentia clarissimi doctoris theologi Magistri Iacobi Almain Senonensis a decimaquarta distinctione questiones Scoti profitentis perutilis admodum lectura.

CIRCA HANC Distinctionem.xiiij.querit Scotus. Vtrum penitētia necessario requiratur ad deletionem peccati post baptismum cōmissi. Magister nititur ostendere ꝙ ad delendum peccatum necessaria sit penitentia. Postea quomodo penitentia causatur in nobis ex timore & spe. & tertio agit de reiteratiōe. Circa primum in quo nō est magna difficultas nō loquitur de venia lineꝫ de originali. quia ad originale delēdum sufficit baptismus: sed loqtur de mortali cōmisso post baptismum. Et arguit ꝙ ad illud delendum non necessario requiritur penitentia: quia transeunte actu peccati in peccatore nihil remanet magis q̄ in illo qui nunq̄ peccauit: ergo ad delēdum nō requiritur penitentia. ¶In oppositum est Hieronymus ꝙ penitentia post naufragiū est secunda tabula: ergo ad delendum mortale commissum post baptismū requiritur penitētia. ¶Tria facit doctor. Primo circa primum articulum querit quid remaneat i peccatore post actum peccati a quo formaliter dicatur aliquis peccator. Secūdo ostendit ꝙ ad illud delendū sit necessaria aliqua punitio. Tertio ꝙ non quelibet punitio sufficit: sed requiritur punitio penitentialis. ¶Pro primo: notandum ꝙ peccator postq̄ elicuit actum peccati transeunte illo actu adhuc denominatur peccator etiam ipso dormiente vt post volitionem occidēdi inquirendū est quid remanet per qd̄ sortes dicitur peccator formaliter. Hic aliqua

Ad questionem.

supponuntur quibus suppositis ponuntur tres modi dicendi. Primo supponitur ꝙ sicut duplex est iusticia/ita duplex est iniusticia/qa oppositorū eadē est disciplina. si iustum multipliciter: dicitur etiam iniustū. Duplex tusticia.

¶Duplex igit̄ est iusticia/scilicet habitualis & actualis. Iusticia habitualis ē habitus inclinās ad actus rectos: & nihil aliud est q̄ caritas infusa vel gratia infusa quod idem est apud docto. per quam formaliter denominatur aliqs iustus & inclinatur ad exeundū in actus rectos iusticie. Sed iusticia actualis est rectitudo existens in actu elicito conformiter ad dictamē rectum: vt habeo hoc dictamen quod hoc est faciendum & volo conformiter ad illud iudicium facere/talis conformitas ad dictamen prudētiale rectū vocatur actualis iusticia. Vnde idem sunt iusticia actualis/rectitudo/conformitas ad dictamen rectum. Rectitudo actus est conformitas ad dictamen rectum/& rectitudo est illemet actus rectus: puta volitio vel nolitio recta vel actus imperatus ab illis: talis qualem debere esse illud iudicium rectum dictat. ¶Similiter duplex ē i iusticia/quedam habitualis/& est duplex (vt dicit De Bassolis) quedam priuatiua. quedam vero positiua. Priuatiua/est carentia habitualis iusticie: id est gratie infuse/vt fortes qui prefuit in gratia & nunq̄ prius peccauit/ea dit per mortale/ex tali mortali non causatur habitus inclinans ad consimilem actū/quia forte est ita paruus actus ꝙ non potest generare habitum: sed solum perditur habitualis iusticia: scilicet infusa caritas/i tali est in iusticia non positiua: sed priuatiua. ¶Sed iniusticia habitualis positiua est habitus causatus ex actibus iniustis inclinans ad consimiles actus vt fortes eliciens actum malum ex frequētatione actuum malorum ab illis effectiue generatur habitus qui vocatur iniusticia habitualis positiua. ¶Iniusticia actualis nihil aliud est nisi actus iniustus siue actus malus quod idem est. ¶DIFFICVLTAS est inter Scotum & Ochā/quid sit ista rectitudo: & quid sit ista

Justicia habitualis.

Justicia actualis.

Rectitudo actus conformis ad dictamē rectū. Justicia actualis.

Justicia hitualis ē duplex.

Iniusticia hitualis positiua.

Iniusticia actualis.

deformitas actus quã tractaui in moralibus Recurre si vis. dictum est ibidem q̃ difformitas actus non est aliud q̃ actus elicitus non taliter qualiter recta ratio dictat. Et hoc de actu positiuo.

Resolu° ¶Resolutio est ergo/q̃ duplex est iustitia habitualis: scilicet priuatiua & positiua. priuatiua/carentia gratie infuse/positiua habitus genitus ex freq̃ntibus actibus malis/sed actualis est actus difformiter elicitus ad dictamen recte rationis. Ad quesitum ponit

Primus modus q̃ a carẽtia gratie alt q̃s dr̃ peccator: trãsedẽte actu pcti. duplex modus dicendi. Vnus/q̃ trãseunte actu peccati aliquis dicitur formaliter peccator non ab actu nec ab habitu: sed ab iniustitia habituali. i. a carentia caritatis siue gratie. Quod nec ab actu. patet. quia in dormiente non est actus & tamẽ dicitur formaliter peccator. Nec ab habitu/quia possibile est q̃ ex illo actu nullus fuit genitus habitus. igitur. Relinquitur ergo secũdum hũc modũ dicendi q̃ a carẽtia gratie/quia caret gratia quam deberet habere: & q̃n reinfunditur iam desinit esse peccator in infusione que fuit vel p penitentialẽ virtutem vel per

Impugnatio primi modi. sacramentum. ¶Sed hoc impugnat Sco. & apparenter multũ. Si homo trãseunte actu dicatur precise peccator quia caret gratia: ergo ille qui cõmisit centum peccata transeũtibus illis actibus non magis diceretur peccator q̃ ille qui commisit precise vnum peccatum/quod est falsum. & patet cõsequentia/sortes qui commisit centum peccata nõ magis priuatur gratia q̃ plato qui cõmisit precise vnum/quia quodlibet mortale etiã minimũ est incõpossibile gratie: ergo si denominetur precise peccator a carẽtia gratie cum non plus habeat sortes de gratia q̃ plato erunt equaliter peccatores sicut duo corpora que omni gradu luminis caret dicunt

Opi. s. Thome. equaliter tenebrosa. ¶Secundus modus dicẽdi est/q̃ homo trãseunte actu pcti non denominatur peccator ab aliquo actu nec habitu/quia forte nullus est genitus ex tali actu trãseunte/nec a carẽtia gratie: sed a quodam respectu reali existente in anima siue in potẽtia anime. & est opinio sancti Thome.

¶Pro cuius declaratione notandũ q̃ res respectiue dicũtur quorum esse est ad alterũ. Absolute vero quorum esse non est ad alterum. Vltra notandum q̃ istorum respectum/aliqui sunt intrinsecus aduenientes/qui necessario positis termino & fundamento ponuntur vt paternitas posito patre & filio necessario ponitur. Sed illi respectus dicuntur extrinsecus aduenientes qui sic se habent q̃ positis fundamento & termino nõ necessario ponuntur. vt est respectus loci quem vocant vbietatem. Nam posito loco & me posito: non necessario ponitur talis respectus. ¶Item quidem sunt respectus reales qui non dependent ab operatione intellectus. rationis qui fabricãtur ab intellectu.

Res respectiue. respect? intrinsec?. respect? realis. respect? rõnis.

¶His suppositis dicit secunda opinio/q̃ denominatur peccator a respectu reali non fundato sup actu (quia talis actus iam transiuit. & destructo fundamento respectus necessario destruitur ille respectus) sed fundatur super potentia anime/ideo anima dicitur peccatrix & homo ratione anime.

Impugnatio opi. Thome. ¶Sed hoc impugnat Scotus & bene. & sic arguit. vel talis respectus cum sit realis vel est intrinsecus vel extrinsecus. Non primũ: quia positis fundamento & termino nõ necessario ponitur. Patet/quia potentia anime eadem remanente/& deo siue pena eodem modo se habente nõ propter hoc anima eodem modo est obligata ad penam/quia non ante peccatum. Nam si terminus illius respectus est deus antequã esset actus peccati potentia & deus erant: & talis non erat/ergo non est respectus intrinsecus aduenies. Si dicas q̃ talis respectus est pena. Contra/nunq̃ est respectus realis extrinsecus aduenies ad aliquid quod non est: sed illa pena non est. ergo. ¶Item nunq̃ causatur in aliquo respectus realis nisi per operationem preuiam (quia operatio agentis de per se terminatur ad actum) vt nunquam causatur respectus vbitationis nisi per motum localem vel loci vel rei locate/ergo talis respectus a quo denominatur formaliter peccator antequam causetur requirit necessario operationẽ preuiam. Tunc arguitur sic/vel tunc requiritur operatio potentie/vel dei. Non potẽtie: quia potẽtia nõ habet operationẽ nisi ad actum eliciendũ/qui actus est peccatũ. Si dicas q̃ presupponit operationem dei terminatã ad illum respectum: ergo per aliquid a solo deo productum aliquis diceretur peccator. Hoc ẽ absurdum: quia deo auctore nemo fit deterior. Relinquitur ergo illa opinio tanq̃ inutilis.

Opinio Scoti. Pria pars positio. ¶Tertius modus est doctoris ponẽtis duas propositiones. Prima/nihil reale absolutum vel relatiuum remanet i aliquo cessante omni actu peccati a quo ille dicat peccator. De respectu satis probatum est q̃ non. De absoluto patet/nihil potest remanere i peccatore nisi habitus vel dispositio ad habitum: sed ab illo aliquis non potest denominari peccator formaliter/quia põt stare in iustificato sicut habitus vitiosus.

Probat q̃ aliqs nõ denoiat peccator ab hitu. Actus volũtatis duo producit/scilicet passionem/puta delectationẽ vel tristiciam/spem/aut timorem. & tales passiones depẽdent ab ipso actu & in esse/& in cõseruari. Ideo actu transeũte nõ remanet talis passio causata ab actu. Producit etiam ipse actus habitum qui non dependet ab actu q̃tum ad conseruari: ideo potest manere sine actu a quo productus est. Passiones ergo transeunt cũ actibus. ideo si remanet aliquid ex actu oportet q̃ sit habitus vel dispositio ad habitum. Sed nullus habitus p ducitur ab actu quin posset remanere i peccatore post q̃ egit penitentiam superueniẽte gratia: sed tunc non denominabitur peccator. ergo ille habitus non suffícit ad denominandum aliquem peccatorem transeunte actu peccati. ¶Item secũdo patet/nihil est ab actu productum in peccatore quin per fluxum temporis desinat esse si non cõseruetur per elicitionem similium actuũ: sed per quẽcunq̃ fluxum temporis si peccator nõ agat penitentiam semper denominabitur peccator ergo per nihil positiuũ derelictũ ab actu trãseunte ipso aliqs dicitur peccator. ¶Hic doctor videtur assumere vnum dubium cum

ait. Nihil p ducitur quin per fluxum tẽporis desinat esse/hoc est habitus per longã cessationem ab actu corrũpitur. & hoc etiã dicit sanctus Thomas in prima secũde. Sed Ocham hoc improbat de actu volũtatis & intellectus qui est in obiecto i corruptibili: sed de actibus sensitiuis aliud est. Nihil ergo p ducitur ab actu si non cõseruetur aut roboretur per reiterationẽ quin desint eẽ: sed non acta penitentia non desinit esse peccator: ergo per nullũ positiuum ab actu positiuo productum denominatur peccator.

Resolu° ¶Resolutio ergo in istis tribus est/primũ non denoiatur peccator a carentia gratie/quia oẽs equaliter qui peccauerũt eẽnt peccatores. Secundũ nõ ab aliquo respectu reali in voluntate. Tertiũ non ab aliquo absoluto derelicto in voluntate ab actu peccati: sed illud a quo denoiatur est respectus rõnis qui nihil est in re (nã respectus fabricatus per intellectum nihil est i re. Respectus rõnis Scoti & pplexe: significabilia Gregorij nihil sũt in re) est ergo respectus rõnis in potentia q̃ peccauit pro quãto ipsa est obiectum diuine cognitionis & diuine volitionis. Probat hoc doc. tripliciter. Primo auctoritate Augustini sup illo psal. Beati quorum. Dicit Augu. deũ videre pctm̃ est peccatorẽ rõne pcti ordinare ad penã. & deum non videre pctm̃ seu pctm̃ esse tectũ est ipm pctorem non plus ad penã ordiari: ergo talis precise & adequate est peccator p hoc q̃ ordinatur ad penã. & talis ordinatio ad penam fit p intellectũ diuinũ: ergo illud a quo transeunte actu aliqs dicitur peccator est respectus rõnis existẽs in isto put est obiectũ diuine volũtatis p quã voluntatem diuinã fit talis ordinatio ad penã. Item patet rõne: si sortes in gratia eliciat multos actus ex illa q̃is non augeatur gratia (quia dicit doctor q̃ gratia nõ augetur p quẽlibet actum meritorium) per illos actus meritorios: tamen post illos actus meritorios dicitur esse magis meritus q̃ prius. & hoc non est esse in maiori gratia/ideo non dicitur solũ esse in merito maiori respectu gratie. nec

potest esse maius meritum ab actu qui non est amplius: ergo denominatur esse in maiori merito ab ordinatione diuia ordinãte istum ad maius meritum ratione actus. Dicitur ergo magis meritus solũ ꝓpter respectum rõnis puenientẽ ex hoc ꝙ intellectus & volũtas diuina ordinát istum ad maius premium. Similiter oportet ꝙ dicatur peccator rõne intellectus & voluntatis diuine ordinãtis istum ad penã propter actũ commissum. Tertio probatur a simili/capio illum qui cõmisit crimen lese maiestatis: talis est inimicus regis & habetur odio a rege/non est ingratus regi per actum aut habitũ existentem in eo sed per respectum rationis inquãtum iste est obiectum actus voluntatis regis. i. odij regis/& appetitus vindicte vel actus per quem rex vult afficere illũ pena. ergo. Similiter est de peccatore transeunte actu peccati. ¶Resolutorie ergo denominatur aliquis peccator a respectu ratiõis qui fundatur i peccatore prout est obiectũ diuini intellectus & voluntatis. & talis respectus aliquãdo denominatur macula inquantum est disconueniens potentie & anime/inquantum vero est obligatio ad penã dicitur reatus/sed inquãtum est inimicus deo/& deus vult illum afficere pena dicitur offensa. tripliciter ergo iste respectus denominatur. ¶Quãtum ad istum articulum. Dico cum modernis cũ Olcot & de Bassolis qui impugnãt Scotum in hoc ꝙ denominatur aliquis peccator ab actu qui nõ est & fuit/sicut aliquis denomiatur doctor nõ ab actu docendi quem nunc habet: sed quẽ alias exercuit. Hinc est ꝙ peccatum cõmissionis dicitur remanere quo ad reatum nõ ꝙ reatus sit aliquid existẽs in peccatore sed inquãtum ratione talis actus peccati precedẽtis remanet peccator obligatus ad penã. Dices/ergo ꝙ qui penituit & est in gratia/esset peccator. Patet/quia de illo verũ ẽ dicere ꝙ egit talem actum. Dico ꝙ sic intelligitur. peccator est qui ꝓmisit actum ratiõe cuius adhuc est ordinatus ad penam perpetuam sustinendam. & peccatum dicitur remitti quando non amplius acceptatur ad illam penam eternam.

¶De secundo articulo.

¶In isto secũdo articulo ostendit ꝙ illud quod remanet in peccatore potest deleri. et in tertio articulo ostẽdit per quid deletur. Secundus articulus.

¶Quãtum ad primum sit primũ dictum /illud ꝙ remanet in peccatore actu transeunte a quo denominatur peccator potest deleri: & aliquãdo deletur. Patet dupliciter. prio modo per illud symboli/remissionem peccatorum/ergo fide credendum est ꝙ peccata aliquando remittunt. Secũdum patet: cõtingit aliquando predestinatum cadere in peccatũ & peccare. Patet de Dauid qui peccauit & erat predestiatus. Similiter Petrus: & Paulus: & alij innumeri. ergo contingit aliquando predestinatum peccare mortaliter: etiam in sensu ꝓpsito: ergo contingit de lege illud peccatum remitti. Patet consequentia/bene sequitur. iste est predestinatus: ergo saluabitur. Et vltra/bene sequitur iste est in peccato: ergo est obligatus ad aliquam penam. Iam quero vel est obligatus ad penam soluendam tempore quo erit actualiter beatus vel post beatitudinem vel ante beatitudinem. Primum/non est dicendum: quia beatitudo excludit omnẽ penã. Nec ꝫ secundum/quia est ordinatum ꝙ ille qui nunc est beatus eternaliter erit beatus. Hinc dicunt doctores ꝙ beatitudo importat eternitatem. & inde Paulus in raptu nõ fuit beatus. Relinquitur ergo tertium esse dicendum: puta ꝙ peccator sit obligatus ad penam soluendam ante beatitudinem. & cum soluitur debitum destruitur obligatio ad illud debitum: ergo obligatio ad penam soluí potest siue deleri: ergo peccatum deletur. Et hoc argumentum est optimum ad probandum purgatorium esse.

¶Potest circa hoc dictum doctoris esse difficultas/quid est peccatũ remitti apud doctorem istum. Dico secũdum eum ꝙ peccatum remitti est obligatio ad penam soluendam ratione peccati commissi absorberi/seu deleri. ¶Sed dicit Gerson/ꝙ non sunt idem simpliciter & puertibiliter peccatum deleri & obligationem ad penã tolli/quia ista duo sunt ꝓssibilia de potẽtia dei absoluta iste peccauit/& tñ pro illo peccato non est obligatus ad aliquã penã sufferere dam: quia põt deus illũ velle pro tali peccato nullã penã sustinere. Nã si deus de potẽtia absoluta rõne peccati nõ ordinaret peccatorẽ ad penã nihilominus eẽt dignus ordinari: imo implicat etiã de potentia absoluta/iste peccauit: ergo nõ ẽ dignus ordiari ad penã: & est dignus vita eterna. & ista duo se inferũt. peccauit: ergo est indignus vita eterna vel dignus pena. Ideo dicit Gerson ꝙ peccatum remitti ꝑter est dignitas ordinationis ad penam remitti vel indignitas ad vitam eternam tolli/& non est obligationem tolli cõuertibiliter secundũ eum loquendo simpliciter & absolute. Sed de potentia ordinata & de lege posita. Peccatum remitti est obligationem ad penam ratione peccati aboleri. ¶Posset esse difficultas secunda circa hoc primum dictum doctoris/an sit aliqd peccatũ qd simpliciter & absolute de potẽtia dei ordinata sit irremissibile. Et videtur ꝙ sic ex dicto Christi/qui peccauerit in spiritũ sanctũ non remittetur ei nec in isto seculo nec in futuro. igit. ¶Pro solutione dicitur ab oibus doc. ꝙ nullũ est peccatũ tpe vie cõmissum quin sit simpliciter & absolute remissibile licet sit aliqd peccatũ aliqliter denoiatũ esse irremissibile/ita ꝙ iplicat illud taliter denoiari & remitti/nichilominus illd pctũ est simplr remissibile Vnde secũdum Augustinum tres sunt modi accipiendi peccatũ in spiritũ sanctũ. vna qdẽ species est finalis ipenitẽtia: vnde iplicat ꝙ habeat finalẽ impenitentiã & ꝙ remittatur Si ergo remittat nõ habebit talẽ denoiationẽ: iõ secũdũ illã ꝓnotationẽ implicat ꝙ sit in spiritũ sanctũ & ꝙ sit remissibile: qa ꝓnotat finalẽ impenitentiã/& cõtradictio est ꝙ nunq̃ peniteat & ꝙ remittatur: sed simpliciter põt remitti/& tũc nõ erit i spiritũ sanctũ quia falsũ erit dicere ꝙ in isto pctõre sit finalis ipenitẽtia pro tali pctõ. ideo sicut ista particularis est vera aliqua pctã sunt remissibilia ita & quecũq̃. ¶Secundũ dictum doctoris est. Peccatũ nunq̃ remittit sine pena vel aliquo correspõdẽte aut equalente pene q̃tũ ad acceptationẽ diuinã. Patet sic/ꝙ qdlibet peccatũ deus offenditur vt tota clamat scriptura. & deũ offẽdi vel irasci est habere vel le quo vult alicui infligere aliquã penã/& cũ per qdlibet offẽdatur ideo pro quolibet vult infligere penã. & vltra: ergo nunq̃ ab soluitur a peccato ipse peccator nisi soluat penã: quia nõ absoluit debitor nisi soluat creditori qd debet vel nisi creditor aliqd acceptet loco debiti: ergo peccatum nunq̃ deletur nisi per solutionẽ pene/vel per aliqd in valore q̃tum ad acceptationem diuinã. ¶Tertium dictum. Et licet culpa que tollitur generaliter tollatur per penã/aliqñ per aliquid a deo acceptum in valore pene: qlibet tñ culpa vniuersaliter ordiatur ꝓ penã. Vnde culpa aliqñ remittitur ꝓ penã aliquã aliqñ non per penã: sed ꝓ aliquid acceptũ a deo loco pene: sed illa culpa q̃ nunq̃ remittitur nec per penã nec ꝓ aliqd acceptũ a deo loco pene ordinatur vniuersaliter ꝓ penã. Prima pars patet/quia oĩs obligatio tollit per solutionẽ illius ad quod est obligatus/sed est aliqua pena ad quã peccator ratione peccati est obligatus & illam potest soluere. Quod patet de pena tpali pro veniali debita quam potest soluere aliquis: nõ tantũ in hoc mundo sed etiam in purgatorio: & in inferno secũdum doc. Vnde culpa in posito non est nisi obligatio vel reatus vt sortes in veniali descedens/illa culpa est reatus vel obligatio que soluitur siue remittitur per solutionem pene. Vnde secundum doctores remissio culpe venialis non est nisi pene temporalis debite pro eo debita solutio. De hoc patebit vigesima prima distinctione. Aliud patet/puta ꝙ aliquando remittatur nõ per solutionem talis pene: sed per aliquid equiualens in acceptione diuina. & hoc mõ remittit mortale i nobis. nã pena illi debita cũ sit eterna nõ põt esse soluta. sed soluit ꝓ aliqd equalẽs in acceptiõe

Resolutio.

Macula Reatus Offensa.

Secunda positio

Prima positio

quo mõdo tale põt deleri.

petũ remitti sim de Gerso no.

3ª. difficultas.

Solutio.

Paulus i raptu nõ fuit btus

Tertia.

Pria difficultas.

Quid sit pctũ deleri.

diuina illi pene scilicet per penitentiam interiorem vel exteriorem. Tertia pars videlicet ꝙ culpa q̄ non remittitur vniuersaliter omnis talis ordinatur per penam. Patet: ex Boetio lib. quarto de Conso. prosa quarta Felitiores inquit supplicia luentes q̄ si eos nulla iusticia coerceat que pena est ordinatiua culpe. & breuiter dicit / ꝙ melius est simpliciter peccatorem non correctum esse in pena suple inflicta q̄ esse & non esse in illa. & hec est ꝓpositio doctoris que sic probatur. in tali existẽte in pena est aliquid boni secundum rectam rationem scilicet sufferre penam/quia est aliquid iustum: sed in illo qui peccauit & non est in tali pena non est tale bonum secundum rationem nec in equiualenti: ergo simpliciter melius & appetibilius secūdum affectionem iusticie & rectam rationem est esse in tali pena inflicta q̄ non esse supposito ꝙ peccauerit. & hec sunt que dicit doctor in hoc articulo/peccata remittuntur non sine pena aut per aliqd equiualẽs in acceptatione diuina. aliquando nō remittūtur/& tunc semp & vlr culpa per penā ordiatur tanq̄ ꝓ ppriū corrūdēs.

¶De tertio articulo. Post q̄ visum est ꝙ culpa remittitur per penā vel per aliquid equiualens in acceptatione diuina. Videndum est quomodo debet vocari illa pena. ¶Et pro solutiõe ponitur talis propositio. Illa pena per quā remittitur est pena voluntaria. Patet sic / per aliquam penam nō remittuntur peccata scilicet per penam damnatorum quam perpetuo sufferunt & nunq̄ remittitur eis. ideo est differentia iter penam per quam peccatum remittitur & illam per quam non remittitur: sed non potest attendi solum illa differẽtia penes intensum vel remissum: ideo non videtur per quid differant ille pene nisi per voluntarium & inuoluntarium. ¶Dices/nulla pena est voluntaria/sicut nullus peccat in eo ꝙ non vult ita nullus penam suffert in eo ꝙ vult. Nam si aliquid velit hoc non est sibi pena. ¶Pro solutione notandum ꝙ voluntarium quadrupliciter causatur. Vno modo quia illd patienter fertur non remurmurando. Secūdo modo quia acceptatur per actum voluntatis Tertio modo quia libere causat a causa proxima & partiali libera. & non intendente talem effectum. Quarto modo/quia libere causatur a causa remota principali & vniuersali intendente effectum: & sic sunt quattuor membra/& sequuntur quattuor modi penitẽdi. Et pro ampliori declaratione notandum ꝙ penitentia capitur multipliciter. Aliquādo pro penitentia indiscreta vt fuit penitentia Iude/& damnatorum. Aliquando pro actibus exterioribus penalibus vt est ieiunium/oratio/elemosina. Aliquando capitur pro sacramento / puta pro absolutione sacramẽtali: vt patebit distinctione. xvij. & de istis acceptiõibus nō est ad propositum in hac distinctione. Aliquando capitur penitentia pro actu viri tuoso volūtatis. & hic capitur ad propositum puta pro actu interiori voluntatis/& aliquando pro habitu ex illo causato.

¶Iam ponit doctor quattuor actus penitẽdi cõformiter ad illa quattuor membra voluntarij que se habent per ordinẽ. & capiamus tristiciam que est vna pena / ipa dicitur voluntaria seu libera quattuor modis (nō tamen dicitur libera seu voluntaria immediate: quia cum sit passio nō potest esse immediate libera: quia actus voluntatis sunt immediate liberi & passiones seqntes illos actus sunt libere denoiatione extrinseca) Quattuor ergo modis põt ipa tristicia esse libera. Primo modo a volūtate non remurmurante sed patiẽter sufferente illā/& hoc modo tristicia se habet vt obiectū & est obiectū illius actus patientie. Nā si dicas volo patiri patiẽter hāc tristiciā: ibi tristicia se habet vt obiectū. Secūdo modo tristicia ista dicitur volūtaria a volūtate non solū patiẽter sufferente: sed illā acceptante gaudenter. & in isto modo penitentia habet tristiciam pro obiecto sicut in primo modo. Nā si dicas accepto hanc tristiciam ibi se habet vt obiectum. Tertio modo dr ipsa tristicia libera a volūtate libere eliciente cās ipsius tristicie.

Prima Ꝓpositio

Penitentia multipliciter capit

Tristicia q̄druplr dr libera seu voluntaria.

Arguit primo.

Solutio. Quadruplex volūtarium.

Tristicia a duplici causa cãsatur.

Vnde tristicia habet duas causas. vna ē proxima & imediata. & est duplex secdm ꝙ sūt due cause proxime & imediate a q̄bus causatur ipsa tristicia. & sunt apprehensio alicuius quod accidit / & nolitio illius: vt ab istis duabus causis scilicet ab apꝓhensione qua apprehẽdo & iudico me peccasse & a nolitione illius qua nolo peccasse naturaliter & imediate causat tristicia sicut ab igne calor: ideo tristicia est vnus effectus cãtus a duabus causis scilicet a nolitione & apprehensione obiecti. Alia est causa remota tristicie: & est ipsa voluntas que imperat istas duas causas particulares & proximas & eas applicat ad inuicem. Quarto modo potest esse libera a voluntate remote eliciente actū mediante quo actu applicabit in parte causas tristicie. & isto modo non est causa proxima tristicie sed remota. Sed tertio mō penitentia est causa imediata & proxima tristicie. & ipsa tristicia se habet vt effectus & nō vt obiectum sicut in duobus primis modis

Mõo tristicia dr esse volūtaria.

¶Tristicia ergo dicitur esse voluntaria pro quanto ipsa voluntas pro suo beneplacito imperat causas ipsius tristicie vel inquantū patienter suffert & gaudenter acceptat.

Vnde considerandi sunt quattuor actus in penitente. Primus/quo penitens vult vindicare peccatum: & quia non potest detestari illud nisi recogitando vult recogitare & detestari: talis volitio non est immediate causatiua tristicie: sed ē imperatiua actuū qui causant tristiciā. Secundo voluntas potest habere odium peccati siue detestationē siue nolitionem peccati quod idem est/tūc eliciendo tale nole ab illo & a iudicio itellectus quo iudicat se peccasse naturaliter causatur tristicia. Tertio se habet voluntas equanimiter sufferendo illam tristiciam: id est non remurmurādo. Quarto potest se habere volendo illam tristiciam in esse: & sic de peccato dolet & de dolore gaudet/quia vult illam tristiciam & cognoscit illam in esse: ideo ex hoc sequitur gaudium. & tunc tristicia & gaudium non repugnant: quia non sunt de eodem obiecto. ¶Resolutio/

Resolu.

Tristicia ergo dicitur volūtaria quadrupliciter scilicet a voluntate sufferente que non deponit illam cum posset. Secundo potest esse libera quia volūtas per actum reflexum super tristiciam acceptat illam: & est obiectum illius acceptatiõis que est immediate libera. ¶Tertio potest esse libera quia volūtas libere elicit causas proximas illius tristicie: scilicet detestationem/nolitionem/odium peccati quod idem est: & cognitionem de peccato. Quarto potest esse libera ab actu voluntatis inquātum voluntas applicat causas scilicet considerationem peccati & illius nolitionem: ideo tristicia dicitur esse voluntaria. Et per ista patet solutio ad argumentum prius factum. Nam pena est inuolūtaria. Distinguo/aut secūdum affectionem cõmodi & sic concedo/aut secūdum affectionem iusticie seu secundum voluntatem antecedẽtem libere applicantem causas ipsius pene: & sic nego. immo non oportet ꝙ omnis pena sit inuoluntaria cõtra voluntatem sequentem affectionem iusticie: imo multe sunt & fuerunt voluntarie isto modo: vt pene martirum & Christi. imo imperabāt illas: quia volebāt illas sufferre: sed tamen erant inuolūtarie secūdum affectionem commodi que non est nisi inclinatio rei ad suum commodum siue conueniens. Vnde dicit Scotus in secundo / ꝙ duplex affectio imaginatur in volūtate scilicet affectio commodi/& affectio iusticie/ que est secdm rectā rationē. Vñ volūtas cõsiderata secundum affectionem commodi comparatur appetitui sensitiuo qui appetitus sensitiuus est talis nature ꝙ necessario prosequitur obiectum sibi conueniens. & necessario fugit obiectum disconueniens. Tunc dico ꝙ si volūtas operetur precise secundum affectionem commodi necessario prosequeretur illud ꝙ intellectus oñderet tanq̄ cõueniēs & delectabile. & necessario odiret illud ꝙ itellectus ei òñderet tanquā disconueniens. ¶Alia affectio iusticie q̄ est secundū rectam rationem est libertas eius. Vnde libertas volūtatis vocatur a doc. af-

Solutio argumenti in forma.

Duplex affectio volūtatis.

Affectio iusticie.

fectio iusticie eo qa p libertatē voluntas habet vt possit psequi qd est fugiendū scdm rectā rōnē. Dico ergo ad ppositū applicādo q tristicia vel alia qua alia pena nō est voluntaria psiderādo voluntatē secundū affectionē cōmodi: sed secundū affectionē iusticie tristicia pōt esse voluntaria. Nā volūtas ppter debitū & bonum finē pōt impare causas tristicie vt tādē causet ipsa tristicia. ¶De secūda cōclusiōe huius articuli. Declarat significatiōes huius vocabuli penitere seu penitētia. Vñ penitentia nō est illa tristicia de pctō: quia illa tristicia nō est pene tenētia imo est ipsamet pena. ista ergo est falsa penitētia est tristicia sed penitētia est illius pene tenētia. Hoc ē/ est actus mediāte quo tenemus talē penā. & quadrupliciter tenemus: scilicet p illos ꝗttuor actus: & sic penitētia pōt ꝗdrupl̄r diffiniri. & p quēlibet illorū tenemus penam. Declarātur ergo significatiōes huius vocabuli penitere qd pōt dupl̄r accipi. Vno mō pro toto aggregato ipsius penitere: & tūc importat nouē: scilicet quattuor actus volūtatis/quattuor volita: & ipsā punitionem. Debemus psiderare q primus actus quē habet volūtas est velle iperatiuū quo volūtas vult detestari peccata sua: & quo impat causas pene eas ad inuicē piungēdo scilicet apprehensionē pēi & nolitionē ipsius. Secūdus actus est detestari peccata. i. nolle ipsa quo volūtas nulr peccasse/ & istud nole dicitur esse causa nō intendēs. i. nō libere sed naturaliter producēs tristiciā sicut ignis nō vult pbare calorē: sed naturaliter pducit. Tertius ē actus quo volūtas postq̄ cāta ē tristicia vult illā acceptare iā inflictā. Quartus actus est quo patiēter vult sustinere illā punitionē: & in quolibet actu est vnū volitū. Vnde obiectū volitionis dicitur totū illud quod seqtur ipsam volitionē. & psiderando illa quattuor volita videbimus q sunt diuersarū rōnū siue specierum: sed illa quattuor supponūt pro eodē scilicet p tristicia/ tamē hnt diuersas pnotatiōes qa cōnotant illas quattuor volitiōes q quidē volitiōes sic breuiter pūt notari quas iportat penitere. Primo penitere ē vindicare pctm̄ a se cōmissum. Scdo mō penitere est detestari peccatū pmissum a se. Tertio est acceptare grauiter tristiciā seu penā inflictā. Quarto est patienter ferre illā/ & iste sunt quattuor volitiōes diuerse/ ideo eis correspondēt quattuor volita diuersa saltē rōne q dicūtur obiecta seu termini volitionū scilicet ista: volitum a volūtate vindicāte seu causante/ volitum a voluntate detestāte/ volitū a volūtate acceptāte gratāter/ & volitū a volūtate patiēter sustinēte. & ista ꝗttuor volita supponūt pro eodē scilicet pro tristicia/ tm̄ diuersa pnotāt scilicet illas quattuor volitiones. Hoc sic declaro/ nā hoc pplexū volitū a volūtate vindicāte supponit pro tristicia volita pnotando q illa accipiat̄ per modū vindicte. & pportionabiliter dicet̄ de alijs. Ex quo seqtur q nō est idē punitio & velle punitiuū. Nā punitio est tristicia q̄ est vna passio q̄ nō est bona nec mala de se: sed velle punitiuū est vnus actus. Scdo seqtur q si sit aliqd nomen ipositū ad significandū ipsam punitionē puta tristiciā: & ipsam volitionē nō significabit illa duo vniuoce sed equoce. Tertio seqtur q accipiēdo illa ꝗttuor sicut prius accepimus putap ꝗttuor volitionibus: adhuc iste terminus penitere est equocus ad illa ꝗttuor. Sed faciendo vim/ quot istorū debet magis dici penitere vl̄ penitētia: puta illa tristicia vel ille ꝗttuor volitiones. Rñdetur q stādo in rigore termini penitere solū dr̄ de aliq̄ illarū quattuor volitionū. Patet scdm ethimologiā nois penitere idē est q penā tenere: sed hoc qd est tenere penā solū puenit illis. iiij. volitiōibus ergo ille. iiij. volitiones ppie debent dici penitere. Declaro hoc p ordinē. s. quō per istas. iiij. volitiōes dicamus tenere penā dādo. iiij. diffinitiōes de penitere. Pria descriptio est penitere/ est vindicare pctm̄ a se cōmissū/ siue ē libera vindicatio pēi/ siue velle pctm̄ vidicare & applicare/ siue velle causas imediate pducētes tristiciā & libere applicātur per velle & cognitione peccati.

Penitēs ꝗdruplex

Prima descriptō de penitē re.

Tūc satis patet qūo vindicare sit penā tenere/ qa vindicare est velle infligere sibi penā & hoc ē penā tenere/ ergo penitētia primo mō est libera peccati vindicatio vel causarū tristitiā pducentiū libera applicatio. ¶Sed cōtra arguit̄ sic vindicare nō est penā tenere ergo/ patet sic/ nā multi sunt hoies q volūt hre penā & tristiciā & nō pūt/ ergo illi non applicant sibi penā & tm̄ vindicāt ergo vindicare nō est penā tenere. ¶Pro solutione notandū q duplex ē infligere seu tenere penā. Quoddā est tenere penā i effectu. Aliud in affectu. Vnde infligere penā in effectu ē qñ actualiter seqtur seu pbat̄ ille effectus q dicitur tristicia. Sed infligēr penā in affectu nihil aliud ē q̄ hre volitionē qua aliqs vult hre penā siue sequatur siue nō. Vñ aliqñ volūtas vult vindicare & tm̄ nō seqtur tristicia Ratio est qa impedit̄ a causa naturali vl̄ qa talis nō est dispositus vel impedit̄ pp aliqd magnū gaudiū. Vñ sunt aliqui hoies i quibus volūtas tantūmō nata ē pplacere appetitui sensitiuo q cū magna difficultate pūt hre tristiciā. an tales q nō pūt tristari hēant verā penitētiā. ¶Rñdetur q sic ita sicut alij vñ non ē cura q sequat̄ tristicia vel nō sed solū q sit cā tristicie. ¶Secunda descriptio est. penitere est detestari seu odire peccatum a se pmissū/ seu penitentia est libera peccati detestatio. i. odiū. & de isto penitere patet/ q ē penā tenere/ qa penitere istomodo ē cā ptialis ipsius penitētie puta tristicie/ nā tristicia causatur immediate ex detestatiōe seu odio seu ex nolle peccati pmissi iō q detestatur pctm̄ dr̄ tenere penā supple i sua causa. i. habet cām proximā pene scilicet detestationē. Vñ cōiter & regulariter qñ doc. loquūt̄ de penitētia loquūt̄ de isto secūdo actu penitētie/ quia principaliter regrit̄ ad deletionē peccati/ ē ergo iste secūdus actus odium peccati. Sed ē notāndū q nō quodlibet odiū pcti dr̄ penitere istomō/ nā odiū pcti timore pene vl̄ vt pctm̄ ē lesiuū nature nō est penitētia/ nā dānati talē hūt scilicet nole peccasse: sed penitētia est nole peccasse: qa pctm̄ est cōtra dei iusticiā & eius volūtatē. Difficultas ē. Qualis detestatio requirit̄ de pctis vt recognosco pctā/ quia dei offensiua nolē ea fecisse an hoc sufficiat ad detestationē. ¶Pro solutiōe aliqui dicunt q requirūtur triplices actus/ scilicet nole peccasse/ propositū dē nō peccando in futuro & ppositum cōfitendi loco & tpe opportunis/ ideo secūdū istū modū ad penitētiā interiorē nō sufficeret nole peccasse: sed vltra requirūtur illa duo proposita/ & hoc vī dicere Gregorius cū ait penitere est ante acta pctā deflere & flēda nō pmittere. i. hre propositū nō cōmittē di. Alij qui nō sunt ita rigorosi: & credo q sit verū q ad penitētiā sufficit primus actus dū modo cōtrarij actus aliorū nō ponātur ita q ad penitentiā interiorē sufficit hre nole detestatiuū dūmō non habeat propositū peccādi vel nō pfitendi in futurū sed sufficit se hre pure priuatiue ꝗtum ad illa duo proposita: penitere ergo i secūda acceptione est pctm̄ preteritū pp deū odir̄ seu detestari. Et qa illd̄ odire & detestari causat imediate tristiciā/ iō istud vocat̄ pene tenentia. ¶Si queras an requirat̄ detestatio secundū rōem specialē cuiuslibet pcti. Pro solutiōe aliqs pōt detestari sua pctā dupliciter. Vno modo in particulari & distincte. Alio mō in gñali & pfuse. vñ ille detestat̄ pctā sua i pticulari & distincte qñ circa quodlibet pctm̄ habet propriā detestationē/ sed ille detestat̄ pctā sua i gñali qñ vnica detestatiōe gñaliter detestat̄ se peccasse/ vt nolē peccasse quocūq; pctō/ detestor iā pctm̄ luxurie sed nō secundū rōnē specialē illius. ¶Tunc ponit̄ talis ppō. Per detestationē aut in gñali aut in speciali pūt pctā remitti. ymo dico vltra sicut dicit Sco. q posset esse tanta detestatio circa vnū pctm̄ q illa sufficeret ad oia pctā delēda ita q p talē detestationē deus mouebit̄ ad oia pctā remittenda. ¶Secūda distinctio/ aliqs pōt detestari pctm̄ suū dupl̄r vno mō formaliter. Alio mō virtualiter ita q possemus sic dicer̄/ duplex est displicētia de pctō/ q̄dā est formalis/ alia ē virtualis/ formalis est qñ hēo realē nolitionē quo nolē peccasse: virtualis ē qñ habeo actū ex quo illa nolitio pcti est

Arguit̄ q descriptō nem.

Solutio.

Secunda descriptō

An sufficiat sola detestatio

Anrectra tur detestatio i particulari.

Pria p positio.

Duplex detestatō pcti. i. formalis et virtualis

causabilis.i. est aliqs actus volūtatis ad quē nata est sequi displicētia de pctō licet actua liter non sequatur. vñ secūdū Sco. in secūdo ois nolitio causat ex volitione/& ois amor concupiscentie ex amore amicitie/nolitio ergo causatur ex volitiōe. Ratio est quia ni chil odio nisi pro q̄to aliud amo vt si odio sortem amo aliqd cui iudico sortem esse dis conueniētē. Ad propositū aliqs pōt hr̄e ali quē amorē ad quē nata est sequi detestatio pcti si pctm̄ p̄sideret: vt qs amat pfecto amo re deū ad illū amorē perfectū nata ē sequi de testatio pcti si de illo pctō esset recordatio. & tunc ista volitio scilicet amor pfectus dei dr̄ ee virtualis displicētia seu detestatio pcti quia ad illū amorē nata est sequi displicētia de pctō/ ideo hñdo illā volitionē detestat pctm̄ virtualiter.i. habet actū virtualiter cō tinētem actū detestatiuū. nā ois cā virtuali ter cōtinet effectum. & tūc ponit talis ppō.

Secunda ꝓpositio. Tam displicentia formalis q̄ virtualis suffi cit ad remittēdū pctm̄/de formali nō est du biū/de virtuali declaro/quia p perfectū dei amorē pōt remitti pctm̄ sicut fuit remissum Magdalene/dimissa ei sunt ei pcta mlta qa dilexit multū. ¶Q̄ tum ad tertiū actū pōt

Tertia descriptio penitētie diffiniri penitētia q̄ ē libera pene p̄ pctō ac ceptio/hoc ē nō remurmurādo vel nō abij ciendo cum posset. Et de isto penitere dico etiā q̄ ē penā tenere. Vñ talis tenet penam tanq̄ obm̄ qa habet vnū actū volūtatis pu ta vnū velle acceptatiuū qd̄ velle fertur cir ca penā tanq̄ circa obm̄/ió tenet penā tanq̄

Acceptō pene ē du plex. obm̄. Vñ duplex est acceptio pene scilicet formalis & virtualis/formalis est velle actua le quo actualiter volo illā penā hr̄e/virtua lis est acceptatio alicuius ad quod nata est sequi acceptatio pene vt acceptatio glorie eterne ē acceptio virtualis pene qa ad acce ptationē glorie eterne nata ē sequi accepta

Maxima tio pene. vnde Maxia ē q̄ volitio mediorū ad finem includit in volitione finis & hoc maxie qñ illa volitio ē efficax. tūc ponitur

Tertia ꝓ positio. talis ppō. ¶Acceptatio pene formalis vel

Quarta descriptō virtualis sufficit ad remittēdum peccatum. ¶Quarta descriptio/penitere est penā pro peccato cōmisso patiēter sufferre. de isto pa tet q̄ penitere sit penā tenere qa iste qui sic penitet nō abijcit penam remurmurādo & istud penitere vocatur sustinere sub actiōe agentis infligentis penā se illi ꝓformando tenere. & istud tenere penā non est abijcere cū remurmuratione. ¶Istis descriptiōibus positis q̄ritur an sit aliqd penitere qd̄ nō cō tineat sub aliquo istorū quatuor mēbrorū

Quarta ꝓpositio. ¶Rñdetur p talē ꝓpōem. Quodlibet peni tere ptinet sub aliquo istorū quattuor mo dorū/& qlibet istorū quattuor modorū suf ficit ad remittendū pctm̄ post baptisma cō missum qa p quēlibet illorū potest teneri pe na & ita sunt quattuor penitētie differentes specie. ¶Ex his ad solutionem questionis in qua q̄ritur an ad deletionem peccati mor talis post baptismum commissi regratur pe nitētia. Respondetur affirmatiue q̄ sic: qa re quirit punitio volūtaria vel volūtas volū tarie puniēs sicut fuit declaratū principio hu ius tertij articuli/sed sic ē q̄ ista punitio vo lūtaria non p̄t esse sine penitētia/ergo ad de letionē pcti regritur penitentia & nō intelli git q̄ regratur penitentia virtus habitualis nec̄ penitentia sacramenti: sed penitentia actus virtuosus. & similiter non est itelligē dū q̄ regratur similiter & necessario qa pos set deus de potētia absoluta remittere quod cūc̄ pctm̄ sine penitentia vel p alterū actum ab actu penitentie sed intelligit q̄ ad delen dū pctm̄ requiritur penitentia de lege iā sta

Difficul tas. tuta a deo. ¶Circa hoc tres sunt difficulta tes nā dicit doct. q̄ ad delēdū pctm̄ reqritur penitentia voluntaria. i. tristicia de pctō/& dr̄ voluntaria in q̄tum actus detestatiuus ex quo immediate causat illa tristicia est liber. ¶Circa hoc est duplex dubiū primū sī/ eēt illa detestatio qua causatur illa tristicia esset in q̄ sine tristicia nihilominus adhuc remit teret pctm̄/ergo p̄t remitti pctm̄ sine tali tri sticia. vñ aliq̄n p̄t supuenire impedimētū ne sequatur tristicia vel p gaudiū excellens de altero obiecto. ¶Aliud dubium tristicia & gaudiū sunt passiones de p̄ntibus & de his q̄ p̄ntialiter accidunt/nā dicit Augustinus

tristicia ē de his q̄ nobis nolentibus accidūt & non dicit acciderūt: alie aūt passiōes sunt & de p̄ntibus p̄teritis & futuris. ergo appa ret q̄ male dicatur q̄ tristicia regrit ad delē dū pctm̄ qa cū sit de p̄ntibus & pctm̄ est pte ritū segtur: &c. ¶Ad tū ad primū dico q̄ p̄t remitti pctm̄ sine tali tristicia q̄ ꝓsequtur dete statiōē volūtariā: sed regritur tristicia volū taria suple in se vel virtualiter. i. in actu pre uio ptinēte istā tristiciā eminēter & virtuali ter sicut cā sufficiēs ptinet effectū/ iō sufficit tristicia i aliquo eminenter ptenta. i. in cā p ductiua illius tristicie q̄ is illā nō producat

Quō itel ligitur q̄ tristicia ē de p̄ntib⁹ pp impedimentū & vltra cōiter dicūt doct. q̄ tristicia & gaudiū sunt de p̄ntibus & q̄tū ad hoc dicit Bonauentura & bñ q̄ non itel ligit q̄ sunt de p̄ntibus secūdū rē. i. q̄ obie cta circa q̄ versant tristicia & gaudiū sint rea liter in rerū natura/sed intelligit sunt de p̄n tibus suple secūdū aspectū & p̄sideratiōnē nō pbabilitatis sed certitudinis. vt si sortes vellet platonem non esse & non esset tñ cre deret firmiter platonē esse tristaret ac si pla to esset. ideo nō oportet q̄ tristicia sit de ob iecto p̄nte secūdū rē sed p̄nte secūdū p̄sidera tiōnē. i. de obiecto de quo habet noticia cer ta q̄ ita se habet vel hēbit vel habuerit qua liter nolem illd̄ se hr̄e vel habuisse vel habi tū esse. vñ dicit Bonauentura q̄ si certo sciā q̄ cras p̄meus morietur nō timeo q̄ moriat sed tristor q̄ moriet. sīr Christus non time bat mortē sed tristabatur/nā ait tristis ē aia mea vsq̄ ad mortem. Ad ppositū applican do sortes nullt pctm̄ fuisse & scit certitudina liter ipm fuisse: ideo illd̄ est sibi p̄ns ea p̄ntia q̄ sufficit ad tristiciā causandā. ¶Circa solu tionē q̄stionis occurrit difficultas/nā dicit

Difficul tas. ¶Ikā doc. q̄ ad deletionem pcti reqritur peniten tia actus/& cōiter oēs doc. hoc dicūt. Ochā mouet hāc difficultatem q̄ satis apparet pri ma fronte bona. sortes ꝓmisit vnicū pctm̄ de quo nō egit penitentiā & post illd̄ pctm̄ ꝓmissū cadit in obliuionem inuincibilem illius pcti ita q̄ nō p̄t vincer̄ illā obliuionē p̄ sciam oppositā quācūc̄ faciat idaginem in tali casu non tenet ad penitentiā & tenet facere q̄ pctm̄ remittatur/qa tenet ee in gra ergo in tali casu non tenetur penitere. ergo pctm̄ p̄t remitti i illo sine penitentia. quod non teneat penitere i tali casu patet/nullus p̄t penitere nisi cognoscat se peccasse. qa pe nitētia est detestatio proprij pcti & nō alie ni/ergo nullus pōt penitere nisi cognoscat propriū suum pctm̄ in esse vel i fuisse: sed in tali casu non potest/alias non esset obliuio inuincibilis: ergo in tali casu non tenetur ad penitentiā actualem. ¶Item sortes peccauit aliquo pctō & subito trahitur ad marty riū ita q̄ sit ip̄ossibilitatus ad idaginē hñdā imineret ei necessitas necessitate p̄cepti ad sub eūdē martyriū: & p̄t intellectus tm̄ occupari circa vnū qd̄ non p̄t circa alterū/apparet q̄ sorti dimittatur pctm̄ qa facit quicqd p̄t & ponit se in statu salutis & sortes tūc non ha bet penitētiā quo cūc̄ mō capiat secūdū q̄t tuor p̄dictos modos/ergo pōt deleri pctm̄ sine penitentia actu. ¶Dicit Ochā & post ip̄m gabriel q̄ qñ dr̄ ad delendū peccatū re q̄ritur penitētia intelligit de illo q̄ ē ꝓscius alicuius peccati vel qui tenetur esse cōscius i. q̄ non habet obliuionem inuincibilē sed illā obliuionem pcti p̄teriti p̄t & tenetur vi cere/& tūc in illo ad delendū pctm̄ regritur penitentia actu. ¶Sed tunc est difficultas p q̄d remittitur pctm̄ in illo qui habet obliui onem inuincibilem cū pctm̄ non remittitur sine actu bono p q̄d remittetur. ¶Ego bre uiter dicer̄ q̄ remittitur p illā voluntariam indaginem q̄ est actus bonus moraliter qua vult scīscitari an peccauerit vel non/illa suf ficiēti indagine facta imediate remittitur ei pctm̄ & non per actum penitentie sed illam volūtariā indaginē adquā obligabat: & ap paruit mihi sp q̄ per illā remittit. ¶Q̄ tum est de alio q̄ trahitur ad martyriū in casu di mittit pctm̄ non p actū penitentie qa nō ha bet detestationem nec̄ volitionem vindi cādi nec̄ alios duos actus/sed p feruentem dilectionem dei/nā nemo maiorem carita tem habet q̄ vt ponat aiam suam: &c. Sed in martyrio habet feruentem dilectionem dei & sicut patuit ex prehabitis illa feruens dile

ctio q̄uis nō sit formaliter penitentia est tm̄ virtualiter scilicet virtualis detestatio pcti/ qa extali actu ita feruēti si fors plideraret se peccasse exiret i detestationē pcti /iō ferues illa dilectio dei ē virtualis detestatio. In his ergo duobus casibus remittit pctm̄ sine penitētia actu. Primus/ qñ est obliuio inuincibilis. Secundus qñ est occasio necessitās necessitate debiti ipediēs pcti cōsiderationē. In quibuscūq; aūt alijs casibus apd doct. ad delēdū pctm̄ necessario requiritur actus penitentie formaliter legestante & nō sufficit virtualis. Et hāc adducit suasionē. hō peccauit & peccat in q̄tū auertitur adeo & conuertit ad creaturā /ergo vt tale pctm̄ remittatur valde ꝓgruū est ꝙ auertatur a pctō & cōuertatur in deū. Vnde auertitur a pctō & p detestationē nolēdo illud ꝓmisisse/& cōuertitur in deū p relationē illius actus i deū sicut ergo incurrit pctm̄ p auersionē ad creaturā & auersionem a deo ita ꝓsequit venia p̄ uersionē ad deum & auersione a peccato. ¶Circa ist d̄ adhuc est difficultas supponēdo illud qd̄ tenēt plerq; doc. & quasi oms ꝓter Scotū ꝙ actus detestādi pctm̄ dūmodo sit pp deū ꝙ nō solū timore pene q̄tūcunq; fuerit gradualiter remissus siue vt vnū siue vt dimidiū est sufficiens ad delendū pctm̄ sicut actus liber q̄tūcūq; minimus circa materiā prohibitā sufficit ad pctm̄. ita ꝓuertitur in deū q̄tūcūq; remissa sufficit ad deletionē pcti. Hoc supposito vr̄ ꝙ remitteretur peccatū & p nullā detestationē. ymo añquācū q; detestationē sequētē iā erit peccatū remissū/ & sit sortes cui iā occurrit primo ꝙ peccauit ꝓsiderat se peccasse/ex tali ꝓsideratiōe nō necessitatur ad actū detestationis sed est liber & nō elicit in primo instāti detestationē sed incipit elicer̄ successiue/ sicut ignis qñ est primo applicatus passo nichil producit sed post incipit successiue producere. Tunc añquācūq; detestationē sequentē iā erit peccatū remissum/ & sit illa detestatio a/illa detestatō/a/erit gradualiter intēsa qñ erit pducta & a detestatio producit successiue/ergo vna eius dimidietas producet citius q̄ tota a/detestatio puta in prima dimidietate tpis in quo tp̄e producit a/detestatio: sed in illa dimidietate erit remissa & p illā remittit pec catū ergo añ quācūq; detestationē peccatū erit remissum. Et hoc habet ꝓcedere ista opinio. iō non necessario regrit detestatio ad remissionē pcti. ¶Resolutio ad remissionē Resolutō pcti nō regritur penitentia sacrāmēti. Neq; penitētia hitus/neq; penitētia virtus actus de potentia absoluta. sed regulariter & de potentia ordinata regritur penitentia actus nisi in duobus casibus vt dictū est. ¶Ad argumēta doctoris. Ista duo prima argumenta nituntr̄ probare ꝙ nō regritur penitentia virtus. Alia vero sequentia ꝙ sit inutilis.

Arguitur primo sic qñ transiuit actus & exterior & interior iā deletū est peccatū/ergo nō regrit penitentia virtus ad delendū peccatū. Distinguo/vel q̄tū ad actū verū est/vl̄ q̄tum ad reatū remanētē q̄ est obligatio ad penā eternā: & sic negatur. ¶Secūdo arguitur. hō offensus p̄t remittere offensam offētāti absq; hoc ꝙ ꝓeniteat/ergo & deus. Cōcedo de potentia dei absoluta sed non ordinata ¶Tertio ar̄ sic. Augustinus in omelia. sup istud Mathei. v. estote misericordes loquens de dānatis dicit/erit & tūc penitentia sed tū in fructuosa. Quod probat p illud dictū de dānatis sapiētie. v. penitentiā agētes: Item Iudas penituit sed ei nichil profuit/ergo est inutilis penitētia ad remissionē pcti. ¶Dico ꝙ in dānatis non est penitentia bñ circūstātionata sicut patebit. Nā regritur ꝙ illa sit bene circūstātionata & p̄cipue circūstātia finis: sed dānati nō penitent pp deum sed pp lesionē nature. Similiter Iudas nō bñ penituit qa despauit. ¶Itē arguit sic & hoc argumētū habet difficultatē. oportet illud p qd̄ delet mortale esse maius bonū q̄ peccatū sit malū vl̄ eque bonū/sed penitentia est minus bonū q̄ peccatū mortale sit malū/patet quilibet actus exhibitus deo ē solū finite bonitatis & peccatū est infinite malū. Patet ex Anselmo. hinc est ꝙ nō eet ꝓmittendū p infinitis mundis. ¶Querit ergo hoc argumentū vtrū peccatū sit infinite malū. Rūdet

doct. ꝙ est solū finite malicie formaliter & infinite obiectiue. i. est ptra infinitum bonū & dico ꝙ sicut pctm̄ est infinite malicie obiectiue ita penitentia ē infinite bonitatis obiectiue saltē q̄tū ad actū referentē qa actus referēs est de infinito bono scilicet de deo/& sicut pctm̄ est finite malicie fofalr̄ ita & penitentia/ergo p̄ot esse tāta bonitas quo ad recōpensandū q̄ta fuit malitia in actibus malis. Et auctoritas Anselmi Intelligit de malitia infinita. Alij dicerēt ꝙ formaliter pctm̄ est infinite malitie vt Olcot. Et ad argumentū. oportet tā bonū exhibere q̄ malum fuit &c. Verū est si esset cōdigna penitentia/sed deus non exigit a nobis nisi cōgruā penitētiā & nō ꝓdignā. ¶Secunda questio

In hoc articulo sūt quattuor ꝓpōes ꝓncipales

Ꝓpria positō ꝓncipalis.

IN ista questione duo sunt articuli. in primo q̄ritur an peniter̄ secundū illas quattuor acceptiones sit actus virtutis. In secundo articulo oñditur/an aliquo illorū penitere vt est actus virtutis regratur ad delendū pctm̄. ¶Pro primo articulo ponūtur quattuor ꝓclusiones principales. prima/ Penitere pōt esse actus virtuosus. pro cuius declaratione notādū ꝙ legislator iuste vindicat & punit pctm̄ per qd̄ transgredit lex igitur & minister legislatoris. Patet ꝓña/qñcunq; actus alicuius ministri est bonus hoc ideo est qa ē cōformis legislatori cuius talis est minister. sed sic est ꝙ quilibet est minister dei in puniendo & vindicādo pctm̄ suū: ergo secundū rectā rōnē q̄libet iuste vindicat pctm̄ suū. & hoc ē penitere de quo loqmur igitur penitere est actus virtuosus. ¶Si queras/an vindicar̄ pctā sua sit penitere ista primo mō. Dico ꝙ sic. Contra: ergo deus dicitur peniter̄/qa vindicat pctm̄. ¶Rūdetur ꝙ peniter̄ nō solū dicit vindicare pctm̄ sed cōnotat ꝙ illud peccatū sit ꝓmissū ab ipōmet vindicāte. & hoc cōnotat peniter̄ ꝙ sibi ipi teneat penā & obligetur sibi ipi dare penā. ¶Contra/aliqs iuste penitet/& tm̄ nō habet habitū virtutis: ergo peniter̄ nō ē actus virtutis. ¶Respondet̄/actus d̄r esse actus virtutis tripliciter. Vno modo qa est elicitus ab habitu q̄ d̄r virtus. Alio modo qa generat virtutē / & hoc mō nō oportet ꝙ penitere sit actus virtutis. nam accidit actui virtuoso vel ꝙ ꝓducat a virtute vel ꝙ gñet virtutem ¶Tertio modo d̄r actus virtutis qa natus ē gñare vel augere virtutē. isto mō penitere ē actus virtutis. ꝓnter̄ i fcda ꝓclusiōe declarat Sco. cuius virtutis est iste actus q d̄r penitere & ārē q̄ accedat ad ꝓclusionē ꝓmittit vnū notabile tale. Penitere regrit noticiā distinctā illius de quo aliquis penitet. Vñ qñ aliquis penitet sunt multa q̄ se hñt p ordinem. primo est velle impatiuū impans causas tristicie ad inuicē. Secūdo sunt ipe cause ipam tristiciam causantes. Tertio est ipsa tristicia Quarto est ꝓplacētia & velle ipsius tristicie. Quinto ex illo velle seqtur gaudiū de tristicia. Secūdum dictū Augustini. peccator de pctō doleat & de dolore gaudeat vt sortes peccauit aliquo pctō puta fornicationis: habet istū ordinē in penitendo. Nā primo habet velle ipatiuū quo impat causas tristicie & cause tristicie illius sunt due scilicet app̄hensio illius fornicationis & nolle seu odio hr̄e illā fornicationē. Tunc dico ꝙ velle illud impatiuū quo voluntas ipat intellectui vt ꝓsideret & apprehēdat illā fornicationē & voluntati vt detestetur illā fornicationē est primū. Secundū est apprehēsio illius fornicationis & nolitio seu odiū illius. Tertiū est ipa tristicia que causatur ex apprehensione fornicationis & nolitione eiusdē. Quartū est vnū velle quo vult hr̄e tristiciā. Quinto ad illud velle quo vult hr̄e tristiciā seqtur gaudiū. & tūc verificat̄ dictū Aug. pctōr de pctō doleat &c. Doctor ponit ordinē inter ista. primū se habet vt cā principalis tristicie remota. Secūdum se habet vt causa pxima tristice. Tertiū se habet vt effectus. Quartū se habet vt actus cadens supra tristiciā tanq̄ sup obm̄. Quitū se habet vt effectus seques ex illo actu. ¶Istis suppositis ponitur talis ꝓpō. Nihil d̄r pprie & p se vindicare nisi pri mū istorū quinq; puta illud velle impatiuū quo q̄s ipat illas causas tristicie. Patet in vin

Secūda ꝓpositio.

dicante superiore & iferiore debet eē actus vindicandi eiusdem rōnis & eiusdem spēi. Declaratur hoc/deus vult vindicare pātm meū/deus ē vidicās supior/ego ēt volo vi dicare pātm meū ego sum vindicās inferior Dico ꝙ illi actus sunt eiusdē rōis qa sic vin dicās supior vult infligēr penā ēt vindicās i ferior pp pātm & sub eisdē circunstātijs/sed sic est ꝙ nihil vniforme seu simile in vindi cāte supiore & inferiore nisi illd velle impa tiuū: ergo illd velle impatiuū dr vindicare nā sicut vindicās inferior puta ego ipat cau sas pene ita & deus vidicās supior: ergo pro pō vera scilicet ꝙ vl est vidicar nisi illd velle ipatiuū. Itē pbar ista ppō a posteriori/qa a lia quatuor pnt eē a qbusdā causis idetermi natis & signāter secūdū. i. pnt fieri bn & ma le a cā bona vl mala/sed de isto dicit Sco. pa rū est curandū. Hoc supposito sit hec ꝯclu sio/pēiter capiēdo p velle vindicare ē actus alicuius spēalis virtutis. i. ille actus nō pti net idifferēter ad quālibet virtutē sed ad cer tā & determinatā. Patet pbatiōe cōi qua de bet aliquis pbare de aliquo actu ꝙ sit spēal virtutis. Et hoc sic ille actus ē spālis virtutis q habet spēale obm & spēales circunstātias sed iste actus puta velle vidicare ē huiusmōi ergo. hēt ei spēale obm puta pātm vindica bile & ēt spēales circūstātias scilicet pp debi tū finē & tali mō: ergo penitere primo mō ē actus spēalis virtutis. Et ad videndū cuius sit virtutis descēdēdū est p virtutes. Vñ vir tus prima sui diuisiōe diuidit in appetitiuā & intellectiuā. Vñ virtus intellectiua ē que est i intellectu q̄ vocat prudētia q̄ incliat ali quē ad recte iudicādū de aliquo qd sit faciē dū vel fugiēdū. Tūc ponit ꝓpō. Istud velle vidicar nō est actus virtutis intellectie. Quia ē actus volūtatis vt volūtas ē. Patet añs/istd velle vindicar nō est nisi velle ipatiuū ipās causas pene & tale nō ꝓuenit nisi volūtati. Nō em ꝓuenit potētie sensitiue qa nulla ta lis habet ipare intellectui/neq; volūtati/neq; ꝓuenit intellectui qa intellectus nō pōt impar sibi ipi & volūtati: ergo solū ꝓuenit volūta ti. Quia sola voluntas habet ipare sibi ipi & intellectui/secundū Augustinū volūtas co pulat parentē cū ple. & hoc q̄tū ad intellectū & q̄tū ad volūtatē volūtas impat sibi vñ p les est actus intellectus vel volūtatis/ paret ē intellectus vel voluntas/patet secūdo ista conclusio quia virtus intellectiua inclinat habentem ad esse verum vel nō esse verum .i. ad iudicandū de aliquo vero puta de ali quo sic agēdo vel nō sic agēdo/sed sic est ꝙ velle vindicare nō est actus quo sic dicēt de aliquo agēdo vl fugiēdo: ergo nō est actus virtutis intellectie. Ex quo sequit ꝙ velle vidi care pātm nō est actus virtutis intellectie sed appetitie. i. virtutis exītis i volūtate. Sed q̄ rit mō cuius virtutis appetitie. ¶ Pro solu tiōe notādū ꝙ virtus appetitiua ē qdē habi tus exīs i volūtate subiectie q̄ incliat ad ali qd volēdū vl fugiēdū. Et diuidit virtus ap petitia. Quia q̄dā est ordiatia ad se/alia ē or dinatia circa alterū. Virtus appetitia ordia tia ad se ē illa q̄ incliat hītē ad recte volēdū ea q̄ sūt circa se & ptinēt ad ipm. & ista diui dit i tēperātiā & fortitudinē. nā iste due vir tutes ordināt hītem circa ea q̄ ptinent sibi ipi. Alia est q̄ ē ordiatia circa alterū q̄ incliat ad reddendū alteri qd suū est/& vocat iusti cia q̄ incliat hītem ad volēdū alteri qd suū est. Tūc ponit talis ppō. velle vidicare pātm a se ꝓmissū nō ē virtutis appetitie ordinātis ad se. patet/istū actū q est vindicar pātm pōt aliqs elicere circa alterū sicut circa ipm. ymo si aliqs vindicet pātm suū nō vindicat se ni si tanq̄ alterū: ergo sequit ꝙ nō ē actus virtutis ordinātis ad se & p ons erit actus virtutis or dinātis ad alterū. & p ons sequit resolutorie ꝙ velle vindicar pātm est actus iusticie. Dices actus quo volo vindicare pātm meū nō est circa alterū: ergo nō est iusticie/cū iusticia incliat ad reddendū alteri qd suū est. Rndet Sco. subtiliter ꝙ iusticia est circa alterū vel circa seipm se hītem ac si esset alter. Vñ acci dit ꝙ illemet q̄ vindicat pātm sit ipemet qui peccauit puta ex ꝓmissōe legislatoris scilicet dei q̄ ex benignitate sua voluit ꝙ qlibet hō peccās esset minister i puniendo pātm suū. nā sicut dicimus ꝙ dato ꝙ vidicem pātm meū

Scda ꝓpositō ꝑn cipalis.

Virtꝰ itellectia.

Virtꝰ appetitiua

Propō.

Propō.

ista ꝙ illud vindicare accidit michi pro q̄to deus voluit ꝙ essem minister i puniēdo pātm meū/iō si qlibet puniat pātm suū hoc ē de p accidēs p q̄to ipemet pātor ē minister & reus. Patet igit ex his ꝙ velle vindicare peccatū est actus iusticie. Diceret aliquis sub iusti cia cōtinēt due virtutes. s. aicitia. vñ aicitia ē vnus habitus iclinās volūtatē amici ad se cō formādū voluntati alterius in licitis & ho nestis/ad corrigendum etiā amicū si necesse sit & hoc vt amicus sit dignus amari. Et tūc q̄rit vtrū istd velle vindicare pātm sit actus aicitie. Et arguit ꝙ sic/qa amicitia incliat ad reconsiliandū amicū sed p ista vindictā qua qs vindicat pātm suū qs reconsiliat ipi deo/er go ille actus ē actus amicitie. ¶ Pro solutōe notādū ꝙ lata est differētia inter vindictā & correctionē. Nā iusticia vindicatiua ē vna virtus q̄ incliat ad puniēdū aliqd pātm secū dū ꝙ lex ꝓmittit. Vñ vidicta respicit corres pōdētiā pene ad culpā secūdū legē siue cō comittet correctio puniti siue nō. Vñ iusta est pena qua aliqs sic punit ꝙ exterminetur & tñ nō ē correctio. ¶ Si dicas si aliqs exter miet vsq; ad mortē incluſiue ē magna cru delitas: ergo nō est iusta vindicta. ¶ Rndet negādo ꝙ sit ibi crudelitas dato ꝙ occidat quia finis ipsius correctionis nō est vt ego satier sed vt lex impleat ita videlicet ꝙ finis cuiuslibet iuste vindicte debet esse bonū le gis. iō non est crudelitas. ¶ Dices qs ē finis istius legis. Duplex est lex/diuina & hūana. hūana q̄ ponit ab hoie & ipius finis nō est legislator sed bonum reipulice. sed finis le gis diuine est ipse legislator. Vñ si q̄ratur q̄re debet seruari ista lex diuia. Rndet pp le gislatorē siue pp amorē & dilectationē eius ratio ē quia i lege hūana bonū legislatoris nō ē bonū tm sicut ē bonū cōe: sed i lege di uina ipse legislator ē maius bonū. Vñ tota relatio debet referri ad ipm legislatorē ita ꝙ si q̄rat quare punitur hoc rndetur vt ser uetur lex: sed q̄re vis ꝙ seruet lex: rndetur ꝙ ppter bonū cōe. Sed quare ē bonū cōe. Rn detur ꝙ ppter ipm deū qa deus ē melius bo nū q̄ bonū cōe. ¶ Ex isto textu posset trahi vnū subtilissimū argumētū ad pbādū ꝙ mā illa q̄ sunt magis cōtra bonū reipublice. Et arguit sic: bonū legis vltimū ē bonū ipius dei q̄ ē legislator: qa diximus ꝙ bonū reip. nō ē nisi ppter bonū ipius dei: sed pcā gra uiora sūt magis offensiua dei q̄ minus gra uia: ergo res publica magis debet punire pcā grauiora. Et cōfirmat: bonū dei non ē pp bonū reipublice: sed e diuerso bonū reip. ppter bonū dei: ergo magis debet res publi ca punire pcā q̄ sūt cōtra bonū dei q̄ q̄ sunt cōtra bonū cōe. & sic fornicator magis de bet puniri q̄ latro mile aureorū. habemus resolutorie ꝙ iusta vindicta respicit corre spondentiā pene ad culpā secūdū legē non curando: siue sit correctio puniti siue non. Sed de amicitia aliud ē: qa si amicitia iclinat ad puniēdū aliquē nō inclinat ad puniēdū illū nisi vt ille sit magis amabilis ita videli cet ꝙ amicitia nō curat nisi illā punitionē q̄ facit amicū magis amabilē siue illa punitio sit magna siue pua: iō lata ē differētia inter vindictā & aicitiā: qa vidicare nō ē actus ami citie. ¶ Cōsequenter ponitur solutio ratio num ꝙ penitere sit actus aicitie: aicitia ē vir tus hns plures actus quorū vnus ē recōsilia re amicū. i. reducere i amicitiā pristinā: sed penitere ē actus p quē qs recōsiliat ipsi deo: ergo penitere pmo mō. s. vidicare pātm ē a ctus amicitie. ¶ Respōdet ꝙ licet ita sit ꝙ p amicitiam reconsiliemus nobis amicum sci licet deum tamen penitentia seu penitere non est propter hoc principaliter vt recon silietur ipse deus. ¶ Et si queras ad quem ergo finem est penitentia / puta istud velle vindicare. ¶ Respondetur ꝙ vt penitens fiat immunis a pena ad quam obligatur pp pcā suo vt sit debita correspōdētia pene ad culpam eo modo sicut lex precepit. Secūdo arguitur sic: vnus actus amicitie est corrigere amicū vt amicus sit dignus amari. Hoc supposito ponit talis maior. amici tie est corrigere amicū vt amicus sit dignus amari seclusō illo qd repugnat honeste a micitie: sed istud vidicare pātm ē corrigere

Duplex ē lex.

Nota bo nū argu mentum.

Resolut.

amicū vt sit dignus amari. Patet minor/qa si ille q vidicat pēm̄ vidicet vt ipemet satiet iniuste vidicat: ergo debet punire & vidicare gra puniti. i. vt punitus sit amabilis: ergo si vidicare debeat dici iustū debet dici actus amicitie. Cōsir dico q vindicare pēm̄ nō ē principalr ppistū finē puta vt correctus efficiatur amabilis/neq; etiā vt ipe puniens satiet ita videlicet q vidicare pēm̄ nō ē pp vindicātē neq; etiā ppter vindicatū: sed gra legis. s. vt lex illa q̄ pcipit punitionē peccati ipleatur. Et cū infert ergo erit crudelitas. nego p̄nam. & ratio ē: qa nō crudelitatis tollitur p hoc q lex seruat. Cōtra: dicit Arist. 5co retho. q magna ē differētia iter punitionē & correctionē. Quia correctio fit gra correcti vt efficiat amabilis & desiderabilis/ sed punitio fit puniētis gra vt videlicet puniens satiet. & istud 5cdm ē crudelitas tā in iudice q̄ in nūcio iudicis. Quia siue lex siue minister vidicet vt satiet ē ibi crudelitas: sed ille q vidicat pēm̄ nō vindicat vt ipe satiet ergo vidicat gra correcti vt correctus corrigat. & hoc ē actus amicitie: ergo vidicare peccatū ē actus amicitie. Hoc autem tali modo confirmatur. Nam magna est differentia inter vindicātē & corrigētē/qa corrigēs vt corrigēs nō corrigit nisi gra correcti vt fiat amabilis: sed vidicās nō vindicat gra correcti nec etiā gra ipiusmet puniētis/ sed vt lex impleat. Iō oia illa argumēta ex fla ymaginatiōe pcedūt. s. q vindicta fiat gra correcti quod ē flm/ymo vindicta fit vt cōseruetur lex. Ex quo infert doctor q iste actus scilicet vindicare pēm̄ ē vnus actus iustitie distinguēdo iustitiā p̄ra iustitiā amicitiā & p̄ra iustitiā pmutatiuam quā iustitiā possumus vocare iustitiā punitiuam. Queritur an iste actus sit actus nobilis/rndet q iste actus q est vindicare pēm̄ē nobilior iter oēs actus iustitie capiēdo iustitiā i sua cōitate excepto vno. s. actu p̄miatiōis. Vñ isti duo actus. s. actus p̄miatiōis & actus punitiōis seu actus iustitie punitiue differūt ab alijs actibus iustitie: qa alij actus iustitie indifferenter p̄nt puenire cuilibet p̄sone siue publice siue priuate: sed isti duo actus solū conueniunt p̄sonis publicis in republica puta legislatori & eius ministris/ideo isti duo actus sūt ceteris pfectiores: & iter illa duo actus p̄miādi est nobilior/qa habet nobiliora extrema: nam habet meritū & habet p̄miū q̄d datur ppter meritū: sed actus puniēdi nō hadet talia extrema: sed habet p extremis culpā & penā. Cōsequēter ponit talis pcō que magis declarat qualis actus sit actus vidicādi peccatum dicēs q est actus volūtatis q̄ voluntas habet impare sibi & ipsi itellectui/ & istud imperiū ptinet ad irascibilem. Dicit 5co. in tertio/potentia irascibilis reperit in pte sensitiua q̄ habet organū circa cor/& ista potētia irascibilis habet ppriū actū. s. vindicare offendens q̄d vindicare vocat irasci: tūc dico q licet irascibilis ppie ptineat ad partem sensitiuā i volūtate: tn reperit aliqd simile potentie irascibili. Vñ volūtas pōt dici potentia irascibilis p q̄to ipa volūtas potest hre hūc actū: volo punire offendens: iō cōclusio nostra pricipalis est vera/q vindicare peccatū est actus volūtatis cuius est imperare impio ptinente ad potentiā irascibilem. Correlariū volūtas considerata vt irascibilis potentia habet hūc actū: scilicet vindicare peccatū a seipsa commissum. p cuius declaratiōe notādū q volūtas sine quacūq; distinctione in se nec reali nec formali vocatur appetitus concupiscibilis & irascibilis. Vnde vt est appetitus irascibilis conuenit sibi punire aliquid quod est impeditiuū alicuius boni: sed sic est q peccatum est impeditiuum boni nostri: scilicet glorie/ ideo volūtas volens punire peccatum quod est impeditiuum boni nostri dicitur appetitus irascibilis/ita q voluntas vt irascibilis habet vindicare/quod si vindicet offendētem sequitur delectatio/ si non vindicet sequitur ira/ideo vindicare est in appetitu irascibili. Sed appetitus concupiscibilis est qui obiecto statim apphenso tanq̄ conuenienti vel disconuenienti tendit super illud quod nature sue ē cōueniēs fugiēdo disconueniēs.

QVERITVR quis actꝰ est nobilior vel actus charitatis puta dilectio dei vel actus vindicādi peccatū. ¶Q̄ actꝰ vidicādi sit nobilior patet: qa ille actus ē nobilior mediāte quo volūtas imperat aliū actum: sed mediante actu vindicādi volūtas imperat actū charitatis: ergo actus vindicādi est nobilior: patet minor: nā volūtas volēs vindicare peccatū: ex hoc imperat sibiipsi vt amet/& dilīgat deū. ¶Pro solutione ponit talis ppositio: manifestū est q actus charitatis est nobilior q̄ actus vindicandi peccatū & simili ter illa virtus scilicet charitas est nobilior illa virtute que inclinat ad vindicandū peccatū. patet quia ille actus est nobilior q habet nobilius & pfectius obiectū: sed actus charitatis est huiusmodi: quia habet deum pro obiecto q̄ actus vindicādi peccatū: ergo. ¶Correlariū. penitētia nō est ita nobilis sicut charitas: aut sicut alia virtus theologica: immo nō est nobilior virtus inter virtutes q̄ sūt circa obiectū creatū. ¶Adargumētum quo probatur q actus penitēdi sit nobilior actu charitatis voluntas p se mediante actu penitēdi potest iperare dilectionem dei: ergo actus penitēdi est nobilior. nego illā: & ponit talis propositio. volūtas est ita potēs q mediantibus diuersis habitibus pōt uti seipsa quasi circulariter. declaratur sic. Volūtas mediante charitate potest pducere dilectionē dei: & habita dilectione dei potest ex hoc imperare: vt sequatur detestatio & vidicta peccati: similiter ediuerso ex actu vindicādi peccatū potest etiā volūtas imperare amorē dei. Ideo volūtas potest sibipsi imperare. q. circulariter. ¶Correlariū. virtutes dicunt sorores ex eo q volūtas habēs vnū actum virtutis mediāte illo imediate imperat actū alterius virtutis. ¶Correlariū. dato q cōcedam q mediāte actu vindicādi volūtas imperet dilectionē dei nō infertur ex hoc q actus vindicādi sit nobilior q̄ dilectio dei. ¶Notādū q charitas & iusticia punitiua sunt due virtutes: ideo tota difficultas est quomodo vna virtus potest inclinare ad aliā virtutem. Vnde aliquā virtutem inclinare ad actū alterius virtutis pōt itelligi duplicit. Vnomodo imediate & sic est falsum: quia virtus immediate inclinat ad actus tales ex quibus genita est. Aliomodo mediate scilicet mediāte actu suo & sic dicit doc. q aliqua virtus mediate potest iclinare ad actū virtutis alterius: immo ad actū alterius potētie scilicet itellectus vt velle detestari peccatū suum partialiter inclinat ad actum charitatis. i. partialiter potest concurrere ad actū charitatis. Displicentia enī pcti cōcurrit ad actū dilectiōis dei: immo etiā ad actū intellectus falsum & nō rectū. dicit doc. q humilitas que est in voluntate inclinat ad cautandū iudiciū q iste est melior me cum tamē sit oppositū cōmuniter/dicūt tamen aliqui q istud iudiciū quo iudico istū esse meliorē me nō prouenit ab humilitate sed ex quibusdā coniecturis & conditionibus quas apprehēdo in isto. Sicut ergo ista iusticia punitiua inclinat mediante actu suo ad actū charitatis: ita charitas etiā ad actū iusticie punitiue. hinc est q bonus homo nō diu manet i suo peccato. Ideo iste reciproce inclinant ad actus suos. Dices post q̄ reciproce inclinat ad actus suos que istarum erit nobilior & supior: Respōdet q nobilitas actuum & habituū cōmuniter accipitur secūdū nobilitatē obiecti & hoc secundum obiecta diuersa charitas de deo est: Iusticia de ipso peccato: ergo charitas ē nobilior iusticia. Vnde cōcludimus virtutē simpliciter esse nobiliorē alia que habet obiectum nobilius propter q̄d magis sibi cōuenit imperare: sed charitas habet obiectū nobilissimū puta finē vltimū scilicet deum ex quo sibi cōuenit imperare actus aliarū virtutū: ergo est nobilior. Ista regula posita declaratur per aliā regulā ciuilem/in potestatibus ordinatis habēs finē superiorē vtitur alijs habētibus finē inferiorem: vt princeps est in republica ad gubernādum totā

Duplicit mō vna ptꝰ inclinat ad actū alterius.

ppositio

Correla.

ppositio

aliud correlarium virtutes dicuntur sorores.

Nobilitas actuū pendet a nobilitate obiecti

Regula.

Regula ciuilis.

rempublicā prepositus Parisien. est ad gubernandū solum hāc ciuitatē Parisien. rex habet finē superiorē: & ideo debet vti prepositō tanq̄ subiecto suo qui habet finē inferiorē/ad propositū applicādo actus charitatis habet finē superiorem scilicet deū: ergo debet vti alijs actibus virtutum habentium finem inferiorem.

Recapitulatio. ¶SIC APPARET/his dictis de prio actu penitēdi scilicet velle vindicare peccatum Sco. recapitulat q̄ dicta sūt p ordinē dicēs q̄ velle vindicare peccatū est velle imperatiuū. Secūdo eius effectus est tristicia. Tertio illa tristicia causatur p aliqua instrumēta que sunt detestatio & apprehēsio peccati. Quarto obiectū illius velle vindicare est peccatū ipsum cōmissum. Quinto ille qui vindicat habet auctoritatē vindicandi a legislatore scilicet deo qui cuilibet concessit vt esset minister suij ipsius. Sexto talis vindicat propter finē. Vnde finis est vt lex adimpleatur & vlterius propter bonū cōmune & tādē propter ipm deū qui est legislator. Septimo iste actus est specialis virtutis scilicet iusticie punitiue existēs in volūtate quo ad partē siue vim irascibilē vel saltem quo ad aliquid correspondēs parti irascibili: ideo talis actus habet propriū subiectū scilicet volūtatē. Octauo iste actus non est tam nobilis sicut actus charitatis vel actus alterius virtutis theologice/& sic de prio actu penitentie/& oēs doctores loquentes de isto primo actu cōsentiūt Scoto. & dissentiūt ab illo in secūdo actu vt videbitur.

Secūda acceptio huius termini penitere. ¶DE SECVNDA SIGNIFICATIONE. Penitere secūdomodo est detestari seu odire peccatū a se cōmissum/& talis actus est actus virtutis. i. fit conformiter ad rectā rationem: sed cuius virtutis? Dicit Doc. q̄ nullius virtutis determinate: sed oīm indeterminate. Qd̄ aūt detestari peccatū a se cōmissum sit cōforme recte ratiōi. Patet: quia recta ratio dictat q̄ sicut cōplacēdum est in bono honesto: ita displicendū est de malo inhonesto. ergo recta ratio dictat peccatū esse detestādū & fugiēdū cū sit malū inhonestū/ergo est actus virtutis. Regula/ois virtus que inclinat ad delectādū in aliquo obiecto iclinat ad detestādū oppositū illi⁹ obiecti: vt castitas virginalis iclinat hoiem ad seruādū virginitatē. virginitas inclinabit ad detestādum oppositū illius virtutis scilicet verba impudica & actus venereos. ¶Cōtra. detestari obiectū qd̄ est oppositū obiecto qd̄ acceptaf̄ ē totaliter alius actus virtutis distinctus ab alio actu illius obiecti qd̄ acceptaf̄: ergo si prim⁹ est a bona virtute alius est ab oppositō: vt vōlo seruare virginitatē alius actus est ab illo quo nolo corrumpi/nolo audire verba inhonesta. ¶Pro solutiōe notādū q̄ qñcūq; sunt duo actus alterius & alterius obiecti nunq̄ possunt esse ab eadē virtute in specie: sed bene ab eadē in genere: & ideo hoc debet itellīgi in genere & scdm aliā & aliā speciem illius generis. ¶Dico vltra q̄ virtus etiā in specie q̄ inclinat ad acceptandū aliq̄d obiectū inclinat ad detestādū oppositū mediate scilicet mediāte actu suo vt virginitas inclinat ad actus virginitatis immediate: sed mediāte isto actu iclinabit ad actū alterius virtutis q̄ erit detestari oppositū virginitatis. Sīlr ga humilitas inclinat ad actū humilitatis etiā inclinat ad detestādū actū superbie oppositū actui humilitatis: & sic de q̄libet virtute. Ideo regula vera scilicet q̄ quecūq; virtus inclinat ad ꝓplacēdū de bono honesto etiā eadē virtus inclinat ad displicēdū de bono inhonesto oppositō illi bono honesto. ¶Exista regula sequit extra textū q̄ nō est incōueniēs q̄ eadē virtus incliet ad amorē & ad odiū: imo q̄libet inclinat ad amorē & ad odiū hoc tñ est respectu diuersorū. Ex quo iferf̄ q̄ detestari peccatū indifferēter ptinet ad quālibet virtutē supplē appetitiuā: ita q̄ nulli⁹ specialis sed cuiuscūq; appetitiue. ¶Contra. detestatio pcti bñ circūstātionata ē virtuosa/ergo alicuius determinate virtutis scilicet tēperantie/vel fortitudinis/vl iusticie. Dico q̄ nō est determinate virtutis qr nō daf̄ determinata virtus ad quā spectet ois talis detestatio. Nā nō oīs detestatio oīm peccatorū spectat ad tēperantiā. Nec ois ad fortitudinē. Nec ois ad iusticiā sed aliqua ad tēperātiā/aliqua ad fortitudinē/aliqua ad iusticiā. Nā vt dictū est: q̄cunq; virtus inclinat ad acceptādum aliq̄d obiectū inclinat cōsequēter ad refugiēdū obiectū ꝓtrariū. ergo tēperātia inclinat ad detestādum pcm̄ tēperātie ꝓtrariū scilicet actū intēperātie: & p ꝓns detestatio pcti intēperātie spectat ad tēperantiā. Sīlr cū iusticia inclinat ad actū iusticie inclinabit ad refugiēdum & detestādū actū iiusticie/ergo detestatio actus iniusticie spectat ad iusticiā: & sic dicēdū de fortitudie. ¶Resolutio ergo doc. est q̄ secundus actus penitētie ad nullā specialē virtutē spectat ad istū sensum q̄ sub nulla specialī virtute ꝓtinet ois detestatio peccati. Ex quo iferf̄ Scot⁹ q̄ male dicūt aliqui doc. q̄ detestatio peccati est actus alicuius speālis virtutis puta iusticie: sicut actus primus penitētie: imo dicit ꝓtra eos q̄ detestari pcm̄ est multo cōior actus q̄ velle vindicare pcm̄ quia ptinet ad quālibet virtutē. ¶Quantū ad hoc Durādus in .iij. q. de penitētia dicit Si penitētia scdomodo capta/puta p actu detestatiuo esset solū detestari pcm̄: qa diforme recte rōni/penitere nō ptinet ad aliquā specialē virtutē. Quia p vnū & eundē habitū placet vnicuiq; illud qd̄ est ꝓueniēs & displicet illud qd̄ est discōueniens: & iō cū ois virtus sit cōcors recte ratiōi p eā placet virtuoso quicquid est cōcors ratiōi & displicet quicquid discordat a recta ratiōe propter qd̄ scdm vnāquāq; virtutē displicet pcm̄ qd̄ est illi virtuti ꝓtrarium & vnaquecq; virtus sufficit ad hoc: vt pcm̄ cōtra eā cōmissum displiceat: sed quia penitētia de qua loquunf̄ theologi & sacra scriptura plus iportat videlicet displicētiā de peccato: quatenus est cōtra diuinum ꝓceptum & in eius iniuriā cum proposito satisfaciēdi & sub spe venie/quorū neutrū ptinet ad aliquam vnā virtutē pure moralē. Et hoc modo (dicit Durandus) spectat ad iusticiā detestari pcm̄ intēperātie vel timoris sub tali ratiōe ꝓdicta scilicet qa dei offensiuum &c. & nō spectat sub tali ratiōe ad tēperantiā. Ratio est. ois actus per quē reddit alteri qd̄ suū est/est actus iusticie: sed talis actus quo quis detestaf̄ luxuriā vel intēperantiā sub tali ratiōe: quia dei offensiuum cū spe venie &c. est huiusmodi/ergo est actus iusticie. & capitur hic iusticia nō pro speciali virtute sed pro iusticia legali. Nā ois actus qui fertur i obiectum sub ratiōe debiti spectat ad iusticiā legalē/& p hoc differt iusticia ab alijs virtutibus q̄ nō feruntf̄ in obiectum sub ratiōe debiti. Vnde dupliciter intelligit q̄ aliquis efficiatur debitor alteri. Vno modo quia ab altero iuste & voluntarie aliquid accepit puta vi mutui vel locatiōis &c. Alio modo quia ab alio aliquid iniuste & violēter abstulit. Item nos efficimur deo debitores dupliciter. Vno modo per hoc: qa aliquid a deo accepimus & reddītio huius debiti ptinet ad virtutē latrie per quā exhibemus deo debitum honorē in oblationibus sacrificijs & huiusmodi q actus latrie spectat ad iusticiā. Alio modo aliquis efficitur deo debitor ex eo q̄ cōtra deum peccauit & sic subtraxit ei debitam obedientiā/& quo ad hoc reddit deo debitā penitētiā/& argumentū Durādi tale est Sicut latria ratione bonorum dicit ad iusticiā spectare: quia ois virtus moralis q̄ ordinat hominē ad alterū in ratiōe debiti pertinet ad iusticiā: ita penitētia q̄ est virtus moralis: cum habeat actum humanum pro obiecto. Ordinat em̄ hominē ad alterum i ratione debiti: ergo ptinet ad virtutē iusticie ideo penitētia est virtus ad iusticiā spectās & nō ad quālibet virtutem. ¶Debassolis idem tenet & arguit sic cōtra Scotum. ¶Si penitētia secundomodo ad vnāquāq; virtutem spectaret/ergo esset aliquis actus penitētie secundo modo capte qui esset actus vindicatiuus. Patet cōsequētia: aliquis potest offendere deum per actum oppositū actui penitētie primomodo dicte/ergo si actus detestādi pertinet ad virtutem oppositam peccato pertinebit ad penitentiā pri-

Regula

Eadē virtus iclinat ad amorē & ad odiū

Durād⁹ & Scotū

De Bas.

momodo dictã/scilicet ad penitẽtiam vindicatiuã:quia per talem actum detestamur & istud est correlarium sequẽs ex doctore.

¶Quod autẽ aliquis possit offendere deũ per actum oppositũ virtuti penitentie primomodo dicte patet.Nã contingit aliquẽ nolle vindicare peccatum.i.nolle approximare causas in vindictam peccati.ergo si actus peccati pertinet ad virtutẽ cui opponitur:pertinebit ad penitẽtiam primomodo dictam. Secũdo Doc.habet concedere ꝙ penitentia secũdomodo immediate pertinet ad charitatem/patet: cõtingit aliquẽ peccare peccato opposito charitatis actui puta odire deum:ergo si talis actus penitẽtie secundomodo dicte pertineat ad eã virtutem cui opponitur vitium sequit ꝙ pertinebit ad charitatem:sed consequẽs est falsum:ergo &c.¶Diceret doc.ꝙ nõ est intelligẽdum ꝙ spectet immediate & proxime ad illam virtutem.Nam actus immediatus temperantie non est detestari vitium intẽperantie:sed amplecti temperantiam ipam sed mediate potest detestari.& ista duo argumenta tanꝝ duo correlaria ex dictis suis sequentia habet concedere doctor.

Quid penitere tertio modo

¶DE TERTIO QVOD EST GRAtanter/dicit doc.ꝙ penitentia tertiomodo est acceptio per quam voluntas acceptat illam tristiciã/hoc est penitere.tertiomodo est gratãter acceptare penam inflictam pro peccato/& talis actus est virtuosus:qa est conformis recte rationi/ergo est actus virtutis.Nam recta ratio dictat ꝙ ratione peccati cõmissi sufferenda est pena/& ꝗtũ ad hoc non est difficultas:sed cuius virtutis sit actus/ẽ difficultas.Dicit doc.ꝙ accepta re grataṅter penam inflictã pro peccato nõ est actus determinate virtutis:sed pertinet indifferenter ad quanlibet virtutem:ita ꝙ quelibet virtus inclinat ad gratenter acceptandum penam pro peccato cõmisso oppositto illi virtuti:ideo indifferẽter potest esse cuiuslibet virtutis actus. ¶Et pro declaratione supponendum est ꝙ quicquid potest esse principium acceptandi seu amãdi aliquod obiectum potest etiam eẽ principium acceptandi aliquid aliud in ordine ad illud obiectũ.hoc est/omnis virtus acceptãs aliquid potest acceptare aliud in ordine ad illud tanꝝ medium. ¶Hoc declaratur:nam si charitas inclinat ad amãdum deum etiam inclinabit ad acceptãdum media per que poterit habere dei amorem/& in illũ reduci/ siue illa media sint pena vel non vel aliquid huiusmodi. Similiter per spem inclinor ad amãdum bonũ vite eterne/etiam per illam inclinor ad acceptandũ aliquam penam que me faciat dispositũ ad vitam eternam habendã.Similiter si ex virtute timoris timeo penas inferni eadem virtute gratenter accipiam aliquam penã: vt non incidam in illam penam.Ad propositum redeuntes supponendum ergo ꝙ nũꝝ aliquis acceptat penam de per se:sed solũ propter aliud inꝗtum illud penale est conducens ad aliquod bonum consequẽdum Vnde nõ acceptatur potio amara nisi propter bonum sanitatis.Similiter cum tristicia de per se sit obiectum nobile/de per accidens aũt est obiectũ volitionis inꝗtũ acceptatur in ordine ad aliquod bonum. Et talis acceptatio tristicie indifferẽter potest esse cuiuslibet virtutis actus:patet:eiusdem virtutis ẽ acceptare obiectum & media ad illud obiectum consequendũ: sed per vnã quãꝙ virtutẽ potest acceptari aliquod bonũ per se & consequenter acceptari illa tristicia in ordine ad illud bonum acceptatũ per illam virtutem:ergo ad vnãquãꝙ virtutem spectat &c. Nã si aliquis ex actu charitatis qua diligit deum super omnia acceptet penam talis acceptatio spectat ad charitatem.Similiter si aliquis ex amore castitatis acceptet penam pro actu oppositto castitati/ talis actus spectat ad castitatẽ:quia talis pena nõ est per se acceptabilis:ideo spectat ad virtutem per quam acceptatur illud aliud ad quod refertur talis pena.sed acceptare penam potest esse cuiuslibet virtutis Nam quelibet virtus inclinat ad gratenter acceptandum aliquam penam pro peccato

pena nõ acceptat̃ de per se.

Regula.

commisso contra illam virtutem. Item inclinat ad detestandum malum oppositum sibi.

De Bassolis.

¶Debassolis dicit/ꝙ ratio Doct.non valet.quia ꝗis actus per quem acceptatur obiectum sit imperatus ab aliqua virtute: non sequitur tamen ꝙ sit ab illa elicitiue. Vnde per actum fortitudinis/ aliquando imperatur actus temperantie.& ex temperantia acceptatur aliquid/licet aliud obiectum acceptetur aliquando in ordine ad aliud obiectum/non sequitur ꝙ actusquo acceptat spectet ad illas virtutes elicitie: sed solum imperatiue/& per consequens doctor non dicit consequenter ad quam virtutẽ spectet talis acceptatio elicitiue.i.qualis sit illa virtus/ex qua causatur immediate talis actus. Et dicit Debassolis ꝙ talis actus spectat ad iusticiam.

Quid sit penitere 4.modo

¶DE QVARTO.PENITERE Quartomodo est patienter penam pro peccato commisso sufferre.& iste actus est actus patientie:ad quam spectat omne penale.Ideo est actus specialis virtutis. ¶Circa quatuor significationes predictas de penitere:de quibus dictum est ꝙ sunt actus virtuosi/solet moueri talis questio.¶Vtrum contingat excedere in nimis penitendo vt puta in nimis detestãdo peccatũ suũ/vel in nimis velle vindicare: ¶Si dicas/ꝙ nõ cõtingit excedere. ¶Contra.penitentia est virtus moralis:sed in qualibet virtute morali cõtingit reperire excessum/& defectum.ergo contingit excedere in penitẽdo.¶Respõdent aliqui/ ꝙ in penitendo seu detestando peccatum contingit excedere. vt puta ponendo casum / ꝙ aliquis nimis detestetur peccatum:& ex illa detestatione sequatur talis tristicia ꝙ tandem sequatur mors/ quo facto si ille detestaretur tam magna detestatione excederet in penitendo.ergo in detestando peccatum contingit excedere. ¶Et ex hoc posset trahi aliud argumentũ. ꝙ aliquis esset perplexus in via salutis/ ponatur ꝙ aliquis cõmisit multa peccata grauia/& dicatur ei a medicis si detesteris peccata tua ex illa sequetur tristicia/& tãdem ex illa tristicia sequeretur mors:illo posito quid debet talis agere. Si detestetur peccatum suũ:iam est occasio sue mortis. Si nõ detestetur/ & est in peccato mortali decedet cum peccato de quo non egit penitentiam.ergo videtur ꝙ ille sit perplexus.

Positio.

¶Respondetur per talem propositionem probabilẽ/ ꝗtumcũꝙ quis detestetur peccatum contra deum non peccat.immo detestatio ꝗto maior fuerit tanto melior/ & hoc permissum est in lege diuina/sicut patet ex multis passibus sacre scripture.Psal. Leuaui oculos meos in montes &c. Et cũ dicis. Ex illa magna detestatione sequitur mors. Dico ꝙ dato ꝙ ita esset: non sequitur ꝙ ille peccet. Vnde dispensatum est a deo facere aliqua:que sunt abbreuiatiua vite.& cũ dicebatur penitentia est virtus moralis:sed in omni virtute morali contingit excedere & deficere. ¶Respondetur ꝙ in virtute morali reperire excessum & defectũ:potest dupliciter intelligi.Vnomodo penes intentionem actus:& sic non est verum vniuersaliter. Aliomodo penes circũstantias & modum agendi: & hoc modo dico ꝙ contingit excedere & deficere.vt si quis detestando non faciat propter finem illum:propter quem debet facere:deficit in detestãdo.Contingit excedere si magis detestetur paruum peccatum ꝗ magnum: vel si magis detestetur de amissiõe alicuius boni temporalis/ꝗ spiritualis.

Detestatio pcti ꝗto maior tanto melior.

¶DE SECVNDO PRINCIPALI.IN primo articulo visum est ad quam virtutẽ spectabat actus penitere / secundum illos quatuor modos penitendi prius habitos. De primo actu nullus aduersatur quin sit actus iusticie.Secundus ad vnamquãꝙ virtutem appetitiuam secundum doctorẽ pertinet/secundum alios quia detestatio peccati non est solum:quia peccatum est contra rectam rationem:sed quia dei offensiuũ & sic secundum eos illa ratio specialis ponit eum in speciali virtute/ scilicet iusticia.

Tertius ad vnãquanꝙ pertinet imperate/ sed nõ elicite. Quartus vero ad patiẽtiam.

¶In hoc autem articulo determinatur/an penitere vt est actus virtutis requiratur ad delendum peccatum?

¶Primo notandum ꝙ dupliciter intelligitur actum esse alicuius virtutis. Vnomodo ꝙ sit a virtute elicitus: ita ꝙ prefuerit habitus virtutis partialiter concurrens ad illum actum producendum. Aliomodo ꝙ sit virtutis generatiuus: sicut actus generat habitus. Et Doctor nititur ostendere tria.

Pria positio. Primum ꝙ non requiritur actus penitendi ad delendum peccatum: prout est actus determinate virtutis. Quia dictũ est ꝙ quilibet illorum supradictorum sufficit. Nam penitere primomodo est actus iusticie punitiue. Et penitere secundomodo est indifferenter actus cuiuslibet virtutis. Similiter tertiomodo est actus cuiuslibet virtutis. Et quartomodo ẽ actus patiẽtie. Et quodlibet istorum sufficit ad delendum peccatum. ergo penitere (vt est actus determinate virtutis) nõ requiritur ad delendum peccatum/puta vt est actus iusticie vel patientie.

2. positũ ¶Secundum dictum / non requiritur actus penitẽdi prout est actus alicuius virtutis/siue istius vel illius/hoc est prout est actus a virtute genitus. non oportet quod penitere quod debet eẽ deletiuum peccati producatur effectiue ab habitu virtutis. Patet: actus eque perfectus & eque circunstantionatus omnibus circũstantijs requisitis equaliter acceptatur a deo/& est sufficiens ad remissionem peccati sicut alter sibi consimilis: sed est possibile ante quencũqꝫ habitum genitum virtuosum voluntatem elicere actum detestatiuum peccati equaliter circunstantionatum. Et cum tali & tanto conatu sicut actus procedens ab habitu virtutis: ergo si talis actus sequẽs habitum sit sufficiens ad deletionem peccati / ita & precedẽs. ergo non requiritur/relinquitur ergo secundum dictum verum.

¶CIRCA TEXTVM queritur. vtrum possibile sit ꝙ actus non productus a virtute/sit eque intẽsus sicut actus productus a virtute? Respondetur ꝙ non est dubium immo vitiosus potest producere actũ virtutis ita intensum sicut ille qui habet habitum virtutis. Et hoc propter maiorem conatum. Tamen dico cum ceteris paribus id est cum equali conatu perfectiorem actum producit habens habitum virtutis q̃ non habens.

3ª ppõ. ¶Tertium dictum in quo iacet tota difficultas articuli / an requiratur ꝙ talis actus requisitus ad delendum peccatum sit informis vel formatus gratia.

¶Pro solutione notãdum ꝙ de hoc sunt controuersie: sed est notandum ex Doctore/ꝙ aliquem actum requiri ad deletionẽ peccati dupliciter intelligitur. Vnomodo vt dispositio preuia precedẽs remissionem peccati. Secundomodo vt dispositio concomitans id est simul existens cum remissione peccati. Primomodo illa dispositio vocatur attritio. Secundomodo vocatur contritio. Secundo supponendum est ꝙ actum non habere omnes circunstãtias requisitas duplicer intelligitur. Vnomodo quia talis actus habet vnam circunstantiam malam oppositam circũstantie bone quam deberet habere. Secundomodo ꝙ licet non habeat circunstantiam oppositam illi bone: tamen illam bonã non habet propter inaduertentiam intellectus aut negligentiam voluntatis. & sic sortes potest detestari peccata dupliciter. Vnomodo quia detestando habet circunstantiam oppositam bone circunstãtie puta quia refert illã detestationem vltimate in aliquod creatũ/ puta in vanam gloriam. Et deberet referre vltimate in deum. Talis relatio in finẽ creatum repugnat remissioni peccati. Aliomodo quia nõ habet omnes bonas circunstantias requisitas non propter hoc ꝙ habeat oppositam malam: sed quia vnam bonam non posuit positiue: puta quia intellectus non aduertit vel si aduertit adest negligentia voluntatis. Primomodo actus non bene circunstantionatus non est sufficiẽs ad deletionẽ peccati. Patet: quia talis actus est malus/patet omnis actus habens circũstantiam malã necessario est malus in sensu cõposito: ideo talis actus nõ disponit ad gratiam: sed de secundomodo est difficultas an sufficiat. Nam actus carens aliqua circunstantia aliquando nõ est malus: immo aliquando est indifferens. Verum probabilius & verisimilius est dicere ꝙ requiritur ꝙ talis actus habeat omnes circunstantias requisitas ad actum bonum moralem & non sufficit ꝙ non sit male circunstantionatus positiue.

Duplicit intelligit ꝙ actꝰ requiratur ad deletionem pec.

¶Hoc supposito videndum est de isto actu preuio & de concomitante/ quia requiritur vna dispositio preuia ad infusionem gratie. Patet: quia alias deus esset acceptator personarum isti infundendo gratiam & non alteri & nichilominus iste cui infunderet nõ haberet dispositionem sicut nec alter cui non infunderet: sed consequens est falsum. ergo de lege necessario requiritur aliqua dispositio preuia ad infusionem gratie & delectionẽ peccati. Et hoc est contra Dionysium qui tenet oppositum vt postea dicetur. Nam dicit ꝙ gratia precedit natura illum actũ qui est cõtritio & qui requiritur ad delectionẽ peccati: qa talis effectus dicit (Dionysius) causatur a charitate. ergo talis est prior natura/cum omnis causa natura sit prior suo effectu. Sed secundum Scotum requiritur dispositio preuia bene circunstantionata omnibus circunstantijs requisitis ad bonitatem moralem. Vtrum requiratur ꝙ talis dispositio precedat tempore vel natura ita ꝙ illa posita in primo instanti elicitionis causet gratiam & remittatur peccatum. nichilominus talis dispositio est natura preuia ad illam remissionem peccati q̃is non tempore prior. Et tota difficultas articuli iacet in hoc puncto.

an peccati detestatio precedat tẽpore gratiã

Opi. sco. ¶Dicit doctor resolutorie ꝙ requiritur ꝙ sit prior tempore. vt sit sortes qui peccauit recogitat peccatum suum tanq̃ dei offensiuum & tanq̃ demeritorium pene eterne. Ita recogitando potest secundum quãcunqꝫ istarum rationum detestari peccatum. volo ꝙ detestetur: quia dei offensiuum & propter deum/q̃cito ista detestatio ponitur non ponitur gratia: sed requiritur certa tẽporis ꝓtinuatio in cuius instãti termi natiuo deus infundit gratiã. Et i illo toto tempore precedente vocatur attritio. Et in instanti terminante illud tempus vocatur contritio. Et sic attritio & cõtritio non distinguũt specie: quia eadem dispositio que prius erat attritio / efficitur contritio. sed differunt solum penes cõnotata/sicut quãdo aliquis baptisatur nõ est i gratia: sed in instanti terminãte iam est primo in gratia Ita dicendum est de continuatione actus/ qui dicitur attritio ꝙ in instanti terminante tempus illius continuationis dicitur seu efficitur contritio.

Resolũ. ¶RESOLVTIO ERGO DOCTORIS est: ꝙ ad detestationem esse contritionem requiritur certa temporis continuatio ex parte penitentis/hoc est anteq̃ remittatur peccatum & infundatur gratia requiritur prevuia dispositio penitentis: non solum natura precedẽs sed tempore. requiritur etiã certa intentio actus: ita ꝙ continuatio longior debet supplere intentionem actus qui deficit & maior intẽtio actus supplet minorem continuationem.

Opinio Ocham/ Dionysij Ade/et gabrielis cõtra sco. ¶Aliter dicũt alij: vt Occam/Dionysius/ Adã & Gabriel/post eos: ꝙ si sit aliqua detestatio q̃tumcũqꝫ remissa gradualiter (dũ modo sit circunstantionata omnibus circunstantijs requisitis & precipue finis) talis sufficit ad remissionem peccati: ita ꝙ q̃cito recogitat peccata & detestatur illa propter deum: licet remisse in illo instãti cõfertur gratia & remittitur peccatũ. Et est magna apparẽtia pro ista opinione sicut dicit Gabriel: quia nõ habetur passus in scriptura quod requiratur certa temporis continuatio. ideo ea facilitate contemnitur qua approbatur. Si requiratur certa temporis

continuatio/homo obligatur non solum vt conteratur: verum etiam vt atteratur: ergo ex sacris litteris hoc potest elici. Quia ad nihil obligamur: nisi ex sacris litteris cõtineatur vel ex illis deducatur. Certa est hec consequentia: Sortes peccat/& iure diuino obligatur ad certam temporis continuationem: ergo ex sacris litteris potest haberi quod est obligatus ad illam. Consequentia tenet: quia totum ius diuinum est scriptum in sacro canone. sunt pro ista opinione auctoritates/quacunq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum non recordabor: ibidem capitur hora indifferenter pro quocunq; tempore vel momento. Item deus est pronior ad miserandum & parcendum q̃ ad vindicãdum: sed quecunq; transgressio libera/sequens plenum dictamen: quãtumcunq; remissa fuerit/est peccatum mortale/& sufficit ad ablationem gratie: ergo per oppositum quecunq; detestatio quantumcunq; remissa & parum continuata bene circunstantionata: est sufficiẽs ad deletionem peccati. hoc patet. ysaye decimooctauo. Si auersus fuerit peccator ab iniquitate sua vita viuet & non morietur/non dicit/si multum intense auersus fuerit. igitur &c. ¶Resolutio ergo huius opinionis est q̃ non requirit certa itẽtio aut certa tẽporis ꝓtinuatio.

Resolu

Solutio Scoti.

¶Diceret Scotus ad istas obiectiones. Primo ad primam q̃ licet nõ habeatur expresse in sacris litteris q̃ requiratur certa temporis continuatio tamen apparẽter habetur ex auctoritate quacunque hora ingemuerit peccator q̃ requiritur aliqualis cõtinuatio & duratio temporis. Et ibidem capitur hora pro tempore alicuius certe durationis: ideo quãuis non habeatur ex litteris q̃ requiratur tantum vel tãtum temporis/habetur tamen quod requiritur aliquantulum temporis quãuis illud sit nobis ignotũ. Dico ergo ad hoc in sequẽdo doctorẽ q̃ nõ est notũ quãta continuatio requiraf. Ponaf q̃ requiraf vnius dimidie hore ꝓtinuatio gratia exẽpli. Et Sortes per totũ illud tẽpus cõtinuet talẽ detestationẽ nihilominus i instãti terminãte illã desistet ab illa in quo qdẽ instãti debet infundi gratia. Et hoc potest fieri: quia habet libertatem etiam cõtrarietatis pro instanti: immo potest in instanti elicere complacẽtiam in peccatũ. Vtrũ tũc infundatur gratia sorti.

¶Primo dicit doctor si in tali instanti ponat obicem per positionem actus mortalis non infunditur ei gratia/quãuis meruerit q̃ infundatur sibi. Verũtamen quia ponit obicem nõ infundit sibi sicut nec adulto qui baptisatur ponẽti obicem. Diceret aliquis q̃ nõ potest ponere obicẽ: quia iã meruit vt in illo instãti detur sibi gra. Sed hoc nihil valet dicit doctor: quia q̃is nõ possit quis in instãti p̃miationis post meritũ de cõdigno ponere obicẽ: tñ qa meruit de cõgruo põt ponere obicẽ in illo instãti in quo recipet terminũ mereri de cõgruo si nõ esset obex. et ex hoc patet qd sit dicẽdũ. gruo. ¶Et difficultas ex hoc puenit: nã ille talis nunq̃ habuit contritionem: immo quencunq; actum quem habet: habuit in peccato mortali. ergo non videtur quod infundatur ei gratia. Sed quod remittatur illi/patet: quia habuit sufficiens meritum de congruo seu dispositionem ad deletionem peccati. ergo illi debet remitti peccatum. ¶Ponit Doctor duos modos dicendi. Primus dicit quod in tali casu infunditur ei gratia. Et sic infunditur gratia ei qui nunq̃ est necfuit contritus: quia si non cõtinuet pro instãti non est contritus. nunq̃ enim fuit contritus: quia nunq̃ habuit displicentiam de peccatis cum gratia. Ideo secũdũ hũc modũ dicẽdi alicui infundit gratia post peccatũ qui nec est necfuit ꝓtritus.

¶Aliter potest dici q̃ non infunditur nisi pro tali instanti continuet illam detestationem. Et sic diceret Doctor.

¶Preterea sunt argumenta contra opinionem doctoris. Dicit enim doctor/q̃ anteq̃ remittatur peccatum requiritur certa intensio actus & certa temporis continuatio: ita q̃ si minor intentio sit/requiritur maior temporis continuatio/si maior intẽsio sit: sufficit minor temporis continuatio.

argumen ꝫ Scotiꝫ

Contra/ergo nõ potest alicui remitti peccatum/vel infundi gratia pro actu detestatiuo peccati quantuncunq; intenso & bene circunstantionato in instanti pro elicitione talis detestationis instantanee. Patet consequentia: & arguitur sic. sit ita q̃ requiratur pro detestatione intensa vt quatuor/continuatio per dimidiam horam: ergo pro detestatione vt octo: sufficit continuatio per quartam partem hore: quia quanto est intentior sufficit minor continuatio: ergo pro dupla intentione requiritur & sufficit subdupla continuatio: ergo pro intẽsione/vt decimosexto requirit continuatio vnius quarte partis ad subduplam dimidiam horam. ergo pro instantanea elicitiõe requireretur infinita intensio: quam non potest habere homo. ergo pro nulla instantanea elicitione potest de lege remitti peccatum/& cõferri gratia: sed hoc est falsum. ¶Patet sic. Sortes qui recogitat peccatum preteritum & ex toto conatu in hoc instanti elicit detestationem peccati propter deum/talis in hoc instanti facit quicquid & quod in se est: ergo deus in tali instãti nõ denegat ei gratiam: ergo sortes pro instantanea elicitione consequitur gratiam & remissionem peccati.

¶Item si Sortes ex toto conatu faciẽs quicquid sibi possibile est non consequeretur remissionem peccati in instanti sequeref q̃ viator habens plenum vsum rationis esset effectus impotens de lege ad remissionem peccatorum habendam. Patet. est possibile q̃ secundum causas naturales non possit viuere nisi per dimidiam horam: & ponatur q̃ illa non sufficiat ad continuandũ detestationem peccatorum suorum/cum ex casu est impotens ad viuendum vltra illud tempus quod non sufficit: ergo est extra statum salutis totaliter: hoc est absurdum. ergo & illud ex quo sequitur. ¶Ad hoc dico q̃ doctor habet illum casum concedere tanq̃ correlarium sequens ex dictis eius. Et ad aliud argumentum cum arguebatur Sortes in instanti facit quod in se est ad remittendum peccatum: sequitur q̃ remittitur ei peccatum in tali instanti.

Solutiõ argumenti contra Scotum.

¶Dico q̃ doctor habet hoc negare: & datur simile. Sortes existens in peccato non potest subito in hoc instanti facere indagi nem ad recordationem sufficientem suorum peccatorum: sed requiritur certum tempus: tunc capio minimum tempus in quo potest: in medietate illius temporis faciendo quicquid in se est non consequitur remissionem peccatorum: ergo non sequitur. iste facit quicquid potest pro hoc tempore: ergo remittitur ei peccatum.

Sed bene sequitur facit quicquid in se est: & continuat tantum quantum deus ordinauit continuare illam detestationem: ergo consequitur remissionem peccatorum.

¶Quantum ad aliam replicam qua infertur. ergo est possibile q̃ Sortes in via sit ita dispositus: q̃ pro tempore quo potest naturaliter viuere id est secũdum causas naturales non potest vltra (nisi cum misericordia dei & preter legem) non potest cõsequi remissionem peccati/concedo & hoc habent concedere ferme omnes doctores. Nam dicunt q̃ actus in instanti elicitus de necessitate continuatur per tempus: sit sortes eliciens actum in instanti quo vult furari: post illud necessario continuatur. & si tempus continuationis sit adequatum tempus vite sue secundum causas naturales: non potest consequi remissionem peccati: & sic Sortes est ita dispositus q̃ per totum tempus vite sue non potest penitere: quia necessario continuat necessitate nature: ergo istud correlarium est verum scilicet q̃ aliquis in via esset taliter dispositus ex communi cursu & lege: q̃ non posset conseq remissionẽ pcti: & hoc videf nõ eẽ magnũ incõueniẽs. Nã incurrẽs demẽtiã

ex culpa: & existens in mortali / non potest penitere in tali statu.

¶Et sic secundum doctores ad hoc vt detestatio peccati (que est precipuus actus penitentie & de illo hic loquimur) sit sufficiens: requiritur certa temporis cõtinuatio. Et q breuiter doctor habet concedere/ q nulla instantanea detestatio q̃tũcunq; fuerit intensa est sufficiens ad deletionem peccati: sed requiritur per tẽpus continuatio. & consequenter habet dicere: q si intentio actus sit maior. i. cũ maiori conatu elicita/ sufficit per breuius tempus cõtinuatio. & ista est resolutio eius/ q anteq̃ remittatur peccatum & infundatur gratia: requiritur ex parte penitentis aliqua preuia dispositio non solum natura precedens: sed tempore. ¶Iam restat declarare modũ dicendi aliorũ: scilicet Ade/Gabrielis/ ceterorũq; stat in duobus. Primum ad infusionẽ gratie/ siue ad remissionem peccati/ requiritur aliqua dispositio preuia: nõ tempore/ sed natura. ¶Secundum dictum. Detestatio peccati bene circunstantionata omnibus circunstantijs requisitis q̃tuncunq; fuerit gradualiter remissa est sufficiens. In primo dicto stat opinio eorum. Et ratio illorum est: quia q̃cito homo auertitur a peccato/ & conuertitur ad deum: deus ita cito conuertitur ad hominem. ergo in auersione a peccato: que est detestatio & in conuersione ad deum: que est circunstantia finalis illius conuersionis: licet exigatur illa dispositio non tamen tempore post quã ita cito deus cõuertitur ad peccatorẽ q̃cito peccator auertitur a suo peccato. Vñ deũ se conuertere ad peccatorem est infundere gratiã & remittere peccatum. Vltra dicunt q detestatio peccati bene circũstantiõata est sufficiens: ita q non requiritur certa intentio. Et motiuum precipuum est quod assumebamus contra Scotum. Deus eo q in preceptis suis non specificauit gradum ad quẽ velit nos obligare: vt in precepto de dilectione/ non specificauit in quot gradu dilectionis diligeremus: sufficit illa adimplere in aliquo gradu etiam q̃tuncunq; minimo: qa q̃tuncunq; paruus gradus est sufficiens. ¶Obligatio enim non cadit super gradus/ siue non fertur super intentionem graduum. Deus enim solum dicit penitentiam agite: & non dicit intensam vel remissam agite: vel gradualiter multum intensam. Sequitur ergo q non cadit obligatio super gradum: sed solum super penitentiam in qualicunq; gradu fuerit. Et vltra: si non cadit obligatio super gradum / ergo quantũcunq; paruus gradus erit sufficies ad remissionem peccati / ideo relinquitur secundum dictum verum. Et maior pars doctorum hoc dicit videlicet q illa preuia dispositio est detestatio peccati: sed non requiritur certus gradus in ea dũmodo sit bene circunstantionata talis est sufficiens.

¶Aliqui dixerunt vt Broardinus in summa sua. Et Dyonisius in quarto/ q ex parte penitentis non requiritur actus positiuus preuius natura tanq̃ dispositio natura precedens infusionem gratie: licet bene requiratur tanq̃ preuium natura quod non ponat obicem: sed nõ requiritur actus positiuus preuius natura. Et in sua tertia conclusione expresse dicit q altera opinio erat error Pelagianorum. Vult igitur dicere Broardinus q nunq̃ homo potest benegere moraliter nisi ex gratia: ita q nullus est actus moraliter bonus nisi sit partialiter causatus ab ipsa gratia. Ideo dicit Dyonisius in quarto. in quarta conclusione de penitentia/ q omnis detestatio sufficiens ad remissionem peccati causatur partialiter a gratia: ergo est posterior natura & nõ prior: sed hoc alias a nobis impugnatum est in materia de charitate. Et ista opinio non bene se conformat sacris litteris. Habetur enim Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. ergo illud conuerti ex parte peccatorum ad deum est prius natura q̃ deum conuerti ad peccatorem per infusionem gratie. Ex illa auctoritate

opinio cõtraria opinioni sco ti.

prima propositio.

2. pro.

quid deũ se ad peccatorẽ cõuertere.

Broardinus.

videtur manifeste sequi q peccatorẽ conuerti ad deum est vna dispositio necessario preuia ad hoc q deus puertatur ad pctõrẽ. Vnde non dicit auctoritas: conuertar ad vos: & conuertimini ad me. Igitur videtur q requiratur dispositio preuia necessario. ¶Item sit sortes cui iam occurrunt sua peccata memorie: tunc ad hoc q remittantur illi. Vel requiritur q nullum actum eliciat vel q eliciat actum bonum. Si dicas q nõ requirit q eliciat actũ sed sufficit q nõ habeat oppositum. ergo tunc remittunt sine actu bono voluntatis quod nemo diceret. Si dicas q vltra talem cognitionem peccatorum requiritur q eliciat actum voluntatis. Tunc sequitur manifeste q ille actus requiritur tanq̃ dispositio preuia: & meritũ de congruo ad hoc q remittantur. Et hoc argumentum manifeste concludit q opinio Dyonisij nichil valet. & inter omnes opiniones secunda videtur probabilior.

Difficultates cõtra scdas opiniones.

¶Sed circa modum dicendi illius secunde opinionis sunt difficultates. Nam dicit illa opinio/ q requiritur dispositio preuia non necessario precedens tempore: sed natura. ita q in instanti in quo Sortes habet memoriam peccatorum / si detestetur peccatum propter deum in eodem instanti infunditur gratia q̃is talis gratia sit posterior natura q̃ ista detestatio. Queritur modo vtrum talis detestatio sit meritoria vite eterne? Et videtur q sic/ quia talis detestatio est actus bonus bene circũstantionatus/ & elicitur ab habente gratiam: quia talis habet gratiam in illo instãti. ergo videtur q pro tali instanti sit actus meritorius vite eterne.

¶Queritur ergo an illa detestatio sit meritoria alicuius gradus glorie preter gloriã/ que debetur gratie que sibi infunditur?

¶Respondet Hybernicus / & Gabriel q non: quia quãuis eliciatur ab habente gratiam/ tamẽ non elicitur ex gratia. Nam ad actum meritorium: non sufficit q eliciatur ab habente gratiam: quia tunc actus indifferens elicitus ab habente gratiam esset meritorius: sed requiritur q eliciatur ab habẽte gratiam/ & ex gratia. Nam si talis actus eliceretur a gratia/ esset actus gratie. & per consequẽs esset posterior gratia. Vnde dicit Gabriel / q continuatio illius actus sequens erit meritoria vite eterne: sed non elicitio. Vnde ista consequentia non valet. Iste actus ẽ moraliter bonus/ & elicit ab habente gratiam. ergo est meritorius vite eterne. Ideo apparet michi opinio Hybernici probabilior que stat in duobus dictis. Primũ: q nullus actus requisitus ad remissionem peccati est meritorius vite eterne. quia nullus talis est a gratia. Secũdum/ aliquis talis. i. similis est meritorius vite eterne. quia elicitur ab habẽte gratiã/ & ex gratia. Secundum quod occurrit est argumentum precipuum Broardini quod tale est. Sortes elicit detestationẽ intensam vt quatuor: dimidietas illius est sufficiens ad remissionem peccati/ & infusionem gratie. ergo talis dimidietas est sufficiens ad commutationem pene eterne in temporalem. ergo altera dimidietas illius detestationis a fortiori erit sufficiens ad tollendam omnem penam temporalẽ que restat pro peccato soluendam: & sic nunq̃ remittitur peccatum in aliquo quin tollatur omnis obligatio ad quancunq; penam etiam temporalem. Patet/ quia ex illa opinione nõ potest auferri peccatum quin eliciatur detestatio peccati bene circũstãtionata. ergo erit alicuius certe intentionis. Tunc arguitur sic cũ talis detestatio sit aliqualiter intẽsa habet duas partes graduales/ & vna illarum est sufficiens ad cõmutãdum penam eternam in temporalem. & per consequẽs ad remittendum penam infinitam a parte post/ ergo a fortiori relíqua tollet omnẽ penã q̃ restat. Negat pnia sicut dicit Adã soluẽdo hoc argumẽtum qa argumẽtum bene concluderet si remitteretur virtute solius detestationis preuie tanq̃ meritũ de cõdigno: sed ad remittẽdum peccatũ magis

Argumẽtũ broardini.

Solutio argumenti Broardini.

concurrit meritum Christi. Ideo est maior misericordia q̄ in relaxatione pene que remanet soluenda. sed per hoc q̄ opinio dicit q̄ qualiscūq; dispositio preuia est sufficiēs vt isti applicet meritū xpi passiōis/nō sequitur q̄ sit sufficiens ad totalem penam aufferendā: quia deus ita ordinauit de vno & non de altero. Nam si qualiscunq; detestatio esset meritoria de cōdigno/& ex merito proprio/concluderet argumentum q̄ nunq; remitteretur peccatum/quin auferretur obligatio ad quancunq; penam: sed per hoc q̄ est dispositio non sequitur. ergo est dispositio sufficiens: vt applicetur meritum Christi ad totalem penam aufferendam. Ideo argumētum non concludit.

¶Ex isto modo dicendi sequitur q̄ ad remissionem grauioris peccati non requiritur maior detestatio/patet quecunq; sufficit dum modo sit bene circunstantionata/ bene verum est tamen q̄ ad totalem abolitionem pene & culpe requiritur maior: sed vt remittatur grauius peccatum q̄tum ad culpam id est reatum ad penam eternam/ non requiritur maior detestatio. ¶Consequenter querit doctor quis inter hos quatuor actus penitentie est magis sufficiens & perfectus: ¶Respondet q̄ secundum q̄ elicitur a maiori & perfectiori virtute/ideo si primus actus eliciatur ex sola iusticia/ & secundus ex charitate: secundus erit perfectior. Si secundus eliciatur ex sola castitate & primus ex iusticia: primus erit perfectior Ideo sic comparando facile est videre quis illorum est perfectior.

Ad argumenta. ¶AD ARGVMENTA. Arguitur primo q̄ actus requisitus ad delendum peccatum non sit actus virtuosus. Patet sic/nullus per passiones laudatur vel vituperatur sed penitere est passio: quia tristicia. Nego immo tristicia nō est penitētia/quia penitentia est pene tenentia: & tristicia est ipsamet pena. Ideo tristicia non tenet penam. ergo non est penitentia. Igitur. sed ipsa tristicia est effectus penitentie vel obiectum secundum diuersitatem actuum: vt dictum est in primo articulo.

2m argu. ¶SECVNDO arguit/actus penitētie est virtuosus/q̄a electiuus: sed penitētia est in uolūtaria. nullū em̄ penale est volūtariū. Verū est volitione sequente affectionē cōmodi. ¶Itē virtutes fuissent in statu innocentie & remanebunt in patria: sed penitētia non fuisset in tali statu/ nec remanebit in patria: nam in statu innocentie nullum fuisset peccatum/ergo nec necessaria fuisset penitentia. ¶Nec in patria/quia in patria nulla erit pena.

ad 3m argumēt. ¶HOC ARGVMENTVM QVERIT vtrum in patria possit esse penitentia? ¶Dico q̄ sic/q̄tum ad habitus: vnde habitus non habent actus contrarios in patria/ideo non possunt corrumpi/& per consequens semper manebunt. Sed in patria non est penitentia (capiendo penitentiam pro vltimo actu penitentie: q̄ est actus tollerandi tristiciam) cum ibi nulla sit tristicia. nec erit penitētia pro tertio actu scilicet acceptione volūtaria tristicie: sed bene erit penitentia pro actu penitendi secundomodo puta pro detestatione. Nam sanctus cogitans se peccasse/potest habere illum actū quo nollet se peccasse: sed ad illum non sequitur tristicia cuius est naturaliter causatiuus/quia ibi est vehementissimum gaudium quod expellit tristiciam/non solum contrariam: sed etiam contingentem: vt dicit Aristoteles. Non sequitur iste actus non est in patria: ergo nec in via est virtus. Nam elemosyna/comedere/bibere/patiē/tia nō essent actus virtuosi in via: quod est falsum. quia tales non erunt in patria.

Regula. ¶De statu innocentie/dico q̄ penitentia nec patiētia fuissent pro q̄to obiecta illarū virtutum repugnant illi statui: scilicet aduersum & peccatum. Nam si obiectum alicuius virtutis repugnat alicui statui: etiam actus illius virtutis repugnabit illi. Ideo illevirtutes supradicte non fuissent q̄tum ad habitus pro q̄to obiectū illarum repugnat

tali statui innocentie. Item penitentia non est actus virtutis: patet quia esset actus electiuus: sed hoc est falsum/patet primo. nō est velle quia est respectu mali/secundo nō est nolle/quia tunc non esset electio. Nam electio non est respectu impossibilis. quia non peccasse est impossibile: ergo actualis penitentia nō est actus electiuus.

Electio duplicit capitur. ¶Pro solutione dico q̄ electio capitur dupliciter. Vnomodo vt est libera volitio aut nolitio alicuius/& istomodo est respectu finis: & sic dilectio dei super omnia esset electio. Aliomodo capitur vt est duorum mediorū ad vnū finē propositorū vnius pre altero acceptatio: & sic cepit aristoteles/& hoc modo nō oportet q̄ omnis actus virtutis sit electio istomodo: quia secūdomodo capiendo est tantūmodo respectu futurorū: ideo dico q̄ penitentia est electio primomodo & large capiēdo. Vltimo arguitur/vel talis actus pertinet ad virtutē theologam vel humanam. Dico q̄ si habeat tā tūmodo peccatum pro obiecto/hoc est si detestatio causata ex amore dei habeat tantūmodo peccatū pro obiecto est pure humana: quia habet obiectum pure humanū sed si teneamus q̄ habeat deum & peccatū pro obiecto: vt detestari peccatū propter deum vnico actu & eodem partim erit humana ratione vnius obiecti/& partim erit theologica ratiōe alterius obiecti. Alij dicunt q̄ solum est humana: quia ratio virtutis attenditur non penes finem: sed solum penes obiectum propinquum/sed hoc est ad nomen & vtrum q̄ potest probabiliter defensari.

¶Distinctionis. XIIII.
Questio Tertia.

TERTIA QVEstio. Visum est in q̄stionibus p̄cedētibus quomodo penitentia sit necessaria ad deletionē peccati: & quo modo penitētia actualis non est nisi pene tenētia & virtus mediāte qua infligitur pena pro peccato dicitur penitentia. Querit cōsequēter post q̄ peccator propter peccatum infligit sibi penam vtrum infligat sibi vnicam penam solūmodo? Et arguitur q̄ sic: quia nō infligitur pena nisi ad reordinationem culpe: sed sicut culpa est vnica deordinatio ergo debet esse vnica reordinatio: & p consequens vnica pena. ¶In oppositū arguit tribus auctoritatibus q̄ multiplices pene sunt inferende. prima Joelis tertio. Scindite corda vestra & non vestimenta: ostenditur q̄ penitentia infert tristiciam. & Iacobi primo. Confitemini alterutrum &c. Infligitur alia pena que est erubescentia in confessione. Et Matthei tertio. Facite dignos fructus penitentie. i. ieiunate/orate/elemosynā date alia opera penalia facite: ergo penitentia infligit non solum vnam penam: sed diuersas. ¶Doctor i ista questione que facilis est preponit vnū notabile quod est tale. vnaquecq; virtus i affectu de necessitate exigit suā regulam in intellectu. Ex quo sequit q̄ nullus est actus virtutis in affectu nisi quia conformis dictamini recto/quod quidem dictamē est iudicium in intellectu de aliquo faciendo vel fugiēdo & illud iudicium in intellectu vocatur regula illius actus qui est in affectione seu voluntate: qa per conformitatem ad illud dictamē rectū actus dicitur regulatus & cōformis: & per difformitatem dicitur malus & difformis recte rationi. hoc supposito. Notandum q̄ duplex est regula actus virtutis in intellectu. Quedam est regula i intellectu regulans actum affectus ad quam intellectus ex lumine naturali pertingere p̄t est. Et est quedam ad quam intellectus lumine naturali pertingere non potest: sed solum ex reuelatione diuina. Nā sicut sunt alique propositiones speculatiue ad quarum cognitionem intellectus lumine naturali pertingere nō potest: vt intellectus lumine naturali sibi indito nō potest pertingere ad cognitionem huius propositionis deus est trinus & vnus. Alique vero sunt ad quarū cognitionem intellectus lumine suo natu-

Regula.

Duplex est regla actus virtutis.

rali indito pertingere potest: vt sunt propositiones geometrice/phisice/logice:&c. Eodemodo in agibilibus sunt quedã propositiones practice ad quarum cognitionem & intellectionẽ intellectus lumine naturali ptingere potest: vt sunt propositiones de iure naturali: vt non facias alijs que tibi fieri non vis/non mechaberis/nõ furtum facies. Alique vero sunt ad quarũ noticiam intellectus lumine suo naturali pertingere non potest: sed tantũmodo ex reuelatione diuina: vt est ista: omnia temporalia propter Christum sunt relinquẽda. Intellectus dũtaxat peruenit ad cognitionem illius ex reuelatione diuina: quia nõ est notũ lumine naturali ꝙ omnia sunt relinquẽda propter Christum. Iam ergo habemus duo. Primum est: nulla est virtus in affectu quin habeat regulam in intellectu. Secundum est/duplex est regula in intellectu regulans affectionem. Quedam est ad cuius cognitionẽ intellectus lumine naturali peuenire potest/& quedã ad cuius cognitionem solum potest peruenire mediãte reuelatione diuina & non lumine proprio naturali. ¶ Preterea penitentia dupliciter cõsiderari potest. Vnomodo potest considerari: vt est cõformis alicui dictamini recto intellectus siue regule ad quod intellectus lumine naturali pertingere potest. Secũdo modo considerari potest: vt est conformis dictamini intellectus ad qd intellectus lumine naturali non potest peruenire. Ideo sicut in genere duplex est regula: ita est duplex regula regulãs penitẽtiam/quedã est regula ad quã intellectus lumine naturali peruenire potest: vt est iudiciũ quo intellectus iudicat ꝙ detestandum est peccatũ & fugiendum. Illud est cuilibet lumine naturali notum. Altera est regula regulans penitentiam ad quã homo non potest peruenire lumine naturali: vt est istud dictamen detestandum est peccatum/quia dei offensiuum/quia a gloria impeditiuũ/quia ad eternam penam & miseriam eternam inductiuum. Ista totalis regula nõ potest ab homine lumine naturali cognosci: sed dũtaxat ex reuelatione diuina. Nam nõ põt homini esse naturaliter notũ ꝙ sit futura beatitudo eterna/vel ꝙ sit eterna dãnatio quam ponunt fideles: sed illa solum sunt nota ex reuelatione diuina. Penitentia ergo potest habere duplicem regulam. Vnã naturali lumine notam. Alteram vero supernaturaliter notã. ¶ Hoc supposito respõdet doc. ad questionem dicendo ꝙ si consideretur penitentia vt regulatur regula naturali lumine nota est vnius pene tantũ inflictiua scilicet tristicie. Nam nõ habemus in intellectu regulam naturaliter notam ꝙ detestãdum sit peccatum nisi hãc detestandum est peccatum/& ad illã detestationẽ: sequitur illa pena que est tristicia: ergo si sequatur: vt est cõformis regule naturaliter note est dũtaxat vnius pene inflictiua. Vnde quilibet habẽs vsum rationis potest habere hoc iudicium narurale/ detestandum est peccatum/& potest habere actum conformẽ illi iudicio & si potest habere actum conformẽ ad illum: sequitur illa tristicia. Ideo potest habere illam penã inflictiuam. Igitur penitentia considerata: vt regulata per regulam naturaliter notã est vnius pene inflictiua. ¶ Secunda pars responsionis est: si penitentia consideretur: vt regulata regula supernaturali cognita & ex reuelatione nota: est plurium penarum inflictiua patet: est tot penarum inflictiua quot deus ex reuelatione per sacras scripturas voluit pro peccato peccatorem luere: sed ex literis habemus ꝙ deus vult plures penas pro peccato infligi. Igitur penitentia considerata: vt regulatur regula supernaturaliter nota est plurium penarum inflictiua.

Resolu

Penitẽtia dupliciter cõsiderat.

¶ Cõsequnt. Doctor soluit obiectionẽ. Aliqua est penitentia que regulatur regula nõ naturaliter nota: sed solum ex reuelatione diuina: ergo est aliqua penitentia q̃ nõ est virtus moralis: sed theologica. Consequẽs est cõtra dicta i. ij. q. vbi dictũ est ꝙ penitẽtia est virtus moralis & non theologica sed patet consequẽtia: quelibet virtus mo-

Obiectõ

ralis regulatur regula lumine naturali nota: & est vna differẽtia inter theologam & moralem. Nã vt dicit sanctus Thomas virtus dicitur theologa: quia fertur in obiectum increatum secundum aliquam rationem ad cuius cognitionẽ homo nõ potest ptigere lumine naturali. Vñ vt dicit Tho. Aliqua virtus que est de deo bene dicit humana & nõ theologica qa nõ ferẽ in deum scdm rationẽ quã nõ põt nisi supnaturaliter cognoscere ipse homo: sed ferẽ in illũ secundũ rationẽ naturaliter cognoscibilẽ vt puta scdm rationẽ prime cause & scdm illã philosophi naturalr deũ cognouerunt: & sic sapiẽtia est de deo isto modo puta scdm rationẽ aliquã naturalr cognoscibilẽ: ideo dicit virtus moralis & nõ theologica: sed virtutes q̃ ferunt in tale obiectũ scdm rationẽ nõ naturaliter cognoscibilẽ: vt est fides spes & caritas vocant theologice supnaturales aut suphumane. ¶ His suppositis respondet ad obiectũ cũ sic arguit: illa virtus penitẽtialis exigit aliquã regulã q̃ non est hoi naturaliter nota/nec põt esse sed dũtaxat ex reuelatiõe diuina: ergo talis penitẽtia non est virtus moralis: sed theologica. Negat doc. ꝓsequentiã dans multa exẽpla sicut pauptas euãgelica est virtus pure moralis: qa de obiecto pure creato puta de bonis externis nihilominus exigit regulam q̃ nõ est homini nota lumine naturali sed tã tũmodo ex reuelatiõe. Hoc em̃ nõ est naturaliter notũ lumine naturali ꝙ relinquẽda sunt oĩa propter Christũ. Ideo nõ sequitur. Hec virtus exigit regulã regulãtẽ nõ naturaliter homini cognoscibilẽ sed ex reuelatiõe: ergo hec virtus nõ est moralis siue humana. Vnde sicut dicit Doc. Virtus moralis vt dicit Aristoteles. ij. ethicorum dicit amore. i. a cõsuetudine. Consuetudo em̃ est actuum frequens reiteratio ita ꝙ frequẽs actuũ elicitio vocat ꝓsuetudo: & ex illa cõsuetudine frequẽti reiterationis actuũ gignitur habitus. q̃is ergo habeam regulã solũ primo reuelatiõe mihi notã possũ cõsuetudine me tali regule cõformare pluries. Vt habita ista regula supnaturali. Relinquẽda sunt oĩa propter Christũ. Similiter habita ista: peccatũ est detestãdum quia dei offensiuum: glorie eterne impeditiuũ/ pene eterne inductiũ: possum me illis pluries cõformare naturaliter/& ex tali cõsuetudine. i. frequenti actuum cõformium elicitione generatur vnus habitus eque bene ac si talis regula esset naturaliter nota & talis habitus est ita bene more genitus. i. cõsuetudine ac si talis regula esset naturaliter nota/& ita bene põt vocari moralis. Ideo secundum hãc rationem nulla est proprie virtus theologica nisi que a deo infunditur & ideo nõ dicitur theologica: quia genita non more sed quia tota simul: & proprie capiẽdo terminos quelibet virtus que acquirit ex actibus frequenter reiteratis vocatur moralis. Ideo qui ponunt fidẽ spem & charitatem acquisitas dicunt ꝙ illi habitus acquisiti nõ sunt proprie virtutes theologice quia more gignũtur. Sed aliqui largius vtuntur virtutibus theologicis dicẽtes ꝙ quelibet virtus que habet immediate deum pro obiecto siue talis sit infusa siue more acquisita dicitur theologalis.

Solutio obiectionis.

¶ Doctor igitur negat hanc consequentiã hec virtus habet regulam ad quam homo lumine naturali pertingere nõ potest: sed ex reuelatione ergo non est moralis. Et ratio est bona: quia q̃is talis regula insit ex reuelatione tamen ipsa posita & reuelata est in mea potestate me tali regule pluries conformare & ex tali more conformandi pluries generatur habitus moralis.

¶ AD ARGVMENTA. querebat vtrũ penitentia sit vnice pene inflictiua: dictum est ꝙ est plurium secundum ꝙ est conformis regule supernaturaliter note. ¶ Contra penitentia est reordinatiua culpe: sed sicut est in culpa vnica deordinatio ita erit vnica pena per quã reordinabitur illa culpa. ¶ Dico primo ꝙ in vna culpa cõtingit aliqñ esse duas difformitates sicut ptigit in eodẽ actu eẽ duas bonitates/quarũ vna elicitur ab vna virtute & alia imperat ab alia

Ad argumẽta.

Cõsuetudo.

Aliquando inactu sunt due difformitates.

Similiter in vna culpa siue in eodē actu malo possunt esse due malicie vt qui furat vt mechetur. Ille actus imperatur ab intēperātia & elicitur a furto: & sic est falsum vniuersaliter q̄ in vnico actu sit tātū vnica deordinatio: sed hoc dato cū inferē: ergo erit vnica pena: distinguo: vel si cōparetur pena in ordie ad illā culpā: & sic verū est: vel si cōparetur ad offensum tūc negatur cōsequētia: nā pena reordinat culpā in ordine ad offensum p illā culpā per tot penas per quot exigit offensus reordinari: sed est notis notū ex tribus auctoritatibus supra allegatis q̄ ipse deus offensus plures penas exigit: ideo si esset pena cōparāda in ordine ad culpā solūmodo esset vnica pena puta tristicia. ¶Secūdo arguitur. penitētia est quedā particularis iusticia: sed iusticia reddit equalem pro equali: ergo penitētia reddit equale pro equali: sed vna pena potest esse equalis vni culpe: ergo penitentia reddit vnicā illā penā p offensa. distinguo vel q̄ reddat equale ex natura rei & sic est falsū: quia nō esset sufficienter punitus per illud quia illa punitio respicit culpā in cōparatiōe ad deū. Vel reddat equale secūdum acceptationē illius cui redditur: & sic verū est & sunt plures pene. Dico tamen q̄ aliquā do potest esse tanta tristicia inflicta q̄ deus acceptabit eam pro equali & deus remittet omnino peccatū & quoad culpam: & quoad omnē penā: sed potest esse q̄ illa nō erit sufficiēs ad hoc & sic nō acceptatur illa vt equale sed restabit aliqd aliud soluēdū qd soluitur per satisfactionē. ¶Tertio arguit. penitētia est vnica virtus: & vnice virtutis vnicū est obiectū: & penitentia habet penā pro obiecto vnicā/ ergo nō iligit plures. ¶Dico q̄ penitētia est vnica virtus in genere: sed nō est vnica in specie. Insup dico q̄ penitētia habet plures actus: immo penitētia collectiue ex tribus cōflatur: primo ex actu detestandi: secūdo ex proposito cauēdi in futurū a peccato: tertio ex proposito cōfitendi cum fuerit opportunitas & quilibet illorū trium habet partialem penam: nam penitere vt est actus detestandi habet tristitiam cōfiteri habet aliā partialem penā: ergo penitētia collectiue imperat plures penas & sic est inflictiua pluriū penarū.

¶Questio Quarta.

QVARTO QVERO vtrum per sacrametum penitentie deleatur culpa sicut per penitētiam virtualē. ¶Videtur q̄ sic per illud quorum remiseritis peccata: ergo i absolutione remittūtur peccata & nō nisi per sacramētū penitētie ergo. ¶In ista questione tria ponūtur quorū duo prima facilia sunt. Tertiū vero habet difficultatē. Primum est de quid nominis sacramēti penitētie. Secūdū est vtrū tali diffinitiōi aliquid subsit. i. vtrū sit aliqua res realis de qua verū sit dicere hoc est sacramētū penitētie. Vnde aliq̄ termini habēt diffinitionē quid nominis sed illi nihil subest vt chimera vacuū. ¶Quantum ad primū supponit primo q̄ nō loquimur amplius de penitētia virtute puta de contritione sed de penitētia sacramēto: nam de penitētia virtute dictum est prius secundum illas quatuor acceptiones prius positas. Sed penitētia sacramentū est absolutio hominis penitētis sub certa verborū forma cū debita intentione a sacerdote habente iurisditionē significāte absolutionem aīe a peccato. Dicitur primo q̄ penitentia sacramentū est absolutio. i. quedā sentētia absolutionē significās: ita q̄ ibidē capit absolutio pro sententia prolata a iudice absolutionē significāte vt est ista oratio ego absoluo te in nomine patris & filij & spūssancti. Et illa sententia non est aliud nisi illa appositio vocalis: ideo breuiter penitentia sacramentū est propositio vocalis absolutionem aīe a peccato significās. per hoc q̄ dicitur hoīs penitētis tāgitur materia sacramenti & est ipse penitens in confessus. Dicitur etiā sub certa verborū forma. nā postq̄ est sacramentum fuit institutum a Christo: ergo nō potest fieri nisi sub illis

Diffinio sacramēti penitētie.

Quid sit penitentia sacramentum.

verbis i quibus Christus instituit. Christus em̄ solus instituit sacramēta. Nā pura creatura: nec tota cōmunitas omniū creaturarū pōt instituere aliquod sacramentū. quia tota cōmunitas oim creaturarū nō habet effectū sacramēti in sua potestate: scilicet gram̄ sed solus deus. ideo nō pōt dare efficaciā illis signis. igit. Vltra dicit/ cū debita intentione. nā requirit intētio ministri. licet em̄ sacramētū penitētie nō includat intētionē tāq̄ partē (qa intētio nō est sensibilis) tñ cōnotat intētionē. Vnde si sacerdos a casu p̄ferat illa verba sine quacūq̄ intētione: non sunt sacramētū/ magis q̄ si vna pica p̄ferret. Dicit etiā a sacerdote iurisdictionē habēte per hoc denotatur minister. Ex quo sequit q̄ talia verba prolata a laico nō sunt sacramētū. Secūdo sequit/ q̄ si talis sacerdos nō habeat iurisdictionē nō sunt sacramētū. & si proferant a sacerdote iurisdictionē habēte/ & nō intēdēte nō sunt sacramētū. Finaliter dicit/ significāte absolutionē aīe a peccato. cū em̄ penitentia sit sacramentū. ergo erit signū. ergo ex institutione xpi ei respōdebit aliquod significatū: & illud nō est nisi absolutio aīe a pctō. igit. Habet ergo resolutorie/ primo quid sit sacramētū penitētie. & q̄ realiter nihil aliud est q̄ absolutio &c. Secō tangit materia & dispositio materie: scilicet penitēs confessus. Tertio tangit minister: scilicet sacerdos & eius dispositio scilicet hīs intētionē & iurisdictionē. Quarto effectus: scilicet absolutionē aīe a pctō.

Resolu

¶SECVNDO videdū ē: an aliqd subest illi diffinitiōi: hoc est an aliquid realiter sit sacramētū penitētie. Vnde dicit doc. prio q̄ deus pōt remittere peccatū: & hoc est de fide remissionē peccatorū: & si pōt remittere/ pōt ordinare signū mediāte quo remittet ad cuius signi positionē semp paratus erit cōferre gratiā. & remittere pctm̄. cū em̄ sit omnipotēs. ergo poterit instituere signū & causare gram̄ ad positionē illius signi quotiēs illud applicabit alicui & dare efficaciā tali signo/ q̄ ipso posito ponet gratia & illud signū realiter suberit diffinitiōi quā damus de pnia sacramēto. habem⁹ ergo duo. Primū q̄ deus pōt remittere pctm̄ & p̄ferre gratiā. Secūm q̄ pōt instituere signū/ad cuius positionē sequit remissio pcti: & collatio gre. ¶Consequēter ostēdit: q̄ nō sit aliqd aliud signū pueniētius q̄ istud: qd̄ declaratū est p diffinitionē sacramēti penitētie. scilicet absoluo te i noīe pa. & fi. & spi. Nā talis sententia: postq̄ est signū/ magis ogruū est q̄ significet suū effectū q̄ aliud. Eius em̄ effectus: est aīam liberari a peccato. ideo nō pōt haberi signū pueniētius q̄ signū significās absolutionem aīe a peccato. Similiter cōgruū est: q̄ sacerdos sit minister. Est em̄ peccator vnū extremū: & deus aliud. & reducitur in deū (tanq̄ in aliud extremū) per medium. i. per sacerdotem: qui est medius inter deum & peccatorem constitutus ab ipso deo/ habēs ipe sacerdos iurisdictionē quia sentētia a nō suo iudice lata nulla est.

¶QVANTVM ad tertiū. Circa hūc articulū sunt alique difficultates terminande an̄ resolutionē q̄stionis. ¶Prima est/ si sacerdos cū intētiōe p̄ferat illa verba sacramēta lia supp̄tōrē: & ille nō sit cōfessus sacerdoti an sit sacramētū. ¶Secūda/ supposito q̄ talis sup quē p̄fert illa verba sit ei cōfessus verū tñ fidē/ qa ponit obicē: an sint sacramētū.

¶QVANTVM AD PRIMVM. Respōdetur q̄ nō. nā ponitur in diffinitione hominis penitentis. Ideo si non est ei confessus: non est sacramentum. Propterea dicunt doctores q̄ sunt aliqua sacramēta que nullum actum recipientis requirunt. & in talibus est quedam forma: & quedam materia: que realiter distinguūtur ad inuicem. vt est in sacramēto baptismi & ordinis etiā apud doctorem istum. Nam ordo non requirit actum suscipientis. ideo potest conferri paruulo sine actu suo. Similiter sacramentum extreme vnctionis/ & confirmationis de necessitate non requirunt actum suscipiētis. Sed in sacramētis que requirūt actū suscipiētis: vt est sacramētū penitentie & matrimonij/ nichil applicatur suscipiēti preter verba: ita q̄ de necessitate requiritur

Verba p̄lata sup nō p̄fessū nō sūt sacramētū.

applicatio verborū in ministro/& nullius alterius materie. Ideo respōdetur breuiter ꝙtum ad primū ꝙ nō esset sacramētum penitentie. ¶Quātum ad secundum. videlicet an illa verba ego absoluo te &c. Prolata super fictū. i. q ponit obicē: sint sacramētum: Videtur ꝙ sic. Nam sortes adultus qui baptisatur/& ē fictus fictione qua ponit obicē gratie solū/est vere baptisatus: nec vnq̄ postea debet rebaptisari. Igitur non obstāte illa fictione/fuit verum sacramētum baptismi. ergo pariforma si sortes ficte confiteatur: quia intendit in futurum peccare: nichilominus illa verba ei applicata erunt sacramentum penitentie. Dices non est simile: quia in sorte ficto illa verba sacramentalia nichil causant: sed in ficte baptisato causant caracterem. Omne enim sacramētum aliqd causat in suscipiēte: sed illa verba ego absoluo te &c. nihil causant in ficto. Patet nec̄ gratiā vt notū est. nec̄ caracterē. quia penitētia nō causat caracterē cū nō sit sacramētum irreiterabile. ergo nō sunt sacramētū. ¶Preterea q̄is sacramentum penitētie sit iterabile nichilominus nō est iterabile q̄tum ad eādem materiam. i. eadem peccata. sicut matrimonium est iterabile: sed nō in ordine ad eandem personam: sed talis tenetur eadem secūdo cōfiteri. ergo oportet ꝙ talia verba super peccatis prius confessis prolata ficte tamen nō sunt sacramentum. ¶Ista difficultas depēdet ex difficultate termināda deo fauente. xvij. distin. vtrum ficte confessus teneatur iterū confiteri. ¶Dicit sanctus Thomas ꝙ non: sed recedēte fictione penitētia & absolutio illa habet suū effectum: & in loco predicto tractabitur talis difficultas. ideo &c. Ideo ad difficultatē motā redeuntes: videlicet vtrū verba prolata a sacerdote super fictū sint sacramentū penitentie: Dico ꝙ sic. Contra. dicit in diffinitione penitētie hois penitētis: sed talis nō est penitēs. igitur. Dico ꝙ capit hominis penitentis. i. confitentis. & non intelligitur hominis penitentis. i. contritionem habentis: sed confitentis: vt dicit Gabriel.

Verba prolata super ficte pfessō sūt sacramentū penitentie.

Ad aliud argumentum illa verba nihil derelinquunt. Sāctus Thomas diceret ꝙ quē dā ornatū relinquūt. Ponit em̄ quedā sacrāmēta imediate reliquere caracterē. Alia imediate relinquere ornatum. sed cōmuniter doctores non ponunt talem ornatum. Ideo nego consequentiā/ qua infertur. ergo talia verba nō sunt sacramentum. quia ꝙ nihil relinquāt hoc non est nisi propter impedimentū suscipientis/ita ꝙ si nō esset tale impedimentū aliquid relinquerent: & sufficit ad hoc ꝙ dicātur sacramentum/ ꝙ q̄tum est de se aliquid relinquant. ¶Difficultas totius huius questionis est in isto articulo. Vtrum videlicet per istud sacramētum ego absoluo te/remittatur peccatum & infundatur gratia tanq̄ per dispositionē preuiam: ita ꝙ illa secluſa nō remitteretur: Plerīq; Doc. & Magister. xviij. distinctione dicūt/ ꝙ nunq̄ per sacramentū penitentie remittitur peccatum: sed anteq̄ digne suscipiatur hoc sacramentum/necesse est iam in suscipiente preexistere charitatē. ¶Quātū ad istam questionem notandum primo: ꝙ oīe sacramentum noue legis ex vi operis operati (si non ponatur obex) confert gratiam. quia omne sacramentum est signum sensibile/efficaciter significās. i. conferens gratiā. Vnde quedā sunt sacramēta que cōferūt primā gratiā: sicut ē baptismus. Alia vero sunt: q̄ preexigūt gratiā in suscipiēte/ & illā inuētā augmentāt. sicut est sacramētū eucharistie. Nā qui i peccato accedit: nō solū non acquirit gratiā: imo peccat de nouo accedēdo. Sīr dicendū est i sacramento ordinis & matrimonij. Dicit ergo Magister sentētiarū/ sīr & Occā/ & Marcilius de padua ꝙ sacramētū penitētie nūq̄ introducit tanq̄ dispositio prima gratiā: sed ad digne suscipiēdū illud/preexigit gra: & illā augmētat. ita ꝙ pferat aliqs gradū de nouo ratiōe talis dispositionis. & hec est opinio illorū: videlicet ꝙ p sacramentū penitentie nūq̄ cōferat pria gra: sed solū augmētat. Et sunt multe auctoritates pro ista opinione: scilicet hieronymi/Augustini Cassiodori.

S. Tho.

Any sacramētus penitētie remittat peccatus.

Opi. magistri.

Opinio magistri & Iohan/ & Marcilij depadua.

Dicūt enim ꝙ sacerdos euangelicus se habet in ordine ad remissionē peccati: sicut sacerdos legalis se habebat in ordine ad mūdandū leprosos in antiqua lege: sed talis sacerdos legalis non mundabat illos a lepra corporali: sed mundatos ostendebat. ergo sacerdos euangelicus non mundat a lepra spirituali. i. peccato: sed mundatos. i. absolutos ostēdit. Ad hoc diceretur primū cōcedendo ꝙ sacerdos euangelicus se habet: vt dispositio/nō ad primā grariam. Secundo nō se habet dispositiue ad cōmutandū penā eternā in tēporalem: sed ad cōmutandum aliquid de tēporali que restat soluenda. sed ista opinio magistri & aliorū nō videtur multū probabilis. quia oporteret cōcedere ꝙ sacramentū penitētie nō esset secūda tabula post naufragium quod esset contra Hieronymū. Hominem enim esse in naufragum/est hominē esse in peccato: & ipm liberari a naufragio/est ipm liberari a peccato: sed secūdum istam opinionem nunq̄ est sacramētum penitētie: nisi preexistat aliquis in gratia. si ergo est in gratia: iam est liberatus a naufragio. Doctores tenentes cū magistro dicunt ꝙ quando Hieronymus dicit ꝙ penitētia est secūda tabula: ꝙ capit penitentiā/nō solū pro sacramēto penitētie: sed pro cōtritione. ¶His visis venien dū est ad solutionē questionis. Vnde doc. primo ponit duo dicta. Primū deus absq̄ quocūq̄ sacramēto aliquid acceptat ad remittendū peccatū/& hoc ne alliget suā potentiā sacramētis. & illud est dispositio sufficiēs ad delendū peccatū & infundendum gratiā. Scdm dictū/ illa dispōne nō habita sacramentū est dispositio sufficiēs ad remissionē peccati. Ideo patet ex isto secūdo dicto/ ꝙ deus aliqñ cōfert gratiā absq̄ dispositione puia: & hoc est maioris mie. Dedit em̄ deus duas vias ad remittēdum peccatū & ad habendā gratiā. Vnā per dispositionē. Altera vero p sacramētū penitētie. Vñ dicit doc. ꝙ p secūdā viā. i. p sacramētū nō requirit nisi libera susceptio sacramenti ad intētionē ecclesie: & nō requirit operatio interior/sed sufficit exterior. & in hoc verbo est difficultas. Vnde Gabriel nititur ostēdere ꝙ Scotus cōtradicat sibijpsi. Dicit em̄ Scotus/ vt aliquis per secūdā viā acquirat gratiam: sufficit libera susceptio sacramēti penitētie ad intētionē ecclesie/ & nō requiritur actus interior: sed sufficit exterior. quia talis susceptio est quid exterius. & statim postea subdit: licet in hoie requirat displiciētia de peccato stat ꝙ sit ita remissa: & tam parū ptinuata ꝙ nō sufficiet ad remissionē peccati. sed si superueniat sacramentū penitētie anteq̄ sit satis cōtinuata per hoc remittit peccatū & efficitur cōtritio. Accidit ergo propter duas causas ꝙ nō sit sufficiēs. Prima/ ꝙ nō sit satis itēsa. Secūda/ ꝙ nō sit satis cōtinuata: sed adueniēte sacramēto ille cause efficiunt sufficiētes: qa illa detestatio (que est de se isufficiēs) efficit ptritio: & sufficiēs per aduentū sacramēti. Ad propositū redeūtes dicit doc. ꝙ requirit libera susceptio ad finē ecclesie: & nō requirit actus interior: sed sufficit exterior. sed hoc videt implicare ꝙ sit libera susceptio/ & non sit actus interior: quia nullus actus exterior dicitur liber nisi libertate alterius actus puta interioris & libertate extrinseca. ideo videtur implicare ꝙ requiratur libera susceptio exterior: & non requiratur actus interior. ¶Preterea doctor videtur dicere: ꝙ ad minus requiritur attritio anteq̄ susceptio illa sacramenti penitētie/siue sacramentū illud conferat gratiam. sed illa attritio/que est insufficiens: vel propter intentionē nimis remissam vel propter nimis paruā continuationē/talis inq̄ attritio est actus interior. ergo de necessitate requiritur actus interior anteq̄ sacramentum illud penitentie conferat gratiā. ¶Circa hoc: difficultas est apud doctorem. an requiratur aliqualis detestatio peccati cum sacramento/ad hoc ꝙ sacramentū aliquid cōferat: vel vtrū sufficiat tā tūmodo volitio susciptēdi hoc sacramētū ad finē eccle: sicut in baptismo sufficit hec volitio. volo suscipere hanc ablutionem secundum ꝙ ecclesia intendit: Vtrum simi

1.ꝓpō.

2.p̄.ꝓpō.

Antequiraf detestatio peccati cū sacramēto.

liter sufficiat volitio suscipiendi sacramentum penitentie/vel an requiratur aliqualis detestatio preter illam volitionem ad hoc q̄ rite suscipiatur tale sacramentum penitentie: ¶Dicit Gabriel improbando doctorē q̄ requiritur detestatio vite preterite, quod probat auctoritate Augustini dicētis: q̄ nemo sue voluntatis arbiter potest nouā inchoare vitam: nisi eum vite preterite peniteat, ergo videtur q̄ non sufficit ad hoc q̄ infundatur gratia & remittatur peccatū: q̄ peccator solū velit suscipere hoc sacramentum ad finem ecclesie: nisi detestetur peccata preterita: immo dicunt doc. consequenter q̄ in adulto nō sufficit volitio suscipiēdi baptismum ad intentionem ecclesie: sed si fuerit peccator preter talem intentionem & volitionem necessario exigitur detestatio vite antique. Propterea ponit Augustinus differentiam inter adultū & paruulū. & videtur multum probabile/q̄ non sufficit sola volitio suscipiendi sacramentum: sed requirit p̄ter hoc displicētia. Et ad hoc probandum adducit Gabriel multas rationes: quarū vna talis est/tres sunt partes penitentie secundum omnes/cōtritio/cōfessio/& satisfactio. sicut ergo cōtritio & satisfactio nō sufficiunt sine cōfessione in voto: sic nec alie due: scilicet confessio & satisfactio sine contritione in voto, sed vbi est votum conterendi/ibi est contritio, quia non potest haberi propositum efficax contritionis: nisi simul & semel habeamus cōtritionem, quia contritio semper est in potestate nostra: quia est actus iterior/& ideo quencunq; actum voluntatis volo habere statim eum habeo. & ista ē resolutio illius doctoris post Durandum. ¶Sed doctor videtur aliter dicere/q̄ sufficit voluntaria sacramenti susceptio. Et ponit tres modos per quos remittitur peccatum sine cōtritione. Primus quando aliquis voluntarie suscipit sacramentum sine detestatione peccati/dū modo nō habeat propositum peccandi. Secūdus quando cum displicentia peccati suscipit sacramētum: sed illa displicētia nō est sufficiēs propter remissionē. Tertius quādo illa nō est sufficiēs/nō propter remissionē: sed propter nimis breuem cōtinuationē. In istis tribus casibus virtute sacrameti penitentie remittitur peccatū/& infunditur gratia. Et ad saluādū doctorem a cōtradictione cū dicit q̄ sufficit susceptio sacrameti volūtaria: & nō requiritur actus interior. Intelligitur q̄ nō requiritur actus interior qui feratur super aliqd̄ aliud obiectum q̄ super illā volūtariā susceptionem, ita q̄ nō requiritur actus interior qui feratur super peccatum cōmissum, & non vult dicere q̄ nullus actus interior requiratur: quia notū est q̄ illa voluntas suscipiendi sacramentum requiritur. Ad aliud cū dicitur. Scotus videtur dicere/q̄ attrito (qui nō est sufficienter attritus) superueniēte sacramento &c. Non vult dicere q̄ requiraē illa attritio: sed ponit duos modos remittē di peccatū per sacramētum penitentie. Primus/scilicet per volūtariam susceptionem talis sacrameti sine attritione. Secūdus per volūtariam attritionem cū sacramēto, sed alia opinio videt probabilior, puta q̄ requirit detestatio cū sacramēto, & illā tenēt oēs doc. p̄ter Scotū, ita q̄ quis aliquis intēdat suscipe sacramētū penitētie ad itētionē ecclesie sine attritione nō videt sufficiens. ¶AD ARGVMENTA. Pro scdo argumēto doct. cū arguit auctoritate Augustini de resuscitatiōe lasari, nullus pōt cōfiteri: nisi suscitatus, ergo nō potest bene p̄fiteri/nisi prius fuerit suscitatus per gratiam. ¶Pro solutione duplex est p̄ssio/& etiā duplex suscitatio, quedā cōfessio laudū: p quā laudat deus. Alia est p̄fessio fraudū/p quā homo cōfitet̄ suā fraudē, i. suū peccatū: & se accusat. Similiter duplex est suscitatio, quedā p̄fecta: q̄ fit p gratiā, quedā imperfecta: q̄ nō est proprie suscitatio: sed magis ad suscitationē dispositio & vocat̄ suscitatio imperfecta & impropria. Vltra notandum: q̄ cōfessio laudum nunq̄ est deo accepta nisi fiat ab illo qui non habet peccatū. Sed cōfessio fraudis q̄is nō sit facta in charitate, est tam ea a deo accepta tanq̄ dispositio quā deus necessario requirit: vt tali modo remittat peccatum. Ideo ad argumentū nullus potest cōfiteri nisi sit suscitatus/distingo, aut suscitatione perfecta/& sic nego, aut imperfecta/& sic concedo. ¶Item cum arguitur super illo verbo. Tibi dabo claues/dicit Hieronymus q̄ sacerdotes nō absoluunt. Dico q̄ non absoluunt auctoritatiue: sed solus deus, sed bene ministerialiter/vel non absoluunt, i. potest esse absolutio absq; ministerio sacerdotis/puta per contritionem, ita q̄ non necessario requiritur absolutio sacerdotis/& cū infertur, ergo sacerdotes nunq̄ absoluunt/negat̄ consequētia. ¶Resolutio ergo est/q̄ per sacramentum penitentie remittitur peccatū tanq̄ per dispositionem previam/ita q̄ illa dispositione posita & ea seclusa quocunq; alterō quod iam est positum remanente non remitteretur, & sic illud sacramētum est dispositio p quā remittit & infundit gratia.

Opi. Gabrielis.

Opi. sco.

Triplici modo remittitur peccū sine cōtritiōe

Duplex cōfessio.

Dupler suscitatō

Resolu°.

¶Distinctionis. XV.

Questio Prima.

VISVM EST IN PRE-cedenti distinctione de penitētia/tam virtute q̄ sacramēto/& de vtraq; quomodo sit aut necessaria/aut sufficiēs ad delendum peccatū. ¶Cōsequenter in hac distinctione in qua agitur de satisfactione mouetur primo questio de satisfactione, postea mouētur tres de restitutione, quia magister inquirit an homo possit satisfacere de vno & non de alio: Et quia satisfactio aliquando capitur/vt se extendit ad restitutionem: ideo communiter in hac distinctiōe tractatur de satisfactione proprie & large sumpta. ¶Queritur ergo primo. Vtrū cuilibet peccato mortali actuali correspondeat satisfactio propria. Arguit̄ q̄ non, quia si vni peccato corresponderet vna pena/& alia alteri/sequitur q̄ aliquis posset satisfacere de vno & non de altero. Patet consequentia: quia irretitus duobus peccatis posset sufferre penā vni correspōdentē & non alteri. & tunc satisfaceret pro vno & nō pro altero, sed q̄ hoc sit falsum. Patet: quia si satisfacit de vno iam est amicus deo. & cū remanet in alio/est deo inimicus, ergo esset amicus deo/& ininimicus quod implicat. ¶In oppositum arguitur vnumquodq; peccatum habet certam deordinationem, ergo etiam per certam penam habet reordinari. & sic distincta peccata specie per distinctas penas specie debēt reordinari. ¶Pro solutione dicit doctor/q̄ satisfactio aliquando capitur specialiter & aliquando generaliter, & in primo articulo determinat de satisfactione generaliter capta. In secundo vero de satisfactione specialiter capta. Vnde satisfactio generaliter se extendit ad opus penale per quod remittitur peccatum q̄tum ad culpam & etiā ad opus penale per quod remittit̄ post remissionē culpe illa pena que adhuc restat soluenda: ideo satisfactio generaliter capta se extendit ad duo: scilicet ad opus per qd̄ fit remissio peccati, & sic cōtritio/cōfessio/& absolutio vocantur satisfactio. Secūdo modo ad penam que restat soluenda post remissionem culpe, & illud opus vocatur satisfactio proprie dicta. ¶De satisfactione generaliter capta videnda sunt quinq;. Primo quid est satisfactio: Secundo an aliquis possit satisfacere pro peccato. Tertio per quod opus debet fieri satisfactio. & ex hoc videbitur solutio questionis. Quinto videbit̄ de difficultate tacta in argumēto/an aliquis possit satisfacere de vno & non de alio. ¶Q̄tum ad primū articulū vbi tāgunt̄ illa quinq; est minor difficultas. Quo ad primū dicit̄ primo/q̄ satisfactio est reddītio volūtaria equiualētis alicuius alias indebiti. Vnde satisfactio īportat vnū respectū ad aliqd̄ p̄teritū, ita q̄ satisfactio est reddītio volūtaria pro aliquo p̄terito. ¶Dicit̄ voluntaria: quia si esset inuolūtaria non esset satisfactio/sed satispassio: vt dānati pro peccatis sufferūt penas alias indebitas, sed ille pene sunt inuolūtarie, ideo nō possunt

Satisfactō dupliciter capit̄.

difficultio satisfactionis.

dici satisfactio: sed satispassio. Nam patiuntur satis pro peccatis: sed non satisfaciunt. quia non voluntarie sufferūt. Dicitur alicuius equiualētis propter duo. Quia si redatur solum inequiualēs/iam nō satis redditur & sic non potest dici satisfactio. Secūdo: satisfactio est actus iusticie & iusticia cōsistit in quadā equalitate. ergo oportet q̄ sit redditio alicuius equiualētis. Tertio/dicitur alias indebiti: ita q̄ nisi esset propter illud opus precedēs p respectum ad illud opus precedens non diceretur satisfactio. Ratio talis est. Nā si istud opus esset alias debitū q̄ propter illud opus precedens nō esset satisfactio pro illo precedenti: sed pro altero ratione cuius erat prius debitū: ideo non esset satisfactio pro tali opere: sed pro altero. Satisfactio ergo large sūpta est redditio voluntaria: quod dicitur ad excludēdum satispassionem. i. passionem pene inuoluntarie alicuius equiualētis: quia hoc denotat illa ditio satis: quia cum satisfactio sit quedam iusticia: oportet q̄ consistat in equiualenti. & dicit alias indebiti: propter respectum ad opus precedēs ratione cuius est debitum. Verūtamen circa illam particulam equiualētis supponendū est q̄ multipliciter aliqua dicuntur equiualere. Vno modo secundum valorem naturalem consequētem passionē rei. & isto modo capiēdo implicat contradictionem q̄ aliqua differentia specie sint equalis valoris: quia implicat contradictionem q̄ sint eiusdem speciei. Ex quo sequitur/q̄ omne aurū & omne frumētum mundi: nō sunt equalis valoris cum vna musca vel soricē: quia omne viuens est prestantius nō viuente. Alio modo aliqua dicūtur equiualere ad inuicē per respectum ad vsum & cōmodum humanū & ad subleuandam indigentiam humanā vt sit Sortes qui caret frumēto & abundat vino. q̄uis vnum istorum plus valeat altero secūdum valorem naturalem: tamen inter illa duo potest reperiri equalitas quoad vsum & cōmodum humanum. vt ille qui indiget vino & abundat frumēto tantum

multiplex equiualere.

succurrit indigentie alterius & sue dando alteri frumētum pro vino. Similiter tātum mihi succurritur per pecuniam mihi cōcessam q̄tum per frumētum &c. Ideo est equalitas quo ad vsum & cōmodum humanū. Alio modo capitur equiualēs secudum iudicium strictum iusticie distributiue in premijs vel in penis distribuēdis: ita videlicet q̄ sit equalitas pene ad culpā & premij ad meritum. hoc est q̄ patiatur tātam penam q̄tum meruit per culpam. & tanto premio afficiatur q̄tum meruit affici. & isto modo potest eē dupliciter. Vno modo q̄ sit equalitas pene ad culpam: ita q̄ nō possit inferri maior: nec posset licite maius premiū dari. aut q̄ sit equalitas in acceptatione illius in ordine ad quem debet istud premiū vel pena reddi. vt Sortes peccauit/debet puniri in ordine ad illum quem offendit & simili peccato plus offenditur princeps quam simplex laicus. si ergo offensus acceptet penam hanc tanq̄ sufficientem ad demeritum Sortis (q̄is possit iuste sorti infligere maiorem) dicitur esse equalitas in acceptatiōe illius qui est offensus. q̄uis ergo omne peccatum sit dei offensiuum cuiuslibet peccati satisfactio debet fieri in ordine ad deum offensum: & equalitas pene i ordine ad culpam secundum acceptationem diuinam.

Explicatio diffinitionis.

Diffinitio ergo sic intelligitur/satisfactio est redditio voluntaria equiualentis secundum acceptationem diuinam/& nō equiualentis ex natura rei/neq̄ equiualentis q̄tum ad vsum humanum. Nam inter culpam & quancunq̄ satisfactionem non est equalitas saltem secundo modo. quia nulla culpa de per se venit in commodum humanum: immo est homini maximo incommodo. Neq̄ etiam satisfactio est redditio equiualentis. ita q̄ non possit maius infligi: sed equiualētis q̄tum ad acceptationem diuinam: & potest dari exemplum familiare/si Sorti debeo centum scuta: & habeo aliquid quod valet tantummodo nonaginta: sed Sortes acceptat illud pro illis cētum. tunc sum liberatus a debito. & reddo

Exemplum familiare.

equiualens non ex natura rei neq̄ ex vtilitate: sed in acceptatione creditoris. & sic satisfaciendo de peccatis reddimus deo equiualens secundum acceptationem. & satisfactio istomodo non solum respicit culpam immo omnia commertia humana & beniuolentias. vt Sortes cui benefecit Plato ratione beniuolētie obligatur Platoni: ita q̄ alias non esset obligatus: tunc redditio talis beniuolentie dicitur satisfactio. Similiter Sortes vendidit Platoni aliquid/solutio illius vocatur istomodo satisfactio/& sic de alijs contractibus humanis sicut redditio depositi solutio p̄cij &c. vocātur satisfactio. ¶DE SECVNDO dicitur. Iam videndū est an homo possit satisfacere deo pro peccato.

Opinio Anselmi

¶Ponit opinio Anselmi q̄ homo non potest deo satisfacere pro peccato. Et mouet duplici ratione. Prima/homo nō potest reddere deo equiualēs: ideo non potest satisfacere. patet consequentia ex diffinitione satisfactionis. sed antecedēs patet/homo peccādo infinite deum offendit/quia quodlibet peccatū est infinite malum. quia est tātum malum q̄tum illud qd offenditur est bonum: sed offensus est infinitus: & homo non potest reddere nisi finitum bonū. ergo nō pōt reddere equalens. Secunda ratio est propter hanc particulam alias indebiti. Nam quicquid facit homo est debitor illius ratione creationis/conseruationis/gubernationis &c. & requiritur q̄ sit redditio alicuius quod sit alias indebitū/ergo homo nō potest satisfacere pro peccato preterito. Vltra dicit Anselmus q̄ homo per opus suum iūcto merito passionis Christi bene satisfacit. Dicit ergo duo Anselmus. Primum/q̄ homo non potest ex se satisfacere/ita q̄ opus solum hominis non potest esse equiualens & alias indebitum. Secundum dictum/homo iuncta passione Christi (que erat alias debita) satisfacere potest.

Resolu° Anselmi

impugnatio. s. Anselmi.

¶Doctor multum apparenter impugnat opinionē Anselmi/& arguitur sic. Quando dicit Anselmus q̄ homo non potest per opus proprium: sed iuncta passione Christi satisfacere. vel intelligit de potētia dei absoluta/aut ordinata. Si de absoluta hoc videtur falsum. quia cōtingēs fuit in preterito q̄ Christus incarnaretur & pateretur. & quāuis nō fuisset passus/poterat deus de potentia absoluta certum remediū ordinare puta aliquod sacramētum: vel alīquam detestationem ad remissionem peccati. ergo tunc homo potuisset satisfacere absq̄ merito passionis Christi. ¶Item dicit Augustinus q̄ fuit alius modus possibilis nostre redemptionis. ¶Dices fateor q̄ fuit possibile Christum non pati: sed illud opus non fuisset satisfactio. cū fuisset ex mera liberalitate & acceptiōe & gratia dei. vt si habeo aliquid alienū: & ille cuius est dono mihi dat nō obligor ei amplius & sum absolutus ab illo debito non ex satisfactione sed ex mera & gratuita donatiōe. ita si xps non passus fuisset: tūc fuisset remissio mere libera peccati sine satisfactiōe. ¶Cōtra/difformitas peccati seu malicia nō est nisi carētia rectitudinis debite in esse actui. ergo potest i esse actui tanta rectitudo q̄ta est difformitas. quia difformitas nō est maior q̄ fuisset rectitudo: & simīlis rectitudo potest esse actui sequenti. ergo homo potest exhibere deo tam bonū actum q̄ malus fuit actus per quem offendit. Offensa autem/vel difformitas est carētia rectitudinis debite in esse: si sit debite. ergo ē possibile q̄ insit actui & si sit possibile q̄ ilsit actui/ergo ē possibile q̄ tāta rectitudo insit alteri actui: & ē possibile q̄ hō non obligeī ad illū actū: sed q̄ exhibeat illū actum mere libere. Igitur pōt hō exhibere actū tam bonū q̄ malum fuit peccatum. Non facio difficultatem sicut dicit doctor/q̄ sicut peccatum est infinite malum obiectiue: quin deo possit offerri actus tam bonus quā malus fuit actus: sed vtrum de necessitate iusticie per oblationem talis actus deus remittat offensam hoc non oportet. Certum est quod per omne peccatum homo incurrit reatum. id est obligationē: & nō incurrit obligationē ad actū eque bonū sicut actus est malus: sed incura

rit obligationem ad penam eternam: ergo cum ratione talis offense nõ incurrat obligationem ad actum eque bonũ sed ad penam eternam/ergo secundum rigorosam iusticiam satisfactio non est redditio actus eque boni: sed secũdum acceptationẽ dei/ & hoc nititur deducere Durandus in .j. q. huius distinctionis q offendens deum per nullum actum satisfacit secundum rigorosam iusticiam: sed solum secundũ acceptionem diuinam etiam iuncta passione Christi (dicit Durandus) que non fuit de condigno/sed de congruo. Ratio Durandi est. Non minus obligatur homo ratione peccati q̃ obligetur ratione beneficiorum: sed homo non potest satisfacere de beneficijs: quia non possumus deo & parẽtibus reddere equiualens. Secundum ergo rigorosam iusticiam si non possum satisfacere deo pro beneficio/ergo neq; pro peccato: sed q talis actus sit satisfactorius pro peccato est ex mera libertate diuina. Ratio est: quia per peccatum non incurritur obligatio ad actum eque bonum sed ad penam eternam. Ideo si deus acceptet illum actum loco pene ad quam obligatur satisfacit per illum actũ. Hoc patet in humanis si ratione homicidij facio quodcũq; bonum non sum de obligatus a iusticia quodcunq; bonum exhibeam. Ita etiã dicendum de peccatore. In diffinitione ergo satisfactionis debet intelligi equalẽs scdm acceptionẽ diuinam. ¶ Quãtum ad secundũ punctum seclusa incarnatione filij/ Deus de potentia sua absoluta potuisset ordinare aliquod remedium contra mortale puta contritionẽ. Secundo/illa contritio potuisset esse alias indebita: qa q̃uis deus potuerit obligare hominem ad omnia opera que faciet: solũ tamen obligauit ad decalogum & relinquit cetera in sua potestate. ergo ille actus contritionis fuisset indebitus sicut nũq̃ aliquis tenetur conteri nisi pro peccato: ideo contritio potest esse alias indebita. Bene verũ est de lege posita q nullus actus est satisfactorius sicut nullus est meritorius nisi i virtute & merito passionis Christi/quia deus statuit q nõ acceptaret actum hominis nisi in virtute alicuius q̃d sit magis gratũ q̃ peccatum. Ade fuerit displicens: ideo de facto nũ q̃ aliquid acceptat pro peccato nisi ex merito passionis xpi/ & hoc est certũ & de fide. ¶ DE TERTIO DICO. QVEREBAtur supra vtrũ quis possit satisfacere de vno non satisfaciendo pro altero/& dictum est q satisfactio dupliciter capitur. Vno modo large. Alio modo stricte. ¶ De acceptione large capta iam expedita duo sunt. primũ q satisfactio est redditio alicuius equiualentis alias indebiti/ & hoc loquẽdo de satisfactione secundum strictam iusticiam. quia deus potest aliquando acceptare actũ alias debitum in recompensam peccati preteriti sicut acceptat elemosynam/sed nõ esset satisfactio secundum strictam iusticiam quia stricte capiendo/est redditio voluntaria equiualentis alias indebiti puta q non esset debitum seclusa illa causa. ¶ Et pro isto primo articulo restãt tria videnda. Primum que sunt operationes per quas fit satisfactio. Secundum vtrum vnicuiq; culpe correspndeat propria satisfactio. Tertio vtrum possit fieri satisfactio de vno & non de alio. Q̃tum ad primum horum trium dico q regulariter opera satisfactoria sunt opera penalia. Secundum dictum/hoc nõ obstante potest esse opus non penale: sed delectabile satisfactorium. Tertium dictũ sicut culpa nõ dicitur reordinari per quod cunq; maius bonum sed solum per penam ideo regulariter non satisfit pro culpa nisi per opus penale. & ista tria dicta coincidũt in duo primum & vltimum quasi equiualent. Dicit ergo q quãuis deus posset acceptare aliquod opus non penale in recompsam pene debite pro peccato preterito hoc tamen non fit regulariter. Primũ patet/sicut visum fuit supra in precedẽti questiõe. Intẽsus amor dei in illo q rapit ad martiriũ q̃uis nõ cogitet nec tristet de peccatis talis amor est sufficiẽs ad remissionẽ pẽi. ergo talis amor intẽsus est satisfactorius pro peDurãd⁹.

aliquãdo fit satisfactio de peccato opus non penale.

cato preterito. Et capitur satisfactio pro satisfactione culpe & pene. Habemus ergo duo. Primũ aliq̃n opus non penale est satisfactoriũ/vt patet de intenso amore dei. Secundum, satisfactio nõ fit regulariter per opera non penalia: sed regulariter per opera penalia sola: Patet: culpa non reordinatur regulariter per actum eque bonum vel melius q̃ fuerit culpa mala/sed per penam assumptam in vindictam culpe: ergo regulariter non fit satisfactio nisi per opera penalia. Et hoc dicit Augustinus. Sũt quidam fructus digni virtutũ quia sunt operationes virtuose: sed non sufficiunt penitentibus. Et subdit dolore & gemitibus mortuus suple per peccatũ impetrat vitam. i. gratiam que est vita anime. Ex hoc appareret manifeste qd opera penalia solum sunt satisfactoria. ¶ Vltra dicit doctor q omnia ista penalia opera reducuntur vel ad actũ quo eleuatur mens: puta actum interiorem displicentie vel tristiciã. Et ad actum exteriorem confitendi vel passionem sequentẽ ex illo actu. Et ad actum quo maceratur caro: quod reducitur ad ieiuniũ. Vel ad actũ quo eleuatur mens: qui reducitur ad orationem/vel ad actũ quo quis priuat se parte suorum bonorum scilicet elemosyna. re

Resoluo

gulariter & resolutorie fit satisfactio solum per opera penalia que reducuntur ad illa quinq; nũcnũc enũerata. ¶ Dices/ Satisfactio nõ est nisi redditio honoris sed maior honor redditur deo: & magis honoratur per dilectionem sui q̃ per alia opera penalia. ergo erit maior satisfactio per dilectionem dei q̃ per opera penalia. ¶ Q̃tum ad hoc dicit Bonauentura q multipliciter sumus deo debitores: scilicet ratione beneficij susceptj. Aliquando ratione precepti. Aliquãdo ratione dominij/Aliquãdo ratione culpe qua offendimus ipm deum. ¶ Q̃tum ad primum debitũ qd̃ prouenit ex beneficio/soluitur per gratiarum actiones. Et debitum precepti per obediẽtiã. Et debitum proueniẽs ratione dominij per latriam. Sed debitum proueniens ratione offense nunq̃ soluitur nisi per penam: sicut offensa commissa in principem: vel proximũ tale debitum non soluitur nisi per penam. Similiter etiam dicendum de dei offensa.

multipliciter sum⁹ deo debitores

¶ EX HOC PATET DE QVARTO Vtrum cuilibet peccato sit propria satisfactio. Dupliciter hoc põt itelligi. Vno modo q cuilibet peccato / siue alicui pctõ sit vna satisfactio: & non sit alterius peccati satisfactio. Secũdo modo q sit cuilibet peccato propria vna satisfactio: sic q nulla altera sit illius peccati satisfactoria. Secundo põt intelligi i vtroq; sensu vel i nũero vel in spẽ. Tũc dico q falsum est q cuilibet peccato sit vna satisfactio ppria: ita q illa aut in numero aut in specie non sit alterius peccati satisfactoria: hoc est/diuersorũ pctõrũ põt esse eadẽ satisfactio i specie/ et diuersorum peccatorum potest esse eadem satisfactio in numero. Item dupliciter itelligitur quod pena aliqua sit huius peccati satisfactoria. Vno modo plene. i. q sit sufficiens ad remittendum culpam & omnem penã illi culpe debitam. Alio modo semiplene hoc est/vel quando non sufficit ad remittẽdum totam penã sicut regulariter fit in cõtritione/vel non est sufficiens ad remittendum culpam: sed penam vt ieiunium/oratio &c. si nõ esset culpa remissa non sufficeret. Hoc supposito. dico q stat q diuersorum peccatorum sit eadem satisfactio tã in specie q̃ in numero plena & semiplena. Patet primo q eadẽ specie. Nam istius peccati puta a/cõtritio est satisfactoria. Et ista contritio est satisfactoria peccati b/& contritiones sunt eiusdem speciei: saltem si obiecta sint eiusdẽ speciei. Nã sanctus Thomas diceret q omnes contriones sunt eiusdem speciei/ q̃uis peccata differant specie: quia oẽs cõtritiones ferũtur super peccata etiã differẽtia specie secũdum eãdem rationẽ formalem/puta in q̃tum sunt dei offensiua. Secũdum vero aliquos doctores non omnes contritiones sunt eiusdem speciei. Nam bene sequitur: ista obiecta differunt specie: ergo actus eorũ differunt specie: sed

pria ꝓpositio.

non econtra. Similiter ꝙ eadem satisfactio numero sit diuersorum peccatorum. Patet: Nam stat ꝙ Sortes habens tria peccata eodem actu numero detestetur illa/talis idem actus numero potest ferri super diuersa obiecta confuse: & super diuersa peccata: quo facto talis actus erit satisfactorius multorum: & stat ꝙ sit plena / & stat ꝙ sit semiplena satisfactio. Nã vt sit plena oportet ꝙ sit multum intensus/ita ꝙ in illo actu sint due ptes graduales id est duo gradus/quorum vnus seorsum esset sufficiẽs ad remissionẽ totalis pene debite vni culpe: & alter sufficens ad remissionem totalis pene debite alteri culpe. Ideo ꝙtum ad omnem penam & culpã est satisfactio. stat ergo ꝙ diuersorum peccatorum sit eadem satisfactio numero & specie. ¶Qꝫtum ad hoc. Dico ꝙ omnis gradus qui sufficit ad remissionem culpe: sufficit ad remissionẽ quarũcunq; culparum simul iũctarum. sed vult dicere doctor ꝙ ad hoc ꝙ actus interior sit sufficiens ad remittẽdum omnem culpam oportet ꝙ sit intensior ꝙ ad remittendum solum vnam culpam & penam. Vltra dicit doctor stat ꝙ eiusdem peccati sint diuerse satisfactiones differẽtes specie. Patet sic: Sit Sortes habens vnũ peccatum: vna contritio potest esse tanta/ꝙ erit satisfactio plena huius culpe: ita ꝙ remittetur culpa & soluetur omne debitum pene illius culpe. Item stat ꝙ sit aliqua contritio/que non sit sufficiens ad remittendum omnẽ penã: sed bene culpã. & residuũ supplebitur per opa penalia. Tunc arguitur sic. Illa prima contritio plena/& aggregatum ex secũda contritione semiplena: & aggregatum ex operibus penalibus supplentibus eius defectum: differũt specie ad inuicem. & sunt ambe satisfactorie eiusdem peccati vel pñt esse. ergo eiusdem peccati sunt diuerse satisfactiones differentes specie. Quod differãt specie notum est: quia hñt diuersa obiecta.

An possibile sit satisfacere pro vno

¶DE QVINTO ARTICVLO. In hoc articulo est tota difficultas. Vtrum possit quis satisfacere pro vno peccato non satisfaciendo pro altero? Hec questio duplicit intelligitur. Vno modo/vtrum mortali iam dimisso quo ad culpam: possit quis satisfacere de pena soluẽdo pro vno & nõ pro alio? Et de hoc videbit in primo articulo principali. Secũdo modo vtrũ possit satisfacere pro vno mortali plene/puta qtũ ad culpam & penam non satisfaciẽdo pro altero. ¶Aliqui dixerunt ꝙ sic/quos magister sententiarium impugnat. et motiuũ eorum erat. Quãdo aliquis habet duo debita: potest satisfacere pro vno & nõ pro altero. ergo quis sortes incurrerit duo debita ratione duarum culparum precedentium potest pro vno satisfacere licet non p alio satisfaciat. sicut quis duabus excõicationibus ligatus põt ab vna absolui: & nõ ab alia. tamen hoc non obstante dicũt oẽs doctores oppositum/puta ꝙ nõ potest qs satisfacere secũdo modo. puta quo ad culpam de vno sine alio. Hoc est non potest alicui vnũ mortale remitti sine alio/& hoc de potẽtia dei ordiata. Ratio talis est/ Nõ potest alicui remitti mortale: nisi per infusionem gratie. Ratio est. dicit sanctus Thomas: Deus non remittit debitum mortale/hoc est quod incurrimus ex peccato per solutionem debiti secundum equiualentiam rei ad rem: sed solũ qtum ad acceptationẽ. ergo non dimittit peccatum nisi per opus quod acceptat pro offensa: sed deus nunq; acceptat opus nisi sit i gratia. Respexit eñ ad Abel & ad mũera eius. prius ergo prioritate nature deus acceptat personã q̃ operationem eius. ergo nõ potest esse opus p quod remittatur vnum peccatum quin per illud remittatur aliud. Et hoc dicit Augustinus. Deus est inimicus omni criminoso sed criminosus est peccator/ꝓptera quedã infidelitatis species est adeo dimidiam spe rare veniam. ergo existẽti in duobus mortalibus nõ potest vnum remitti quin aliud remittatur. ¶Qꝫtum ad hoc sunt due difficultates cõmunes. ¶Prima/sortes habens plura peccata/indagie facta stat ꝙ alicuius eorum nõ recordetur: & detestetur omnia

ꝓtõ non satisfaciẽdo p altero.

1. difficultas.

quorum habet memoriã remittuntur illa: & non illud cuius nõ recordatur. quia nõ habet contritionem de illo.

Scda difficultas.

¶Secũda difficultas: Sorti occurrunt sua peccata successiue: & q̃primum occurrit vnũ detestatur illud/qa offensiuũ dei anteq̃ occurrat aliud. Illa detestatio primi peccati occurrentis est meritum de congruo/sufficiẽs ad remissionem illius primi peccati occurrentis/ergo illud remittitur. & illa detestatio nõ est sufficiens ad remissionem aliorum/qa nõ occurrunt. ergo sorti remittitur primum occurrens anteq̃ remittatur aliud sed ꝺo occurrens. Et quando occurrit secũdum illud detestatur: & videtur ꝙ remittitur per illã secundam detestationem/& per illam nõ remittitur peccatum primo occurrens qa per illam secundam detestationem nõ detestatur primum occurrens: ergo illa sola de cõgruo est sufficiens ad remittendum peccatum primo occurrens: ergo vnum prius remittitur q̃ aliud.

Solutio prime.

¶Qꝫtum ad primã difficultatem. Dico (vt dictum est prius) ꝙ illa sufficiens indago est sufficiens ad remittendum peccata: dato etiam ꝙ nullorũ recordaretur & non posset recordari.

Solu. 2.

¶Qꝫtum ad secundã est duplex modus respõdendi. Quidam dicũt ꝙ prima detestatio que est dispositio de congruo ad remittendũ peccatum primo occurrens/reseruatur adeo quousq; impedimentum sit depositum. & impedimẽtũ est: quia nõ detestatur aliqua adhuc cum non occurrãt. ideo ratione talis obiecti (quia pseuerat reatus secũdi peccati) nõ remittitur primum quod prius occurrit: sed talis actus detestationis q̃tum ad sufficientiam reseruatur in acceptatione diuina quousq; detestetur secundum peccatum: & q̃is non amplius tunc detestetur primum: verũtamen quia detestatio põ fuit superueniente secũda detestatione/deus remittit vtrumq;.

Ockam.

¶Aliter diceret Occam & mihi apparet melius: ꝙ Sortes qui detestatur primum occurrẽs/vel detestatur sub tali ratione: puta qa dei offensiuum. Tunc in prima illa detestatiõe remittitur omne peccatum quod non detestatur etiam actualiter. Et ratio mea est ista: quia detestatio virtualis continet detestationẽ cuiuscunq; alterius peccati. Ratio est/quia detestatione posita cum cognitione cuiuscũq; mortalis necessario necessitate nature (vt dicit Occã in tertio) sequitur detestatio illius. vt si fortes velit aliquam operationẽ exercere precise sub ista ratione: quia precepta est: non stat ꝙ cognoscat aliquam aliã operationẽ esse preceptam quin velit exercere illã. Nã bene sequitur: vult exercere hoc quia preceptum: ergo vult exercere omne quod est preceptum. Similiter bene sequitur detestatur peccatum hoc: quia dei offensiuũ. ergo detestatur omne illud quod cognoscit dei offensiuum. ergo q̃cito occurrit primũ peccatum Sorti: & detestatur illud sub ratiõe quia dei offensiuum: talis detestatio licet sit particularis virtualiter includit detestationem cuiuscũq; quod est dei offensiuum eo ꝙ supueniẽte cognitione cuiuscũq; mortalis ex illa cognitione & actu remanente necessario sequitur detestatio. ideo talis detestatio est sufficiens. & ista via videtur probabilior. & sic de primo articulo scilicet de satisfactione in prima acceptione.

¶DE SECVNDO PRINCIPALI. Visum est in primo articulo de satisfactione large capta quid sit: & per que opera fit satisfactio primo modo. & vtrum sit cuilibet peccato propria: & an possit qs de vno & non de alio satisfacere? Consequenter declaratur quid sit satisfactio stricte capta. Et quattuor sunt declaranda conformiter ad quattuor declarata in primo articulo. Primo. qd sit satisfactio. Secũdo. per que opera fiat satisfactio. Tertio. vtrum vnicuiq; peccato sit ꝓpria satisfactio. Quarto. vtrũ satisfactio vnius peccati sit separabilis a satisfactione alterius. ¶Dico primo: ꝙ satisfactio stricte capta est operatio exterior/laboriosa/siue penalis/quod idem est libere assumpta ad vindicandum peccatum/& ad diuinam offensam placandam. Vel passio ex illa operatione resultãs. & hic loquimur

Difficultatio satisfactionis ꝓprie.

de satisfactione vt totaliter distinguitur a contritione & confessiõe. ideo ponit operatio exterior ad differentiam interioris/ que non est satisfactio stricte / sed large capta. Dicitur penalis: quia operationes exteriores delectabiles non habẽt rationem satisfactionis vt operatio ludi (q̃ fiat secundum eutrapeliam virtutem) nõ habet rationem satisfactionis. Dicitur voluntarie assumpta: quia inuolũtaria dicitur satisfactio passiõ. Dicitur ad vindicandũ peccatum: & ad placandum deum. Ex his infert doctor/ q̃ si sumatur opus exterius / vel passio sequens vt distinguitur contra actũ interiorem vel passionem interiorem mentis Et contra operationem oris: puta cõtra loquellam & passionem cõ comitantem/ puta verecundiam: nõ consistit satisfactio nisi in illis tribus operibus difficilibus: scilicet ieiunio/ oratione/ & elemosyna. & hoc loquendo de satisfactione proprie dicta sumendo ergo satisfactionem & consequenter opus exterius/ vt distinguit contra cõtritionem & passionem inde sequẽtem: scilicet tristiciã: & contra confessionem & verecundiam inde sequentem: solum triplex est satisfactio. scilicet ieiuniũ/ oratio/ & elemosina. Et non capitur hic ieiunium prout est semel in die comedere/ & pro abstinẽtia a certis cibis: sed capitur pro omni macceratione carnis/ siue fiat per abstinentiam a cibis/ vel per susceptiõem disciplíne / vel per egritudines: &c. omnia illa vocãtur ieiunium in proposito. Similiter elemosyna sumitur pro omni operatione pietatis erga proximum: siue talis exhibitio sit spiritualis/ siue corporalis/ vt dicit Bonauẽtura. &c. Q̃ritum ad aliud: vtrũ cuilibet peccato respõdeat ꝓpria satisfactio: ¶ Dico q̃ cuilibet peccato in genere/ de congruo respõdet propria satisfactio: sed nõ oportet q̃ cuilibet peccato particulari correspondeat propria satisfactio. Tria enim sũt pctã gñe distincta: scilicet peccatum carnis/ pctũ cõcupiscentie oculoũ/ siue auaricie/ & superbia vite: nam cõtra peccatũ carnis de congruo satisfactio cõpetens/ est ieiunium. quia satisfacere est causas peccatoris excidere. Et sic congruum est ieiunium contra illud peccatum. Similiter pro peccato auaricie congruũ est per elemosynam satisfacere. Nam qui rapuit vel furatus est: cõueniens est vt per oppositum satisfaciat. Contra superbiã satisfacimus per orationẽ Ideo cõgruũ est q̃ vnicuiq̃ peccato in genere correspondeat sua propria satisfactio in genere. ¶ Sed hoc nõ est necessarium in particulari. Patet/ nam possibile est q̃ qui peccauit peccato carnis satisfaciat & non ꝑ ieiunium: quia talis nõ potest ieiunare: vt puta ille qui labore manuum suarũ vitam agit: qui cum ieiunio non posset viuere nec ꝙ laborare in tali casu particulari non est necesse ei imponere ieiunium pro peccato luxurie. Similiter qui furatus est / & nichil habet: nõ est necesse ei imponere elemosynam pro satisfactiõe. Similiter si diues peccauit peccato luxurie/ & non potest ieiunare: non debet ei imponi ieiunium / sed potius largitio elemosyne. Ideo nõ est necesse/ q̃ pro peccato auaricie semp ponat elemosina: & pro luxuria ieiunium/ imo aliquando e diuerso potest fieri. ¶ Notandũ preterea q̃ est altercatio inter sanctũ Thomam & Scotum/ circa hãc materiam. nam si sit aliqs qui confitetur sua peccata & ostẽdit se contritum / & asserit: q̃uis sit potens vel ad ieiunãdum/ vel ad largitionem elemosyne: tamen non vult suscipere penitentiam a sacerdote/ sed vult manere in miseri cordia domini / & expectare misericordiã dei. Dicit doctor q̃ teneꝯ sacerdos eũ absoluere nec põt eũ obligare ad penitentiã acceptandam. Nam obligatio penitentie est ex acceptatione accipientis illam. tamẽ ipe sacerdos tenetur declarare ei illam. puta q̃ talis penitentia esset congrua pro tali peccato: sed non potest ipm arctare vt illam suscipiat. ¶ Dicit sanctus Thomas oppositũ & est apparentia pro ipso. Nam (vt exponit magister sentẽtiarum illud dictum: qd̃cunq̃ ligaueris &c) nõ est intelligendum: quodcunq̃ ligaueris ligamine peccati: qa sacerdos nõ potest me ligare ligamine peccati: quia nullus potest me facere peccare sine actu & volũtate mea: sed est intelligẽdũ quodcũq̃ solueritis: supple a pctõ/ erit solutũ & i celis: & hoc claue nõ errãte. Etqd̃cũq̃ ligaueritis supple obligatiõe ad penã erit obligatum & in celis. ita q̃ deus reputat illum obligatum. & ita exponit magister. Ideo dicit q̃ potestas clauis in sacerdote non solũ se extendit vt absoluat a peccato: sed vt liget absolutum a peccato ad aliquam penam temporalem. ¶ Ex quo seq̃tur secundum hanc opinionẽ q̃is remittatur/ penitẽs tñ tenetur facere illud qd̃ iniũgit sacerdos. & si nõ acceptat: peccat. vt dicit sanctus Thomas: & vtraq̃ opinio est ꝓbabilis. ¶ Circa hanc materiam de satisfactione sunt alique difficultates. Prima quã tractat Scotus sequẽti articulo. vtrũ nouũ pctm̃ impediat satisfactionẽ pro pctõ ꝑterito dimisso? Et cõsequenter queritur / vtrũ preceptũ impediat satisfactionẽ pro peccato? Vtrum per opus precepti possumus satisfacere de peccato? Vel vtrum solum per opus supererrogationis & consilij? ¶ Secunda difficultas/ vtrum exercens opus satisfactorium in satisfactiõe peccati alterius: aliquantulum satisfaciat pro se/ vel solum pro illo cui applicat suum opus? ¶ Tertia vtrum idem opus satisfactorium eque penale cum alio/ procedens tamen ex meliori volitione sit magis satisfactorium? quia non est difficultas/ quin sit magis meritorium: vt sortes & plato ieiunant ex penitẽtia iniuncta duos dies/ tamen plato ex maiori deuotiõe & volitione feruentiori/ an plato plus satisfaciat? ¶ Quarta difficultas/ vtrum opus satisfactorium/ sit equaliter meritorium q̃ si non esset satisfactoriũ? Q̃ritum ad primum/ vtrum peccatum impediat satisfactionem peccati dimissi? ¶ Respõdeꝯ/ q̃ dupliciter hoc põt intelligi. Primo modo an peccatum quod realiter inest impediat quod opus sit satisfactorium: vt sortes ieiunat propter vanam gloriã: illud ieiunium est peccatum. Dico q̃ illud opus non est satisfactorium: quia si est peccatum ergo nõ est adeo acceptum ad aliquam remunerationem/ nec temporalem/ nec eternam. Deus enim nõ remunerat peccatum/ nec temporaliter nec eternaliter. Alio modo intelligitur/ & est presens difficultas: vt sortes est cõtritus & cõfessus / remissa sunt ei peccata/ & iniũctum est ei ieiunium crastinum: sed anteq̃ ieiunet icidit in nouum peccatum/ an satisfaciat ieiunãdo pro peccato preterito/ & manendo in tali peccato nouo commisso/ & an tale ieiunium bona intentione factum / cum sit opus bonum morale (licet extra charitatem factum) sit satisfactoriũ pro alijs peccatis iam remissis? ¶ Antiqui doctores/ & ferme omnes (preter Scotum) dicũt/ q̃ illud opus non est satisfactorium. Nam dupliciter Sortes post confessionem ligatur. Primo ligamie precepti postq̃ acceptauit penã/ puta ieiuniũ/ vel orationem &c. tenetur ad illam soluendam. Secũdo ligatur ligamine debiti alicuius pene exsoluende in purgatorio/ vel in inferno: nisi pro tali pena satisfaciat in hoc mundo. Quãdo ergo q̃ritur: an tale opus sit satisfactorium: potest intelligi/ an satisfaciat precepto? Dico q̃ satisfacit precepto q̃is incidat in peccatum anteq̃ ieiunet nec peccat tunc nouo peccato. Sed difficultas est/ an satisfaciat pro pena soluenda in altero mundo: nisi satisfaciat in hac vita? Dicũt q̃ nõ/ si inciderit in mortale. Ratio eorum est: nunq̃ deus acceptat opus/ nõ acceptata persona. nam respexit deus ad Abel/ prius prioritate nature q̃ ad opera sua: sed sortes est inimicus/ & nõ acceptatus deo/ cum sit in peccato. ergo nullo mõ acceptat opus eius: & opus non est satisfactorium secundum valorem operis ad penam debitam: sed secundum acceptationẽ diuinam. ergo sequitur q̃ non est satisfactio. ¶ Consequẽter ad hãc opinionem videtur sequi/ q̃ de cedẽs in peccato nouo/ q̃ pro peccatis prius dimissis de quibus non satisfecit punietur eternaliter in inferno. Patet: stante isto

Pria ppositio.

Tria sũt pctã gñe distincta

Pria difficultas.

2. difficultas.

3. difficultas.

4. difficultas.

Solutio prime. An ernis in pctõ ponit satisfacere.

An sacerdos possit obligare ad penã suscipiẽdã.

Opi. Sancti Tho.

Opi. aliquoꝝ

Opi. sancti Tho.

peccato/non potest satisfacere pro primis q̃tancũq; penam assumat. ergo decedẽs in nouo peccato/pro primis a quibus absolutus est punietur eternaliter. quia nũq; remittet talis pena. ergo eternaliter plus punietur pena maiori q̃ debeatur isti peccato in quod lapsus est/post alia dimissa. Vltra sequitur q; decedens in mortali & veniali: eternaliter punietur pro veniali. quia nũq; potest satisfacere pro veniali. ergo. ¶Sanctus Thomas videtur sibi contradicere. dicit enim aliud est loqui de forte/qui decedit in mortali: & debito alicuius pene ratione peccatorum dimissorum. Et aliud est loq/ de illo qui decedit in mortali & veniali. & ratio est/si forte decedat in mortali/cũ debito pene ratione peccatorum dimissorũ/ non decedit in culpa illorũ mortalium dimissorum: sed quãdo decedit in mortali & veniali/decedit in culpa veniali. & quia nunq; potest remitti culpa in inferno: perpetuo perdurabit culpa illius venialis. ĩõ perpetuo punietur pro culpa veniali. sed si decedat in mortali/& debito pene: nõ pdurat culpa illorum mortalium. ideo tandem absoluetur a pena pro illis peccatis q̃ sunt remissa q̃tum ad culpam: & est opinio Thome in hoc passu. Dicit q; triplex est forus publicus/scilicet mundus/purgatorij & infernus. Vnde sicut vnum peccatum in foro huius mundi aliquando punitur grauius in isto q̃ in alio. vt aliquãdo vnũ peccatum grauius: vel leuius punitur parisius q̃ rothomagi: similiter vnum peccatum leuius punitur in hoc mundo q̃ in purgatorio. Ratio quare nõ potest in inferno remitti peccatum veniale: quia tale nõ remittitur nisi per applicationem sacramenti/vel per bonum motum. sed in inferno nõ potest applicari sacramentũ: neq; habetur bonus motus in inferno. i. detestatio peccati bene circũstantionata q̃tum ad illum finẽ: puta propter deum/ergo illa via non remittitur veniale in inferno. ideo perpetuo durat culpa illius. Et illa opinio est multum probabilis. sed non est sic de decedente in

Triplex forus publicus.

mortali cum debito pene aliorum dimissorum: quia iam nõ perseuerat culpa. ideo tãdem finietur pena. ¶Cõtra: in inferno nulla est redemptio. ergo &c. ¶Dico q; nulla est redemptio. i. nihil remittitur in inferno. Nõ enim remittitur illa pena: sed soluitur totaliter & integre. ideo nõ remittitur: nec etiã culpa. ideo in inferno non est remissio culpe/nec pene: quia totam illam soluit cuius est debitor. & contra hanc opinionem nõ militat illa auctoritas: q; in inferno nulla est redemptio. Alij dicunt q; recidiuans in mortale qui non plene satisfecit/ punietur ꝑpetuo in inferno/pro peccatis dimissis quibus nõ satisfecit: vt dicit de palude. ¶Sed tunc difficile est saluare (secundum hanc opinionem) quin peccata dimissa redeant. Dicitur enim q; merita redeunt: sed peccata dimissa nunq; redeunt: quod est cõcedendum secundum hanc opinionẽ. Nã transeũte actu peccati/nõ remanet nisi reatus ad penam eternam secũdum doctores. Talis reatus est relatio rationis causatus in anima/a voluntate diuina qua vult eternã penam infligere secundum presentem iustitiam. Tunc arguitur sic/quãdo Sortes relabitur in peccatum anteq̃ satisfaciat pro peccatis dimissis secundum presentem iustitiã est obligatus ad penam eternam pro peccatis dimissis. ergo talia peccata de facto redeunt q̃tum ad culpam. i. q̃tum ad obligationem/imo diceret de palude/q; eque intense punietur in inferno pro dimissis/ac si talia nũq; fuissent dimissa. ergo difficile est saluare quin peccata dimissa redeant q̃tum ad culpam. ideo ista opinio non est apparens multum. Sed est apparẽtia q; veniale q̃tum ad culpam/nõ remittitur in inferno: cum ei nõ possit sacramẽtum applicari ibi nec possit habere bonũ motũ vt dictũ est. ¶Q̃tum ad vtrũq; dicit doctor/q; existẽs in mortali/põt satisfacere de mortali prius remisso: imo dicere oppositum esset multum durũ pro peccatoribus inducens illos ad desperationem. Consequẽter dicit doctor: q; duplex est satisfactio/scilicet placãs

De palude.

Opinio Scoti q; existãs in mortali põt satisfacere.

Duplex satisfatio

& reconsiliãs: & illa nunq; est nisi cum charitate/& est semper meritoria vite eterne de nouo & augmenti gratie/& satisfactio pene. Alia est satisfactio non placãs: sed libera pene ad quã quis obligatur solũmodo nec hanc exigit deus: sed solum illam que est libera pene solutio. Et si iferatur: tali inuito/sufficit deo vt in inferno. ideo nõ exigit deus q̃tum ad penam que restat/satisfactionem reconsiliatiuam: sed solum alterũ istorum: vel satisfactionẽ. i. pene liberam solutionem/vel satispassionẽ. Contra/iesiunium vel oratio facta extra charitatem nichil prodest/cum sit opus mortuum: ergo non est satisfactorium. Antecedẽs patet ꝑ apostolum dicentem ad Corinthios. xiij. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: charitatem autẽ non habeã nihil mihi prodest. ¶Dico q; verum est q̃tum ad ꝓsequutionẽ felicitatis eterne: sed non sequitur. ergo nihil prodest q̃tum ad solutionem pene. Iam apostolus intelligit q; nichil prodest: quia non habebit maiorem gloriam ratione talis operis q̃ prius. ¶Contra/prodest q̃tum ad accelerationẽ glorie. Dico q; sic: sed non q̃tum ad hoc q; detur maior gloria. ¶Q̃tum ad aliam partem prime difficultatis qua querebatur Vtrum opus quod fit ex precepto: sit satisfactorium. ¶Dicit de Palude & bene: q; tale opus sit in precepto dupliciter potest intelligi. Vno modo simpliciter & absolute vt sanctificare sabbatũ/dare elemosynã existenti in extrema necessitate. Alio modo q; sit in precepto q̃tum ad hoc. i. q̃tum ad satisfactionem vt opera iniũcta a sacerdote q̃ nõ sunt in ꝑcepto simplr & absolute: sed solum q̃tum ad hoc. i. q̃tum ad satisfactionẽ. & isto modo opera in precepto sunt satisfactoria. Sed difficultas est/ vtrũ opus quod est in ꝑcepto simpliciter & absolute seclusa etiam iniunctione sacerdotis sint satisfactoriũ. Dicit depalude. q; non: quis sit penale: & facit tres rationes. prima talis est. Sortes qui peccauit/ postq̃ peccatum est remissum q̃tum ad culpam remanet alicuius pene debitor/cuius nõ esset debitor si non peccasset. ergo non potest satisfacere faciendo precise opera quorum esset prius debitor quis non peccasset. & est apparentia & nullus prima fronte negaret hanc rõnem. Si dicas q; satisfacit per opus ꝑcepti/quod esset alias preceptum: sequitur q; potest satisfacere totaliter per opera: quorũ esset debitor quis non peccasset. ¶Secũda ratio. si opera precepti essent satisfactoria/sequitur q; si sacerdos iniungeret. xl. dies ieiunij nõ determinãdo hos vel illos/q; talis satisfaceret ieiunãdo quadragesimam: quod nemo diceret. ¶Tertia ratio est. si Sortes cui incũbit ex precepto simpliciter & absolute (nõ ex precepto dato ad satisfaciendum) dare elemosynam in extrema necessitate existenti: sic dando non exercet opus penale. ergo non satisfacit. Quod nõ exerceat opus penale patet: quia non dat suum/imo dat quod est alterius. ergo. Iste due vltime rationes non tantam habent apparẽtiam sicut prima que videtur bona. ¶Dico q̃tum ad hanc difficultatem/q; preceptum datũ ad hoc non impedit satisfactionem: sed ꝑceptum simpliciter & absolute. i. quod est preceptum/seclusa precepto de satisfaciendo/nõ satisfacit. ¶Habemus ergo de vtra q; opinione: videlicet an requiratur q; opus satisfactorium fiat in charitate/vel non: q; ferme omnes antiqui dixerũt q; sic. Tamẽ tenet Scotus oppositũ/videlicet q; non requiritur q; fiat i charitate: sed sufficit q; nõ sit peccatum. nam si fiat propter malum finem/nõ est satisfactorium etiam apud doctorem. Et cum arguitur q; deus nõ remuneret neq; acceptat opera bona in peccato facta. Dico q; non est inconueniẽs q; remuneret illa opera cõdonatione pene temporalis: que restat soluenda. ¶Q̃tum ad secundam qua querebatur: vtrum quis possit satisfacere pro altero quẽadmodum satisfacit pro se: Et si sic. vtrum satisfaciendo pro altero: Vtrum etiam pro se/vel nõ: & si non. vtrum opus quo quis satisfacit pro se sit ei magis meritorium q̃ opus quo sa-

tisfacit pro altero.

Tres rõnes de palude q; ꝓ opus ꝑcepti nõ satisfacit.

Solutio secde difficultatis.

ꝑma ꝓ̄. tisfacit pro altero: ¶Pro solutione sit pria ꝓpositio. Potest aliqs satisfacere pro altero etiam viuente. Patet/viuēs potest satisfacere pro defuncto in purgatorio: quia satisfacere est opus facere quod acceptetur in remissionem/vel diminutionem pene. Iā Sortes viuens satisfacit pro defuncto/alias frustra eēt orare pro defunctis: & dicere oppositum est hereticum. ergo etiā viuēs potest satisfacere pro viuente/sicut dicit altissiodorēsis. Verūtamē cum quis assumit satisfactionem pro altero (vt ipe dicit) debet facere discrete. Nam si plus indigeam satisfactione q̄ sortes/pro quo volo satisfacere indiscrete ago: quia plus teneor mihi q̄ alteri: sed quando discrete fit potest alter pro altero satisfacere. ¶Secunda propositio/si sortes exercens opus satisfactorium/oīmo de referat illud opus & totum valorem in satisfactionem alterius: nullo modo satisfacit pro se. Et ista propositio est Altissiodorensis & Durādi. Notandū tamē ꝙ si opus satisfactorium fiat in charitate: est duplicis valoris. Nam est valor glorie eterne: & est valor redemptiōis pene. Q̄tum ad valorem glorie/nullus potest illud opus referre in vtilitatem alterius: quia nullus potest alteri mereri gloriam & gratiā: sed bene potest pro altero orare: & propter preces alterius alter excitabitur a deo/vt mereatur per suum actum proprium: sed valorē redemptionis/ aut diminutionis pene debite/potest in vtilitatē alterius oīno referre. Tunc dicunt isti doctores/ ꝙ si sit aliqs qui oīmode & totaliter referat oīno opus satisfactorium q̄tum ad valorē redemptionis/aut diminutionis pene in alterum: nullo modo satisfacit pro se. Patet: quādo aliquis est dñs fructus operis sui/ & oīno refert fructum in vtilitatem alterius a se: transfert valorem illius in dominiū alterius: sed sic est ꝙ sortes faciens opus satisfactorium est oīmode dñs fructus operis illius q̄tum ad dominium pene. Et si non transferret/ cederet in totalē eius vtilitatē. ergo si trāsferat totaliter in alium: illi soli (in cuius vtilitatem totaliter trāsfert) erit vtilis. Ideo relinquitur secunda propositio vera. videlicet si aliquis satisfaciens pro altero/ applicet totum valorem/& referat totum valorem & vtilitatem satisfactoriam in solutionem vel diminutionem pene alterius: si alter sit obnoxius tante pene q̄tū potest illā opus redimere/est solum satisfactorium alteri: & nō faciēti. Verūtamen meretur pro se premium essentiale: quia omne opus factum ab aliquo existēte in charitate/ est illi meritorium. Nec potest esse alteri meritoriū ꝑmij essentialis. i. gratie & glorie. Unde in dormiente non augetur gratia/ neq̄ acquiritur ius ad beatitudinē per opus alterius: sed in dormiente potest esse satisfactio per opus alterius. ¶Tertia propositio. Ceteris omnibus paribus/sortes satisfaciēs pro se: plus meretur pro se: & de premio essentiali: quam si satisfaceret pro alio id est plus meretur habendo relationē qua refert opus suum penale pro se q̄ habendo relationem huius operis sui ad penam cuius alter ē debitor. Patet: quia amor sui cōmuniter est magis meritorius q̄ amor proximi/quia est ex maiori obligatione/ & amor proximi q̄ amor inimici: sed sic est ꝙ ista intētio/qua refero opus in redemptionem pene proprie procedit ex amore mei. Et quādo refero opus pene in proximum: hoc est ex amore proximi. ergo satisfaciendo pro se: quis plus meretur sibi de premio essentiali. ¶Contra primam & secūdā propositiones arguitur sic. Si ille essent vere. ergo staret aliquem peccasse: qui nunq̄ eēt nec erit punitus: sed hoc est falsum. igitur. ¶Item apostolus ait: oportet nos presentari ante tribunal Christi/vt vnusquisq̄ recipiat prout gessit pro se. ergo nullus pōt pro alio satisfacere. Tertio sequitur ꝙ posset aliquis mereri alteri remissiōem peccati venialis: sed hoc est falsum. quia nullū peccatum remittitur nisi per sacramētum/vel per bonum motum. i. per bonam volitionem illius qui peccauit. Patet tamē consequētia: sortes qui peccauit solo veniali est

Quid satisfacere.

Secūda propositio.

Tertia propositio.

2 pōnes p̄dictam.

obnoxius solum ad penam temporalem. ergo Plato faciendo opus satisfactorium referendo in penam debitam Sorti proveniali: satisfacit aliquantulum. & posset tantum reiterare ꝙ satisfaceret omnino/repetendo tale opus pro tali veniali: ita ꝙ nō amplius obligabitur ad penam. & hoc est peccatum veniale remitti. ergo &c.

Solutio. ¶Quantum ad primum illatum/ dico ꝙ consequentia non valet. quia non potest remitti mortale nisi per contritionem: que est quedam pena. & antequam fiat satisfactio/de necessitate requiritur remissio peccati. Unde contritio est pena: vel saltem includit & infert penam. Et postq̄ peccatum est remissum per illud opus penale quantum ad residuum debite pene: potest remitti per penam in altero/ sine pena illius qui peccauit. Quantum ad aliud de apostolo. Dico ꝙ loquitur de extremo iudicio/& de illis qui sunt saluandi & damnandi. ideo non vult dicere apostolus: ꝙ qui peccauit satisfaciat pro peccato dimisso. alias non mereremur existentibus in purgatorio satisfactionem pene quātum ad diminutionem/ vel remissionem illius.

¶Quantum ad tertium est maior difficultas. ¶Si aliquis potest pro altero satisfacere: id est penam saltem temporalem ad quā obligatus est soluere: ergo alteri poterit mereri remissionem peccati venialis quantum ad culpam. Patet sequela. Nam iste qui peccauit venialiter: est solum obligatus ad penam temporalem/per cuius solutionem remittitur ei peccatum. imo apud doctores per satisspassionem: sicut in inferno. Sed sortes potest soluere penam debitam veniali pro platone: sicut plato pro ipsomet. ergo Sortes potest acquirere platoni remissionem peccati venialis. ¶Unde doctor in vigesimaprima distinctione huius quarti inquirit quid sit veniale remitti: & dicit ꝙ peccato veniali siue hic puniendo siue in inferno siue alibi/ non debetur nisi pena temporalis nec per se nec per accidens. quia secundum se est talis offerisa, que secundum se punitur per temporalem penam sufficienter. & ibi questio deo fauente terminabitur. ¶Tamen pro argumento. Dico negando sequelam. & ad probationem/ cum quis soluit penam debitam pro altero/ratione peccati mortalis dimissi: iam alter non est obnoxius. ergo nec in veniali/cum soluitur pena debita veniali/pro illo altero. Dico ꝙ non est simile. quia antequam aliquis posset soluere penam/vel pro se/vel pro alio: oportet ꝙ culpa sit prius remissa quantum ad offensam. Unde dicit Durandus: ꝙ nunquam aliquis pro veniali: etiam pro seipso potest satisfacere: nisi tale veniale sit remissum quantum ad culpam. Quid autem sit veniale remitti quo ad culpam: postea tractabitur in illa. xxj. distinctione.

¶QVANTVM AD ALIAM Questionem qua querebatur. Utrum opera satisfactoria que procedunt ex meliori actu & feruentiori: sint magis satisfactoria. Et hec difficultas raro tractatur. ¶Pro cuius declaratione nōtādū: ꝙ in operibus satisfactorijs quadruplex genus satisfaciendi inuenitur. Quoddam penitentiale. Quoddam indulgentiale. Quoddam suffragiale. Et quoddam liberale. Et hic dicit Henricus in quolibetis. ¶Liberale: quod liberaliter fit sine quacunq̄ iniunctione. vt ieiunium quod assumitur mere liberaliter pro peccato. Opus penitentiale est: quod est iniunctum a sacerdote q̄d non fit pure liberaliter sed ex iniunctione sacerdotis. Opus indulgentiale est: cui ex concessione prelati annexa est aliqua indulgentia: sicut in diebus statutis dantur indulgentie in domo dei/ vel alijs locis: tale opus est satisfactorium de se: quia est penale: sed ꝓpter indulgentiam superadditam vocatur opus indulgentiale. Opus vero suffragiale est: quod fit pro altero/& ibi Henricus facit cōparationē inter illa. dicēs ꝙ ceteris pibus opus penitētiale est magis meritorium q̄ liberas

Solutio tertie difficultatis.

Quadruplex genus satisfaciendi.

le/ratione clauium/& virtute sacramenti. opus vero indulgentiale secundum indulgentiam indulgentie date / stat ꝙ sit magis satisfactorium stat ꝙ minus: sed tota difficultas terminãda capiatur quoduis istorum operũ satisfaciendi seorsum in se/ sine cõparatione ad reliquum / suppositoꝙ a duobus ceteris pibus alijs fiat: ab vno ex actu voluntatis minus bono q̃ ab alio/ quia vnus magis conatur q̃ alter. Vel propter aliam causam: quia vnus habet circunstantiam bonam: quã non habet alius/ qa bonitas vnius actus potest augeri propter multas causas. Notum est ꝙ plus meretur de premio essentiali: qui satisfacit ex meliori actu & maiori charitate. Sed questio est/ an plus satisfaciat: & apparet ꝙ non. Et ratio est. & capio de opere indulgentiali/ tenendo quod cõmuniter tenetur ꝙ indulgentie tantum valent q̃tum sonant/ quando sunt pro rationali causa ipetrate. opus satisfactorium indulgentiale factum ex meliori actu voluntatis non plus prodest facienti q̃tum ad satisfactionem q̃ si faceret tale opus ex minori intentione. Patet antecedens / quia si plus prodesset isti q̃tum ad satisfactionem/ qui facit cum maiori conatu/ & intentione voluntatis q̃ alteri facienti ex minori actu: sequitur ꝙ indulgentie non tantum valerent q̃tum sonant / vel ꝙ valerent plusq̃ sonant: quod est falsum. quia quando est remissio a tota culpa & pena: non possunt valere plusq̃ sonant.

¶Alia ratio. Illud opus non dicitur satisfactorium ex vi operis operantis: sed operis operati. i. exterioris. Hinc est/ ꝙ volens dare elemosynam: equaliter meretur cum alio qui dat actualiter ceteris paribus: sed non satisfacit. Nam non attenditur valor satisfactionis/ nisi ex opere operato/ id est ex opere exteriori. ergo vbi est equale opus exterius/ ita ꝙ in opere exteriori omnia sunt equalia: talia opera sunt eque satisfactoria suppositoꝙ fiãt propter bonum finem: ergo quãuis opus in Sorte & in platone sit eque penale/ comparando ad faciẽtes / vel ex natura rei: sunt eque satisfactoria. Et hoc credo verum/ quãuis ille qui ex maiori intentione & conatu faciat: plus mereatur de premio essentiali: tamen isti duo equaliter satisfaciunt. Quia (vt dictum est) totus valor satisfactionis prouenit ex parte operis operati / id est exterioris. Ideo satisfactio que ex minus bono actu voluntatis procedit: non minus est satisfactoria. Et non intelligo de omnimoda satisfatione. quia si capiamus satisfactionem large: vt ille se extẽdit ad cõtritionem q̃ satisfacit ex maiori cõtritione/ siue ex maiori actu volũtatis: plus satisfacit q̃ ille qui satisfacit ex minori bono actu: sed loquimur solum de satisfactione stricte capta/ vt se extendit solum ad ieiunium / oratione & elemosynam. Ideo equaliter satisfaciunt in casu predicto.

¶Quantum ad illud quod querebatur: vtrum opus satisfactorium sit eque meritorium/ ac si non esset satisfactorium: vt Sortes tenetur dare elemosinam/ & Plato non tenetur vtercũ dat/ ꝙ ceteris alijs paribus: an ille qui nõ est obnoxius tali pene/ plus mereatur de beatitudine essentiali q̃ Sortes? ¶Dico ꝙ non: & non est magna difficultas. imo equaliter meretur de beatitudine eterna. Nam si sortes minus mereatur de beatitudine eterna q̃ Plato / propter hoc ꝙ meretur remissionem pene: & ille gradus glorie/ cum sit eternus a parte post quantũcunq; paruus in intententione propter eius perpetuitatem esset preponendus cuicunq; remissioni pene temporalis. ergo Sortes consequeretur magnum incõmodũ/ per hoc ꝙ satisfacit pro pena debita. & sic nulli consulendum esset ꝙ satisfaceret: sed solum ꝙ faceret pro beatitudine. & indiscrete agerent sacerdotes imponendo alicui penam/ quod nemo diceret. ¶Ideo resolutorie dico/ ꝙ ceteris paribus & hoc dicũt oẽs doc. ꝙ satisfaciens tãtum meretur de premio essentiali vltra satisfa- Solutio q̃rte difficultatis.

ctionem pene q̃tum meretur: q̃is nõ esset obnoxius pene: & non satisfaceret. ¶Cõtra: ergo plus meretur ille qui satisfacit q̃ alter qui non satisfacit. & qui nõ habet obligationem ad penam. Negatur ꝙ plus mereatur. quia meritum est attẽden dũ ex parte premij essentialis. Habemus ergo has quinq; difficultates terminatas. Pria an sacerdos possit obligare penitẽtem ad penã suscipiendam. Secũda/ vtrum peccatum superueniẽs impediat satisfationem pro peccatis dimissis. Et vtrum per opus precepti possimus satisfacere de peccato/ vel solum per opera supererogationis. Tertia vtrum exercens opus satisfactorium in satisfactionem peccati alterius/ tãtum satisfaciat pro altero. Quarta/ vtrum opus penale procedens ex meliori volitione &c. sit magis satisfactorium. Quinta & vltima/ vtrũ opus satisfactorium sit equaliter meritorium/ ac si non esset satisfactorium. Ad argumenta doctoris/ Primũ argumentum soluitur in quinto articulo primi articuli principalis. Q̃tum ad recõciliationem/ nullus potest de vno mortali satisfacere: quin etiam de alio. sed de solutione pene / potest solui p vno & non pro alio. De congruo vni peccato debetur vna pena: puta luxurie ieiunium / sed non de necessitate/ & in casu particulari. Item cõtritio potest esse satisfactio sufficiens q̃tum ad culpam & omnem penam: sed non regulariter.

Distinctionis quindecime. questio secunda.

SECVNDO QVEro. ¶Determinatum est in prima questione de satisfactione q̃ respcit deũ In ista autẽ secunda questione determinat de restitutione in ordine ad proximum. & ista est egregissima questio inter ceteras Scoti questiones. Querit igitur. Vtrum quicũq; alterum damnificauit in rebus temporalibus: teneatur ad restitutionẽ/ ita ꝙ nõ possit vere penitere nisi restituat? ¶Et arguitur primo ꝙ nõ. Restitutio nihil est penitentie. ergo absq; restitutione potest esse penitentia. Patet antecedens. Restitutio nõ est cõtritio/ neq; cõfessio/ neq; satisfactio. De primis duobus hoc notissimum est: scilicet ꝙ nõ sit cõfessio neq; cõtritio. Sed ꝙ non sit satisfactio patet: qa satisfactio ẽ reddditio volũtaria equalẽtis alias indebiti: sed restitutio nõ est indebita imo semp ẽ debita. ergo restitutio nõ ẽ illa pars penitẽtie q̃ vocat satisfactio. ¶In oppositũ arguit p Augustinum. & est regula iuris. Nõ dimittitur pctm & c. ergo ad penitẽtiã peragendã necessaria ẽ restitutio. ¶In ista questione quattuor facit. Primo inquirit ortum dominiorum. vnde ortũ est ꝙ hoc sit meum: & illud tuum. ¶Secundo inquirit de diuersitate modorũ per quos dominium vnius potest in alterum trãsferri: scilicet quomodo potest fieri de re mea ꝙ sit alterius. ¶Tertio/ ex secũdo inferet q̃ nam sit iniusta: & que iusta rerum alterius occupatio: & hoc statim patebit de tertio. ¶Quarto respondebit ad quesitum. & dicit in ista questiõe solum loquitur de dominio ciuili: & non de originali / nec gratuito/ siue euãgelico nec de dñio naturali. ¶QVANTVM AD PRIMVM/ videlicet. Vnde ortum est/ ꝙ iste habeat dominium in hac re: & non ille. Dicit ꝙ hoc nõ habet ortũ/ nec ex lege naturali / nec ex lege euangelica/ siue diuina. Patet p capitulum quo iure. viij. distin: ca. j. vbi q̃rit Augustinus: quo iure possedit ecclesia vrbes: & quascunq; res possibiles possideri: & statim subdit / non iure diuino: quia iure diuino domini est terra / & eadem terra & diuites & pauperes suffert. ergo iure diuino non potest dici hoc est meum / hoc ẽ tuum. & concludit ꝙ solum iure humano iure imperatorum & regum. Ista est ergo pria appositio: ꝙ nõ est appropriatio dñiorum aliquarũ rerũ/ alicui certe & singulari psone p ius diuinũ: nec p ius pure naturale ¶Secũda propositio. In statu innocentie/ pma ꝓpõ. Lege nature vel diuina ꝑ statu ante lapsum fuerunt cõia.

& in pura lege naturali erant omnia cõia: ita q̃ nihil erat vni certe psone appropriatum/& hoc conueniẽs erat pro tali statu. Patet: conueniẽter possidẽtur res in ẽtum huiusmodi possessio est vtilis ad ista duo/ scilicet ad cõmunem sustẽtationẽ: & ad pacificam hominum cõuersationẽ: sed in statu innocentie conueniẽtior fuisset quo ad vtrũq̃ istorum cõitas oim rerum q̃ appropriatio. ergo conueniẽs fuit pro illo statu rerum cõmune dominiũ. Et hoc patet Genesis secundo/ vbi datum est ade dominiũ rerum ad cõmunem sustentationẽ & pacificam conuersationem. Quod aũt pro statu innocentie fuisset magis cõueniens cõmune dominiũ q̃ appropriatio. Patet: nullus pro tali statu cepisset nisi quod primũ fuisset ei occurrens & necessarium. quia nõ erat adhuc peruersitas nature. ideo nullus occupasset nisi quod ei fuisset necessarium: & non quod alteri erat necessarium.

¶ Q̃tum ad hanc propositionem: videlicet q̃ nõ fuisset appropriatio dominiorũ in tali statu. Notandũ/ q̃ in quibusdam rebus homo habet dominium: quarũ vsus ẽ necessarius ad sustẽtationẽ indiuiduí. Alie sunt in quibus habet dominium/ quarum vsus non est necessarius ad sustẽtationem indiuiduí sed speciei/ vt vsus femine nõ est necessarius ad sustentationẽ indiuiduí: sed bene ad conseruationẽ speciei. Vnde quãdo dicunt cõiter doctores/ q̃ in statu innocentie oia fuissent cõia: hoc verũ est de illis rebus/ quarum vsus est necessarius ad sustẽtationem indiuiduí: sed nõ est simpliciter intelligendũ de illis rebus/ quarũ vsus necessarius est ad ꝓseruationẽ spẽi. Nã adam habuisset dñiũ ꝓpriũ i corpus Eue: & qlibet vir i corpus proprie vxoris. Adã enim fuisset vir Eue/ & nullus alter habuisset dominiũ i corpus Eue: & talis appropiratio fuisset in statu innocẽtie. ¶ Difficultas est/ vtrũ illi statui repugnasset appropriatio?

Difficultas.

¶ Dico q̃ nõ. imo ex cõi ꝓsensu potuisset eẽ appriatõ: puta hoc erit tuũ/ & hoc meũ & hoc erit istius &c. sed in tali statu fuissent oia cõia quisnõ repugnasset appropriatio rerũ. Habemus ergo duas propositiones veras. Prima: nõ est appropriatio dñiorũ per legẽ euãgelicã. Resolu.

¶ Secũda/ in statu innocentie oia fuissent cõia. Vltra dicit doctor Nõ est appropriatio dñiorũ per legem pure naturalem. Patet: naturalis lex dictat oia esse cõia: & eadẽ lex non dictat cõtraria. ga tunc eadẽ lex includeret incõpossibilia: & oportet q̃ lex sit possibilis. Nam bene sequitur / hec lex dictat cõitatẽ dñiorũ. ergo nõ dictat appropriationẽ. 2. ꝓpositõ

¶ Q̃tũ ad has tres propositiones: primo videtur difficultas. Dicit prima/ q̃ per nullã legẽ diuinam est appropriatio dñiorũ. Contra. ois lex q̃ habetur ex reuelatiõe supernaturali vocatur diuina: & lex naturalis est ex dictamine cõsequẽte purã naturã rei. sed multarũ rerum fuit facta appropriatio lege diuina. Patet: filij Israel habuerũt dñium in terrã promissionis & in vasa egyptiorũ ex lege diuina. ergo ex lege diuina. i. ex reuelatiõe supnaturali fuit facta appropriatio multarũ rerũ. 1. r. propositionem.

¶ Itẽ q̃tum ad aliud dicit doctor/ q̃ lex naturalis dictat oia debere esse cõia: ergo videtur q̃ nõ põt fieri appropriatio rerũ per legẽ positiuã cuius oppositũ statim dicetur in quarto dicto. Patet ꝓña. Illa lex positiua nullã habet efficatiã si sit ꝓtra legẽ diuinã aut naturalẽ. vt in ca. cũ inferior de mario. & obe. neq̃ par i parẽ. l. nã & magistratus de arbitrijs. ff. Sicut preceptũ inferiorũ nullũ hẽt vigorẽ ꝓtra preceptũ superiorũ. ergo si lex naturalis dicet oia eẽ cõia nõ põt per legẽ humanã fieri appropriatio rerũ. 2. ꝓbatio.

¶ Q̃tũ ad primũ istorũ. Dico q̃ ex reuelatione supnaturali multa sunt certis psonis appropriata: & in lege mosayca & euãgelica. Nã dñiũ qd̃ hñt ecclesiastici in decimis & oblatiõibus est ex lege diuina. Similiter dñiũ qd̃ habebãt leuite in primitijs erat ex lege diuina. Similiter dñiũ in terra pmissionis qd̃ hẽbãt filij Israel erat ex lege diuina/ qa voco legẽ diuinã qcqd hẽmus reuelatũ a supiore deo. Quid ergo dicit doc. q̃ lege diuina nõ est appropriatio dñiorum.

¶ Dico q̃ sic intelligitur / q̃ lege diuia nõ est vniuersalis appropriatio dñiorum: sed partcularis appropriatio (vt visum est) bñ est ex lege diuina. Et quia lex diuina est fortior q̃ quecunq̃ alia lex positiua & humana: superueniẽte lege diuina in dominijs que prius erant istorum efficitur alterorũ. & primi desinunt esse domini: quia possidebant illa solum lege positiua: & lege diuina dabatur alijs: ideo amittebant dominium. vt patet de vasis egyptiorum / que deus appropriauit filijs israel. & de regnis quinq̃ regum possidentiũ terrã promissionis. ¶ Cõtra: habetur. xxiij. q. prima in primo capitulo. q̃ lege diuina iustorũ omnia sunt comnia. ergo vniuersaliter res sunt appropriate iustis. ¶ Dico q̃ textus intelligitur: iustorum omnia sunt cõmunia q̃tum ad dominiũ euangelicũ/ & gratuitũ: quod permittit plures dominos ex equo: de quo postea dicetur: & nõ intelligitur de dominio ciuili. Q̃tum ad aliud/ vbi dicitur si lex naturalis dictat omnia debere esse comunia / ergo quecunq̃ determinatio contraria (sicut est determinatio iuris positiui: si sit in contrarium) nullius erit roboris/ aut efficatie. ¶ Dico q̃ istius propositionis: lege naturali omnia sunt communia: multiplex est expositio. Nam sanctus Thomas. Ixiij. q. secũda secũde sic exponit Lege naturali omnia sunt communia. i. lex naturalis nullius rei certe persone appropriat dominium/ & non est intelligendũ: q̃ ista propositio. omnia sunt communia fit de lege naturali. quia nõ posset per quã cunq̃ inferiorem legem fieri appropriatio rerũ: sed itelligiẽ vt dictũ est: videlicet q̃ in nulla re/ nullus per legem naturalẽ habet proprietatem: hoc est q̃ nulla est lex naturalis: per quã dicetur hec res est istius singularis psone: nulla penitus est talis. quia si esset aliqua lex naturalis per quã dicetur hec res est istius certe persone: non posset talis res ab eo aufferri/ & in dominiũ alterius trãsferri: qd̃ est falsum. Ideo p legẽ naturalẽ: omnia sunt cõmunia. i. nulla fit appropriatio certe persone / & certe rei.

Expositio huius ꝓpõnis lege nãli oia sunt cõia.

¶ Aliter alij exponunt vt doctor/ & multi alij: q̃ scdm diuersitatem statuum/ diuerse leges sũt de iure naturali. Nã hec propositio/ omnia sunt cõmunia. non est simpliciter de lege naturali: sed illa modificata aliqua determinatione/ est de lege nature/ vt omnia sunt cõmunia pro statu innocentie. Talis sic modificata est de lege nature. Datur analogia. Nam sunt alique propositiones cõmunes: que per diuersas determinationes appropriantur diuersis scientijs. vt ista propositio/ si ab equalibus equalia demas que remanebũt equalia erũt / secundũ determinatiões diuersas pertinet ad diuersas scientias. nam si sic determinetur / si ab equalibus magnitudinibus equalia demas &c. pertinet ad geometriam. Si ab equalibus numeris equalia demas: ptinet ad arithmeticam. Si ab equalibus sonis pertinet ad musicã. tamẽ ista propositio / si ab equalibus equalia demas. &c. non est geometrica/ nec arithmetica/ nec musica sic indeterminata. Ita dicerẽt isti doctores/ q̃ iste propositiões: omnia sunt communia / omnia sunt appropriata: nulla illarum est de lege naturali simpliciter: sed ista/ omnia sũt cõmunia in lege nature vbi nulla est corruptio: est de lege nature. Similiter ista vbi ẽ puersitas nature debet esse appropriatio rerum: est etiam de lege nature. Et confotmiter dicit Durandus in tractu de legibus: sed iste due/ debeteẽ cõmunitas rerum / debet esse appropriatio rerum / non sunt simpliciter de lege nature: sed quelibet determiata scdm diuersas determiatiões põt esse de lege nature & de facto ẽ. vt si sic determinẽtur/ dẽt esse cõitas rerũ p statu nature integre/ dẽt eẽ appropriatio rerũ p statu nature lapse. He due ꝓpõnes sic deteriate sunt de lege nature. Cũ hoc tñ stat: q̃ neq̃ lex nature appropriet aliq̃d alicui q̃is em̃ ista appositio debet eẽ appropriatio rerũ/ p statu nature lapse sit de lege nature ita modificata nõ tamen propterea sequtur q̃ lex nature appropriet aliq̃d alicui. sicut dicit Durãdus.

¶Item licet ista propositio: debet esse superioritas inter homines pro statu nature lapse ad cohercendum malos & premiandum bonos/sit de lege nature: tamen ꝙ talis superioritas resideat in isto/vel in illo/ non est de lege nature: sed solū de lege positiua. Similiter dico/ista propositio est de lege nature: debet esse appropriatio inter homines: pro statu nature lapse: sed ꝙ hec res approprietur isti: & illa illi: est de lege positiua humana: & ꝓpterea dicit doctor in quarto dicto: ꝙ appropriatio rerum est per legem positiuam. 14. lectō ¶Resolutio ergo est: ꝙ per legem naturalem: aut diuinam non est appropriatio rerum in illo statu innocentie: sed debuit esse communitas rerū quia pro tali statu: communitas fuit magis conducens ad communem hominum iustentationem: & pacificam conuersationē: sed pro statu nature lapse/non debuit esse talis communitas. quia fortiores reparent plusq̄ esset necessarium ad sustētationem: & debiliores omnino opprimerent. Ideo q̄tum ad pacificam cōuersationē hominū & sustentationem/cōmunitas rerum non fuit decēs nature corrupte. Aliam causam assignat sanctus Thomas: quia si non fuisset rerum facta appropriatio/pro statu nature lapse: res non ita bene culte fuissent/ sicut nunc sunt. quia quod commune est neglitur: sed ipse appropriate colluntur. igitur. ¶Restat igitur: ꝙ talis appropriatio sit per legem humanam facta/ & non per diuinam/aut naturalem: siue i generali vt visum est. Et pro maiori declaratione videndum est quid sit dominium/& de diuersis speciebus dominiorum/& earū diffinitionibus. ¶Vnde quadruplex est genus dominiorū/naturale/originale/euangelicū/ seu charitatiuum/& ciuile. Dominium in toto genere/nihil aliud est: q̄ ius vtēdi aliqua re scdm rectā rationem. & ius (vt dicit Gerson) nichil aliud est: q̄ potestas/vel facultas propinqua competens alicui secundum dictamen recte rationis/& dominiū/ est illud ius competens. & ius est ipsa facultas. Dominium ergo in genere/est ipsa facultas/vel potestas: qua quis proxime vti potest aliquare: vel locando: vel vendendo: vel consumendo &c. secundum dictamen recte rationis: Quicunq; ergo habet ius vtendi aliqua re: secundum dictamen rectum habet potestatem propinquā ei cōuenientem scdm rectam rationē: talis dicitur habere ius & dominium in illa re. Quid sit dīnium in genere.

¶Alias difficultas maior erit de speciebus dominij. ¶Dominiū naturale nihil aliud est: q̄ potestas seu facultas propinqua vtēdi rebus: alicui competens/circa vsum aliquarum rerum/secundum regulas legis naturalis. Hic supponitur: ꝙ de lege naturali/quilibet q̄tum sibi possibile est/tenetur corpus suum: & se cōseruare in esse. & hoc est naturale oibus rebus. ¶Iterū: scdm Tho. secunda secūde. q. lxvj. articulo septimo. Non potest quodcunq; ius positiuū: derogare iuri naturali/ aut diuino. quia nunq̄ ius inferior/potest derogare iuri superiori immo nullum ius positiuum est licitum: nisi propter conformitatem ad diuinum/ aut naturale. Quelibet rerum appropriatio/est de iure pure positiuo. Habemus ergo tria: primum est: iure naturali quilibet tenetur se conseruare in esse. Secundū: non potest ius positiuum derogare naturali. Tertiū: q̄libet appropriatio est de iure positiuo. Infertur ex hoc: ꝙ si quis necessitatē patiatur (ita ꝙ ad prolongandam/ vel ad conseruandam vitam sit ei necessarium illud quod est alteri appropriatum iure positiuo) illud est istius patiētis necessitatem quātum ad dominium naturale. Nam cuilibet patienti necessitatē vite (ad cuius cōseruationē necessarius est vsus alicuius rei presentis) talis res est illius q̄tum ad dominium naturale. Patet: secluſa quacunq; lege pure positiua illud fuisset suum: & sub pena peccati mortalis tenetur capere: & vti illo. quia obligatur sub pena peccati mortalis ad cōseruandum vitam propriam/& cum ius positiuū nō possit naturali derogare: adhuc est obligatus ad sumendum Dīnium naturale. Jus positiuū non pōt dero gare iuri diuino aut nāli.

Quadruplex genus dīnioꝝ

diffinitio dominij.

Jus.

illud (q̄uis aliter illud possideat iure positiuo) quia habet facultatem vtendi/secundū rectā rationē. ergo lege naturali habet dominium naturale in tali re. Dominium em̄ naturale/fundatur in necessitate. & titulus dominij naturalis/est ipsa necessitas Et est illud/ quod cōmuniter dicitur: iure naturali omnia sunt communia. ¶Forte dices habetur in iure de furtis/ extra cap. si quis: ꝙ si ex necessitate qs furatus fuerit bouem &c. peniteat p tres ebdomadas. Si iniungitur ei penitētia/videtur ꝙ capere ꝓpter necessitatē est peccatū. ergo si est peccatum: illicite capit. Igitur nō habet dominium. quia futurum est cōtrectio rei aliene inuito dño. Dico ꝙ glo. illius capituli solu it argumentū: dicēs ꝙ si quis ppter paruā necessitatem furetur: peniteat &c. & nō intelligitur de magna necessitate: & extrema. In illa autem omnia sunt cōmunia/ de cōsecra. di. v. c. discipulos. ¶Replicatur. Dicis ꝙ sortes/qui patitur necessitatem: nō tamen extremam/accipiendo ab illo /qui habet superfluum peccat. ergo sequitur/ ꝙ ius positiuum derogat iuri naturali. Patet Nam stando precise in lege naturali/ seclusa quacunq; lege positiua: Sortes qui patitur necessitatem/ q̄uis paruam / & non extremam: capiens a platone/nullam necessitatem patiente: licitum erat ei sorti/ secluſa lege positiua/& non licet posita lege positiua: ergo ius positiuum derogat iuri naturali. ¶Q̄tum ad hoc dico: & non facio difficultatem quin assumere quācunq; rem (dummodo alius non pateretur maiorem necessitatem/aut tātam) fuisset licitum: sed non preceptum. Vltra dico: ꝙ ius positiuum potest bene derogare: permissioni iuris naturalis/ aut diuini: sed non precepto iuris naturalis/aut diuini. Ius em̄ positiuū derogat iuri diuino in hoc/ ꝙ nullus contrahat in tertio & quarto gradibus/ quod ius diuinum permittit: sed nunq̄ derogat precepto. Vnde in lege nature non fuisset preceptum subleuare paruam necessitatē/ sed permissum. ideo positiuum potest per missioni iuris naturalis derogare/ aut diuini: sed nullo modo potest derogare preceptis illorū. ¶De dominio naturali ponuntur alique propositiones. ¶Prima. Illud dominium naturale non fundatur in charitate: quod est cōtra Armachanum in dyalogo/ qui intitulatur defensorium pacis. Alias oporteret concedere/ ꝙ peccator in mortali existens in extrema necessitate quocunq; cibo vtatur: peccaret mortaliter. quia vteretur re aliena: & nullo modo sua: consequens est falsum. ergo & illud ex quo sequitur. Et de Aliaco impugnat illū in tali propositione. Si dicas: ergo talis erit perplexus: quia si vtatur tali cibo & capiat: peccabit: si nō capiat/etiam peccabit. quia aget contra preceptum iuris naturalis de cōseruando se in esse. Et hoc argumētum facit Armachanus contra se/& respōdet/ ꝙ non erit perplexus: sed poterit penitere de peccato/& capere rem necessariam: dummodo se posuerit in gratia. ¶Secunda propositio. Istud dominium naturale conuenit creature rationali ex dono dei. Patet genesis primo. Dedi vobis omnem herbam: & vniuersa ligna. &c. Ergo dominium quo vti potest aliquis in subleuationem: & vite necessitatem: competit illi ex dei donatione. Et hanc etiam ponit Armachanus: ostendens ꝙ deus sit omnium supremus dominus. Nullus enim habet dominium/nisi ab ipso deo collatum/ ex pura & liberali donatione. ¶Tertia propositio. nullus potest abdicare a se hoc dominium vniuersaliter: nec q̄tum ad certam speciem cibi: aut potus. Et hanc etiam ponit Armachanus in secundo libro. capitulo vigesimo septimo. Prima pars huius propositionis patet: quia si simpliciter abdicaret per votum/aut alio modo: quencunq; vsum cuiuscunq; creature: non obstāte necessario vsu illius ad vitam esset homicida sui. Patet: nam si non pasco fame morientem: sum homicida illius: ergo & mei si nō pascā me. Secūda pars illius positionis patet. ꝙ nec pōt aliqs: alicuius certe spēi: aut Dīnium naturale fundat in necessitate. Pōnes & dño nāli Prima. Dīnū nāle nō fundat in charitate. 2. pō 3. positō

Jus positiuū pōt derogare permissioni iuris diuini aut nālis: si nō ꝓcepto.

Solutio.

Bonū argumentū

cibi/aut potus hoc dominium simpliciter abdicare. Hoc est: nunq̃ potest fieri votũ de non comedẽdis carnibus/aut de nõ potando vino: in quocũq; casu & euentu. Patet argumẽto cõmuni. q̃ Carthusiẽses possunt aliquãdo comedere carnes/nã potest accidere casus/in quo vsus illarum erit necessarius ad vitam cõseruãdam: puta si nõ reperiatur aliud cõmestibile: nisi cõmederent in tali casu essent homicide ipsorum met. ergo nõ possunt quocũq; voto: simpliciter abdicare istius cibi/aut potus naturale dominium/quia dominiũ naturale nichil aliud est: q̃ facultas assumendi rem simpliciter necessariam/ad conseruationẽ sui: & ad vsum sui necessarium/secũdum regulas iuris naturalis: sed in casu p̃dicto necessarius est vsus istius cibi/ergo iste obligatur sumere illum/& si obligatur sumere/ergo est in ipso facultas vtendi illo/secundũ regulas iuris naturalis/& si sit in isto talis facultas/ergo est in ipso dominium naturale: ideo tertia appositio ẽ vera/videlicet q̃ sicut nullus potest vniuersaliter in omni re abdicare dominiũ naturale: ita nec potest vniuersaliter abdicare a se vsũ alicuius certe speciei/aut potus. Ideo qui vouent nunq̃ bibere vinum/aut nũq̃ comedere carnes: debet intelligi extra casum necessitatis. & sic probabilius est tenere q̃ Carthusiẽsis in extrema necessitate tenetur vesci carnibus: si non posset aliter conseruare vitam suam immo etiam tenetur aufferre in tali casu ab alio si alter non tantum/vel plus indigeret. & ad hoc tenetur dominio naturali. & nullus potest abrenunciare simpliciter & absolute tali dominio/in omnem euentũ: etiam q̃tum ad certam speciẽ: sed bene potest ad aliquod tempus. ¶Hic insunt consequenter alique difficultates. ¶Prima difficultas est: vtrũ iudex humanus possit aliquem priuare isto dominio naturali? Notum est/q̃ potest aliquẽ priuare dominio ciuili. Patet de prescriptione. ¶Secũda difficultas est/quia tale dominium competit creature ex dono dei: vtrũ deus possit priuare creaturam tali dominio. ¶Quantum ad primam difficultatem Tho. equiualenter rñdet q̃ non. secunda secũde. q. lxix. articulo quarto. in solutione ad argumentũ secũdum. Dicit q̃ iudex secularis/non potest hominem cõdemnare/vt sibi ipsi inferat mortem: sed bene vt patiatur illatam ab altero. Et concludit ex hoc: q̃ iudex secularis non potest me cõdemnare (saltem vt teneat ei obedire) vt faciam aliqd ad quod sequatur mors. Potest bene alteri precipere vt faciat aliquid/ad quod sequatur mors mea/statim subdit: hinc si iudex secularis condemnet aliquem vt fame pereat: & subministretur ei occulte cibus/potest comedere. q̃ si non comederit: seipm occidit/& peccat secundum Tho. quia est homicida sui: ergo tenetur tunc sumere/non obstante tali condemnatione iudicis. quia est illi facultas secundum leges naturales/& rectã rationem vtendi tali cibo. ergo in eo (non obstante tali condẽnatione) perseverat dominium naturale. & credo hoc verissimũ: q̃ ius qd̃cunq; positiuum/nõ potest derogare iuri naturali. ideo iudex per quãcunq; sententiã/nõ potest me priuare hoc dominio naturali/quia hoc maxime esset/precipiendo q̃ non comederẽ de tali cibo sed superueniente necessitate (non obstante tali precepto) teneor illum cibum sumere. Patet. nam Christus dicit: q̃ Dauid positus in necessitate/qui propter illam comedit panes propositionis/non peccauit. & excusat illum a peccato. Math. x. Quia Dauid non peccauit propter necessitatem: cõcludit ideo: nec discipuli euellentes spicas in die festo propter necessitatem famis. ergo iudex per suũ preceptũ nõ põt me priuare dominio naturali. ¶Contra deus est dominus vite & mortis/& potest alicui precipere q̃ se occidat: ergo potest deus alicui precipere/q̃ abneget a se cibum necessariũ ad conseruationẽ vite. Et si hoc põt/ergo põt priuare hoiem dñio naturali/qa tale non cõpetit alicui/nisi ex dono dei liberali/si liberaliter dat. ergo potest aufferre. Igitur potest deus hoc dominio priuare creaturam. Et hoc verũ est. Dico secundo: q̃ si dederit alicui precepti/vel aliquibus/vel toti cõmunitati de non comedendo de certa specie cibi/aut potus/& in precepto nõ incluserit casum necessitatis: superueniente necessitate/credendũ est ab illis/quibus est preceptum: q̃ ille casus non cõprehẽditur sub precepto. Ratio istorum est. Quando cunq; sunt aliqua duo precepta: & vnũ est pure positiuum q̃uis diuinũ: & aliud non est pure positiuum: sed est aliquomodo naturale. si occurrat casus obseruationis incõpossibilis illorum duorum preceptorũ/ita q̃ nõ stat vtrũq; simul obseruare/neglecto quod est pure positiuum obseruãdum est illud qd̃ non est pure positiuum: sed quod est aliqualiter naturale. qa magis obligat. Vnde preceptum deseruãda vita propria: nõ est pure positiuũ. & preceptũ de abstinendo ab hoc cibo/est pure positiuum: & nullomodo naturale. Ideoquãdo illa duo simul occurrũt: & sunt incõpossibilia/tunc standũ est precepto/quod participat de iure naturali. Eodẽmodo sicut dictum est de Dauid: non reperit nisi panes propositionis/& erat ei necessarium comedere/quod erat cõtra diuinum preceptum/vel trãsgredi preceptum de seruãda vita. ergo nõ peccauit negligendo diuinum/& obseruãdo naturale. quia in precepto de non comedẽdis panibus propositionis/nõ includebatur quicunq; casus particularis: tunc ab ipso Dauid estimãdũ erat: q̃ talis casus necessitatis erat exceptus. Tertio dico. q̃ si deus daret preceptum cũ ista clausula etiã in casu necessitatis: esset priuatus a deo hoc dominio naturali. ¶Contra: deus nõ potest dispensare contra legem naturalem. ergo cum sit de lege nature/q̃ tenear comedere: nõ potest facere quin tenear/in tali casu. ergo non potest facere quin habeam facultatem/secundum leges nature: & quin habeã dominium naturale. ¶Dicũt doc. antiqui vt san. Tho. q̃ i lege pure naturali/nõ potest deus dispensare. Dico/q̃ seipsum conseruare in esse: non est de lege pure naturali: sed se non occidere auctoritate propria/est de pura lege naturali: sed auctoritate illius qui habet substãtiam & esse rei in suo dominio: non est de lege naturali. immo si sit de lege aliqua: est solũ de lege positiua diuina. Ideo dico q̃ se non occidere in vniuersali: non est preceptum simpliciter de lege pure naturali. sed non occidere seipsum auctoritate propria est de lege pure naturali. Superueniente ergo auctoritate dei prohibẽtis possũ licite a cibo necessario ad cõseruationẽ me vite abstinere: & illicite acciperem/& peccarem. ergo pro tunc non habeo tale dominium naturale. quia non habeo facultatem licite capiendi. Ideo dominio naturali/deus põt me priuare: sed non iudex secularis/seu humanus. ¶Dictũ est ergo/& habetur in glos. de fur. q̃ propter necessitatem/quacunq; re exteriori est mihi licitum vti: & habeo dominium naturale in illa re. ¶Contra. ergo si esset alicui necessarius vsus mulieris aliene/& non sue. tunc licebit illa vti q̃uis nõ sit sua vxor: puta ad infirmitatem vitandã/vel ad sanitatẽ recuperandã/& consequendã. & est argumentum qd̃ fit cõmuniter in schola/q̃ fornicatio: immo adulterium/non sit peccatũ. Dicunt Doc. q̃ non potest accidere casus/in quo simpliciter & absolute sit necessaria cõmixtio carnalis/ad conseruationem vite. sed hoc dato q̃ accideret: non est simile/sicut de potabilibus & comestibilibus. qa talia sunt de per se ordinata/ad cõseruationem indiuidui: sed vsus mulieris nõ est de per se ordinatus/ad cõseruationem indiuidui: sed solum speciei. Et ideo q̃is accideret talis casus/quia talis concubitus nõ est ordinatus ad conseruationẽ vite. & habeo preceptum legis naturalis de nõ mechãdo ideo argumẽtum non cõcludit. Vnde notandum: q̃ vna lex naturalis/potest in casu particulari alteri preiudicare.

¶SIT ERGO quarta cõclusio. Dicit pñr doc. q̃ lex positiua requirit in legislatore/prudẽtiã & auctoritatem. illa duo scilicet

Quid sit dñius naturale.

Carthusiensis in extrẽa necessitate tenet vesci carnibus si alter ñ posset euitare mortẽ.

Deꝰ põt aliquẽ p̃uare dominio naturali.

an iudex possit aliquẽ p̃uare dñio nãli

Regula.

Regula.

Argumẽtũ schole.

Solutio.

auctoritas/requirunt simul. Primū patet/ quia nisi legislator sit prudēs/ nō poterit dictare de agibilibus: & ꝓcognoscere vtilitatē legis. ergo i legislatore requirit prudētia. & hoc intelligit in se vel in consiliarijs quibus vtitur in ꝑdendis legibus. Secūdū patet: ꝙ requiratur auctoritas. quia dicitur lex a ligando. sed nullum poterit lex ligare nisi procedat ab illo qui habet auctoritatē & precipuū quod requiritur est auctoritas presuppositā prudentia vel in se vel in cōsiliarijs. Vnde duplex est auctoritas/ quedam est paterna que fundatur in iure naturali & nō solum ex iure positiuo. & est auctoritas/ qua vtitur pater in eos qui ab ipo descenderunt q̄is sint de diuersis politijs Alia est auctoritas politica q̄ nō est ex iure naturali: sed positiuo siue ꝓsistat i vno siue in pluribus. Aliq̄n cōsistit in vno & vocat regalis. Aliquādo in paucis & vocat Aristocratica aliquando in multis & vocat timocratica: vt ego declarauī legendo Occā de potestate summi pōtificis. Vnde auctoritas politica consistit & respicit eos qui simul politice viuunt. Aliquando in vno. Aliquādo in aliquibus simul iunctis: ita ꝙ nullus seorsum habet illam: sed simul iuncti habēt/ & nullus seorsum potest aliquid illius potestatis exequi nisi ex cōmissione aliorum. ita ꝙ si aliquid attentaret tanq̄ ordinarius nihil valeret sua sententia. vt sunt domini de parlamēto. ordinarie nihil possunt nisi simul quēadmodum etiam est de capitulo nullus eorum habet potestatē sed totum capitulum. Vnde si tales in quibus est ista potestas sint in pauco numero: puta quatuor/ aut quinq̄/ vel sex vocatur aristocratica. sed si sint valde multi illā habentes: vocatur timocratica. Dare enim certū & determinatum numerū & punctualem/ in quo debent esse est difficile. Vnde dicit doc. siue talis potestas cōsistat in vno siue in pluribus est introducta iure humano scilicet a libero consensu populi. Nullus enī naturaliter nascitur rex: & tenendo ꝙ deus dederit Dauidi & Saulī regnū: hoc tamen non fit regulariter tñ tenēdo/ ꝙ nō dederit habuerunt ex consensu populi. ex eo ꝙ populus illis dederit & se illis subiecerit. ex tali libero consensu consequitur aliquis potestatē que dicitur regia. & si cōsentiant in paucos ex tali cōsensu consequuntur aut oritatem politicam/ aristocraticā/ vel in multos timocraticam. & sic ex tali consensu populi omnis potestas siue regalis/ siue aristocratica/ siue timocratica habuit originem. Epilogus ad intelligendū quomodo fuerunt facta dominia posita est distinctio dominiorum/ & dictū est de dominio naturali quod est quedam facultas: seu potestas assumendi rem/ in sui vsum ad subleuandam necessitatem. Dictum est secundo ꝙ tale dominium nō fundatur in charitate quia in peccato existēs: si patiatur necessitatem alicuius rei habet dominium naturale in illa. Tertio/ ꝙ illud est ex dono dei. Genesis primo. Dedi omnē herbā &c. subdit dedi: vt sint vobis i escam. Quarto. nullus pōt a se abdicare tale dominiū. quia postq̄ competit iure diuino: vel naturali per nullū positiuū ius potest a se abdicare. Quinto. nullus potest simpliciter & absolute in omni euentu abdicare aliquam speciem cibi aut potus &c. Sexto. iudex humanus siue secularis non potest aliquem in penam peccati priuare dominio naturali quia tale non est ex iurisdictione hūana sed ex dono dei. Vltimo. deus potest aliquem priuare hoc dominio naturali: & pōt ꝑcipe ꝙ nō comedat in extrema necessitate sicut potest precipere alicui ꝙ se occidat: vt patet de Sāsone. ¶ Consequenter determinādū est de alijs speciebus dominiorū. puta de dominio origiali/ & de gratuito seu charitatiuo & apud alios auangelico. Vnde secundū aliquos dominium euangelicū distinguit a gratuito. Dominium originale secundū de gersono: est dominiū pluribus ex equo cōpetens in abdicabile: seruata iustitia originali. seu clarius. ¶ Est potestas alicui cōpetens vtendi quibuscunq̄ rebus secundū leges iustitie originalis. Vnde ex dictis de

Duplex auctoritas.

Auctoritas paterna.

politica.

Epilog.

dominiū originale

Dauid et Saula q̄ fuerūt reguum.

gersono est difficile videre quomodo distinguitur a dominio naturali: sed alius doctor nititur ostendere differentiā. Dicit em vt patet Genesis primo. Ade fuit dictū ꝙ comederet de oīi fructu arboris cuiuscūq̄ existentis in paradiso excepto fructu ligni vetiti. Item fuit dictū Ade: dominamini piscibus maris volatilibus & animātibus terre: ita ꝙ vltra dominium datum ei sup fructus fuit ei datum dominium super animātia: & dominium datum super fructus fuit ad vtendū illis ad conseruationem vite: sed dominium datū super pisces & cetera animantia nō fuit ad vtendū eis pro conseruatione vite (quia si permāsisset in iustitia originali tātū comedisset herbas & fructus & nō animalia) ideo primū dominium datū fuit ad vescendū. Secūdum vero nō: sed ad facile & sine labore eos congregandū. Nā si iussisset animantibus: vt cōgregarent ad iussum eius fuissent ꝓgregata: siue fuissent aues: siue pisces: siue cuiuscunq̄ generis ad iussum eius cōgregata fuissent. Ideo fuit illi datum dominium ad facile cōgregandū vt in ipsis moderate delectaret: & istud dominium ad facile congregādum fuit dominium originale. quia erat fundatum in iustitia originali: ita ꝙ illa retenta non poterat tale dominium perdi & illa perdita obseruari. Igitur dominium originale nichil aliud est q̄ talis potestas seu facultas quam habebat super animātia fundatū in iustitia originali. Vnde Adam post peccatū non perdidit dominium naturale in necessitate positus super animātia: sed perdidit dominium originale: quia ad iussum eius nō cōgregata fuissent sicut añ peccatū. ¶ Sed dominium gratuitū seu euangelicum seu charitatiuum est potestas vtēdi rebus quibuscunq̄ fundata in charitate gratum faciente cōueniens pluribus ex equo. Nam existēs in charitate: habet potestatē assumendi res in sui vsum ad consequutionem felicitatis. ¶ Hoc est. quilibet habēs charitatem quacūq̄ re data potest illam assumere in vsum per actum voluntatis. i. illam potest amare si sit amabilis: vl odire si sit odibilis amore vel odio quo merebitur vitam eternam. Ideo tale dominium non est aliud q̄ potestas data in charitate qua potest vnāquāq̄ rem assumere in facultatem voluntatis ad consequutionem felicitatis eterne. quia in ita assumēdo. i. amando: vel odiendo. merebitur eternam gloriam. & sic tale est fundatū in charitate: & quilibet existēs in charitate habet super quācunq̄ creaturā mundi tale dominium gratuitū: sed de isto non est hic ad propositum. ¶ Doctores aliqui faciunt differentiam inter dominium euangelicum & gratuitum. Nam in lege nature & in veteri testamento/ & in lege veteri. & in statu innoscentie erat dominium gratuitum & nō euangelicum. quia dicūt ꝙ euāgelicum est potestas ex euāgelio alicui vel aliquibus tradita. Vnde Christus apostolis & discipulis & successoribus dedit plures potestates que ante euāgeliū nunq̄ fuerunt aliquibus concesse: aut cōmisse. vt potestatem absoluēdi a peccato/ potestatem excōmunicandi & absoluendi ab excōmunicatione/ tales potestates vocantur dominia euangelica distinguēdo dominiū euāgelicum cōtra gratuitum. ¶ Aliud est dominium ciuile seu humanum de quo tā ad propositum. Quid autē sit illud multi varias dāt diffinitiones. Nam Armachanus in quarto de paupertate Christi dicit/ ꝙ est creature rationalis mortalis auctoritas seu potestas siue ius/ potestas in q̄ radicalis ciuiliter acquisita vtendi re aliqua plene legi positiue subiecta cōformiter ad rectam rationem. Dicitur primo auctoritas siue potestas quod idem est. quia omne dominiū qualecūq̄ sit: est potestas. ¶ Dicitur notanter creature rationalis mortalis. Nam irrationales creature non habēt dominium ciuile nec naturale: vt aliqui volūt. Nam cū dicit deus Geneſis primo. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen sup terrā & vniuersa ligna que habēt in semetipsis semen generis sui: vt sint vobis in escam & cunctis animantibus terre. Insinuauit ꝙ

dominiū gratuitū

dominiū ciuile seu armachanum.

dominium naturale residebat penes Adã/ certum est ꝙ bruta non habẽt dominium ciuile cum nõ habeant consensum. Dicitur creatura rationalis mortalis, quia omne tale dominium ciuile est ad vsum rerũ & cõseruationem vite & pacis cũ imortales nõ indigeant re aliqua ad conseruationem vite. Insuper ponit ciuiliter acquisita ad differẽtiam dominij naturalis & originalis, qa illa non sunt ciuiliter acquisita, i. ex populi consensu. Vtẽdi re aliqua plene. Dicit plene q̃tum ad omnem modum vsus liciti illius rei, i. ad donandum vel locandum vel transferendum/ vel impignorãdum, & sic de alijs generibus vsuum. Dicitur notãter vtẽdi re aliqua legi positie subiecta. ¶Pro cuius distinctione notandũ/ ꝙ dominium ciuile est hoc modo introductũ siue acquisitum. Nam stando precise in lege naturali quacunq; re ciuiliter erat licitum vti. Ante q̃ esset lex positiua erant homines precedentes/ & quacunq; re quilibet indifferenter poterat vti/ & nulli erat prohibitũ quacunq; rẽ vti. Tunc ex cõmuni consensu vel ex consensu alicuius (cui populus dedit auctoritatem) factum est ꝙ quibuscũq; certis rebus certe persone concessis ad vsum: vniuersaliter alijs prohibitum est vti illis: nisi ex consensu illius persone/ ex illa prohibitione qua prohibitũ est certis rebus vti aliquibus personis & ex concessione qua concessum est huic psone hac re vti, ista auctoritas ciuiliter acquisita plene vtendi his rebus vocata est dominiũ ciuile/ & ex hoc satis patet clare diffinitio Armachani. Aliter diffinit gerson: sed ille due diffinitiões quasi coincidũt. Dominium ciuile (ait) est dominium occasione peccati introductũ/ nõ competens pluribus ex equo retinibile & abdicabile: seruata & non seruata charitate fundatũ in lege ciuili seu positiua. Dicit occasione peccati, & sic tangitur ratio quare est introductũ/ quia propter peccatũ, & in statu innocentie non fuisset nisi naturale & originale & gratuitum. Non competens pluribus ex equo: quia qd̃ concessum est certe persone vti alijs est prohibitũ nisi ex consensu illius persone. Dicitur retinibile & abdicabile &c. qa dominus rei seruata charitate potest retinere & abdicare/ similiter etiã non seruata. ¶Occã aliquo modo differt ab istis ponẽs distinctionẽ dominij ciuilis. Nam secundũ eum dominium ciuile capitur dupliciter. Vno modo large, & sic nichil aliud est nisi potestas radicalis & primaria humana vendicãdi rem: & defendi in iudicio humano. Potestas humana ponitur ad differẽtiam potestatis naturalis/ originalis/ & diuine. Nam habẽs dominium iure naturali: vt patiens necessitatem non habet iure ciuili. Dicitur radicalis siue primaria/ siue principalis quod idem est ad differentiam potestatis quam habet procurator: vt si dederim procuratorio certe persone alienandi res meas talis procurator nõ habet dominiũ in rebus meis, quia non habet nisi potestatẽ subdelegatã: neq; habet radicalem, & per hanc particulã patet/ ꝙ mendicantes non habẽt dominium primariũ & radicale in rebus vsu cõsumptibilibus: sed potestas illa primaria residet i summo põtifice: vel apud eos qui dederũt & ipsi mendicantes habent solum delegatam. ¶Vltima particula etiam ponitur ad differentiam dominij naturalis & originalis. ¶Aliomodo capitur dominium ciuile stricte/ & est potestas humana principalis rem vendicãdi in iudicio humano & i omni genere vsus nõ prohibita a lege naturali vẽdere/ nec locare/ neq; dare: nec permutare. Et istomodo satis concordat cũ diffinitione Armachani. Dicit oñi genere vtẽdi propter ecclesiasticos/ qui in bonis ecclesie immobilibus habent dominium ciuile largum, quia habẽt potestatem si quis res immobiles ecclesie occupet: eas in iudicio humano defendere, sed in talibus non habent dominium ciuile stricte captum, quia nõ possunt eas vendere. q̃tum vero ad res mobiles/ possunt transferre in aliquẽ & in quẽcunq; sed predia non possunt vẽdere. Ideo q̃is in illis habeant dominium ciuile

De introductione iuris ciuilis.

Dñiumeciuile secũde gerso.

Olim.

large: non tamẽ stricte, & q̃to plures vsus concessi lege naturali eis prohibentur tanto habẽt minus de dñio. Dominium ergo ciuile/ nihil aliud est q̃ auctoritas humana humanitus acquisita/ vni soli competens circa aliquam rem/ propter prohibitionẽ factam alijs illa re vti. Ideo captum in toto ambitu. Dominium ciuile/ nihil aliud est q̃ potestas humana aliquas res lege ciuili pertractandi. Istis suppositis (vt dictũ est) duplex est politia, scilicet paterna/ & ciuilis. Ciuilis diuiditur in regalem/ aristocraticam/ & Thimocraticam. Et sicut dicit Aristoteles in primo politicorũ: sunt tres communitates. Quedam vocatur domus. Quedam vicus, & quedam ciuitas. Cõmunitas domus est impfecta, & sunt tres combinationes scilicet ꝓbinatio domini ad seruos. Combinatio vxoris ad virum, & patris ad filios. Q̃tum ad primam combinationẽ/ siue habitudinẽ: dominus dominatur seruis dominio despotico, i. habet plenã potestatem vtendi illis ad propriam vtilitatẽ & nõ ad vtilitatẽ eorum quibus vtitur, vt quẽadmodum dominus vtitur pecoribus suis ad suam propriam vtilitatẽ: ita dominus vtitur seruitio seruorum. Dicitur eñ despostes. i. dominans siue principans ad vtilitatẽ propriam. Et differt despostes a dominio regali, qa rex nõ vtitur subditis ad vtilitatem suam propriam: sed subditorum & cõitatis. Maritus autem habet dominium non despoticum super vxorem: sed maritale, nam in aliquibns/ mulier habet tantam potestatem sicut vir imo sunt pares vt in actibus carnalibus/ quãtum ad hoc est equalis potestas. Sed pater super filios non dñatur dominio despotico: sed (vt dicit Occã) illud dominiũ (quo dominatur pater filijs) magis assimilatur dominio regali. Nam in domo perfecta, i. q̃ nõ est pars cõmunitatis perfecte: hoc est ciuitatis/ vel vici: vt quãdo Adam erat solus cũ filijs/ vel Noe cũ suis post diluuiũ/ tũc pr̃ habebat talẽ potestatẽ super filios sicut rex in regno puta cohercẽdi si deliq̃ssent, imo videtur Occam dicere ꝙ in domo que nõ est pars ciuitatis aut cõmunitatis perfecte pater habet tantam potestatem coherciuã super filios sicut rex, imo pater potest condemnare ad mortem. ¶Secũda cõmunitas est vicus, & est congregatio plurium domorũ: sed non est ciuitas si talis vicus non sit pars perfectioris cõitatis, puta ꝙ nõ sit pars regni/ vel ciuitatis: vt forte quãdo fuerunt centum domus ex filijs Noe. Tunc dicit Occam. Cõueniẽs est ꝙ omnes domus facientes vicum descenderint in vnũ/ qui regeret eos dominio paterno: sed si non descenderint ab eodem sed a diuersis/ tunc cõueniens fuit/ ꝙ ex consensu oim/ vel maioris partis/ aliquis regat eos dñio regali, q̃uis propter paucitatem non debebat dici rex. ¶Sed ciuitas est congregatio perfecta: & tũc debet regi dominio politico/ vel regali/ vel aristocratico/ vel thimo. Regalis potestas in vno residet. Aristocratica residet in paucis qñ videlicet i aliquot paucos cõsedit populus. Et thimocratica qñ pplus plus sedit i valde mltos puta cẽtũ/ vel supra cẽtum. Vnde dicit Occam in dya. ꝙ sicut est possibile/ ꝙ vni soli detur auctoritas: ita ẽ possibile ꝙ duobus/ aut tribus insolidum detur illa auctoritas ita ꝙ quilibet insolidum habet illam potestatem: sicut aliquando fuerunt duo imperatores quorum quilibet vocabatur imperator in solidum. Similiter etiã Augustinus fuit coepiscopus Hyponẽsis cũ Valeriano adhuc supstice Valeriano: ergo est possibile ꝙ vna cõitas in duos consentiat/ ꝙ quilibet auctoritatẽ habeat in solidum, sicut est possibile ꝙ cõsentiat ꝙ nullus illorum habeat seorsum: & ꝓsentiat populus in quattuor simul iunctos: ita est possibile ꝙ in duos/ & simul iũctos/ & seorsum. Sed queritur vtrum tale dominium inter illos duos i solidũ sit regale, vel Aristocraticũ: ¶Dicit Occam: ꝙ ẽ regale/ & de ratõne dominij aristocratici/ vel thimocratici est: ꝙ potestas resideat in aliquot simul iunctis/ & nõ seorsum. & alter seorsum non poterit aliquid solus face-

Tres cõitates.

despotes

Quid sit ciuitas.

Valeriã.

re: nisi ex cõmissiõe aliorum: & omnis potestas primaria cõpetens vni soli vocatur regia. Dicit ẽt q: si duobus seorsũ sup aliqd regnum esset auctoritas regia cõcessa: ita q quilibet in solidum posset exercere que fũt regis/ quilibet eorum esset rex. & esset communis potestas regalis in tali casu. ¶Istis suppositis dicit Sco. q iusta potuit esse diuisio/ vel a patre auctoritate paterna/ vel auctoritate regia diuidente/ vel aristocratica vel timocratica diuidente. q potuit esse a patre patet. Nã verisimile est/ q noe post diluuium fecit/ q vnus occuparet hãc partem/ cum prohibitione ne alter illam occuparet: nisi ex consensu prioris. Vel stat/ q communiter vixerunt quousq; fuerint maxime multiplicati. & tũc est possibile/ q ex cõmuni cõsensu fuit creatus vnus superior auctoritate cuius fuit ipsis terra diuisa. Vel est possibile: q ex consensu ipsorũmet (anteq̃ aliquem superiorẽ eligerent) diuiserũt terras: & simul conuenerint/ ego vtar ista re/ & tu illa/ & nullus poterit vti illa/ nisi ex auctoritate & cõmuni cõsensu omnium se ad hoc obligantiũ/ sicut dicit Abraham Loth fratri suo elige q̃vis partẽ: ex cõsensu duorum factũ est/ q vna pars fuerit vnius/ & altera alterius. & cõsensu mutuo se obligauerunt. ¶Resolutio est: q talis separatio dominij fuit vel auctoritate paterna/ vel regia / vel aristocratica / vel tymo. vel ex consensu ipsiusmet populi.

De translatiõe dominij.

¶DE SECVDO ARTICVLO ¶Postq̃ visum est i primo articulo de appropriatione dominij/ cõsequenter doctor inquirit in isto/ quomodo potest fieri translatio in alterum? ¶Pro declaratione presupponendum: q potest fieri translatio dupliciter. Vno modo q̃tum ad dominium: ita q ista res non sit amplius illius cuius erat: sed sit alterius/ cuius prius non erat. Alio modo q̃tũ ad vsum: ita q prior remaneat dominus illius rei: sed dat licentiam alteri vtendi tali re/ qui prius nõ habuit auctoritatem vtendi: & talis auctoritas vtendi/ nõ est principalis: sed subdelegata. Ideo non transfertur res q̃tum ad dominiũ: sed solũ q̃tum ad vsum. Secundo notãdum: q trãslatio q̃tum ad dominiũ dupliciter fit. vno modo auctoritate legis. Alio modo auctoritate priuate persone. ¶In primo modo intelligendo auctoritatẽ publice persone: vel regis/ vel iudicis/ potest fieri translatio auctoritate legis: vt in vsucapionibus. & prescriptione. Exẽplum quãdo fit auctoritate priuate persone: vt in donatione/ venditione &c. Q̃tum ad primam sit prima conclusio. Translatio dominij/ que fit auctoritate legis iuste: ẽ iusta. sicut vsu capio & prescriptio. Patet: auctoritate legis facta est prima appropriatio dominiorũ. ergo eadem auctoritate legis (postq̃ facta est prima appropriatio) potest fieri trãslatio. Antecedens est declaratum in primo articulo: & consequentia videtur manifesta/ cum sit eadem potestas: ergo translatio dñiorum facta auctoritate legis iuste: est iusta. Alia ratio doctoris/ que cõmuniter assignatur/ legislator habet auctoritatem punire delinquẽtem in rem publicam pena corporali. ergo a fortiori habet auctoritatem punire pena pecuniaria & in bonis: sed qui negligit rem suã delinquit. & hoc vergit in perniciem reipublice & perturbationem. quia posset semper dicere: q non habet remsuã derelictam. ideo potest puniri priuatione bonorum applicando fisco. & si potest applicando fisco. ergo potest punire applicãdo tale dominium certe persone. ergo illa translatio/ que fit per illam legem: est iusta & iuste fit. Alia ratio doct. satis efficax. Bñ segtur ego qui sum dñs huius rei habeo auctoritatẽ trãsferẽdi meũ dñiũ in alterũ ergo tota cõitas habet auctoritatẽ. Tũc arguit sic si tota cõmunitas habet auctoritatẽ trãsferendi aliquã rẽi dominiũ alterius/ cuius non est: auferendo dominium ab illo q habet. & si lex sit iusta/ oportet q cõmunitas consenserit in legem/ ratione cuius transferuntur in alterũ sequitur q talis translatio est iusta/ ergo translatio facta auctoritate talis legis: puta prescriptionis/ vel vsucapio

Pria pars positio.

nis est iusta. ¶Propterea videndũ est de prescriptione & vsucapione: que aliquãdo sumuntur pro eodem. verũtamẽ acceptis terminis proprijssime prescriptio est de rei mobili: & vsucapio de mobili. prescriptõ de hereditatibus. & vsucapio: de fructibus & rebus mobilibus. vt probatur de vsuca. Insti. in pricipio. ¶Vnde prescriptio a doctoribus sic diffinitur cõmuniter. Est acqsitio dominij in re mobili auctoritate legis ex continua temporis possessione a iure determiata. Aliter diffinitur a iuristis. Est ius seu dominiũ firmitatem ex tempore & lege habẽs/ & hoc intelligitur in re imobili capiendo stricte prescriptionẽ: vnde notãdũ q ad iustã prescriptionẽ multa requirũtur Primo: psona prescribens. Secũdo: res que prescribũtur. Tertio/ tẽpus in quo prescribitur talis res. Quarto: titulus possidentis. Quinto: effectus prescriptionis. Item requiritur persona contra quam ptescribitur vt non sit pupillus vel furiosus &c. l. sicut de prescrip. xxx. vel. xl. annorum & le. bona fides de acqui. re. domínio. ff. Idẽ q bona cõsciẽtia Io. An. in ca. possessor de reg. iur. Et intendo hic determinare de prescriptionibus secundũ opinionẽ theologorũ qui magis consideraut iuris fundametum q̃ iuristẽ. De prio. q persona/ que prescribit habeat bonam fidem: anteq̃ possit prescribere. Vnde bona fides/ ẽ credulitas qua quis credit rem esse suã/ seu illũ/ a quo illã accepit/ habuisse potestatem transferendi in ipsum. Secundo q possederit illam rem respectu cuius habet bonã fidem/ toto tempore diffinito a lege/ vel canone/ sine interruptione possessiõis. Tertio requirit titulus. & est difficultas inter doct. quid sit iustus titulus: & videtur q si habeat aliquis iustũ titulũ appet q res sit sua realiter: & si est sua uõ est opus prescriptione sicut nititur declarare Iacobus de viterbio/ qui optime & theologice tractat hanc materiam. Titulus enim est quo iuste res vnius potest trãsferri in alterũ. Vnde contingit possidere rẽ alterius duplici titulo. Vno modo titulo falso & nullus talis potest esse sufficiens ad transferendũ rem in alterum. vt est titulus furti. Aliquando possidere potest titulo qui potest esse iusta causa/ & sufficiens transferendi rẽ in dominiũ alterius. vt ẽ donatio emptio & hereditaria successio si donatio vel emptio fiat a domino/ alias si ab eo quẽ accipiens credebat dominum. Ille ẽ titulus de quo hic. & vide de pub. ac. l. j. §. fi. & l. eũ qui. Reqritur ergo primo persona prescribens. Vnde mẽdicus nõ põr prescribere etiam rem quam habet prescribilẽ adde q per hanc rationem laicus quãtocũq; tempore decimas vel aliud ius spirituale non prescribit. c. causam de prescrip. & c. massana. de elect. Reqrit scdo q sit bona fides. & q toto tempore determinato a iure possiderit. & preter hoc q sit causa sufficiẽs vt transferatur dominium. Sed difficultas est de bona fide. Vtrũ cum mala fide possit quis prescribere: patet q nõ. i ca. vigilãti. de prescriptionibus. possessor male fidei nullo tempore prescribit. & in ca. vltimo. est omni consuetudini derogãdũ: que sine peccato nõ potest obseruari. Ideo cum habens malam fidem peccet/ sequitur q non potest prescribere. ¶Legiste communiter dicunt q sic. Tamen circa hoc de iure ciuili an & qualiter malefacti possessor prescribat? Dicit sic: aut queris de prescriptione longi temporis. id est. x. vel viginti annorum? & hec non currit sine titulo & bona fide/ de titulo est tex. in. l. diutina. & de bona fide: tex. in. l. longi &. l. super/ de prescrip. longi tempo. C. In hoc tamen aduerte: q prescribenti sufficit a principio habuisse bo. fi. nec interrumpitur prescriptio ex superuenienti scientia rei aliene. l. bone fidei. de acqui. re. do. ff. tex. i. l. vna de vsuca. transfor. cum concro. C. & hoc est de iure canonico immutatum ī. d. regula possessor. Aut queritur de prescriptione longissimi tẽporis: & dic q sine titulo & bo. fi. currit tex. xvj. q. iii. c. placuit. l. cum notissimi &. l. si quis. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. &. l. sicut eodem titulo. & hoc etiã

Diffinitio prescriptionis.

Quid sit bõa fides

corrigit iure canonico. ¶Prescriptio longissimi temporis/est inducta solū in odiū non petentium res suas. secus in prescriptione. x. vel. xx. annorum que non est solū propter hoc inducta. verum in fauorē possessoris bone fidei cum titulo. Sed videtur q cū mala fide etiā possit quis prescribere nam q ista persona contra quam prescribitur puniatur hac re. hoc est quia peccat i negligendo repetere suam rem & illud peccatum cedit in detrimentum & pernitiē rei publice quia inde oriūtur multi processus lites & dissidia. & princeps habet potestatem certa pena punire delinquentem in rē publicā/vel pena pecuniaria vel corporali. Ideo auctor legis (dicit doct.) propter tale peccatum iuste priuat illū dominio suе rei. & si iuste priuat. ergo potest in alterum iuste transferre. Hoc supposito sic arguo. possideo rem sortis: & scio q est illius/ & ille sortes negligit illam repetere/ & illa negligentia cedit in pernitiem reipublice. ergo p rinceps habens auctoritatem punitiuam pōt/ipsum fortē tali pena punire. videlicet priuatiōe sue rei quā negligit repetere. & si potest punire/ergo potest in alterum iuste transferre. ergo potest transferre in me: qui habeo malam fidem. ergo poterit in me esse acquisitio talis dominij nō obstante mala fide. ¶Preterea leges ciuiles approbāt prescriptionem cum mala fide. sed papa quātum ad ciuilia non habet potestatem puta supra leges ciuiles. ergo non obstante quacunq; constitutione summi pontificis in oppositum: talis prescriptio ciuilis robur habebit non obstante mala fide. & tamen dicitur i capitulo allegato: q nec valet prescriptio canonica nec ciuilis cum mala fide. Quantum ad argumentum. dico (vt sufficienter ostendit ratio) potest cum mala fide fieri prescriptio & negligens repetere rem suam potest tali priuatione dominij plecti in illa / quam alius possidet cum mala fide. patet: nam tertius habēs bonam fidem prescriberet. ergo si propter negligentiam in illo cuius res possidetur bona fide posset priuari dominio suo ergo & alter. Item sicut potest priuare illū: potest & i alium transferre. licet habeat malam fidem/verūtamen acquirit dominiū. Tertio dico cum glo. illius capi. vltimi. post canonem editum contra prescribentes mala fide iam non amplius prescribūt. sed ad difficultatem tactam in argumento cum imperator habeat potestatem transferendi dominium. & papa q̄tum ad hoc non sit eo superior sicut regulariter nunc tenetur/ q nō habet superioritatē in temporalibus supra reges & iperatores. quomodo potest ergo papa prohibere: q non amplius acquirat dominium; dicit glo. q ratione peccati: nam non potest taliter prescribere/ scilicet cum mala fide quin prescribēdo peccet. Et papa super peccata habet potestatem in ratione peccati cum sit quid spirituale puta in q̄tum est dei offensiuū/ potest papa statuere: q ratione peccati talis nō consequat dominium/quod fuisset consequutus: nisi fuisset statutum pape. Fateor q in temporalibus non habet papa superioritatem nisi quātum ad peccata. & quia implicat cum mala fide prescribere sine peccato. Ideo ratione peccati/potest papa statuere: ne tali modo fiat prescriptio. Idem Bartolus & alij i auct. cassa. de sacrosanct. eccle. C. Vnde q̄cunq; queritur bona fides: & lex ciuilis non potest adimpleri sine peccato / papa potest derogare legi: & non alias. & sic patet de bona fide quid sit dicendum.

De effectu prescriptionis.

¶Restat vltimū tractare puta de effectu prescriptiōis. ¶Aliqui dicunt q talis effectus est solum exceptio contra illum/cōtraquē prescribitur. vt in eo casu q currit longissimi temporis prescriptio cū mala fide/tunc prescribenti non queritur dominium: sed solum exceptio/si ab eo res petatur/ secus si cū bona fide in. l. si qs emptiōis/in prin. de p̄scrip. xxx. vel. xl. anno. C. Nā hec res (dicunt) que prescribitur non efficitur realiter mea sed possum excipere/ q tanto tempore possedi. Ideo alter cuius est non potest me cōuenire corā iudice/ad repetendū

illam rem suam. Alij dicunt q effectus prescriptionis est acqsitio dominij vtilis. i. fructuum: & non aquisitio dominij directi.

Deviterbio.

¶De Viterbio contra hanc secūdam opinionem facit argumētum. Nam certum est q homo nūq̄ est dominus rei q̄tum ad naturam rei. vt nō habeo dominiū sup ignē q̄tum ad naturā eius. quia nō possum impedire quin calefaciat: sed sum dns quantū ad vsum. ita q dominium est facultas propinqua/aliqua re vtēdi. Sed ille cōtra quē prescribitur: nullum vsum potest exercere: imo omnis vsus est sibi prohibitus lege iusta: & alteri cōcessus: ergo ille talis contra quē fit prescriptio nullum habet amplius dominium: nec vtile nec directum. & sic illa secūda opinio non videtur vera. ¶Resolutorie dicunt doctores (& est communior opinio) q est dominus rei: si realiter est prescriptibilis. & q̄cito tempus statutū ad prescribendum est finitum. & tali tēpore omnes cōditiones requisite fuerūt obseruate puta q possederit sine interruptiōe cū bona fide. i. q non interuenerit mala fides & cum titulo/& res est prescribilis ita cito talis est dominus. & hoc doc. triplici ratione prius pbauit. Lex potest facere hoc meū & hoc tuum. viij. distinc. quo iure. ¶Sed aliqui contra hoc arguūt primo. Princeps

Quid, sit dominium.

Argumētū bonū.

auctoritate cuius est cōdita lex prescriptionis nō est dominus rei mee/sed tutor & defensor/ratione cuius accipit & debentur ei stipendia. Tunc arguitur sic: nō est dominus huius rei: sed solum tutor/ergo inuito vero domino nō potest in alterum trāsferre. imo videtur facere furtum: & ista est ratio qua vtitur de Gādauo quolibeto. viij. q talis nō efficitur dominus prescribendo sed solum acquirit exceptionē. Alia ratio/ prescriptio non est a lege introducta tanq̄ quid bonum: sed ad vitandum maius malum: sicut permittūtur lupanaria non tanq̄ bona/sed ad vitanda maiora mala. i. adulteria. Tunc arguitur sic. eodēmodo prescriptio permittitur ad vitandum maius malum: ergo qui prescribit non facit rem suā: sed solum acqrit exceptionē. Tertio: nullus debet ditari cū iactura alterius: sed si p prescriptionē efficeret dns: ditaret cū iactura alterius: & forte sine culpa illius puta si inuincibiliter ignorabat illā rē ee suā: vel illā nō poterat inuenire: scit bñ se pdidisse/ sed nescit vbi est. ¶Qtū ad primū/cū arguit dns tēporalis nō habet dñium/neq; pprietatē in rebus sortis particularis persone. Dico/ q non habet dominiū proprietatis: ita q pro libito suo & ad vtilitatem propriam non potest illis vti: puta vendēdo vel donando &c. Sed habet dominiū iurisditionis. & habet dñium proprietatis pro bono communi. facit. ff. de euict. l. Lucius. & de quadri. prescrip. l: bene. a Xenone. q̄a potest inuito dño capere: si exigat vtilitas cōmunis/puta pro deffensiōe reipublice. sed nō habet dominiū pprietatis vt dictū est. Solutio.

¶Secūdo dico: q rem transferri in potestatem alterius/nō solum est potestas ppetēs illi qui habet dñium pprietatis: sed etiā est potestas cōpetēs illi/qui habet dñiū iurisditiōis p culpa primi possessoris. Nā ēvn de actibus iurisditiōis aliquē priuare re sua exigente culpa/sicut lex p̄scriptiōis priuat illū q realiter erat dns dñio suo & pprietate. Et ad argumētū fateor q ptās pcessa dño pprietatis est ptās trāsferēdi rē in alterū p vtilitate sua pria q trāsfert: sed dñiū iurisdi. psequitur etiā ptās trāsferendi rē in alterū p vtilitate cōi/ aut p punitiōe delicti illius q erat prius dns. ¶Qtum ad scdm argumētū: dico q non solū est introducta ad vitandū maius malū imo est introducta tanq̄ qd bonū & multū cōducēs bono cōi/ne dñia rerū remaneant diutius in incerto. l. de vsura. ff. Ad tertiū dico: q nullus debet ditari cū iactura alterius nisi postulet cōis vtilitas & demeruerit. ¶Sed arguit̄/ q aliqs possit ditari cū iactura alterius q nō demeruit dānificari. Aliqs furatus est rē sortis: qui mihi illam vēdidit vel dono dedit/ credebam illum esse verū

De Viterbio

dominium/& possideo illam toto tẽpore prescripto a lege cũ bona fide.& Sortes in non recipiendo illã non est negligẽs.quia inuincibiliter ignorat vbi est / & quis illam possidet/ego efficior verus dominus & dictor cũ iactura alterius:ergo sine pecato possum ditari cũ iactura alterius. ¶Dicit de viterbio:q̃ si Sortes probauerit suã ignorantiam/& ostenderit se esse inculpabilem/q̃ plato tenetur illam restituere. Nam lex nõ punit neq; intẽdit aliquem absq; culpa aut causa punire. In tali casu deberet reddere rẽ cui prius erat.sed difficultas est. Toto tempore statuto habui bonam fidem:sed illo transacto incipio habere malam fidem.qa scio q̃ talis res:quã prescripsi nõ erat illius qui mihi illam tradidit. An teneat restituere:dicunt multi q̃ sic. Dico tamẽ cũ saniori parte q̃ non. Ratio est. Iste realiter effectus est dñs q̃ cito est trãsactum tempus determinatum.& nullus dñs tenetur rem suã liberaliter in alterũ transferre : nisi alter extreme indigeat. ergo in tali casu predicto non teneẽ reddere illã domino cuius prius fuit.ideo si tempore statuto transacto supueniat fides:q̃ hoc nõ erat meum/non teneor restituere. Idẽ glo.& doc.in.c.vigilãti de pscrip.&Inno.i.c.cura de iure patro. sed debeo habere istã fidẽ :hoc tũc nõ erat meum/ego non teneor nunc dare quia est meum.& debeo deponere illã fidem /siue conscientiam. Igitur effectus prescriptõnis ẽ acquisitio dominij. ¶Consequẽter redeũdo ad doc. potest fieri translatio dominij per actũ priuate persone habẽtis dñium in realiqua:& hoc dupliciter. Vno modo liberaliter dãdo. Alio mõ nõ liberaliter:sed permutando/vendẽdo &c. Primo mõ est

Donatio

donatio siue datio. Vnde donatio est liberalis & gratuita alicuius rei in alterũ trãslatio.concordat de dona.l.i.ff. ¶Nyder diffinit donationẽ:est cõsensus gratuitus potens rẽ suam trãsferre:vt illa res efficiatur alterius/vel eo modo quo prius nõ erat eius Dicitur primo cõsensus.i.volitio. & sic efficimur domini per liberũ consensum:& liberam acceptationẽ rerũ/& efficimur dato res per consensum. Dicitur gratuita.i. sine hoc q̃ alter sit nobis obligatus ciuiliter ad aliquid retribuẽdum. Est bene obligatus obligatione naturali ad antidota/ad recognitionem aliquã:sed nõ est obligatus ciuiliter. Ideo donatio remuneratoria nõ est donatõ nec põt ppter ingratitudinẽ reuocari.panor.&barba.in re.de dõa. extra/idẽ sentit glo.in.l.acquilius de dona.ff. Dicitur liber consensus:ad excludendũ consensum coactum. Nõ habet eñ locũ cõsensus vbi metus &c.c.cum locũ de spõsa.& matri. Nam si per ignorantiã vel p metũ consentiã/ q̃ hec res mea efficiatur alterius nõ est donatio:quia nõ est liber cõsensus plena libertate. quia ignorantia & coactio causant inuoluntariũ.vt Arist.ait.iij.ethicorum.&nihil est tam contrarium consensui q̃ error.l.si per errorẽ de iurisd.omniũ iudicum. ¶Dicitur potentis trãsferre:quia si sit aliquis prohibitus transferre a superiore:vel ab aliquo a quo dependet in trãsferẽdo/nõ est donatio. Filiusfa.nõ põt donare.l.filiusfa.ff.de dona.quia id possumus quod de iure possumus. Dicitur vt reseffi-ciatur alterius puta nunc/ vel postea aliquo certo tẽpore transacto:eo modo/quo prius nõ erat eius. Nã non ois donatio est cõsensus:vt res efficiaẽ pẽsentaliter illius.vt si dicam custodias hoc vsq; ad cras : & cras erit tuũ:cũ illa cõditione adiecta.ille cõsensus realiter est donatio:& illa cõditiõe adimpleta nec aliquo superueniẽte efficitur alterius eodẽmodo quo nõ erat prius.donatio igitur est consensus liber gratuitus: potentis rem in aliud trãsferre vt efficiatur illius eo modo/quo prius non erat eius.

Resolut

¶Ex quo sequit q̃ antequã sit donatio requiritur liber consensus in donante de trãsferendo.& liber consensus/de accipiendo in accipiente & q̃ nec donans nec accipiẽs prohibeantur auctoritate superioris a quo dependent/vel in donando/vel in accipiẽdo. & sic pupillus nõ potest donare neq; frater minor/potest donare vel accipere.

Difficultas.

¶Circa istum modũ trãsferendi dominiũ difficultas est. Vtrum ad verũ dñium sufficiat consensus in donãte.&similiter in altero de accipiẽdo absq; signo vel signis exterioribus explicantibus tales consensus vt dono Sorti hanc rẽ:& nõ explico ei me donare.Similiter acceptat illã &nõ explicat se acceptare illã:Dico q̃ nõ sufficit/& est precipua ratio.Sicut in matrimonio nõ sufficit cõsensus amborũ: nisi sit explicitus per verba exteriora.ad hoc q̃ sit matrimoniũ/ talis donatio corporum nõ sufficit: nisi explicetur verbis vtriusq; cõtrahentium saltem q̃ probeẽ/in ca.de spõsa.& matri.extra.Similiter dico in proposito:q̃ in donatione requiritur certa explicatio illius consensus. Et videtur mihi ita dicẽdum. ratio est/iste donationes sunt a lege ciuili dependentes.hinc est q̃ donans cõtra legem: nõ donat.quia prohibetur donare. Tunc arguitur sic. Lex respicit exteriora & sensibilia/ergo q̃ sint consensus & donãdi & accipiendi ex parte vtriusq; oportet q̃ sint maifestati per signa exteriora anteq̃ efficiãtur illarum rerum domini. ¶Querit consequenter. Vtrum trãslatio seu donatio que fit per metum/aut ignorantiã realiter trãsferat dominium rei in alterum? Videtur q̃ non : quia est coacta & nõ libera.igitur.

¶In oppositũ arguitur:quia coacta volũtas est voluntas.ergo talis translatõ tenet.

Ver'qd

¶Pro solutione notãdum q̃ metus ẽ instãtis periculi vel futuri causa/mentis trepidatio.l.i.quod metus causa.ff.hoc est:metus est timor futuri mali & causatur ex nolitione cum probabili estimatione futuri mali. Et hanc questionẽ tractãt iuriste in cap.abbas. de hijs q̃ vi metus/ve causa fiũt. Theologi etiam tractant eandẽ in tertio in materia de iuramẽto. ¶Et est notandum q̃ duplex est metus/quidã grauis cadens in cõstantem virum.Alius est leuis.Exemplum primi.vt qñ malũ futurũ est graue & magnũ:qd̃ vir constãs & grauis fugeret illud sicut metus mortis/mutilatõnis mẽbrorũ/ & metus spoliationis omnium bonorum

Duplex metus.

Et reqrit q̃ sciamus probabiliter illud malum nobis esse futurũ:scilicet q̃ ille q̃ minatur: põt & vult inferre illud malũ. Sed metus leuis nõ cadens in cõstantẽ virum est de paruo malo/vel qa nõ est verisimile q̃ minans possit illud inferre vel velit inferre illud malum. Hic aduertendũ/q̃ minor metus excusat plus feminã q̃ virũ. vt patet in c.cum locũ de spõsa.& matri.& in.c.abbas.facit.l.quisqs.ad.l.iuli.maiest. C.ibi minus ausuras. ¶Item metus cadens in cõstantem virũ est duplex.Quidã humanus: quidam diuinus.Humanus : qui causatur ex minis humanis/seu alicuius hois. vt qñ minatur iferre mortẽ. Et est duplex.quidã in quẽ cadit homo ex culpa sua propria. Alius est i quẽ nõ cadit ex culpa sua ppria. Exemplũ primi.qñ teneor alicui dare pecunias/quas ei debeo: & supior minatur sub pena excõicationis/ quã potest licite inferre. Exemplum secũdi.vt qñ nõ peccauit anteq̃ inferatur talis metus . vt qñ cadit aliqs inter manus latronũ:ipse metu mortis dat eis vel promittit aliquid/non incidit in talem metũ ex culpa sua. Sed metus diuinus est quẽ habet aliquis de morte / a solo deo inferenda. Istis suppositis ponũtur tres propositiões. Prima. ¶Ea que fiũt per metum leuem non cadentẽ in constantẽ virum tenent:& omnes in hoc conueniũt. Secunda ¶Ea q̃ fiunt per metũ diuinũ cadentẽ in cõstantem virum etiam tenent. Et hoc ponit panor.in capitulo abbas preallegato. Patet:alias Sortes qui daret elemosynã metu precise soluende alicuius pene in purgatorio/& si non deberet talem penam soluere non daret & (metus purgatorij cadit in cõstantissimum virum)sequetur q̃ tali datione elemosyne non se redimeret ab illa pena & q̃ talis translatio non esset vera donatio quod est falsum. ¶Item qui vouet in infirmitate: vt euitet mortem inferendam a solo deo & non ab homine / non teneretur adiplere votũ/qd̃ est falsũ.ergo eodẽ modo si aliqs ex aliquo tali metu velit transferre aliquã rẽ i dñium alterius ẽ vera trãslatõ

Metus humanus

Metus diuinus.

ꝑma ꝓpõ

2.ꝓpõ

Qᵗum ad hoc de metu diuio. ita sentit pa
2. ppō. nor. & ego illi assentio. Secundo dico: ꝙ
translatio que fit per metū cadentem in cō
stantem virum (metū inquā humanum in
quem incidit homo ex culpa sua) est vera
translatio. & valida est & tenet tex. ad lite
ram in. l. si mulier in principio. ff. qd metus
causa. Et ē secūda propositio q̄ potest elici
ex panor. in ca. predicto ꝙ illud trāsfertur
in alterum per metū humanum cadētem in
constantem virum in quē incidit ex culpa/
& qui potest inferri ab eo qui minatur /te
net talis trāslatio/ & ista propositio suade
ri pōt ex multis capitulis desponsa. & ma
tri. in cap. ex literis de quodam qui iurauit
quandam accipere in vxorem/iudex eccle
siasticus potest illum cōpellere metu excō
municationis ad illam accipiendā: & talis
translatio corporis sui in illam mulierē fa
cta: de facto tenet q̄uis sit ex metu cadēte in
constantem virum. nam metus censure ec
clesiastice est cadens in cōstantissimū virū/
imo peius malum q̄ mutilatio alicuius mē
bri/vel perditio bonorum corporalium.
Excōmunicatio est maior pena: que sit in
ecclesia. xxiiij. q. iij. corripiamur. & diabo
lus vtitur excōmunicato/vt rusticus asino
barba. i. c. si quis presbyterorū de rebus ec
clesie non alie. Talis translatio etiā per me
tum facta (dūmodo fiat propter culpam)
tenet. Nā postq̄ talis iurauit accipere vxo
rem: non accipiendo peccat. quia facit con
tra iuramētum. ideo si propter illud pecca
tum iferatur illi metus ab eo qui potest eū
tali metu & pena punire ordinarie ratio
ne culpe ab eo cōmisse/illud quod trāsfert
ratione talis metus est validum & tenet.
Relinquitur ergo secunda propositio vera
& per illam soluuntur potiora argumēta
que fiunt in hac materia. Quando talis me
tus est iuste illatus ab eo qui habet potesta
tem inferendi ordinariam & propter culpā
& talis translatio per talem metum facta
est valida. & hoc quotidie practicatur/vt i
materia de matrimonio. Tertio quantū ad
metum humanum cadentem in cōstantem
virum in quem aliquis incidit: nō ex culpa
sua. vtrum trāslatio dominij per talē metū
sit realiter valida; Qᵗū ad hoc dicūt coi Opi. iuri
ter iuriste in ca. abbas. de his q̄ vi metus ve starū.
ꝙ talia facta per talem metum tenēt: sed cō
petit exceptio ꝙ metus causa. vt si Sortes
det Platoni per talem metū aliquam rem se
cuta tradtione est vera donatio: & talis res
efficitur platois. nihilominus sorti a iure
tribuitur potestas excipiēdi. quia causa me
tus hoc facit: & Plato peccauit in inferēdo
metum /& capiendo rem illam etiā pecca
uit: tūc ad iudicē spectat punire Platonem
perditione illius rei. Primum ergo dictum Pma pō
iuristarum est: ꝙ dans per talem metū /trāſ
fert dominium. Secūduum dictum conue
nit illi qui dedit per metum actio ꝙ metus 2. ppō.
causa. hoc est conuenit illi a iure: ꝙ potest
coram iudice probare / ꝙ metus causa hoc
fecerit quo probato iudex nō iudicabit il
lam donationē nullam: sed irritabit illam:
& priuabit platonē dñio talis rei. & iterū
trāsferet i priorē dominū. patet p dicta. ca. abo
bas. & apparentia eorū est. Postq̄ factū de
bet in irritum reuocari. ergo prius erat ra
tum. & si fuit ratum prius: ergo abrenun
tiatio ab illo iure fuit valida. ergo ius trāſi
bat in alterū. Aliud capitulum apparētius
precipue q̄n fit medio iuramēti. & in capi
tulo si vero de iureiu. vbi agitur de illo:
qui iurat ex metu/an debeat obseruare: di
citur ꝙ nō est irritū: nisi ipsum obseruatū
vergat in peiorē exitū. Vnde diciturverge
re in peiorē exitū. i. in detrimentū salutis/
vel vite corporalis: q̄n illud obseruatū est
peccatū: vel q̄n obseruatio est causa mortis
corporalis. sed sic est ꝙ dare etiā metus cau
sa: non vergit in peiorem exitū/ergo illud
iuramentū p metū factū debet obseruari.
& si debet obseruari: ergo illa datō trāsfert
verū dñiū. Theologi tñ tenēt oppositū Opi. tho
& eorū opinio est pbabilior. & est tertia pō me.
positio ꝙ volēs trāsferre ex metu hūano ca 3. ppō.
dente in cōstantē virū: nō ex culpa sua/ de
facto nō trāsfert dñiū & remanet dñiū apd
se. & ista positio potest ex multis suaderi.

Primo ex iure habetur: ꝙ volūtas transferē
di dñiū & potestatē sui corporis in mulie
rem (si hoc fiat metu cadente in constan
tem virum) nō tenet talis translatio. & illa
donatio est nulla. ergo similiter si fortes ve
lit transferre rem suā ex metu tali penes alte
rum: defacto nō transfert dñium rei magis
q̄ dñium corporis penes alterū. Tamen di
cunt iuriste/ ꝙ non est simile in datione rei
temporalis & corporalis. quia in datione
rei tēporalis ꝓpetit actio ꝙ metus causa: &
cogitur alter reddere/sed si in datione cor
poris p metū esset verū matrimonium: nō
posset postea haberi actio ꝙ metus causa.
qa iudex nō habet potestatē supra illa cor
pora/quos eñ deus cōiunxit: homo nō se
paret. Et sic ꝓpetit actio in vno & nō i alio
& iuriste satis bene soluūt. Sed est alia ra
tio apparentior quā facio. Sicut dicit Sco. Bona rō
anteq̄ sit vera datio/ regritur ꝙ dans nō sit
prohibitus dare a lege superioris / a quo de
pendet in dando. & similiter accipies in ac
cipiēdo/ sed inferēs metū prohibetur lege
superioris accipe. qa lex dicit: qd metus causa
fit ratū nō habeo: & est ratio apparētior p
opinione theologorū & oēs concordāt in
illa: videlicet ꝙ transferens non sit prohibi
tus trāsferre/sicut aliquādo prohibetur ne
alīqs accipiat a prodigo/& postphibitio
nē si aliqs quicq̄ ab eo accipiat: tenetur resti
tuere. quia hoc est cōtra legē superioris. ideo
metū inferēs/cū sit prohibitus a lege superio
ris accipere per consensum extortū ex me
tu: non trāsfertur dominiū in illum/ & est
opinio probabilior. Et ad argumētum
glo. in cap. abbas. de his que vi metus ve
causa fiunt ꝙ in irritum debet reuocari/er
go p prius fuit ratū. Dico ꝙ intelligīt in
irritū debet reuocari. i. debet declarari talia
nō esse rata nec valida p iudicē. nō ꝙ iudex
faciat ꝙ nō sint rata q̄ prius erant rata: sed
declarat ꝙ nō fūt rata. Sed qd ad capitulū.
Si vero de iureiu. vbi dicitur ꝙ iuramentū Bonauē
ex metu debet obseruari dūmodo nō ver tura
gat in peiorē exitū. Dicit Bonauētura: ꝙ ē
obseruandū in foro cōsciētie. Alij vt Tho
mas expresse tenet oppositū ꝙ tale iuramē
tum ex metu factū (dūmō nō vergat in pni
ciem salutis eterne) est obseruandū. & cum
infers. ergo datio ex tali metu ē valida. ne
go illā. quia qui dat ex metu nō trāsfert do
minū. Sed vtrū qui iurat dare cras ex metu
teneatur dare: Dico ꝙ nō tenē dare ex me
tu pñti: sed ex metu sequenti puta ex metu
peccādi scilicet metu ne peieret. & illud qd
dat ex tali metu efficitur illiuscui iurat cras
dare. sed dico cū iuristis: ꝙ apud dantē re
manet potestas repetendi i iudicio. Vnde
habetur in glo. xv. que. vij. qñ petitur sub
ista cōditione/vel da hoc/vel inferā mora
tem presentaliter talis datio est nulla. vel
petitur sub ista conditione / vel iura dare/
vel occidā te: tale iuramentū inducit ad dā
dum: alias esset periurus. Sed postq̄ recedit
metus illa datio est ex metu peccādi. & est
vera datio. & res realiter efficit illius/ cui
do. sed apud me derelicta ē potestas ex iure
excipiēdi cōtra istū & repetēdi. Querit pre
terea illa glo. Volo ꝙ iures ꝙ nunq̄ repe
tes in iuditio. Dico in illo casu teneor non
repetere: sed denūciare ecclesie. Sed si dice
ret hoc mō: iura ꝙ nō denunciabis ecclesie
Dico ꝙ illud est iuramentū pnitiosum: nec
teneor obseruare. & hoc est satis probabile
q̄tū ad hoc. Et sic patet de prima ꝓditione
donationis: ꝙ sit libera a coertiōe & metu.
Restat etiā ꝙ sit libera ab ignorātia: quia De dona
ignorātia causat inuolūtariū: vt habet Ari tione per
sto. iij. ethi. Qᵗum ad hoc si sit ignorātia ignoran
persone vt volo dare sorti/& credo istum tiam.
esse sortem: qui de facto est plato/ talis do
natio nonvalet sicut patet de matrimonio
in quo error persone impedit illam dona
tionem corporum. ergo si error persone
inualidat donationem corporum: etiam
& bonorum corporalium. Sed difficultas bona dif
est vtrum error conditionis persone inua ficultas.
lidet donationem: vt scio ꝙ iste est Sortes De dare
sed credo illum esse paupere. & illo intui elemosy
tu dono ei alias nō donaturus ita ꝙ preci pauperi si
se do ei qa credo paupem: & tñ de facto est mulato.
dives. Similiter do isti qa credo illū esse bo

num:qui de facto est malus & hypocrita. vtrum apud tales realiter transferatur dominium rei: ¶Quantum ad primum de ganduo querit similem questionē de illo qui acquirit beneficium per simulationē / qui simulat se bonum vt cōsequatur beneficiū ab episcopo / & episcopus solum confert illi: quia credit illum esse bonum. An talis habeat ius in beneficio: vel an teneatur cedere? ¶Ad hoc dicit quidā doctor / q̄ sortes qui fingit se pauperem / ad hoc precise vt recipiat elemosynam. & diues dat illi quia credidit pauperem / alias nō daret: q̄ talis tenetur restituere acceptum / non diuiti a quo accepit: sed alteri pauperi. quia diues ex tali donatione consequutus est fructum: scilicet meritum si fuerit in gratia: & si fuerit obnoxius pene in purgatorio: consequutus est remissionem illius / vel totalē vel partialem. ideo sequitur q̄ nō tenetur restituere tali diuiti. Sed dicit: q̄ tenētur alteri restituere / qui habet eam conditionē / scilicet pauptatem propter quā existimatāin Sorte / diues tribuit elemosynam: quia diues credebat paupertatē esse in sorte quando dedit. Sed ista solutio non euacuat difficultatē omino. qa vel dono Sorti (quē credo pauperem) realiter abdicando dominium rei a me: vel nō abdicando. Si dono & non realiter abdico: iam tenet rem meam / ergo tenetur mihi restituere / & non paupi. Et si realiter abdico dominiū rei: ita q̄ non remaneat amplius apud me / quero ad quem transit. vel ad istum vel ad nullum: si ad nullum. ergo quilibet in illo habet dominium naturale. & nullus habet ciuile. ergo tunc quilibet indifferenter potest occupare & vti ista re. & primo occupanti conceditur. ergo erit illius qui simulatorie accepit illam. Nam quādocunq; aliquis a se abdicat dominiū sue rei: & in nullum transfert quilibet habet dominium naturale circa illud. & est primo occupanti. vt patet de feris: & agris derelictis: que primo occupanti conceduntur. Similiter dicēdum videtur in proposito. Si autē a se abdicauerit: & in aliquem trāstulerit. Iam nō transfert nisi per volūtatem. quia vult trāsferre: & non vult transferre nisi in istum: ergo transfert dominium in istum. & si ita sit in re / ergo talis non tenetur magis erogare pauperi q̄ vnus alter. Difficultas tota iacet in hoc: puta inter ista tria mēbra. Si abdicat a se dominium & in nullum transfert quilibet habet dominium naturale. Si nō a se abdicat: alius tenetur restituere. Si a se abdicat: & in aliquem transfert: & non habet volūtatē transferendi nisi in istum: ergo est istius. Ideo uidetur mihi dicendum: q̄ sicut error conditionis persone (ut credo: q̄ sit uirgo & non est / alias non illam caperem in uxorem) nō impedit matrimonium. Similiter si uolo trāsferre realiter in istum: quem credo pauperem: que de facto non indiget: talis peccat in ita fingendo / & accipiendo. quia accipit: quod non debet dari sibi tanq̄ elemosyna nihilominus est eius: & realiter dans transfert dām in istum. Et hoc uidetur uerisimile: quia non uidetur maior ratio de uno q̄ de altero.

¶ALIA TRANSLATIO NON MEre liberalis. ¶Dictum est in principio artículi q̄ in quibusdam permutatiōibus trāsfertur dominium rei. Aliquando solū trāsfertur usus: & non dominium. De primo per donationem. & illi correspōdet alius modus transferēdi solum usum. & illa uocatur liberalis accommodatio. Nā habens dominiū in aliqua re: potest liberaliter alteri accommodare: id est ex tali accommodatione nullum fructum expectare. talis non transfert dominium: sed solum usum. ideo non est datio simpliciter: sed libera accommodatio. & ea que requiruntur ad liberalē donationem: etiam requiruntur ad liberalem accommodationem.

¶Est alius modus transferendi dominium rei non gratuitus: & de illo loquitur doctor & est duplex. ¶Quidam contractus: quo transfertur dominium rei vtilis / penes alterum pro alia re utili: & talis contractus vocatur permutatio. Alius quo

Solutio. Solutio. Replica & solutionem. Duplex ꝯctatus.

transfertur pro nūmismate: & vocatur vēditio. & in hoc solū differunt vēditio & permutatio. quia i pmutatōne trāsfertur dñiū rei vtilis pro dñio alterius rei vtilis. sed in venditione trāsfertur dñium rei vtilis pro nummismate. Tertius cōtractus quo transfertur nūmisma pro nummismate vocatur mutuū seu mutuatio. Dico ergo: q̄ transfertur nō gratuite sed pro equiualēti / talis trāslatio proprie vocatur cōtractus / qa ad aliq̄d vnū trahuntur partiū voluntates. & est triplex vt iam dictum est. Vnde hic vocatur res vtilis: que imediate & per se est ordinata ad subleuandum necessitatē corporalem. sicut cibus & potus / vestimentū / & huiusmodi. quia ex natura rei ille res sunt ordinate cōtra necessitatē corporalē. Permutatio ergo est translatio dñij rei vtilis pro re vtili / puta potus pro cibo: vel vestimēto. Nā aliq̄n de certo genere vtilium est abundātia in vna patria / & non in alia. & ediuerso. ita q̄ necesse ē: trāsferre res vnius regiōis ad aliā / pro rebus illius alterius regiōis habēdis. Aliquādo vna regio idiget rebus huius regioīs & ista regio nō idiget rebus alterius regiōis / saltē in specie tali. Iō non fit pmutatio: sed inuentū est aliud mediū puta nūmisma & pecunia. Nā in pluribus stat habere indigentiā rerū vtiliū / & non habere res vtiles ad pmutandū: sed pecuniā. ideo talis cōtractus rei vtilis cum pecunia vocatur venditio. Aliq̄n stat aliquē pati indigentiā & nihilominus in presenti nec habet neq; res vtiles ad permutandum neq; mediū ad emendū fit alia species cōtractus / scilicet mutuū. ¶Preterea notandum q̄ sunt alij contractus istis correspondētes in q̄bus solus vsus transfertur / & nō dñiū. vt locatio correspondet vēditioni. rerū pmutationi mutua accōmodatio. emptiōi conductio. ¶Iam videndū est de prima specie cōtractus scilicet de pmutatiōe q̄d requiritur ad hoc vt sit iusta. Dicit doc. quilibet habens dñium rei in aliqua re: & nō prohibitus lege superioris / a quo dependet in permutādo potest rē suā pmutare cū altera seruata equalitate secdm rectam rationē. Requiritur primo q̄ pmutans sit dñs. Secūdo q̄ libere / & nō coacte aut metu in illā trāslationem cōsentiat. hinc est q̄ Naboth nō verebat pmutare vineam suā. qa occisus ē p vinea sua. tertij regū. xxj. ¶Tertio q̄ inter res permutatas sit equalitas. & ibi consistit precipua ratio iusti puta q̄ nō sit fraus nec in substātia / nec i quātitate / nec in qualitate. Nā si pmutetur auricalcū pro auro: est fraus ex pte substātie rei. ió non est iusta permutatio. Similiter q̄ nō sit fraus in quātitate / siue in pondere / siue in linea / vel in alio genere mēsure. Et hoc habetur i li. v. i ca. si culpa. de iurijs & dāno dato. Nam qui culpa / aut negligētia dat causam damni realiter iudicandus est ac si dānum dederit. & tenetur restituere: ac si dedisset damnum: sed cōmittens fraudē: siue in substantia / quātitate / vel qualitate dat causam dāni illi cū quo pmuttat / ergo iniuste facit & tenetur ad restitutionē. ¶Preter hoc / dato q̄ non sit deceptio regritur equalitas valoris in rebus permutatis q̄is neuter permutantium alterū decipiat in quantitate / substantia / vel qualitate. vt sortes pmutās modium vini boni cum modio frumenti / tamen modiū frumenti plus valet q̄ vini / & excedit in valore vinū. ideo illa pmutatio est iniusta cum non sit equalis valoris.

¶Circa hanc materiā sunt due difficultates Prima. Vtrum vendentes teneātur vitium rei detegere? Videtur q̄ sic. qa oportet q̄ non sit fraus: & si est vitiū in re / est fraus / & defectus in qualitate. ¶Secūda difficultas: in quo consistit equalitas rerum permutandarum? Q̄ntum ad secundam dicunt aliqui (vt Henricus primo quolibeto. q. xl. & etiā quarto quolibeto) & Ricardus in tertio. q̄ ista equalitas valoris / seu medium (in quo consistit iusticia permutatiua) est indiuisibile. Hoc est dictu q̄ si sit hic vnū modium bladi permutādū cū aliquo modio vini. Dicūt hēricus & richardus: q̄ dat certa q̄titas bladi q̄ equipolet modio vini. ita q̄ si bladum detur vltra illam certam

An vendens teneat vitium rei detegere. In quo consistit eqlitas. Opi. hērici.

De pmu.

quantitatem accipiens plus accipit q̄ dedit & dans minus accipiet: & sic erit iniusta.
Item si detur minus q̄tūcunq; parum q̄ mē sura bladi: qui dat bladum minus accipit.
Dicunt ergo isti doctores/ q; tale medium cōsistit in indiuisibili. Sed qa videtur multum difficile attingere illud indiuisibile ergo fere oēs permutationes essent iniuste.
¶Respondēt/ q; permutātes excusantur p ignorantiā, quia nō accipit aliquis voluntarie plusq̄ dat: ideo nō cōmittit iniusticiam.
¶Resolutio istorū ergo est/ & satis antiq ad hoc sunt/ q; ista equalitas seu valor ille cōsistit in indiuisibili, qa dicunt q; iusticia consistit in medio rei: & nō in medio rationis sicut cetere virtutes q̄ respiciūt passiōes
Opinio Scott. ¶Sed doc, nō est huius opinionis: puta q; illa equalitas cōsistat in indiuisibili, & hāc opinionem in tertio, distin, xxxiiij, nititur impugnare. Nā si consistit i idiuisibili erit quasi ipossibile aliquē q̄tūcunq; exptū attingere mediū iusticie: & excusari ab iniusticia: nisi p ignorantiā/hoc nemo diceret. Nam certū est q; de iusticia est certa scientia moralis: sicut de alijs virtutibus, ideo pōt cognosci mediū illius virtutis. Ideo videtur q; tale mediū possit cognosci/ & durū videtur dici: q; nullus excusetur in pmutationibus ab iniusticia: nisi p ignorantiam. Ideo relinquitur verū scdm doc, q; cōsistit nō in indiuisibili: sed in aliqua certa latitudine ita q; si qs accipiat supra talē latitudinem peccat p excessum in nimis: p defectū in minus vt pmutat cū blado vinū ſtātibus cursibus/ q̄nūc sunt vini & bladi datur certa latitudo bladi, i, ab vna certa quātitate in ascendēdo: vsq; ad certā quātitatē in descendendo, ita q; maior supcrescit: & minor deficit. Vnde facilius ē cognoscere q̄n comparatur res vtilis ad nūmisma, vt dolium vini valet a decem francis: vsq; ad medium francū supra decē, a decē vsq; ad medium supra: puta si vendatur decē: cū nouē vel decē cū sex: vel cū duobus: vel cū tribus seruatur latitudo valoris vini/ & iusticia Sed si vendatur minus q̄ decē/ vel supra decem cū dimidio, puta decē cum duodecim lam nō seruatur latitudo: & est iniusticia, quia emens plus accipit q̄ debet. Vnde q̄n est questio de valore re secundum cursum presentē/ potest dari certa latitudo, ita q; a supremo gradu latitudinis/ vsq; ad gradū infimum signatum: quicūq; gradus est sufficiens ad seruādum latitudinē & iusticiā, tenet ergo doctor/ q; equalitas valoris rerū permutatarum/ cōsistit in diuisibili, & quelibet pars illius latitudinis diuisibilis ē precium sufficiens, & si capiatur minus: est insufficiens, si maius: est supexcrescēs. ¶Sed quomodo potest talis valor cognosci: est difficultas. Dicit doctor & alij doctores q; sequūtur hunc doc, in hac materia: q; aliq̄n cognoscitur ex lege/ aliq̄n ex cōsuetudine/ aliquādo ex permutantiū volūtate. Nam in aliquibus partibus per legē imponitur precium pro carnibus, puta certū precium pro libra, & imponitur preciū pro blado, vt libra carnis vēdit, xij, & pinta vini, xij, Lex imponit preciū/ in quo consistit equalitas, ideo talis equalitas facile cognoscit.
Resolutio. Aliquādo cognoscitur ex cōsuetudine nā (vt dicit Albertus) valor iustus rei est pro certo tēpore secundum estimationem fori presentis/ & loci in quo venditur res illa. Regulariter dicit: restātū valet q̄tum vēdi potest: supple secundū estimationē cōmunē: & nō secūdū volūtatē pſōe vēdētis, qa nullus in vendēdo cōmitteret iniusticiam Quod aūt ita debeat attendi valor rei secūdum cōmunem estimationem: nititur suadere Nyder multis ratiōibus. Prima, vnusquisq; est cecus in propria causa, & si in propria causa vnicuiq; crederetur (quia quilibet multū afficitur sibijpsi) venderet rem plus iusto/ sed in causa propria magis credendum est alteri q̄ sibi: & toti cōitati q̄ singulari persone, ergo vbi est questio de vēditione/ aut emptiōe: potius credendū est estimationi cōitatis q̄ singularis persone. Et ad hoc q; quis sit tutus in conscientia: oportet q; vendat rem scdm cōem estimationē cōitatis & loci: secūdum tpis cursum Nyder.

¶Secunda ratio, aliqua res meliorata per artificium non venditur plus propter illā melioratiōnem artificij q̄ ante melioratiōnem: vt argentum fabricatum in valis ē melioratum artificialiter: & si vendatur regulariter non plus venditur q̄ si non esset melioratum, ymo cum quis vendidit potum vel pateram argenteam: venditur ad pondus & perditur artificium, & hoc quia lege impositum est: q; tantum pondus argenti precise habeat, ergo lex sufficit ad imponendum valorem rei, & hoc etiam sufficit ad reddēdum tutū in cōscientia. Habemus ergo primo de cōsuetudine, Secundo de lege. Tertia ratio, res q̄is secundum se sint maioris valoris si tamen minus existimētur in communitate oportet eas minus vēdere & ementes in emēdo non peccant, quia oportet currere ad communem estimationem hominum illius loci & regionis, similiter dicēdum est q̄tum ad augmētum.
Resolutio. Resolutio q; ergo valor rei nō ꝓsistit in indiuisibili. Secundo talis valor aliquādo imponitur a lege: aliquando ex constitutione consuetudine & communi hominum estimatione. ¶Preterea dicit doc, aliquando potest accipi ista equalitas ex permutantium communi consensu dummodo talis consensus sit liber vt habeo rem q̄ plus valet q̄ res platonis & hoc certo scio/ nichilominus volo permutare cum illo, non est ibi iniusticia, quia volenti non fit iniuria: & q̄is non seruetur equalitas secūdum legem/ aut secūdum communem estimationem hominum tamen seruatur secūdum estimationem meam, quia nolo aliquid vltra habere pro re mea. Et q̄tum ad hoc/ in tali permutatione non cōmittitur iniusticia, quia nemo patitur iniustum: nisi nolens/ vel nolitione formali/ vel conditionata, vt in ignorantia & metu: sed illis seclusis nullus patitur iniustum nolens nolitione conditionata. Sed tamē dicit doctor q; talis permutatio non est simpliciter pura permutatio: sed participat aliqd deliberali donatione, quia ego dono platoni superexcrescentiam rei mee super suam rem & non est simpliciter liberalis donatio, qa aliquid accipio ab alio. Ideo in tali contractu (licet non sit equalitas ex lege/ vel communi hominum estimatione) est tū equalitas ex libero consensu contrahentium.
Resolu. Quid sit permutatio Resolutio/ permutatio est rei vtilis pro re vtili/ & anteq̄ sit iusta oportet q; sit dominus & libere permutet: & q; non sit fraus neq; in substantia: quantitate & qualitate: & seruetur equalitas, Similiter de venditiōe: dominus rei pōt illam vendere iuste, dummō sine fraude seruetur equalitas, & dicēdum est sicut de equalitate permutationis. Nā permutatio respicit valorem rei vtilis ad rem vtilem/ & venditio valorem rei/ ad nūmisma. ¶Cōmuniter ponūtur duo casus, primus vendens rem/ potest respicere ad damnum quod consequetur ex alienatione rei ase. Secundo non potest respicere ad commodum ementis: quod consequetur exemptione illius rei: vt vendo rem que in se nō valet nisi decem: nichilominus ex venditione & alienatione a me huius rei: consequor damnum quod estimatur alia decem ita q; illud damnum non cōsequerer seruādo rem meam. ¶Secundus: casus fortes vēdit rem que iuste non valet/ nisi decem & ex alienatione non incurrit damnū: sed plato indiget maxime illa re & ex affectione illius rei lucrabitur forte viginti vel trigita & non curat plato quo precio emat dūmodo illam habeat. In primo casu possum vēdere carius q̄ valeat res in se vltra appreciationem communem quia consequor damnum ratiōe illius alienatiōis. Patet nullus tenetur subuenire alteri cum iactura propria. nisi alter sit in extrema necessitate: sed vendendo rem precise decem subirem dānum, quia illa res est impedimentum ne cōsequar tale damnum. Ideo possum vendere tantum vltra appreciationem committunem q̄tum estimatur damnum/ quod consequor ex venditione. ¶Sed de secundo casu fortes non pōt carius vendere/ ꝓpter cōmodū alterius qui emit. Patet fortes non
Primus casus
Secūdus casus

potest licite vendere rem plusq̃ valeat i se: vel sibi: puta illi singulari persone cuius ē sed sortes vendendo platoni carius ratiõe commodi: quod consequitur ex illa re/ vēdit plusq̃ valeat sibi/ & in se/ & supponit q̃ non consequeretur commodum: quod plato consequetur: quia hoc esset ratione damni. Ideo nullus potest vendere plusq̃ valeat aut in se secundum cõmunem estimationem/ aut sibi ipsi qui vendit. Ideo dicit doctor/ in vendēdo potest considerare dānum & non lucrum: quod consequitur alter ex venditione. ¶ Cõmuniter queritur q̃stio altercatiua iter doctores. An licitum sit vendere rem vltra iustum precium/ siue vltra dimidium iusti precij: siue sit licitum emere citra dimidium iusti precij: Nam sicut committitur iniusticia a vendēte supra iustum precium. eodemmodo committit iniusticia a vendente citra iustum precium ¶ Vnde dupliciter intelligi potest q̃ res vendatur vltra dimidium iusti precij. vno modo q̃ precium quo venditur continet iustum precium/ & vltra dimidietatem iusti precij & adhuc vltra aliquid aliud ita q̃ precium/ quo venditur res continet tria. Primum est. precium iustum rei. Secundū est dimidietas illius iusti precij. Terciū est/ aliquid aliud vltra. exēplum vt hec res vēnalis precise valens. x. venditur. xvi. nam xvi. continent decem que est iustum precium/ & preter hoc quinque quod est medium iusti precij. & preter hoc continet vnū vltra. Secundo modo intelligitur q̃ venditur vltra dimidium iusti precij/ id est q̃ precium quo venditur res bis contineat iustum precium. i. in duplo magis q̃ sit iustum preciū & adhuc aliqd vltra. vt si res aliqua q̃ precise valet. x. vēdatur. xxi. venderetur vltra dimidium iusti precij in duplo. Vnde quando queritur: vtrum sit licitum vēdere vltra iustum precium: vel emere citra iustum precium capitur in primo sensu. puta vtrum contractus sit nullus q̃n res vēditur vltra dimidium iusti precij vel citra dimidiū iusti precij emitur. Vñ emere citra dimidiū iusti precij est dare preciū quod est minus per certam quantitatem q̃ dimidietas iusti precii: vt res valet decem: & emo precise quatuor. est minus dimidietate iusti precij: quia est minus q̃ dimidietas de decem. ¶ Hoc supposito: quando q̃ritur/ vtrum semper sit illicitum vendere rem vltra iustum precium siue ematur siue vltra dimidietatem iusti precij siue citra p quantãcunq̃ latitudinem: ¶ De hac questiõe sunt tres opiniones. ¶ Prima opinio dicit: q̃ est licitum vendere vltra iustū precium: dūmodo nõ vēdatur vltra dimidietatem iusti precij: sed citra latitudinem dimidij iusti precij: siue magno excessu/ siue paruo. Hoc ē dictu q̃ si sit res que valet decem: semper est licitum vendere vltra decē/ dummodo vēdatur citra quindecim & nõ vsq̃ ad dimidietatem iusti precij. Secūda opinio ¶ Alia opinio dicit q̃ est licitum vendere rem vltra iustum precium dummodo nõ vendatur per notabilem excessum. ¶ Tercia opinio: q̃ nunq̃ est licitum vendere vltra iustum preciū/ siue paruo/ siue magno excessu. ¶ Prima opinio dicit/ q̃ licitum ē vendere vltra iustum precium dūmodo excessus sit citra dimidietatem. i. sit minor medietate iusti precij/ siue talis excessus sit magnus & notabilis/ siue paruus. & ratio huius opinionis in qua fundatur est hec: & ē communis propositio. Restantū valet q̃tum vendi potest. & intelligitur q̃tum vēdi potest iure/ qa id possumus q̃ iure possumus & ita Henricus dicit: qui est strictissimus in materia contractuum. sed res iure vendi potest vltra iustum precium: dummodo excessus sit citra dimidietatem iusti precii: & iura approbāt illam & prohibēt actionem emptoris contra vendentem. Patet in capitulo cum dilecti. de venditione & emptione/ & est motiuum prime opinionis. ergo res licite vēdi potest vltra iustū precium secundum iura dummodo excessus sit citra dimidiū iusti precij. ¶ Sed motiuum secunde opi. est q̃ licet vendere vltra iustum precium: dūmodo excessus non

Prima opinio

Secūda opinio

Tertia opinio

Motiuū prime opi.

Motiuū secūde opi.

sit notabilis. Vnde motiuum: est quia accipere alienū (quod non est notabile bonū) non est furtum/ neq; malum. Nam in diffinitione furti dicūt: q̃ est contrectatio rei aliene notabilis: inuito domino. Ideo si fortes vendat rem suam vltra iustum precium & accipiat aliquid vltra quod accipiendo non esset furtum: non capit notabilem excessum/ neq; facit contra iniusticiam/ ergo sequitur q̃ sortes in tali casu non peccat.

¶ Tertia opinio verior/ & quā solam credo veram: & est communis & communiter tenetur. ¶ Nunq̃ est licitum vendere rē vltra quam credo illam valere/ vel teneor credere valere. ¶ Hoc est dicere. Omnis ille ꝓtractus emptionis est illicitus/ & peccatū quo vendens vendit rem vltra quam credit illam valere/ vel credere tenetur probabiliter valere: ita q̃ omis cõtractus/ quo vendens rem plusq̃ valeat siue vltra siue infra medietatem iusti precij est iniustus: nisi vendens excusetur per ignorantiam inuincibilem. patet & arguit sic. Omnis talis cõtractus est actus iniusticie/ ergo omis talis contractus est peccatum. Consequentia est certa cū iniusticia & intemperātia sunt per se mala in lumine naturali. Sed antecedens patet/ omnis recessus a medio iusticie est actus iniusticie: sed omnis talis venditio est recessus a medio iusticie/ ergo omnis talis vēditio est actus iniusticie. maior est nota ex philosophia. nam vitium oppositum iusticie est recedere a medio iusticie: vel p superabundantiam/ vel per deffectum. Iam quo ad minorē: sed sic est q̃ omnis talis vēditio ē recessus a medio iusticie. Patet: quia medium iusticie est equalitas valoris. iam recedit ab illa equalitate. quia vēdit plusq̃ valet/ ergo omnis talis venditio est recessus a medio iusticie quēadmodum dicunt docto. & martinus in materia de temperantia q̃ medium temperantie est bona habitudo corporis & omis talis recessus est peccatū intemperātie. Eodemmodo si aliquis vendendo discedat a medio iusticie vendēdo plusq̃ res valeat & si ille valor excedens sit in tam paruo excessu: q̃ non possit cognoscere excusatur per ignorantiam. sed si cognoscat talem excessum peccat. & docto. solēt p ista opinione adducere multas rationes. Prima illud quod ē pro communi vtilitate introductum nõ debet magis esse in fauorem vnius q̃ alterius cum equaliter emptiones & venditiones sunt introducte pro communi vtilitate omnium. ergo non pro vtilitate vnius potius q̃ alterius. Vnde si liceret emptori emere rem plusq̃ valet: esset iutilitas eius vel emere minus esset inutilitas vendentis. Preterea (& hec ratio uidetur Henrico concludere in hac materia) sit sortes qui uendidit platoni aliquid ultra iustum precium/ in ita uenendo habet aliqd a platõe/ & plato nihil habet a sorte correspondens illi & cum ista acceptio non sit gratuita. sequitur q̃ sortes ē detentor alieni/ ergo est iniustus si detineat inuito domino: & scienter. & hec ꝓpositio uidetur pbabilior q̃ omnis uēdēs rē ultra iustum precium qualicūq; excessu iniuste agit nisi excusetur per ignorantiam inuincibilem puta quia non credit uendere plusq̃ ualeat nec credere tenetur. Ex ista ꝓpositione sequitur correlarie. q̃ dubitās & existens in equilibra uidelicet q̃ preciū quo uendit excedit rem uel non excedit/ & uēdens illo precio de facto peccat. Patet exponens se periculo cuiuscunq; peccati peccat. Ideo exponens se pectõ iiusticie peccat pctõ iiusticie sed ita dubitās expõit se piculo peccati Igit &c. Vnde cõmuniter dicūt doc. q̃ sicut facere cõtra cõsciētiā est peccatum/ ita facere contra dubium. Eodē modo sequitur q̃ uendens rem & pbabiliter credēs q̃ illud preciñ excedit iustū precium peccat/ nam si uendens & dubitās peccat a forti ori uendēs & pbabiliter dubitās

Nões 3. opi.

Secūda ratio

Resolutio

Resolutio igitur sanioris partis ē q̃ uēdēs ultra iustum precium qualicūq; excessu dūmodo non ignoret inuincibiliter excessū peccat. ¶ Quid ergo dicendum est ad primam opinionem dicentem q̃ uendens nõ ultra dimidietatem iusti precij non pecca-

quia res tantum valet ꝙtum iure vendi potest. ff. ad trebel. l. j. & ff. ad. l. falsi. sed iure potest vendi vltra ꝙ valeat dummodo excessus sit citra dimidium iusti precij. Igitur. dico quando dicitur ꝙ res tantum valet ꝙtum iure vendi potest sic intelligitur ꝙtum iure vendi potest. i. iuste/ & non est ita intelligendum res tantum valet ꝙtum vendi potest iure. i. per contractus qui nō ānullantur a iure positiuo: quia tunc argumentum bene probaret ꝙ posset isto modo vendi supra iustum precium dūmodo nō excedat medietatem iusti precij: sed tantum valet ꝙtum iuste vendi potest nemini iniuriam faciendo/ sed accipiendo supra la titudinem precij quanuis citra medietatē iusti precij facio illi iniuriam. & hoc intelligendo quando emens non scit rem non tantum valere/ ita ꝙ si sciret non tantū valere non emeret. ¶ Circa argumentum est difficultas: dictum est in argumento ꝙ iura ciuilia approbant emptionem dummodo excessus sit citra dimidiū iusti precii. i. non annullant/ et excludunt actionem ab emēte: ita ꝙ non potest agere coram iudice. Vtrum iura canonica eodemmodo nō annullant istam emptionem & excludant actionem ementis contra vendentem: Et apparet ꝙ sic ex ca. cum dilecti. extra de emp. & vend. vbi habetur ꝙ tenet vēditio licet venditor sit deceptus vltra dimidiā iusti p̄cij &c. ¶ Oppositum tamen arguitur argumento quod magnam habet apparentiam contra doctores dicētes ꝙ iura canonica excludunt actionem ementis contra vēdentem. Bene sequitur/ iste vēdit rem plus iusto & ita vendendo offendit emētem & in recipiendo vltra iustum precium peccat & tenetur emptori restituere/ tunc bene sequitur in ita vendendo peccat/ & post vēditionem peccat in retinendo. ergo iuxta processum euangelicum tenetur emens reuelare ecclesie. i. iudici ecclesiastico qui sub censuris ecclesiasticis tenetur ipsum admonere & compellere vt venditori restituat. Tunc sic arguo & multum apparenter ita

Difficultas.

vendendo mihi peccat in me & etiam in retinendo/ ergo teneor ipsum admonere iuxta processum euangelicum/ ergo si decepit me citra dimidium iusti precij non aufertur a me potestas agendi in ipsum corā iudice ecclesiastico ꝙis mihi aufferat potestas coram iudice laico. Et hoc argumētū tangit Panor. in materia de vsuris. & ē apparentia. & dicit Panormitanus ꝙ talis vēditio vltra iustum precium non est approbata a iure canonico/ quia iuris canonici auctor est spiritussanctus qui non est auctor mali: sed est approbata solum a iure ciuili non ꝙ precipiat sed quia ius ciuile non punit tales cum ius ciuile solum peccata punit que sunt in pernitiem reipublice. & ius canonicum omia peccata debet punire saltem & precipue quando est obstinatio & non sequitur scandalum. Apparentia est si sortes in emendo sit deceptus quāuis citra medietatem iusti precii ꝙ ab ipso non auferatur potestas agendi coram iudice ecclesiastico ita ꝙ vendens sit obstinatus & nolit desistere a peccato quod committit in retinendo non solum non potest agere corā iudice ecclesiastico imo tenetur denuncia re iudici secundum processum euangelicū Et dico ꝙtum ad hoc ꝙ si emptor sit deceptus potest recurrere ad ecclesiasticum iudicem saltē si recurrat p̄ꝝ rēdo de p̄cto. vēditoris ꝙ ecclesiasticus iudex tenet venditorem cōpellere ad restituendū quod accepit vltra iustum. ¶ Ad argumentum alterius opinionis dicebat eñ altera opinio ꝙ si vēdens accipiat vltra iustum precium dūmodo excessus non sit valde notabilis non est peccatum. Patet quia licet accipere alienū dūmodo illud quod accipit nō sit notabilis valoris. Qꝫtum ad hoc dico ꝙ nunq̄ licet accipere alienum siue sit notabilis valoris siue non nisi in eo casu in quo probabiliter creditur dominus consentire/ vel in eo casu in quo tenetur dominus consentire/ In duobus tantum casibus licet capere alienum. primus quando verisimiliter creditur ꝙ si dominus sciret consentiret. Secundus si dominus presens esset & cognosceret teneretur cōsentire puta in casu necessitatis. In aliis casibus siue capiat paruū siue magnum est semp peccatum: sed nō est semper mortale. quia quando paruū capitur non est nisi veniale. Ideo si Sortes venderet vltra iustum precium sed non notabiliter vltra: venialiter peccat. & est contra. S. tho. qui dicit ꝙ omne vitium oppositum cuicunq; virtuti cardinali scilicet temperātie fortitudini aut iusticie est semper mortale immo dico ꝙ est aliquod veniale puta iniusticia venialis vel intemperantia venialis. nam si per excessum non notabilem transgrederetur mediū non oportet ꝙ sit mortale. ¶ Contra arguitur & multum apparēter/ dictū est ꝙ qui vendit rem vltra iustum precium: sed valde parū vltra peccat venialiter. ¶ Contra sequitur ꝙ sortes posset vendere merces quas habet diuisim sine mortali: & non posset eas simul vendere sine mortali tantum quātum vendit seorsū. patet: sortes habens. xx. merces vendit primam Platoni/ secundam Ciceroni/ tertiā Titio &c. pluſq̄ valet vno paruo excessu: solū peccat venialiter. & similiter vendit secundam alteri tāto excessu paruo. Isti excessus simul iūcti facerent magnum excessum. Tūc sic arguitur. Si vendat res simul illo excessu cōposito ex illis paruis excessibus q̄bus vendit res pluſq̄ valent Iam vendit cū magno excessu pluſq̄ valerent. ergo sortes potest vendere diuisim aliquibus precijs sine mortali & non copulatim eidem homini absq̄ mortali. ¶ Dico ꝙ correlarium sequitur ex illa opinione & concedo: ꝙ in casu potest eas vēdere seorsum & diuisim & tamen non poterit eas vendere tanto precio absq̄ mortali. Quia tunc in venditōne excedit notabiliter valorem rei. Habemus ergo ꝙ vendere rem scienter vltra iustū precium siue vltra dimidium siue citra dimidium iusti precij siue vltra cum magno siue cum paruo excessu semper est peccatum. Et in hoc solo differūt contractus quibus vēditur vltra dimidium & vltra iustum: sed

Resolutio.

citra dimidium tantum. quia lex annullat primū contractum & non secūdū: sed tamē in foro conscientie in secundo contractu tenetur vendens ad restitutionem. similiter dicendum de emente: si emat citra iustum. ¶ Consequēter videndum est vtrum liceat alicui vendere aut emere redditus pecuniarios seu perpetuos seu ad vitam seu fundatos in aliqua possessione puta i agro vel domo seu fundatos in persona: Et ista difficultas agitatur inter duos maximos theologos scilicet Henricum de gaudano & Godofredum de fontibus/ vt puta an sit licitum alicui dare cētum florenos alicui vt ille qui dat singulis annis recipiat decē ab illo cui dat: vel an sit licitum dare centū vt toto tempore vite sue quolibet anno reciat quatuor vel precium conuentum iter eos: ¶ Pro declaratione notandum ꝙ aliqui sunt redditus fundati i re immobili vt redditus prediales. Alii fundantur in personis & uocātur personales/ & est difficultas de vtrisq̄/ an possunt vēdi & emi vel p̄petuo vel ad vitam: ¶ Dicit Henricus ꝙ nullus potest emere aut vendere neq̄ perpetuos neq̄ annuales redditus pecuniarios siue fundentur in bonis siue in personis siue in persona singulari siue in communitate vt patet secundo suo quolibeto & octauo &. q. xli. Dicit ergo Hēricus ꝙ non est licitum alicui vendere redditus pecuniarios perpetuos: hoc ē nō est licitum dare centum alicui vt recipiam decem quolibet anno. ¶ Et ad hoc probandum inducit p̄cipue duas ratōnes. ¶ Prima. non est inuēta pecunia vt sit terminus emptionis aut vēditionis: sed solum vt ipsa sit mediū emptionum & venditionum ergo omnis talis contractus emptionis in quo pecunia se habet tanq̄ extremum est illicitus & iniustus. sed in vēdente & dāte centum vt accipiat singulis annis decem terminus cōtractus est illa pecunia decem annue recipienda. ergo talis contractus est illicitus. Secūda argumentum Henrici

¶ Secunda ratio. omnis ille cōtractus sic se habens ꝙ in illo aliquis plus recipit vel in

Duplicex sunt redditus

Opinio Henrici.

tendit plus recipet q̄ det est illicitus quia vē
dit rem vltra iustum precium/ergo illicite
facit/sed in tali contractu emens plus inten
dit accipere q̄ det. Nam solum dat centum
& in .xij. annis recipiet centum & viginti.
& non refert dicere/do tibi centum & sin
gulis annis vsq; ad duodecim annos reci
piam decem/& dicere do tibi centum & in
fine duodecim annorum recipiam cētum
& viginti. immo videtur maior miseri
cordia differre: q̄ singulis annis recipere de
cem/sed secundus contractus esset illicitus
Opinio godo. de fontibus Ergo & primus videtur esse illicitus &
vsurarius. ¶Aliter respondet Godofre
dus de fontibus & meo iuditio melius &
conformius communi practice & doctori
bus. Pro cuius declaratione dicit q̄ rerum
vendibilium & emibilium quedā sunt cor
porales vt domus/ager/triticū &c. Incor/
porales vt sunt quedā iura seu potestates
vt sortes primogenitus nōdum patre mor
tuo potest vendere ius primogeniture &
illud ius non est res corporalis sed quedā
potestas ad consequendum res corpora
les puta domum aut agrum. Similitet sor
ti debentur centum scuta si ille vēdit ius ad
exigendum illa/& ad agendum contra de
Opria p̄positio. bitorem non vendit illa cum nō sunt eius
sed vendit ius. ¶Hoc suppositio dicit de
fontibus q̄ licitus est contractus saltem si
fiat sine deceptione secundum communē
estimationem patrie qua datur in presenti
certa pecunie summa vt annue recipiatur
certa summa pecunie & hoc quando talis
potestas fundatur super re temporali & im
mobili. ¶Hec propositio sit suadetur/ sit
sortes habens agrum potest illum vende
re nude & simpliciter accipere presentem
pecuniam: & cum hoc potest dare illum a
grum ad ānuos redditus vt regulariter do
mini & nobiles dant terras perpetuo possi
dendas aliquibus & a suis heredibus vt cer
tos annuatim percipiant redditus. & hoc
est licitum etiam secundum Henricum. qa
quilibet potest vendere suū patrimonium
& rem immobilem puta predia. ¶Simili
ter potest vendere ius percipiendi illos red
ditus annuos fundatos in terra & re immo
bili & ita practitatur quothidie & nullus
hoc vituperat/ ergo anteq̄ dederit terram
ad annuos redditus potest vendere consi
miles redditus fundatos super illa predia.
¶Consequentia tenet quia contractus pri
mus & secundus in nullo videntur differ
re quia semper vēditur idem. ergo si vnus
est licitus & alter. ¶Alia ratio de fontibus
& deoyta sit sortes habens possessiones vl
tra deductionem laborū & penarum in co
lendis agris percipit aliquos fructus: &
forte tales fructus sic multiplicati p decē an
nos valerent centum vltra expēsas factas in
colendis agris: & stat q̄ terra si vēdatur pe
cunia presenti solū vēderet centū emēs in
duodecim annis percipiet vltra centum &
tamē cōtractus est iustus: ergo eodē modo
q̄is sortes in .xij. annis percipiat plusq̄ cen
tum non impedit quin contractus sit iu
stus. ¶Prima ergo cōclusio certa est: q̄ po
test dari pecunia certa vt dās ab eo cui dat
percipiat annuos & perpetuos redditus fū Solutio argumēti hērici.
datos super possessionem immobilem. Et
ad argumentum Henrici quo volebat p
bare talem cōtractum esse illicitū: quia emi
tur pecunia pro pecunia/& pecunia non
potest esse terminus emptionis aut vendi
tionis: sed est medium. ¶Fateor q̄ est me
dium: sed nego q̄ formaliter & immediate
ematur pecunia: licet bene ematur pecunia
mediate & virtualiter. Nam sortes ven
dens ius quod habet ad exigendum centū
florenos a platone non vendit centum flo
renos immediate. ¶Quia illi nō sunt eius
sed vendit potestatē. & ius quod habet.
¶Similiter dico sortes dans platoni centū
vt recipiat decem annuatim: non emit illa
decem annuatim soluenda: sed emit ius im
mediate ad percipiendum illa decem annu
atim/& illud ius non est pecunia. Vltra di
co q̄ illud ius est pecunia virtutaliter q̄ p
tali iure potest haberi pecūia ita sortes dās
centum vt decem annue recipiat non emit
immediate & formaliter decem: sed ius ad

illa decē percipienda quod ius est quod dā
in corporale/qd̄ius est pecunie virtualiter
Ad secūdus argumentum Henrici. sed non formaliter. ¶Quantum ad secun
dum argumentum hērici vbi est maior ap
parentia/emens intendens accipere plusq̄
det non seruat equalitatem: sed talis inten
dit plus accipere q̄ det/patet in .xij. annis
accipiet plusq̄ det. Dico q̄ istud argumen
tum ꝓcluderet q̄ nulla emptio rei in ꝑsum
ptibilis vsu puta agri vel predij esset licita
Patet: sit ager venalis valens centum & ex
fructibus agri deductis expensis in certo tē
pore emens accipiet plusquam dedit. ergo
iniuste emeret quod nemo diceret. ¶Dico
ad argumentum: q̄ quando venditur res
non est respiciendum quantum valebunt
fructus prouenientes ex illa re/quia tūc qui
libet ager valeret infinite: sed in presenti tā
tum valet q̄tum conducit ad vsum huma
num secūdum communem estimationem:
nam sortes emens in presenti centum illū
agrum non accipit plusq̄ det: sed in futuro
ex fructibus accipiet plusq̄ dat. ¶Similiter
dico: sortes emens annuos redditus dat cen
tum in presenti & recipit a vendente ius p
cipiendi annue decem/tale ius non valet i
presenti plusq̄ centum & sic in presenti nō
plus capit q̄ det/verum est q̄ in futuro ex
percipiendis que sunt fructus huius pote
statis & iuris accipiet plusq̄ dat. Eodem
modo sicut de agro sed in presenti non ac
cipit plusquam det. Ideo cum sic arguitur
omnis contractus est illicitus quo emens
scienter plus accipit q̄ det/concedo/sed ne
go q̄ sortes in proposito plus accipiat q̄
det & cum ꝓbatur qa in futurū plus capiet.
verum est: sed non in presenti. quia talis po
testas percipiendi in presenti non estimat
Secūda ꝓpō. plusq̄ centum. ¶Alia conclusio est de red
ditibus non perpetuis neq; ad certum tem
pus: sed ad vitam que talis est. ¶Licitum ē
emere similiter & vendere redditus funda
tos in persona sicut est licitum vendere &
emere redditus fūdatos in re immobili. Et
pro probatione oportet supponere quod
datur certa persona que ex industria & la
bore vltra necessaria ad victum & vestitū
& ad vite conseruationem potest aliquid
lucrari. imo regulariter quelibet persona
potest hoc facere & aliqd lucrari. Tunc di
cunt q̄ talis persona potest vendere pote
statem percipiendi annuos redditus funda
tos super industria & labore huius perso
ne. Et patet ista propositio sicut precedēs.
Nam aliquando liberi possunt redigi pu
ta per bellū iustum. imo liber homo po
test seipsum vendere sicut legitur de aliqui
bus sanctis qui se vendiderūt pro redemp
tione captiuorum/& dicuntur serui vena
les & empticij ita q̄ qcquid acquirēt hoc
erit domino & non sibi: & sic efficiūtur ser
ui capti i bello iusto. Vltra supponitur q̄
talis seruus quicquid acquirit/acquirit do
mino. Et pro materia dico q̄ aliqs potest
lucrari vltra necessitatē vite & illd alteri vē
dere/ergo poterit aliqs emere annuum red
ditum non solum fundatum super predijs
sed super persona: & ideo possunt licite cō
stitui tales redditus in persona & ita vēdūt
nunc serui conducticij suas operas/ergo a
fortiori sortes pro pecunia certa poterit vē
dere vnam partem iuris percipiēdi fructus
annuos in persona. ergo licitus potest esse
contractus in quo constituuntur perpetui
reddītus ad vitam super singularem perso
nam. ¶Sed de redditibus nō ad certū tem
pus/sed ad vitam ponitur talis propositō ꝓpositio
Licitus est contractus emptionis & vendi
tionis per quem constituūtur redditus nō
perpetui: sed ad vitam singulis annis perci
piendi. Et hoc fit communiter in monaste
rijs: vt sortes volens viuere in qete dat mi
le scuta alicui mōasterio vt ide cecipiat quo
libet anno .xl. scuta ad victum suū: mortuo
illo perit talis redditus & talis contractus
potest esse licitus. Patet/contractus est lici
tus vel esse potest per quem pro certa pecu
nia constituitur super communitate annu
us redditus & temporalis & si potest esse
licitus ergo a fortiori ad vitam. Dicit Hen
ricus q̄ quando constituitur in ꝑpetuum ē
iniustus ꝓtractus ex parte ementis cū itēdit

ipse plus accipere q̃ det/sed quando constituuntur ad vitam ex parte ementis & vendentis est iniusticia, nam ementes si scirent probabiliter plus victuros q recuperet nunq̃ emerent: sed probabiliter existimant nõ tantum posse viuere. Ideo dicit Henricus q ementes iniuste agunt, quia intendũt semper plus capere q̃ dare. ¶Difficultas/ Sortes mutuauit alicui cẽtum scuta vsq; ad decem annos: ita q in fine decem annorũ potest illa repetere/an sortes possit vendere Platoni illud ius quod habet in repetẽdis illis centum scutis? Vnde sortes mutuatis illis non est amplius dominus illorum qa mutuare est de meo tuum facere. Queritur cum ista potestas repetẽdi sit venalis etiã apud de fontibus/vtrum possit iusto precio vendi in presenti centum scuta: vel minus? ¶Si dicas q illa potestas i sorte ad cogendum debitorem in fine termini valet minus q̃ centum scuta in presenti. Tunc infero q contractus est illicitus ex parte accipientis mutuo, quia plus accipit q̃ retinuerit ipse mutuans. ¶Si dicas q valet centũ in presenti & iuste potest vendi centum/ergo eadem ratione ptãs recipiendi annue decem scuta vsq; ad viginti annos valet in presenti bis centum scuta/ergo si in presenti vendatur centum scutis est illicitus contractus. Si potestas valet minus q̃ centum ergo est iniustus contractus ex parte Platonis, quia potestas minus valet q̃ illa scuta valeant/ergo. Et ecce apparentia magna pro Henrico, ad argumẽtum quãdo sortes mutuauit Platoni amplius non ẽ dominus pecunie sed remanet penes Platonem & loco pecunie in sorte succedit potestas ad recipiendum centum i fine termini statuti vel quãdocũq; placuerit si nõ sit certus terminus. Verũ est, vtrũ tũc talis potestas in presenti valeat centũ? ¶Dico q i presenti non valet centum, & hinc dicit de fontibus q si debentur michi centum possum licite potestatem recuperandi illa termino prefixo minoris q̃ centum vendere & alter minoris q̃ centum licite emere.

Nam oportet labores capere ad illa recuperanda. Ideo illa potestas non valet cẽtum in presenti. Et cum infers ergo contractus ille ex parte recipiẽtis mutuo est illicitus. Nego psequẽtiã/& cũ probatur/plus accipit q̃ det: Dico q non vendit illam potestatem: nam post q̃ est mutuum non est vẽditio/ideo sortes in tali casu non emit potestatem accipiendi nec vẽdit: sed sortes pure liberaliter centum mutuauit & ex illo cõtractu naturaliter consurgit i platone obligatio ad soluendum centum i termino, & naturaliter consurgit in sorte potestas exigendi & recipiendi illa centum. Ideo cõtractus iste differt a venditione/quia i primo contractu terminus immediatus est pecunia ex vna parte & potestas recuperandi ex altera: sed in secundo contractu vterq; terminus est pecunia. Nam ex parte recipientis est pecunia mutuo data/& ex parte dãtis est etiam pecunia recuperãda in termio Sed ex illo contractu naturaliter oritur potestas recuperandi, & talis nõ venditur: & si venderetur esset iniustum precium. Quãtum ergo ad hanc materiam potest defensari: q licet emere reddditus ad vitam siue cõstituatur in persona siue in bonis persone: siue in perpetuum siue ad vitam.

¶De vsura. De vsura

¶VISVM EST de duobus ptractibus in quibus transfertur dominium rei scilicet de permutatione & venditione, sequitur modo videre de tertio contractu i quo trãsfertur dominiũ rei scilicet de mutuo. Nam mutuare est de meo tuũ facere, mutuo enim id est de meo tuum facio, vel meũ tibi do. Queritur quomodo seruatur iusticia i isto contractu? ¶Dico primo q seruatur si nichil vltra sortẽ speret, & propter duas rationes positas in libro quarum (vnã que est Richardi) impugnat doct. ¶Circa istã materiam videndum est quid sit vsura que cõmittitur in mutuo: nam i aliis cõtractibus scilicet in permutatione & venditione licet committatur iniusticia: non tamẽ vsura formaliter licet bene virtualiter. Patet i capi-

in ciuitate de vsuris. Vbi dicitur q vendẽs rem plusq̃ valeat: quia solutionem differt peccat &c. ¶Pro declaratione notandum q vsura solet capi dupliciter. Vno modo materialiter pro illo circa quod committitur peccatum vsure, & sic vt dicit Ambrosius ẽ quicqd accedit sorti. ¶Et sors in proposito capitur pro peccunia mutuata/& non pro hereditate vel diuisione. Quicqd accedit sorti, i. illud quod est vltra sortẽ vocatur vsura hoc est vltra pecuniam mutuatam dicitur vsura materialis. Alij diffinitũt ex pacto vel ex intentione habita in mutuatiõe vel exactione habita post mutationẽ. ¶Alio mõ capit̃ formaliter: & sic vsura nichil aliud est q̃ volitio ex vi mutui aliquod lucrum temporale accipiendi. Et isto modo vsura presupponit duas volitiones vel vnam duabus equiualentem. Vna est volitio mutuandi. Secunda est volitio consequendi lucrum ex tali mutuo: ita q prima se habet vt vsus. Secunda/vt fruitio, vel prima vt electio, secunda vt intentio. Vsura ergo est volitio aliquid percipiendi vltra sortem vi mutui causata ex spe alicuius lucri temporalis super sortem concessam vel mutuandam vel mutuatam, ita q nichil aliud est vsura formalis q̃ volitio consequendi lucrum ex mutuo/vel vt alij dicunt/nihil aliud est q̃ spes consequendi lucrum ex mutuo quod idem est. ¶Pro isto est notãdũ vt videatur difficultas inter doctores: q quando aliquis mutuat dupliciter contingit q intẽdat siue speret lucrum vltra sortem. Primo modo principaliter. Secundo modo/minus principaliter. Nã principaliter intendere vel sperare/est taliter lucrum intendere & sperare/ q nisi intenderet vltra sortem habere: nullo modo mutuaret. Sed minus principaliter est taliter spare seu expectare lucrũ: q̃ quis nõ expectaret aut speraret aliquid consequi/ad huc mutuaret, & est idem sicut de canonico/qui minus principaliter vadit ad ecclesiam propter distributiões, quia q̃uis non intenderet nichilominus iret. Consequenter dicunt doctores vt aliquis sit vsurarius requiritur q speret principaliter vltra sortem. Hoc dicit Richardus, & idẽ dicit glo. in cap. consuluit, extra de vsuris, in verbo sperãtes. Idem etiam dicit sanctus Thomas q requiritur spes seu intẽtio principalis recipiendi vltra sortẽ: ita q si aliquis mutuãdo pecuniã speraret aliqd sibi dari vltra sortem nihilominus q̃is non speret aliqd haberevltra debitum nõ minus mutuaret: talis non est vsurarius quia sperat minus principaliter. Gregorius ariminensis in tractatu suo vt dicit Gabriel: dicit oppositum & est satis bona apparentia pro ipso. Nam si sit aliquis qui vendendo rem suam intenderit minus principaliter vendere rem plusq̃ valeat nichilominus vendit precise tantum quantum valet, quia non inuenit emptorem qui emat illam plusq̃ valeat: talis vendens cum tali intentiõe est iniustus & peccat: quia committit actum iniusticie. Eodem modo dicit/si aliquis mutuat cum tali intentione aliquid lucrandi vltra sortem si possit: & q̃is nihil recipiat vltra tñ tali intentione mutuat/talis est iniustus ergo ẽ vsurarius. Patet/qa iniusticia cõmissa in mutuo est vsura, & est magna apparentia/& plerique dicunt q intentio minus principalis sufficit. ¶Vltra supponendum est q spes lucri duplex est. Quedam minus principalis/vt quãuis non speraret aliquid nichilominus mutuaret. Principalis/vt si non speraret aliquid vltra non mutuaret. Et ista est duplex, quedam qua mutuat & ex vi mutui sperat aliquid vltra sortem. Alia/qua sperat aliquid vltra sortem non ex vi mutui: sed ex beniuolentia mutuatarij, ita q si non speraret q gratenter aliquid daret non mutuaret. Tunc dicunt quidam/vt sanctus Thomas, q. de malo, questiõe decimaseptima, q spes etiam principalis aliquid recipiendi vltra sortẽ (dummodo illa spes sit ex gratuito affectu & nõ ex obligatiõe & vi mutui) nõ facit vsuram sed ẽ licita/vt licitũ est mihi mutuare pecuniam ex spe qua spero michi aliquid dari

Sors.

Vsura formalis

Scotus Thomas.

Gregorius

Spes lucri.

vltra ex beniuolo & gratuito affectu mutuatarij. Et rationes eorum sunt iste. Licitum est mutuanti in mutuando principaliter sperare beniuolentiam & affectum mutuatarij: ita ꝙ nunq̃ mutuaret nisi speraret habere gratuitum amorem & beniuolentiam mutuatarij/& ꝙ ei afficeretur beniuolo affectu: ergo est licitum mutuanti sperare principaliter collationem gratuitam alicuius rei temporalis. Patet consequentia. quia ex affectu beniuolo procedit illa datio. ergo si primum est licitum/erit & secũdum. quia primum est radix secundi. Cum ex beniuolo affectu procedat beniuola datio. ¶Secunda ratio est apparentior. Mutuatarius iure naturali non solum obligatur ad sortem: sed ad antidota & ad affectũ gratuitum erga mutuantẽ ergo si sortes mutuans expectet beniuolentiam que oritur ex obligatione naturali non expectat vltra sortem & debitum: sed expectat sortem & debitum. sed sperando quod debetur non committit vsuram. igitur. Sicut in casu: si sortes debet michi decem: & non possum habere ab illo nisi mutuem centum vt recipiam illa decem simul cum illis centum: licet michi mutuare: & quãuis expectem & sperem aliquid vltra sortem. nõ tamen spero illud alias indebitum: sed alias debitum. Similiter dico cum mutuatarius iure naturali sit obligatus ad beniuolentiam. sortes mutuans sperans illam recompensationem beniuolentie exterioris non sperat aliquid vltra sortem & debitũ simul: sed sortem & aliquid debitũ: sed in mutuando sperare sortem & debitum simul non est vsura vt patet extra de vsuris. cap. j. in tex. & glo. ergo sortes qui habet talem spem etiam principalem aliquid recipiendi vltra sortem non tamen ex vi mutui & debiti: sed solum ex beniuolo affectu mutuatarij non committit vsuram. Et dico quantum ad hoc ꝙ vsura est spes qua ex vi mutui aliquid speratur principaliter vltra sortem. sed si proueniat ex altera causa puta ex beniuolentia quãuis sit spes principalis ex beniuolentia est licitum.

Casus.

¶Quantum ad vltimum Conradus dicit oppositum & duo dicit. Primum. licet mutuare sperando a mutuatario amorem beniuolum dũmodo amor ille beniuolus non referatur in aliquod exterius: puta in dationem alicuius muneris vel munusculi: sed si referat in aliquod exterius supra sortem siue illud munus sit ager siue panis/vinum/vel aliquid huiusmodi temporale non est licitum. Dicit ergo ꝙ sperare beniuolentiam ex mutuo est licitum: sed non est licitum sperare liberalem dationem exteriorem. Sed apparet michi ꝙ non committit vsuram sperãdo solum gratuitam donationem etiam principaliter ita ꝙ nisi illam speraret non mutuaret. Dicitur consequenter in diffinitione vsure: est spes principalis alicuius lucri temporalis ex vi mutui. quia licet sperare aliquod spirituale/puta beatitudinem etiã principaliter: puta non mutuarẽ nisi intenderem mereri & habere propter hoc beatitudinem. ¶Lucrum in proposito/dicitur omne illud quod superexcrescit isti vltra sortem & rem sibi alias debitam. Exemplum/Plato nichil michi debet: & mutuo centum vt restituat michi centum & viginti. Illa viginti dicuntur lucrum. quia sunt vltra illud quod erat mutuatum & vltra illud quod erat michi prius debitum. Preterea dicunt doctores/ꝙ si mutuo centum platoni vt restituat michi illa centum & decem que alias michi debebat: licitum est hoc facere: nec est vsura in capitulo primo de vsuris. dicitur ꝙ computandi sunt fructus pignoris in sortem principalem nisi illud quod datum fuit in pignus fuerit tale beneficium quod alias erat debitũ & quod aliomodo recuperari non poterat: vt hereditas ecclesiastica occupata a laico. ¶Item licitum est pro securitate accipere pignus. & cetera. Contra/ista mutuatio non est gratuita: ergo est peccatum/& si est peccatum non

Conrad.

est nisi peccatum vsure. quia nõ committitur alia iniustitia in mutuatione. Quod non sit gratuita. patet: dare beneficiũ platoni michi debenti decem vt recipiam illa decem/alias non sibi darem est symonia. ergo ista datio que dicitur symoniaca nõ est gratuita: ergo eodem modo mutuare isti tot vt recipiam decem alias michi debita nõ est mutuatio gratuita. Fateor ꝙ talis nõ est gratuita: dices ergo est iniusta. nego ꝓñam: nã non habetur ex scriptura/ꝙ ome mutuum debeat esse gratuitum: sed habeẽ ꝙ nihil debet sperari. Propterea dicũt doctores ꝙ si aliqs iniuste vexet me: licet mihi mutuare ei pecuniã vt desistat a vexatione & talis mutuatõ non est pure gratuita/eo dẽ mõ licet mihi mutuare alicui: vt accipiã quod est mihi alias debitum. Secundo/differentia est in symonia & in isto contractu. quia dans beneficium vt recuperet sortem dat spirituale pro temporali q̃uis sit ei alias debitum/& hoc nunq̃ licet. Sed quando sortes dat mutuum vt recuperet decem dat solũ temporale. Ideo nunq̃ licet de nouo conferre beneficium ad redimendã vexationem. quia omnis talis redemptio est quid estimãdum pecunia/& per ꝙsequens temporale. neq; ad recuperandum alias debitum. Sed licet dare pecuniam ad redimẽdum vexationem propterea ꝙ talis vexatio est quid temporale. & sicut licet dare liberaliter ad redimendum vexationem/ita & mutuare. & sicut licet mutuare ad redimẽdum vexationẽ: ita licet mutuare pecuniã ad recuperandum alias debitum. ¶Circa hoc tangit doctor difficultatem/videlicet an liceat sperare aliquid in mutuo vltra sortem propter damnum vel ratione damni emergentis. vt sortes habet pecuniam/quã plato petit mutuo/sortes scit ꝙ si mutuet incurret damnum/an liceat sorti exigere & in pactum deducere aliquid vltra sortem ratione damni emergentis. ¶Pro solutione notandum/ꝙ damnum emergens capitur dupliciter. Vno modo pro perditione alicuius boni tẽporalis. Alio modo pro cessatione ab aliquo lucro temporali. & difficultas est de vtroq;. Sortes qui mutuauit propter hoc perdidit aliquod tẽporale qd̃ iam hẽbat. Similiter ipe sortes eo facto quo mutuauit cessauit a lucro quod haberet si non mutasset. exemplum primi vt sortes debebat ciceroni centum scuta que habebat in promptu soluenda. venit plato ad eum vt accipiat illa mutuo a sorte/repetit cicero & exigit a sorte sua centum scuta sortes non põt tũc illa soluere nisi venderes suas minoris q̃ valeant/quia nõ inuenit qui eas iusto precio emat. compellitur vendere: & ex hoc multum damnificatur. & si non mutuasset platoni non incurrisset tale damnum. & perdit aliquod temporale quod habebat. Exemplum secundi sortes est mercator/& ex pecuniis lucratus fuisset decem vel viginti/incurrit damnũ: non ꝙ perdat aliquod temporale quod habebat: sed incurrit damnum. id est cessationem a lucro. Vltra supponendum est ꝙ sortes incurrens vtrumq; istorum damnorum dupliciter intelligitur. Vno modo ante tempus solutionis. vt mutuauit pecuniam reddendam in tempore. a. anteq̃ aduenerit tale tempus incurrit damnum/puta quia perdit aliquod temporale quod habebat/vel cessauit a lucro. Alio modo incurrit damnum ex mora solutionis/vt tempore. a. elapso in quo plato debebat restituere/incurrit sortes damnum & positiue & priuatiue. positiue/quia perdit aliquid quod habebat. Priuatiue/quia cessat a lucro ratione non solutionis. Vtrum liceat sorti recipere aliquid vltra sortem ratiõe vtriusq; damni/tam positiui quã priuatiui: Dicit doctor/ꝙ sic & ex pacto/& sine pacto dũmõ nõ accipiatur plusq̃ bonum quod perdidit vel quod fuisset consecutus. & dummodo hoc non fiat in fraudem vsurarum: puta ꝙ malet non mutuare/& non accipere damnum q̃ mutuare & accipere vltra sortem pro tali damno ex mutuatione habito. & quod hoc liceat sic ostenditur. Quicunque dat alteri cau-

sam efficacem damni: & ille alter non erat obligatus ad sufferendum damnum pro eo tenetur releuare illum a damno cuius causam dedit / nisi alter remittat gratuite damnum illi. in cap. si culpa. de iniurijs & damno dato: & talis mutuans non tenetur pro mutuatario sufferre damnum quia si teneretur non liceret ei pro interesse accipere vltra sortem vt dicit Cōradus: ergo qui dat talem causam efficacem damni tenetur releuare mutuantem a tali damno. ¶Ex dictis patet quid sit vsura. & dictum est q̄ est volitio habendi vltra sortem ratione mutui: vel est spes principalis & cetera. quia spes minus principalis non facit vsurarium consequēdo lucrum. quia spes habendi alias debitum non facit vsurarium. quia non ex vi mutui. Similiter spes habendi ex beniuolentia mutuatarij secundum Tho. non facit vsurarium. Dictū est preterea q̄ in casu licitum est creditori aliquid capere vltra sortē ratione interesse. Vnde duplex est interesse scilicet damni emergentis/& interesse lucri cessantis. De interesse damni vt sortes nunc non obligatur mutuare platoni & mutuat illi: sed ex dilatione solutiōis incurrit damnum. i. perditionem boni vel cogitur accipere ad vsuram ab alio tunc licet ei exigere a platone illud in quo damnificatur. quia plato dat causam damni: sed pro cessatione lucri maior est difficultas an possit exigere vltra sortem ratione cessationis lucri? Dicit Thomas: q̄ non licet accipere aliquid pro cessatione lucri. quia incertum est lucrum. & adhuc in dubio an esset tantum lucraturus. Sed communiter dicūt doctores/ q̄ licet accipere pro cessatione lucri cessantis dūmodo non accipiat tantum quantum acciperet si lucrum esset omnino certum: & dūmodo non teneatur mutuare tali tempore. Alius casus quādo accipit quod est ei debitum vltra sortem. Ad istū casum Gregorius reducit alium casum scilicet si aliquis mutuet alicui colono vel artifici pecuniam vt ille laboret pro eo nō gratis (quia esset manifesta vsura) sed pro precio cōdigno labori talis non p̄mittit vsurā Ratio est: quia talis non cōsequitur lucrū ex mutuo q̄ quis consequatur operas coloni vel artificis: tales non sunt ei lucrū quia dat equiualēs. ergo non est vsura. Nam si prius locasset operas coloni & dedisset pecuniam: & colonus nolet operari pro eo/ liceret sorti sibi dare mutuū vt operaretur pro eo ratione pecuniarum prius acceptarum ergo similiter licet dare pro pecunijs dandis. Alia ratio/ si sortes committit vsuram accipiendo operas tenetur ad restitutionem (quia omnis vsurarius accipiēs vltra sortem tenet ad restitutiōem) ergo tenetur bis soluere iustū preciū p̄ operibus coloni q̄d est falsum. & idē dicendum de artifice. Licet ergo pecuniam colono mutare vel artifici: vt operas pro precio cōdigno faciat mutuāti. ¶Alius casus doc. q̄ licet accipere vltra sortem ratione pene conuentionalis/ vt sortes mutuauit platoni centum soluenda in termino prefixo inter eos & adiecit penam pecuniariā: & ambo cōuenerūt in illa pena pecuniaria. tunc dicit q̄ licet accipere illud in quod cōuenerūt. nisi soluat tempore prefixo ratione pene cōuentionalis. Dicit Cōradus/ q̄ anteq̄ aliquis possit accipere vltra sortē ratione pene cōuentionalis: requruntur multe cōditiones. Prima/ q̄ talis pena cōuētionalis non sit apposita in fraudē vsurarū sed intentione cōpellendi accipientē ad obseruationem fidelitatis promisse. ad hoc facit. ff. de regulis iu. qd̄ a quodam pene nomine exactum est illud eidem restituere nemo cogitur. & talis pena adiecta licita est/ quia licet vnicuiq; se indemnem seruare in taliter contrahendo cū altero. signum autem euidens q̄ non est in fraudem vsurarum secūdum doctorem est si teste conscientia creditoris malet in termino prefixo pricipale solui sine pena q̄ cum pena termino prefixo elapso. & per oppositum est in fraudem vsurarū quando vult potius diem transiri q̄ pecuniam ipso die solui vt possit leuare penam post terminum. ¶Secunda conditio/ q̄ ex illa apposicione nō sequtur diffamatio creditoris puta si prius fuit vsurarius & est suspectus de vsura: nō licet tunc ei. q̄a nulli licet se diffamare. ¶Secūda p̄ditio: q̄ non teneatur mutuare etiā termino prefixo. i. q̄ non teneatur vltra expectare debito precepti: vt si accederet casus in mutuatario q̄ mutuans debito p̄cepti teneretur ei mutuare nō potest tunc licite aliquid vltra sortem accipere. Ratio est/ nā bene sequitur/ sortes creditor in tali termino tenetur expectare debito p̄cepti. imo si non mutuasset teneretur tunc mutuare. ergo licet mutuatario licite non soluere: & vltra est sibi licitum tūc non soluere. ergo pro illa non solutione non debet puniri. Et vltra nō debet puniri. ergo nihil ab eo exigēdum est in ratione pene. Et ista ratio est apparentissima possitq̄ sortes mutuans & creditor tenetur expectare platonem mutuatarium licet platoni non soluere. ergo non debet puniri pro illa nō solutione. ¶Alia conditio fundamentalis q̄ illa pena non sit nimis excessiua. hoc posito. i. istis conditionibus concurrentibus licet creditori ratione pene conuentionalis aliquid vltra sortem capere. Patet: qa si non liceret hoc maxime esset: quia talis contractus esset vsurarius: sed hoc non. Patet: quia quod accipitur vltra sortem nō est ex vi mutui. quia non mutuauit spe principali vt caperet aliquid vltra. quia si cum tali spe mutuasset: hoc fuisset in fraudē vsurarum: sed in tali casu non capit ex vi mutui. ergo non committit vsuram. ¶Item in termino prefixo sortes non tenetur expectare platonem vlterius/ nec̄ differre solutionē. ergo licite repetit rem suam. & vltra/ licite vult rehabere quod est ei debitū/ ergo plato iniuste retinet. quia omnis detinēs rem alienam pro tempore quo ille cuius est nō obligatur rationabiliter velle alterum illā detinere peccat. & talis detentio est mala. Nam bene sequitur. sortes iuste vult habere rem suam: ergo plato iniuste detinet. Tunc arguitur sic. plato iniuste illam rem detinet. ergo pro illa iniusta detētione est

Tres cōditiones obseruande ad licite capiendus vltra sortē rōne pene conuentionalis.

dignus pena. Et vltra: ergo sortes & plato in hanc penam qua est dignus pro iniusta detentione poterant simul conuenire. ita q̄ plato se obligauit ad illam penam qua est dignus. ergo licitum est sorti ratiōe pene cōuentionalis aliquid exigere a mutuatario ratione pene / obseruatis illis condi tionibus supra positis. Et hoc tenetur ab omnibus. imo non solum potest accipere ratione pene cōuentionalis: sed etiā exigere in foro contentioso. Et si potest hoc fieri ratione pene conuentionalis a fortiori poterit ratione pene iuditialis. i. imposita a iudice: & si per iudicem potest imponi & per legem. ergo cuilibet istorum est licitum aliquid in casibus supradictis vltra sortem recipere. ¶Sed difficultas est: sortes mutuans non consequitur damnum ex dilatione solutionis. Tunc apparet q̄ si capiat illam penam hoc videbitur esse ratione cupiditatis & lucri: ergo illa acceptio ad minus est auara. ¶Dico q̄ q̄is non teneatur mutuare nihilominus mutuando nullum incurrit damnum licite potest accipere. & nego q̄ capiat ex cupiditate lucri: & sicut pena fuit imposita propter securitatem rerum recuperandarum/ & vt creditor esset magis securus: ideo accipit non ex cupiditate lucri sed ex delicto illius qui distulit soluere in termino prefixo. nam talis conuentio facta inter creditorem & mutuatarium: nō proueniebat in creditore ex cupiditate lucri: sed volebat assecurari de recta perāda re sua in termino p̄fixo. iō acceptio illa prouenit ex delicto & nō ex cupiditate creditoris. ¶Circa hos casus sunt multe dubitationes. Prima: sortes habet pecuniam sed indiget pane/ est plato habens panem & indiget pecunijs: mutuat sortes pecuniam platoni vt habeat illum panem quo maxime indiget. an sit vsurarius? Videtur q̄ sic. quia mutuat spe habendi aliquid vltra/ quod est appreciabile pecunia/ puta illum panem. ¶Secundus casus / sortes molendinarius mutuat pecuniam pistori vt eat ad molendinum suum recepturus

difficultas.

Prima dubitatō

a pistore ratione multure solum precium debitum & condignum laboribus multure. ¶Similiter aliquis regēs mutuat scholastico pecunias vt adeat lectiones suas vt capiat precium & salarium competens ratione instructionis an sit vsurarius?

Bonus casus.

¶Tertius casus & dificilior/ego mutuo accepi a platone viginti vt reddam sortem & quattuor vltra/ an possim alteri puta platoni mutuare isto pacto vt soluat prio creditori totum scilicet sortem & lucrum. i. vt acquitet me & de sorte/& de lucro i quibus soluendis me obligaui? ¶Quātum ad primum dicit de Anchona/ q nō est vsura/& bene. & reducit ad primum casum. quia in tali casu ille panis est sibi debitus: ergo ex mutuo nihil habet vltra sortem nisi quod est ei debitum/ergo non habet lucrum. qa lucrum est omnis superexcrescētia temporalis boni appreciabilis pecunia que non ē debita: ideo cū iste panis esset debitus non habet lucrum vi mutui: ideo non committit vsuram. ¶Ad secundū de multore dico q non est vsurarius si intendat solūmodo recipere mercedem cōdignam pro multura bladi. Similiter dico de regente nō intēdente recipere pro frequētatione lectionū nisi premium cōdignum ad labores illius magistri. ¶Si autem vltra tale premiū condignum intenderet aliquid recipere vel q esset maioris fame & nominis dicunt communiter doctores/ q tūc cōmitteret vsurā/ sed in casu in quo nihil' intēdit nisi precise condignā premia laboris eius non est vsurarius: & si non sit vsura mutuādo colono vt laboret pro precio condigno ita nec in istis. ¶Quātum ad tertium/in quo est maior difficultas: dicunt cōmuniter doctores vt Alexander & Altissiodo. si mutuem cū hac intentione principali vt vltra sortem michi reddendā sortes mutuatarius det aliquid platoni pauperi: & suppono q non teneatur dare. Dicit Altissiodorensis q est vsura q̄is enim nihil recipiam vltra sortē tamen intendo alterum aliquid recipere ex vi mutui mei: & hoc sufficit ad vsuram.

De Anchona.

¶Similiter dico in casu predicto/ si mutuo platoni deducens in pactum vel intendens principaliter restitutōnē & sortis & lucri ad quam teneor cōmitto vsuram. ¶Preterea sortes posteā accepit pecuniā mutuo ab vsurario / pecunia non est amplius vsurarij/ sed sortis q̄is sit debitor illius pecunie. Tūc arguitur sic. Ista pecunia est ipsius sortis qui accepit ab vsurario mutuum & trāsfert illam in platonem per mutuum suum. ergo si speret vel aliquid accipit vltra pro tali mutuo q plato plus dabit q̄ ipse det ē iniustus & vsurarius. ¶Eodem modo si emo mercātiam plusq̄ valeat & cognosco q emi plusq̄ valeat vltra iustum precium si tantum vendo alteri/ iniuste vēdo q̄is nichil lucrer nihilominus decipio illum cui vendo: sed possum tantum vendere illi qui mihi vēdidit. quia est mihi debitor residui iusti precij. ergo q̄is ceperim pecuniam sub vsura tamē postq̄ est mea si possim dare vsurario sub vsura non committo vsuram: sed dando alteri ab eo a quo accepi apparet mihi q pecco & committo vsuram/ & sū huius sentētie: sed possū vsurario sub tali cōditione mutuare qua accepi/ quia est mihi debitor illius superexcrescentie. quia possum mutuare vt habeam quod est michi alias debitum. Alius casus esset si essem fideiussor eius qui capit ad vsuram. quia teneretur mihi non solum ad principale: sed etiā ad superexcrescentiam si soluerim pro eo. ¶Alius est casus i quo possum aliquid capere vltra sortē ratione dubij. Dubiū enī excusat a delicto in cap. nauiganti. de vsuris extra. nam nō est vsurarius emptor rei minus iusto precio si tunc verisimiliter dubitetur an tempore solutionis plus vel minus sit res valitura. Nam vt dicit glo. illius cap. tam emptor q̄ uenditor equaliter commodum & incommodum ex dilatione expectat. ergo potest aliquis capere quicq̄ vltra sortem ratione dubij dūmodo non ponat alterum in dubio & se in tuto: sed equaliter sint in dubio & in tuto: vt si perdas/ perdam tecum/ si lucraris/ habeo

partem lucri. Patet per textum similitudinarium ad hoc quia nō est textus expressus Habetur in cap. i ciuitate de vsuris: q vendens rem plusq̄ valeat quia soluere differt peccat nisi dubium sit an tempore solutionis erit valor rei variatus: & venditor non erat venditurus tempore quo vendidit. ergo ppter dubium & non erat alias venditurus nisi vsq; ad illud tempus licitum est vendere vltra q̄ nunc valeat. ergo eodem modo quādo vtrunq; ponitur in dubio & sortes & lucrum: licet in tali casu capere vltra sortem. Et doctor est huius sentētie quā do ponitur in dubium tam principale q̄ illud quod accidit principali dūmodo nihil eorum ponatur in tuto. Posuit tres casus/ in quibus potest aliquid capi vltra sortem. Primus/ ratione damni. Secūdus/ ratione pene quētōnalis. & tertius/ratiōe dubij ex pacto: potest in istis casibus aliquid capi vltra sortē. Similiter potest sine pacto aliqd capi/ puta si liberaliter mutuatarius aliqd offerat nō tenetur restituere: quia illud suū est iure liberalis donationis. & sic patet de duobus casibus/ principaliter in quibus accipere vltra sortem est licitum scilicet ratione pene conuentionalis & ratione dubij. Sed q̄tum ad illum casum de ratione dubij multi doctores tenēt oppositum/ tamē doctor noster tenet q sic quādo homo exponit se totaliter dubio: & illi qui dicūt q est licitum ratione dubij exponūt capitulum nauiganti/ quod videtur dicere oppositū quando solum exponitur excrescentia sub dubio/ & non sors.

Bona difficultas.

¶Iam videndi sunt alij casus cōmunes i quibus licet capere vltra sortem quos doctor non tangit. Vnus ponitur in ca. cōquestus de vsuris. & est talis/ si dūs principalis & directus alicuius terre mutuet pecuniam vassalo qui habet dominium vtile. i. fructuū in terra illa: & vassalus loco pignoris det illam terram domino directo tunc dominus ille dicectus licite percipit illos fructus tēpore intermedio ita q non sunt computādi in sortem principalem: sed cum sorte iuste capit illos fructus. Dicitur ibi q fructus rei pignorate cō putari debent in sortē nisi terra ipsa de feudo sit monasterij vestri. & idē censetur de domino temporali erga suum vassalum.

¶Dicunt cōmuniter doctores in hoc casu ad excusandum de vsura. quia difficile est prima fronte excusare ab vsura. quia bene sequitur: isti fructus sunt certa pecunia appreciabiles. ergo ex vi mutui aliquid pecunia appreciabile capit vltra sortem: ergo videtur q cōmittat vsuram. Preterea dicunt doctotores circa illud capitulum/ q quando domino directo ipignoratur feudum efficit dominus directus & vtilis: ita q dominio directo dominium vtile adiungitur per talem impignorationem. Vltra dicūt q postq̄ coniungitur dominio directo dominium vtile: leuādo fructus non leuat nisi suum: si ergo leuādo fructus solum leuat suum / nō sunt illi fructus in sortem principalem. i. pecuniam mutuatam deducendi.

¶Vltra dicunt q eo tempore intermedio talis dominus directus non debet capere a vassalo seruitiū quod prestare debet ratione feudi. Et ista est resolutio cōmunis doctorum circa illud capitulum. ¶Sed contra hanc solutionem arguitur: sequitur ex illa q illo tempore intermedio ante solutionem & post acceptionē mutui non esset amplius vassalus nec feudatarius. ¶Item sequitur q illud feudum nō esset pignus/ quia non est alterius a possidente: sed illa terra nec quātum ad dominium directum/ nec quātum ad vtile non est alterius a possidente. & sic ibi defficit ratio pignoris: igitur non est pignus. ¶Ad primum dico q non est vassalus in actu: sed solum in habitu. Et cum infertur ergo toto tempore intermedio/ ista possessio non est pignus.

¶Nego illam/ quia licet tempore intermedio habeat dominium vtile ligatum vsq; ad solutionem sortis/ tamen habet dominium vtile in habitu: & ipse qui mutuauit habet in actu. & hoc sufficit ad rationem feudi: & sorte soluta incipit vassalus habere dominium vtile in actu.

¶ Quis ita dicāt doc. tamē non videtur michi quin sit vsura in tali casu & arguitur sic. Sit fortes ille dominus directus capit ex vi mutui illos fructus pignoris vltra sortē & capit dominium vtile talis pignoris: qđ dominiū vtile est quedam potestas seu ius in futurum leuandi illos fructus: sed sic est q talis potestas siue tale ius est pecunia appreciabile. imo pōt vendi: vt dictum est q sunt quedam res corporales & quedam spirituales vt iura & potestates que vēdi possūt: ergo i tli casu fortes vi mutui capit a platone feudatario aliquid quod ē pecūia appreciabile: puta illud dñium vtile & potestatem leuandi fructus. ergo talis acceptio est vsuraria. & nō facio amplius difficultatem de fructibus: quia dictum est q nō sunt computandi in fortem: sed difficultas ē de dominio vtili/ quod (vt dictū est) est potestas leuandi fructus: ergo in tali casu non mutuat nisi ex spe alicuius quod est pecunia appreciabile vltra sortē: ergo est vsurarius. Et quādo homines bene radicitus cōsiderarent videretur eis q talis contractus esset vsurarius. propterea dico/ & dicit Gabriel nisi feudum a principio fuerit datum vassalo sub tali conditione q quotiēscūq; ipignoraretur domino principali apud dominum principalem erit dominiū vtile q talis contractus est vsurarius. Nam aliquis dominus potest sic dare feudū & sub tali conditione transferre/ puta si ad se vel ad successores veniat tale feudū in pignus: q habebit fructus in toto tēpore intermedio. ideo si cū tali onere data ē talis possessio in feudum non est vsura. Sed in datione si non fuerit facta mensio de tali onere quātum ad dñium vtile tūc. Dico q si fructus tempore intermedio percepti excedāt seruitiū quod exhibēdum esset a feudario est vsura: sed si nō excedant non est vsura/ quia nō capitur nisi pro interesse seruitij.

Resolutio.

¶ Resolutio ergo est. vel illud pignus qđ est feudum est datum cū tali onere puta q quotiens impignorabitur domino principali habebit dominium vtile/ vel non fuit facta mentio de tali onere. ¶ Si primū: non ē vsura: quia nō est vi mutui: sed ratōne cōtractus presentis scilicet datiōis in feudum ¶ Si secundum/ vel seruitia tempore intermedio exhibendo nō excedunt fructus/ & sic non est vsura. ¶ Si autē talia seruitia nō eqparentur in valore fructibus vel tamen si eqparētur exhibētur/ tunc est vsura. quia capit aliquid vltra sortem vi mutui. quia accipit ius ad leuandū illos fructus vi mutui ergo vi mutui secluso interesse capit vltra sortem/ ideo est vsura: & sic videtur michi dicendum. ¶ Alius casus in cap. salubriter de dote. & isti duo casus maiorem habent difficultatem q precedētes: est aliquis socer qui dat filiā genero & in promptu nō dat dotem sed petit dilationē/ & in pignus solutionis tradit aliquam possessionē. Dicit capitulum/ q maritus siue gener recipiens pignus pro dote promissa nō tenetur fructus tempore intermedio perceptos in sortem principalem computare. quia vt dicit glo. illius cap. fructus dotis cedunt lucro marito propter onera matrimonij. ergo cum videatur quedā mutuatio saltem virtualis vltra sortem in casu licet aliquid accipere. ¶ Dices/ ibi non est mutuum quia gener nihil mutuat socero. Dico q quis non sit mutuatio formalis est tamen virtualis. quia iam socer est debitor genero & petit dilationem. ergo idē est ac si socer in promptu solueret genero/ & gener nunc de nouo mutuaret socero vsq; ad terminum prefixum/ sicut cōmuniter dicunt doctores de vsura virtuali. vt sortes vendit & est nunc venditurus merces que precise valent quinq: vendidit pro sex soluēdis in tempore futura prefixo est vsura equialenter/ & est mutuum virtuale & vsura virtualis. ita videtur in proposito posq; socer est iam debitor genero & petit dilationem & pro dilatione dat pignus. idem est ac si socer nūc daret genero/ & gener mutuaret. & pro securatione daret pignus genero qđ pignus faceret fructus. ¶ Sed qa iuriste nō capiunt nisi textū litteralē neq; vadunt ad radicē rei

Casus de dote.

aliter videtur dicendū/ saltē discutiendū ē vltra q ipsi faciant. Dico q socer potest eē obligatus ad soluendum dotem genero dupliciter. vnomodo q immediate & pro tempore quo dat filiam genero teneat̄ soluere. Alio modo. q non immediate: sed pro aliquo tempore futuro prefixo: & pro securitate dat pignus: & isto secundo ratione illius gener non potest fructus licite capere: nisi illos deducat in sortem vel nisi socer liberaliter daret illos dono sed si socer non dat liberaliter illos tempore intermedio percipiēdos tunc gener non potest licite capere ratio est ista. Bene segtur est factum pactum inter eos de soluēda dote in termino prefixo futuro/ ergo toto tēpore intermedio socer non tenetur soluere/ & si non tenetur soluere/ ergo gener nō potest capere ratione pene conuentionalis Tunc si non tenetur soluere socer non peccat. Vnde bene segtur/ talis possessio data i pignus est soceri habētis vtrumq; dominium & directum & vtile. ergo fructus sunt eius/ ergo ipso inuito anullo altero possunt licite capi nisi ex conuentione vel ex punitione culpe vel interesse. sed sortes in differendo nullam incurrit culpam nec gener interesse/ ergo non licet genero in tali casu deducere fructus in sortem nisi ex consēsu libero soceris. sed si socer sit obligatus pro tempore quo tradit filiam nuptui immediate soluere dotē & petit a genero dilationem solutionis dato pignore. Dicit Cōradus & gabriel q non licet genero accipere fructus non deducendo in sortē principalem nisi ratione damni emergentis vel lucri cessātis aut pene cōuentiōalis. Vnde gener si capiat vxorem sine dote tenetur eā nutrire. Dico vltra: quando dātur viris vxores illas accipiūt cum onere matrimonij & quando datur eis certa pecuia pro illis oneribus/ regulariter solēt emere terras aut redditus. quia si consumerent illas pecunias nichil remaneret pro sustentatione matrimonij. Preterea dicūt doct. si sortes nō soluat genero & ex deffectu ipse gener emisset terras & possessiones & percepisset valorem fructuum quos leuat ex pignore potest illos fructus pignoris capere ratōne interesse. vel si gener est industrius vir qui potest lucrari ex dote si habuisset in promptu/ tunc potest illos fructus pignorum non deducere in sortem principalē & veri simile est q regulariter oēs generi exponūt illas pecunias dotis in hereditatibus acquirendis: & illas multiplicant. Dicitur in primo capitulo salubriter quādo pignus dat ratione dilationis solutionis dotis nō sunt deducendi fructus in sortem/ sed est solum ratione damni emergentis vel lucri cessantis: & sic iste casus nihil addit ad casum precedentem: sed iuriste dicunt q addit propter onera matrimonialia. Sed theologi dicunt oppositum quia vi mutui interpretatiui capit vsuram non accepturus alias/ ergo committit vsuram. patent ergo casus in quibus licet capere vltra sortem puta ratione damni/ ratione interesse/ ratiōe pene cōuentiōalis/ ratione dubij/ vel qādo nō capit vi mutui vt in feudo sed ratione conuētionis precedētis mutuū/ aut quādo capit quod alias est sibi debitum/ sed vltra istos casus capere vltra sortem est semper peccatum. ¶ Iam videndum est: vnde est q vsura sit illicita & hoc tangit doct. in principio huius materie. Communiter dicunt doctores q secundum omnem legem est prohibita/ & canonicam/ ciuilem & diuinam. De lege nature est prohibita & contra vel saltem preter equitatem naturalem primo politicorū & contra ius diuinum. luce. vj. mutuum date nihil inde sperantes. Videamus nunc radicem quare vsura est peccatum. ¶ San. Tho. nititur deducere per hāc rationem/ quia vendit aliquid quod nō ē & ex natura est peccatum iniustitie/ quia ē aliquid capere pro nihilo/ ergo vsura iure naturali peccatum est. Et fundamētū rationis. s. tho. est. Vsura cōmittitur in ijs quorum vsus est cōsumptio & non in alijs vt vsus vini est cōsumptio. Similiter vsus panis est consumptio eius. Vsus pecunie est

eius consumptio q̄tum ad vtentem/qa eius vsus est emere necessaria & per emptionem non remanet cuius erat. Et sic vsus principalis eius est consumptio in ordine ad eū cuius erat prius/ergo concedens eam mutuo per consequens consumit eam/& sic i vsura pro vsu talis pecunie aliquid recipit acsi vsus talis pecunie distingueret ab eius consumptione/ergo capit pecuniam pro eo quod non est. ¶Sed in rebus que solent locari sicut sunt/domus/equus/&c̄./id genus/quorum vsus non est consumptio vltra illud quod valent potest aliquid capi p vsu. Et est etiam ratio Richardi i quarto/articulo quinto/q/quinta. Sed hanc rationē affert sco/quia hec ratio presupponit vnū quod nolet concedere sco/scilicet q̄ in rebus vsu psumptibilibus vsus fructus nō distinguit a dño & q habet vsum fructū habet dominium quod non concederet sco/quia minores bene hñt vsū fructū sed nullum habent dominium. Ponit igitur Scotus duas rationes q̄ ipsa vsura sit peccatū: & illicita quia in mutui datione transfert dominium/vocabulum enim mutuū hoc importat/mutuum do tibi meum/quia in mutuo/quod erat meum efficitur alterius ergo qui concedit mutuo non manet dñs pecunie mutuate. Ideo si pro illa pecunia recipiat aliquid vltra capitale pro non suo recipit siue vendit quod non est suum.

¶Alia ratio doctorum/pecunia mutuata non est de se germinatiua dato q̄ illa maneret sua cum non habeat ex natura sua aliquem fructum facere sicut habēt aliqua alia ex se germinantia: sed si proueniat aliqs fructus hoc erit solum ex industria alterius scilicet vtentis puta cum pecunia mercando/& non eius qui concedit pecuniā/ergo volens aliquid capere vltra sortem vult habere fructum de industria aliena quod ē etiā lege nature iniustum. Et sic ratio docto/satis apparens. & in hoc doctores omnes cōcordāt q̄ mutuare cū vsura est ꝓtra legē nature. ¶Restāt due difficultates principales terminā de/pria: vtrū vsurarius tā mētalis q̄ exterior sit dominus rei quam accipit vltra sortem? ¶Secunda/ vtrum illa bona que acqrit per pecuniam vsurariam realiter sint eius. Q̄tum ad primam difficultatem/duplex est modus dicendi. Aliqui dicunt & doct/videtur consentire in hanc opinionē & hoc idem tenet glo/in cap/si quis/xiiij/q/iiij/q̄ vsurarius realiter est dominus rei que sibi datur vltra sortem. Tamen ista cōsequentia non valet/est dominus rei/ergo non tenetur ad restitutionem/sicut dicunt multi doctores de re que datur per metum ille cui datur efficitur dominus secūdum/vnam opinionem: & tamen consequentia non valet/ergo non tenetur ad restitutionem. Opinio tamen probabilior & communior & in quam coincidunt plures doctores/q̄ vsurarius non efficitur dominus rei quam accipit vltra sortē. Et mihi appet q̄ sit oppinio pbabilior: Et est opi/s/tho/Bouenture/Alexandri/& fere omniū doctorum tam theologorum q̄ canonistarū. Et ad hanc probandam adducunt multas rationes. Sed tangam precipuas & apparētiores. Et primo probatur de vsurario exteriori & ex pacto q̄ non efficiatur dominus rei quam accepit vltra sortem vsurarie (& secludo semp illos casus supradictos in quibus licitum est aliquid vltra sortem capere) ¶Patet sic: anteq̄ aliquis efficiatur de nouo dominus alicuius rei non sufficit q̄ verus dominus rei consētiat vt res illa tradatur ei. Alias ille q̄ habet in pignus vel in depositum aliquam rem efficeretur verus dominus. Quia verus dominus consentit vt talis res tradatur ei/sed requiritur cōsensus veri domini q̄tum ad proprietatem vt scilicet habeat consensum q̄ proprietas quam habet in tali re transeat in alterū/nā aliud est possessio/aliud est proprietas/sed ille qui soluit vsuram licet cōsentiat q̄ superexcrescentia tradatur vsurario/nichilominus non consentit regulariter q̄ proprietas transeat in eū/ergo talis vsurarius non efficitur illius superexcrescentie verus dominus. Et addo aliam rationem aliorum que talis est/nam Ad hoc vt transeat dominium in alterum non sufficit q̄ consentiat q̄ proprietas transeat in alterum: sed requiritur consensus pure liber sicut de illo qui consentit per metum non transfert dominium: sed soluens vsuram non libero consensu soluit sed ille cōsensus habet aliquid inuoluntarij quia nō vellet dare si alio modo posset habere/& sic non est datio tota liter libera sed conditionalis. Sicut aliquis proijciēs merces i mare propter metū mortis/proprietas illarum non transit a proiciente ita q̄ si inuenirētur in littore maris non efficerentur occupantis: cū alter nō abstulit a se dominium neq̄ abdicauit. Similiter est de isto dante vsurā qui non plene libere dat. ¶Item ad hanc rationem addo. ¶Ad hoc q̄ res transeat in alterum quantum ad proprietatem & dominium nō sufficit q̄ dominus puro & libero consensu consentiat sed preter hoc requiritur q̄ nō sit prohibitus a superiore habente auctoritatem & alter non sit prohibitus recipere sicut dictum est de donatione: sed vsurarius est prohibitus a deo superiore (a quo quodlibet dominium dependet) accipere vltra sortem/ergo per talem traditionē talis vsurarius non efficitur verus dominus Et ista est ratio precipua Alexandri de halis. ¶Secunda ratio que etiam sibi videtur multum apparens & concludere est ista.

¶Si vsurarius vt dicunt alij efficiatur verus dominus rei date per vsuram sequitur/q̄ habens hereditatem sibi traditam vltra sortem per vsuram non tenetur fructus hereditatis sibi tradite restituere q̄uis teneret restituere hereditatem. Patet: si sit aliquis q̄ per contractum illicitum habuerit aliquā hereditatem ita q̄ emit illam citra medietatem iusti precij: ita q̄ obligatur in tempore futuro reducere istum cōtractum iequalem ad equalitatem iusti precij: sed tamen fructus perceptos interea. i. in tempore inter medio non tenetur restituere. Exemplū si sortes qui emit hereditatem citra iustum precium et medietatem iusti precij: doctores communiter dicunt q̄uis emat citra dimidium iusti precij non tenetur hereditatem dereliquere: sed vel illam derelinquere vel supplere iustum precium in capitulo cum dilecti/de emptio/& venditio. Vbi dicitur q̄ licet venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti precij: potest tamen venditor agere vt restituat resvel iustum precium suppleatur. ergo emens hereditatem per precium iniustum tenetur reducere illud precium ad equalitatem quā debebat habere tempore contractus. sed fructus medios ante reductionem ad equalitatem nō tenetur restituere. ergo si sortes per istum contractum iniustum et inequalem efficitur dominus huius possessionis licet teneatur reducere ad equalitatem & reddere tātum quantum valebat tempore cōtractus vel illam hereditatem restituere/tamen nō obligatur fructus tempore intermedio perceptos restituere: sed hoc est falsum/ergo sequitur q̄ vsurarius non efficitur dominus illius superexcrescētie. ¶Alia ratio apparentior quam facit de oyta in tractatu de cōtractibus. Et sic arguit/nullus est dominus rei quam licite per nullum tempus potest retinere (saltem pro tempore pro quo potest illam restituere retentio illius est de tinēti peccatum nouum) aut quam nō potest licite in vsus suos conuertere/sed sic est q̄ vsurarius per nullum tempus licite potest rem vsurariam retinere nec i suos vsus conuertere neq̄ ad eius vtilitatem vti/ergo non est dominus illius rei. Maior patet ex diffinitione domini j supra posita. Quia dominiū nihil aliud est q̄ ius vel potestas propinqua/re aliqua vtendi pro libito. sed vsurarius per quodcunq̄ tēpus non potest tali re vti vt dictum est. ergo. Et ista ratio videtur inter ceteras apparētior & pbabilior. Conclusio est ergo respōsiua q̄ vsurarius nō est realiter dominus superexcrescentie. ¶Ex qua sequuntur aliqua corrolaria/primū sequitur. q̄ nullus potest licite operas suas locare ei qui nichil habet p̄ter vsuras. vel quē estimat pbabiliter nihil

Vtrū vsurarius sit dñs lucri

Rōes pbātes vsurarū nō esse dñm. excrescentie.

Oppitio rationis.

Conclusio rōnis.

habere nisi ex vsuris. Secundo infert de oyta & ponit vnum quis tho. & ceteri videantur ponere contrarium. Dicit enim ipse q̄ nullus potest licite & scienter emere neq̄ vendere merces illi vsurario neq̄ cum illo mercari. patet: sortes habens precise pecuniam vsurariam non est talis pecūie dominus. ergo sortes nullius pecunie potest in mercatorem transferre dominium: nisi vt procurator alterius. Et vltra/ sortes nullius pecunie potest in alterum mercatorē transferre dominium. ergo nullus mercator scienter potest licite ab ipo sorte accipere pecuniam. Et hec ratio videt habere magnam apparentiam. Sed si habeat pecuniā vsurariam & nō vsurariam licet cū eo mercari: sed quando non habet nisi superexcrescentiā sortis nullius rei est dominus. ergo per suum consensum sine consensu alterius non potest alicuius rei dominium in alterum trāsferre/ saltem auctoritate priuata Quia nullus auctoritate priuata nō habēs dominium rei potest in alterum transferre Dicit priuata: quia publica auctoritate nō habens dominium rei/ potest in alterū trāsferre. vt patet in prescriptionibus & vsucapionibus. Ista ergo consequentia est certa. Sortes nō habet dominiū i hac re/ ergo auctoritate priuata non potest in alterum illam transferre: & vltra/ ergo nullus sciens hoc potest pro mercatura recipere illam rē a sorte. quia sicut talis res puta pecunia nō est sortis: ita nec erit illius qui dabit merces pro illa. ergo ppositio vera videlicet q̄ sciens sortem nihil habere preter pecuniā vsurariam: non potest cum illo mercari. Contra: ergo oportebit ipsum permitti perire fame. quia nullus poterit ei vendere etiam necessaria ad vitā. Dico q̄ est idē iudiciū sicut de illo qui est in extrema necessitate: & tenetur ei sibi dare gratis. quia nihil habet vnde sibi emat necessaria. Dices & communiter dicunt doctores/ & ita sentit Sco. si iste mercando aliquid lucretur vltra pecuniam vsurariam illius lucri realiter efficitur dominus/ & hoc expresse. dicit. s. tho. quia lucrum illud est premium sue iduſtrie & laborum quos facit mercando quorum laborum & industrie ipse est dominus. ergo efficitur dominus lucri quod acquirit mercando: & si realiter efficit dominus. ergo cum ipso licet mercari. & hoc non potest negari apparenter q̄ non efficitur dñs lucri quod acquirit mercando. ¶ Simile est sicut de fure/ nam si per pecuniam furtiuam mercetur & mercando aliqd lucretur efficitur dominus lucri. Quia illud lucrū correspondet laborī. ergo eodē modo de vsurario videtur dicendum. & sic in tali casu licet mercari cum vsurario. Nego illā: & dico q̄ nullus scienter neq̄ cum fure neq̄ cū vsurario debet mercari. & hoc quādo nichil habent preter vsuram & rapinam seu furtū/ & hoc scitur / nullus licite vēdit eis aliqd nichilominus si eis vendatur aliquid & reuendendo aliquid lucretur efficiūtur domini illius lucri & tenētur solum restituere illud quod habēt per vsuram vel furtum. quia dicere oppositum esset valde periculosum/ durum/ & extraneū. ¶ Sed apparētia est q̄ non debet aliquis mercari cū illo. sortes nichil habet preter pecuniā vsurariam: emit aliquam rem & per suam industriam non meliorat illā q̄ si melioraret illam labores essent soluēdi sibi sicut habēs agrum per furtum quē meliorauit potest habere expensas quas fecit meliorādo. sed nō meliorat illam rem: sed reseruat ad tempus in quo erit carior. Tūc probatur q̄ sortes non erit dominus illius lucri. Patet: qa non est dominus rei. quod probatur/ quādo emit rem non fecit per illam pecuniam illam esse suam. ergo non fuit dominus talis rei sicut in permutāte beneficium i quo nichil iuris habet/ non facit alterum dominum illius neq̄ efficitur dominus alterius cum quo permutauit. Similiter nec res efficitur ementis per pecuniam vsurariam. ergo ad quodcunq̄ tempus reseruauerit dūmodo nichil meliorauerit semper eandem numero tenetur restituere. sicut qui capit furto rem & reseruat ad tempus in quo est

Nota bo nū casum

maioris valoris q̄ in tempore quo furatus est illam tenetur eandem rem quanuis sit maioris valoris restituere: & non potest illam vendere/ ergo similiter in proposito cum hec res non est effecta sortis cum pecunia quam dedit pro illa nō est effecta vendentis quia non erat sortis sequitur de dicto q̄ non potest illam vendere. Et deoyta tenet consequenter. q̄ nichil potest lucrari per mercaturā nisi melioret res: & hoc est correlarium sequens ex opinione eius q̄ p q̄tamcunq̄ mercaturā nichil potest lucrari nisi per mercaturam in qua aliquid induſtrie & laboris posuit ad meliorandam res. quia potest illam induſtriam & laborē vendere. Concluditur ergo: q̄ vsurarius exterior nullomodo est dominus rei vsurarie. Secūdo/ nō licet cum tali mercari/ neq̄ seruo se locare ei. neq̄ magistro aliquid petere vel capere ab eo pro eruditione filiorū vt dicit de gandauo. neq̄ licet hospiti scienti capere aliquid pro vino aut pane

De vsura mētali.

¶ Cōsequenter videndū est de vsurario pure mētali/ de quo est maior difficultas. vt sortes mutuauit platoni sub spe occulta & interiori nullo mō manifestata p signa exteriora: an similiter efficiatur verus dominus rei que sibi datur vltra sortem. ¶ Quantū ad illud est maior dissentio inter doctores Nā aliqs mutuauit spe lucri principalr/ ita q̄ illā spē nec verbo/ signo/ aut pacto manifestauit. est vera vsura mentalis/ deus enī magis respicit intentionem q̄ factum exterius. quia intentio ponit peccatum in specie/ & factum exterius nichil addit bonitatis aut malitie. Videtur q̄ sortes vsurarius mentalis sit vere dominus rei quam plato mutuatarius mere libere dedit/ ita q̄ ad dādum nō fuit coactus/ nec verbo/ nec signo aut pacto/ ergo per talem volitionem liberam plato abdicauit a se dominium huius rei & transtulit in Sortem. & apparet q̄ sic. Nam si sortes habuerit intentionem furandi rem aliquam a platone nullo modo manifestatā per quodcunq̄ signum/ & plato libere sibi tradat illā rē quā intendebat furari sortes tunc efficitur dñs illius rei nec tenetur alteri restituere/ ergo quamuis habeat ex vi mutui & mutuatarius hoc ignorat illum videlicet habere talem intentionē & liberaliter confert nullo modo coactus aut inductus/ apparet q̄ faciat alterum dominium & q̄ non teneatur illam restituere. & multi deffendunt hanc opinionem. & Sco. et Richardus sunt huius opinionis Et aliqui adducunt hanc rationem. Satisfactio non est facienda in conscientia vt lucrū amoueatur ab illo qui ē lucratus: sed vt subleuetur ille qui passus est damnū/ sed sic est q̄ plato mutuatarius non patitur aliquod damnum. ergo non est ei restitutio facienda. Minor patet: nullus volens & consentiens habet damnum neq̄ patitur iniuriā/ sed sortes mere libere consentit in illam dationem mutuanti. ergo alter illam accipiēs nullam facit iniuriam mutuatario/ & ista ratio vt videt habet bonam apparentiam.

Prima ppositio.

¶ Quantum ad hoc relictis omnibus aliis modis dicendi doctorum videntur michi dicēda duo multum probabilia. ¶ Primū est/ q̄ sortes vsurarius mentalis non efficit dominus illius rei.

Secūda ppositio.

¶ Secūdum/ q̄ illā rem non tenetur restituere Platoni sed pauperibus. & quia diuerse sunt sententie doctorū Ista duo videntur michi veriora & probabiliora. ¶ Primū p̄batur/ videlicet q̄ vsurarius mentalis non efficitur dominus excrescentie. per capi. consuluit de vsuris: vbi expresse dicitur q̄ mutuans ea mente vt vltra sortem aliquid recipiat tenetur in foro anime ad illud restituendum si ex hoc aliquid consecutus est. ergo mutuans spe lucri est vsurarius. & in fine capituli ponitur q̄ in animarum iuditio ad restitutōnem tenetur. quia non potest probari in foro exteriori. Ideo in foro dei tenetur.

De fontibus.

¶ De fontibus dat rationem quare non efficitur verus dominus. Nam anteq̄ auctoritate priuata transferatur verum dominium requiritur primo libera volūtas transferendi in dante. Secundo libera voluntas recipiēdi in recipiente. Et tertio oportet q̄ causa ex

qua capit sit iusta & sufficiens ad transferendum, id est q̄ sit iustus titulus, & in hoc dicto est magna apparētia. Hinc est q̄ si ego volo capere pro causa insufficiente nō trāsfertur dominium / quanuis ergo in isto contractu primum concurrat, quia est voluntas libera transferendi in mutuatario & etiam voluntas recipiendi in vsurario tamē tertiū deficit/quia est volūtas recipiēdi ex vi mutui & illud non est sufficiens causa neq̄ iustus titulus ad transferendum dominium, ergo in talem non transfertur dominium illius superexcrescētie, S. tho. dicit q̄ tenetur ad restitutionem: sed nō dicit cui, & ecce primum dictum probatum sufficienter & multum apparenter per rationem de fontibus/que consimiliter probare videtur de symoniaco pure mentali qui seruit episcopo solum vt beneficium accipiat q̄ nō esset dominus illius beneficij sic accepti, patet, quia causa est iniusta velle scilicet capere pro suo seruitio/& sic titulus esset insufficiens/an tamen vsurarius mentalis & etiā symoniacus mentalis teneātur ad restitutionem, vide in quolibetis de fōtibus quolibeto, xiij, articulo, xiij, Paulo post medium illius articuli. ¶ Secundum pbatur puta q̄ talis teneat restituere pauperibus. Nam licet in vsurario non sit sufficiens volitio vt sit dominus rei: est tamē sufficiens volitio in mutuatario vt abdicet a se dominium illius rei, & i hoc passu potest hic bene applicari argumentum factū supra de donante aliquid simulato paueri, Potest enī vt dictū est supra abdicare dominium rei sue a se & in nullum transferre dominium vt habendo rem suam pro derelicta, ergo i mutuatario est sufficiens causa abdicandi a se dominium quāuis non sit sufficiens causa in alterum transferendi, ergo realiter abdicatur dominiū rei a mutuatario, ergo qui illam habet non tenetur illi restituere, Datur simile si habeam volitionem dandi rem forti nolēdo q̄ sit amplius mea: fortes capit illam sed non habet volitionem q̄ sit sua nihil habeo amplius i illa re neq̄ fortes tenet mihi restituere: sed pauperibus, similiter mutuatarius habet volitionem pure liberam dandi rem suam, & res de facto non est amplius illius, & fortes vsurarius habet volitionem hanc rem capiendi: sed vi mutui, & ista voluntas non est sufficiens ad transferendum dominium, Restat ergo dicere q̄ illa est indigentium & probabilius est sic dicere. ¶ Resolutio, nullus capiens rem vltra sortem siue sit vsurarius mentalis siue exterior efficitur dominus excrescentie, sed capiens per vsuram exteriorē tenetur restituere ei a quo accepit/ capiens vero per vsuram interiorem tenet restituere non ei a quo accepit: sed pauperibus. ¶ Consequenter queritur, vtrum singula bona vsurarij sint obligata ad restitutionem, ¶ Pro ista difficultate supponendum est q̄ bona alicuius dupliciter possūt obligari ad aliquid, Vnomodo obligatione reali, Alio modo obligatione personali, Vnde illa bona dicūtur obligari obligatione reali quando est obligatio ex iure quod habet ille cui sunt obligata sup illa, vt feudatarius non solū est obligatus domino principali: sed etiam feudum ipsum, Quia obligatio ē ex iure quod habet dominus directus super feudum. ¶ Similiter possessiones quas coloni tenēt ad redditus annuos sunt obligate obligatōe reali, ¶ Sed bona dicuntur obligari obligatōne personali ratione possidentis & non ex iure qd̄ habet super bona, ¶ Vnde quādo est obligatio realis: tunc ad quēcunq̄ deueniunt illa bona semper remanet illa obligatio licet transeant de domino in dominum alterum siue de dominio i dominiū: sed quādo est obligatio personalis quādo transeunt de dominio in dominium: non oportet q̄ prima obligatio maneat: vt si ante terminum prefixum aliquis vendit possessionem suam non manet amplius obligata, Hoc supposito, Respondetur faciliter ad questionem, ¶ Bona accepta per vsuram sunt obligata his a quibus accepta sūt obligatione reali, quia semp remanet dominiū

Resolutio.

Nota pōsitio

apud illum qui illa dedit vsurario: sed alia bona vsurarij que habet non ex vsura: sed ex patrimonio vel acqsita p industriā sunt obligata ijs a quibus accepit vsuras obligatione personali, ideo si transeunt in alterum dominum vel per donationem vel venditionem non sunt amplius obligata, quāuis aliqui iuriste dicant oppositum in capi, tua nos, extra de vsuris, q̄ heres vsurarij filius vel extraneus vsuras extortas p defunctum restituere cōpellitur, Theologi dicūt q̄ ad satisfaciendum pro vsuris nullus debet ab eo accipere illa bona scienter: aut venditione: aut donatione, quia per hec efficitur impotens ad satisfactionem nisi p̄ter illa habeat alia bona, ¶ Ex hoc sequitur decisio alterius questionis, vtrum heres tenetur restituere bona que habuit vsurarius & q̄ tenebatur restituere, & i quapportione puta si vnus in dupplo plus hereditet q̄ alius teneatur in duplo plus restituere & si in triplo consequenter? & est difficultas iter doctores, si post partitionem hereditatis alter efficiatur impotens soluere/ vtrum alter teneatur restituere insolidum? Aliqui iuriste dicunt q̄ sic, sed theologi oppositū quibus magis credo, Ratō: si primus heres restituat anteq̄ alter efficiatur impotens ad restituendum est absolutus ab illa restitutione: sed alter non efficitur impotens restituere p culpā istius primi restituentis, ergo q̄uis cadat in impotentiam de non restituendo iste qui restituit nō amplius obligatur ad restitutionem, quia non potest obligari absq̄ culpa sua, ideo dico q̄ primus non tenetur restituere nisi secundum proportionem quā participauit de hereditate sicut participans in re furata & non in actu furādi tenetur solum restituere secundum proportionem secundum quam participauit, & nullus in solidum: sed si essent consulentes & participātes in actu furandi tenerētur in solidum: sed quando non participant in actu furandi: sed in re futtiua tantum dato q̄ alter efficiatur impotens soluendo alter tenetur solum ad restituendum secundum quantitatem quam habuit, similiter dico in proposito, Ex dictis patet, quid iustum & quid iniustum in commutabilibus statim factis, i, quando vter q̄ commutans statim dat vel recipit illud pro quo cōmutat/ sed quando commutans non statim recipit illud pro quo commutat sed differtur huiusmodi receptio queritur quid iuris: quapropter doctor consequenter determinat de contractibus in quibus non statim datur quid pro quo: sed expectatur tempus in quirens quomodo ibi reperitur ratio iusti ponens aliquas regulas speciales vltra regulas supra positas, Prima talis est, Caueatur semper in commutatione q̄ commutās vel mutuans non vendat tempus quia venderet quod non est suum, ¶ Secunda/ Caueatur ne alter contrahentium ponat se in pluribus in tuto lucrandi & partem alteram in tuto perdendi: vt sit, a, festum paschatis, & b, festum beati Ioannis, fortes vendit platoni mercem in, a, pro pecunia in, b, soluēda ab ipso platone, Tunc doct, distinguit & regulariter omnes doctores / vel fortes erat venditurus illam mercem statim vel non sed eam reseruaturus, Si primū/ & vendat carius propter dilationem solutionis iam vendit tēpus interpretatiue quia querit aliqd plusq̄ venderet nunc ratione solutionis que differtur/ & si depecunia p̄ qua venderet in, a, verisimiliter in tempore iter medio esset aliqd lucraturus vel ex deffectu illarum incurreret damnum posset vendere carius ratione interesse vel damni vel lucri cessantis, Potest enim vendere suū damnū, ¶ Si secundo mō puta non est venditurus in, a, sed expectaturus/ vel dat eam pro precio quo posset vendi scdm cursum tēporis presentis & expectat vsq̄ ad, b, solutionē & sic facit misericordiam, vel vēdit pro precio maiorī q̄ venderet nunc/ & sic distīguo vel illud precium maius est determinatum vel indeterminatum puta dependet ex euētu futuro, Sīsit determinatum & sit verisimile q̄ in tempore statuto vendetur plus vel minus dicit doc/ q̄ excusatur ratiōe dū

Prima regula.

Secunda regula.

bij/vt sortes plus vendit nunc quia erat reseruaturus vsq; ad. b. & certo precio/& est verisimile q; plus vel minus valebit. tunc contractus est iustus. Si autē nō sit determinatū pciū sed dimittit pciū pēdere i futuro est distinguendū. Vel pmittitur pēdere ex determinato tempore futuro: aut permittitur pendere in futuro/exemplū primi quia non sum venditurus nisi in. b. solues quantum valebit in. b. in tali casu misericordiā & iuste facit. Si autem precium determinatum depēdeat ex toto tempore intermedio inconfuso: puta dabis tantum quantū valebit in tempore chariori inter. a. & . b. tunc ille contractus est illicitus propter duas rationes. Prima est/quia ponit se vt in pluribus in tuto lucrandi: & partem in tuto perdendi. Secunda. quia cum non possit determinate scire. quia forte non exposuisset venditioni tempore quo carius venderetur. sed ante vel post. quia non potest cognoscere tempus in quo charius venderetur inter ista duo tempora. a. & . b. tunc exponit se in tuto de lucro: & partem de damno. & sic facit contra secundam regulam.

¶Circa hoc est difficultas/sortes habet bladum & plato illud petit mutuo & tantū bladi restituet in paschate. & est verisimile q; plus valebit in paschate an contractus sit vsurarius? vt nunc valet tantum modo decem: & verisimile q; i paschate valebit duodecim. vtrū recipiendo bladum pro blado sit vsura. Videtur q; sic/qa accipit vltra sortē/qa in rebus nō nūmismatibus attendendus est valor rei in omni contractu. ¶Aliqui faciunt magnam difficultatem in hoc casu: sed facile solui potest ex prius habitis. ¶Dico q; si esset reseruaturus modium bladi vsq; ad paschа. & in pas paschate nutriretur cum sua familia illo blado non cōmittit vsurā. quia in paschate nullum lucrum consequitur. cum de ratione vsure sit: q; consequatur lucrum. sed si nō esset reseruaturus: sed mō venditurus tunc est vsura/quia tantū damnat Platonē ac si venderet decem & plato nunc daret illa decem & mutuaret a sorte pro reddēdo valens duodecim. quia reciperet plus in valore. & sic est manifesta vsura.

¶Sequitur de commutatione negociatiua.

¶DE COMMVTATIONE lucrativa anteq; sit iusta. ponit doctor vltra regulas predictas duas cōditiones. Prima ē. q; talis cōmutatio sit vtilis rei publice. & i eius vtilitatē refferatur anteq; sit iusta. Secūda. q; negotiator capiat preciū correspondēs iuxta diligentiam & prudentiam suam ac pericula & expensas in negociādo. Vnde qui emunt vt immediate reuendant/& in eodem loco iniuste faciunt. quia non reseruant nec meliorant: sed qui reseruant ad tēpus in quo non inuenietur nisi essent reseruate q̄s non meliorent: vt non reseruant nunc poma in arboribus nec vinum in vite. similiter qui defferūt de vna patria i aliā possūt vltra vendere/sed qui emunt vt immediate reuendant sunt iutiles reipublice qa non dant nisi pro maiori precio & inferunt dānum alijs qui habēt emere pro necessitatibus suis. Ideo non videtur q; tales sint excusabiles. Sed casus ponitur: sortes emit aliquam rem iusto precio vt reseruet vel vt melioret & accedit plato volens illam immediate emere. Dico q; sortes potest plus illam vendere illi q̄ emit semper manendo infra latitudinē iusti precij. sed propter intentionem peruersam si vellet emere vt immediate plus venderet: non est nisi cupiditas & non potest ab iniustitia excusari. Secundam cōditionem doctor declarat & satis clare neq; est aliqua difficultas. Ideo breuiter transeo ad tertium articulum.

¶DE TERTIO ARTICVLO satis patet. i hoc articulo nichil est difficultatis sicut nec in secundo. Vnde in secundo inq rebatur quomodo in trāslationibus dominorum reperiebatur iustitia scilicet i trāslatione/venditione/permutatione/&c. Iam in isto articulo querit de opposito/scilicet quomodo committitur iniustitia &

quia rectum est index sui obliqui primo de anima. ideo si considerentur requisita in translationibus &c̄. satis videbitur quando erit iniustitia Vnde primo in donatione est iniustitia si fiat vel contra voluntatem superioris a quo dependet in donando. vel si fiat inuolūtarie. in omnibus istis trāslationibus aliquādo est iiustitia ex parte vtriusq; partis scilicet & accipiētis & donantis. Aliqn̄ ex parte vnius trn̄. vn̄ si fiat donatio contra ꝓhibitionē superioris est iniustitia ex parte vtriusq;. qa & dans & recipiens simpliciter peccat. Si aūt fiat nō libere: sed aliquo mō inuolūtarie vel p metum vel per ignorantiā nō oportet q; dans peccet. vt dicit. s. Tho. actus qui esset pdigalitas libere factus excusat p metū/vt dans aliquid grassatoribus metu mortis est solū iniustitia ex parte accipiētis. Nā vt dicit Scotus & bene in donatione nō est iustitia/si donans nō mere liberaliter donat vel contra voluntatē alicuius a quo dependet in donando donat. ideo deceptus ab eo cui donat nō simpliciter donat. Similiter in pmutationibus est iniustitia si fiat deceptio in pondere/numero/vel mensura/substātia/qualitate/& quātitate. & si fiat ꝓtra voluntatē superioris & inuoluntarie est iniustitia: saltē ex parte vnius partis. Similiter in venditione est iniustitia si venditur res simpliciter pluſq̄ valeat siue vltra medietatem iusti precij siue citra. & si inuolūtarie vēdatur & cōtra volūtatē superioris. Simil̄r in mutui datione est iiustitia si capiat aliqd vltra sortē exceptis casibus supradictis. Sil̄r i vēditione pro precio soluēdo tempore futuro est iniustitia si vendēs vendat tēpus aut si ponat se vel simpliciter vel vt in pluribus in tuto & partem in periculo de damno.

Circa hoc est difficultas/dictū est q; sortes qui nunc nō est venditurus rem suam vsq; ad paschа/rogat eum plato vt vendat illā si nunc precise valet quinq; & nō erat nunc venditurus sed in paschate/& verisimile ē q; in paschate valebit plus aut minus. quia aliquādo valet sex/aliquando quinq;. aliqn̄ quattuor poterit vendere sex/ratione dubij pro precio solnendo in paschate/sed si tempore solutionis/puta in paschate valeat solū quinq;/an debeat restituere vnū/& capere solūmō quinq;? Nam licite in vēditione potuit vendere sex/quia excusabatur propter dubium: sed tēpore solutionis certū est q; non valet nisi quinq;: an debeat subtrahere vnum a precio & capere solum quinq;. Ratio sua est/ Quandocūq; aliquis excusatur a peccato i aliquo contractu propter ignorantiam. ita q; si esset certitudo de re quātum valet: si vltra valorem venderet peccaret & cōtractus esset illicitus. verūtamen propter dubium excusat: supueniēte vero certa scientia illud est restituendum in tali contractu quod accepit & exuperauit valorem rei. ¶Infert cō sequēter Henricus ponendo casum q; ego locaui possessionem meam pro toto anno que realiter valet centum: sed propter tempus fortuitū solum valuit octuaginta. Dicit ipse q; debeo rescindere decem a contractu scilicet omne illud qd̄ minus valet propter fortuitum euētum. Sed opinio oppositа est cōmunior q; dubiū tempore contractus excusat & quādo contractus est iustus propter quodcunq; accidens non obligatur ex precepto rescindere. imo potest totum exigere scilicet illud in quo conuenerunt tempore contractus/in quo tempore contractus erat licitus: & hoc tenet doctor.

De restitutione.

¶DE QVATTO SVNT quinq; videnda. In hoc articulo quarto egregie tractat Scotus de restitutione facienda: & propter quam causam sit restitutio facienda. Vnde restitutio non est nisi alieni redditio. ideo querit ꝑpter quā cām obligatur qs alienū restituere. Dicit primo q; sicut auferre alienum est peccatum mortale cōtra preceptū diuinū negatiuū: nō furtū facies. ita & tenere alienū siue subtrahēdo siue aliter detinēdo. hinc ē q; restitutio ē de necessitate faciē

da non tanq̄ pars satisfactionis. quia satisfactio respicit deum/& restitutio proximum Ideo restitutio non est faciēda vt pars quedam satisfactiōis vel generalis vel specialis: sed propter preceptū quo phibetur ois detentio rei alienę. Correlariū/tenere alienum inuito domino est peccatū mortale. Dicit doc.& cōiter dicūt doctores/ q̄ phibetur precepto negatiuo subripere vel detinere rem alienā auctoritate ppria. ¶Queritur an sit prohibitū rem propriā ab alio detentā violēter & iniuste auctoritate propria surripere & subreptā detinere vt aliqs detinet rem meā/nō possum probare q̄ sit mea. Vel quia deficiunt testes vel quia nō possum accedere ad iudicē: & habeo occasionem latenter capiendi eam: an iuste possim: ¶Secūda difficultas/sortes nullam rē meam habet: sed est mihi debitor & nō possum hoc probare. vel iudex nō vult administrare iusticiam. An possim latenter tantumdē capere de bonis sortis; & an teneat ad restitutionē illius quod latenter cepi?

Opi. sancti Tho.

¶QVANTVM AD PRIMAM difficultatē duplex est modus dicendi. ¶Sctūs Thomas secūda secūde. lxij. q. articulo sexto in solutione ad vltimū dicit/ q̄ accipiēs alienum aliqñ peccat & simul tenetur ad restitutionem. Aliquādo peccat: sed nō tenetur ad restitutionem. Exemplum primi/vt sortes habet rem meā vel vt pignus vel vt depositū vel vt locatū vel liberaliter accomodatā: ita q̄ vsus rei mee est apud eū. Tūc dicit q̄ accipiēdo eam nō solum pecco sed teneor restituere: quia grauo eū. quia postq̄ licite detinet eā iniuste facio subripiendo eam & teneor restituere. Exemplū secundi vt sortes iniuste detinet rē meā: ita q̄ nec vt depositam nec locatā nec accomodatā. Dicit Tho.& etiā Richardus i hac distinctione. articulo. v. q. vij. q̄ pecco surripiendo clam: sed nō teneor ad restitutionē. Quod peccē patet. dicit tho. qa subtrahēdo & clā capiendo rē que realiter est mea/facio mihi ius auctoritate priuata in re que est mea: sed hoc est in pernicie & pturbationē reipublice & pturbatio. ergo vbi nulla ptubatio reipublice seqtur nec piculū in republica/licet sibi facere ius. sed qñ possum capere rem meā sine piculo fame aut vite & sine scāda lo aut dāno innoscētis nulla sequitur pturbatio i republica: ergo licet mihi facere ius in re mea/& satis bene dicit. & ista opinio videtur pbabilior/& datur simile. Si aliqs detinet me vt seruū: qa in bello iiusto cepit me/si pateat mihi locus fuge possum auctorite ppria aufferre rē meā scilicet corpus meū. Similr licet in casu predicto & in multis alijs similibus. Ex his patet solutio prime difficultatis/ q̄ scilicet pōt rē ppriā ab alio detētam violenter & iniuste auctorita

te ppria surripere & ipam surreptā detinere ¶Quantum ad secundā difficultatē q̄ apd alium nulla est res mea sed tenetur ipse facere meam quia est michi debita. An licet michi tantam rem capere quātum mihi debet sine periculo fame corporis & damno inocentis. ¶Est triplex modus dicēdi/aliqui dicunt q̄ in accipiendo pecco & nō teneor restituere. Alij/ q̄ in accipiendo teneor restituere & pecco. Alij/ q̄ nec pecco nec teneor restituere. ¶Q̄tum ad primam partem dubij assignant talem rationem/quia in accipiēdo facio mihi ius in propria causa. ergo in accipiēdo pecco licet non tenear restitnere quia nullum grauo nec damnifico. ¶De Fontibus in duodecimo quolibeto nititur hoc impugnare. quia si pecco/ hoc est per iniusticiam. & non remittitur peccatum iniusticie nisi restituatur ablatū. ergo si pecco in accipiendo/teneor ad restitutionem. & non est difficultas q̄ si pecco per iniusticiam quin teneatur ad restitutionem: propterea descendit ad tertiam opinionem dicentem/ q̄ nec peccat in suscipiēdo nec in non restituendo. ¶Aliter dicit Henricus quolibeto sexto. q. xxvij. q̄ si capiat rem auctoritate propria & clandestine vel violenter & non clandestine peccat. Patet duplici ratione. Prima/anteq̄ capiat illam rem: illa res non est eius quāuis sit ei forte debita: sed prohibitum est in lege nō concupisces rē proximi. ergo a fortiori nō sustrahes. ergo sustrahere est prohibitum/ ergo in tali casu peccat in ista sustrahendo. ¶Secūda ratio quam facit anteq̄ sustrahat hanc rem ab illo qui est eius debitor: ille talis debitor facit ei iniusticiam: sed preceptū est in lege euangelica non reddere malum pro malo. imo preceptum est reddere bonum pro malo. sed in sustrahendo reddit malum pro malo. quia auffert quod est alterius pro malo. ergo peccat. ¶Dices non perpetrat aliquod malum nec iniuriam. qa postq̄ est debitor illud debitum anffert rationem iniurie. ¶Statim facit ipse Henricus replicam in qua iacet tota difficultas.

Resolutio Tho.

ergo omnis operatio per quam iniuriatus exigit & accipit penam auctoritate propria ab iniuriante: cuius pene est debitor esset licita. & hoc vbi non posset consequi talem penam auctoritate communi. Sed hoc est falsum. Patet. quia omnis talis pena nō est inferēda a persona priuata: etiā vbi nō posset habere auctoritate communi. quia non pertinet persone priuate ratiōe iniurie precedentis inferre penam iniuriato auctoritate propria quāuis illa pena sit ei debita. qa vt dicit Augustinus spectat ad illos qui publica funguntur potestate. ergo sicut non licet in penis corporalibus: ita videtur etiā q̄ nō licet auctoritate propria in pecuniis & bonis quāuis illa sint debita. & ista replica habet magnam apparentiam. ¶Alia ratio q̄ teneatur ad restitutinē. quia si peccat sustrahendo rem/peccat peccato iniusticie: sed sic est q̄ illa sustractio postq̄ est iniusta non facit rem esse illius cuius non erat prius. ergo si peccat in sustrahendo peccabit in detinendo. ergo tenetur illam restituere ¶Vltra dicit Henricus: aliquādo cōtingit q̄ res veniat ad manus eius/non ex auctoritate eius: sed ex aliqua commissione Aliquando ex commissione alterius a debitore. vt sortes debet mihi decem. plato ē debitor sorti in decem. & illa decem plato michi dat vt soluam sorti: in tali casu non liceret mihi retinere. quia facerem iniuriam platoni. ergo nō licet detinere. Aut res deuenit in manus meas ex commissione debitoris. vt sortes debet michi decem: & non possum solui a sorte. quia nō possum probare. sed committit me receptorem aliquarum terrarum. iste res licitē proueniut ad manus meas. an sorte ignorante possim retiuere illa decē/quorum est michi debitor. Prima fronte apparet q̄ non. quia postq̄ commisit mihi illud officium promisi exercere fideliter & reddere omnes prouentus. ideo retinēdo apparet q̄ faciam cōtra promissionem & fidelitatem. Tenet de Gandauo in vltimo quolibeto/ q̄tum ad hoc q̄ licet mihi retinere quando deueniunt ad

manus meas medio licito: scilicet ex commissione debitorū & nō possū aliter solui. & non potest sortes probare me furē possum retinere/ratio est. quia si esset in ista detentione aliquid ratione cuius non esset licita: hoc maxime esset quia sortes esset inuitus. & nō videtur alia iniustícia nisi qa est inuitus. & hoc nō/quia si detinerē auctoritate publica: dato ꝙ esset inuitus iuste detinerē. ergo solum propter hoc ꝙ est iuitus vel esset si sciret nō prouenit iniustícia. Dices/auctoritas publica supueniens aufferet iniustíciā a detentione. Contra. nūq̄ auctoritas publica facit de operatione iniusta & illicita iustā & licitam. quia auctoritas publica est solū inuenta & precise ad repellendas iniurias & pro cōseruatione reipublice Vnde dicit Augustinus/si omnes essent iusti nō indigeremus fortitudine publice iustície. ergo postq̄ medium quo res puenit ad me fuit licitū/videt ꝙ opatio est iusta/ & est magna apparentia in dictis eius. Dicit em̄ tria. Primū/non possum sustrahere auctoritate propria. & si sustraham teneor restituere. quia per sustractionem nō efficitur mea q̄s sit mihi debita. & est pro secūdo dicto. Tertio dicit/si res puenerunt ad manus meas: sed excōmissione alterius a debitore nō possum detinere: sed si puenerit ad manus meas medio iusto: & ex ꝓmissione debitoris possum retinere. & hāc opinionem henrici credo veriorem. Ex ista lectiō habemus resolutorie: ꝙ restitutio nō est facienda eo ꝙ sit satisfactio aut parsfactionis. quia de congruo requiritur restitutio in re vel in voto ante oēm partē penitentie: sicut cessatio volūtaria in actu vel facto a peccato: sed ē restitutō faciēda qa ꝓceptū ē nō furari & indifferēter furari se extēdit ad surripere rē alienā & ad detinere illā & ideo qui habet & detinet alienū tandiu furatur q̄diu potest restituere & non restituit. Visum est etiam an surripere rem propriam ab alio detentā sit peccatū & licitū: Dictū ē ꝙ licet si hoc potest sine scādalo & iniuria innoscētis/& nō habendo conscie

tiam vel dubium in oppositū/de re debita est maior difficultas. ¶Consequenter doc. inquirit quis tenetur restituere. ¶Respondet/ꝙ sunt nouem qui tenentur ad restitutionem qui continentur in his versibus.

Quilibet insolidum reddat prius iuriato
Iussio/ consiliū/ cōsensus/ palpo/ recursus
Participās/mutus/nō obstās/nō manifestans. Quorū sententia stat in hac maxima.
Quicunq̄ abstulit vel detinet alienū & breuiter quicūq̄ est causa damni tenetur ad restitutionem damnificato. in ca. si culpa de iuriis & damno dato. dicitur si culpa tua datum est damnū vel iniuria irrogata/ seu alijs irrogantibus opē forte tulisti/ aut hec imperitia tua siue negligentia euenerūt: iure sup his satisfacere te oportet &c. Vnde regula generalis in hac materia. ¶Quicunq̄ est causa damni tenetur ad restitutionē damnificato. Et sic precipiens furi ꝙ furetur: est causa quare furatur. tunc tenetur ad restitutionē. Similiter cōsulens ꝙ furetur qui alias non erat furaturus: est causa quare iste a quo furatum est patitur damnum: & sic est causa damni. Similiter qui adulatur furi ꝙ furetur vel rapiat. & isti sunt q̄ adulantur potentioribus vt oprimant pauperiores. Similiter qui occultat furem ad quē fur habet recursum. omnes tales tenentur ad restitutionem quia dant causam damni. ¶Item qui participat cum fure non in re furata: sed in actu furandi: puta est cū eo quādo furatur ipsum adiuuando quāuis non participet in re furata nec oīno nec in parte tñ tenetur restituere totaliter: qa causam dāni dedit. ¶Item qui scit vbi est fur vel res perdita: & vocatus in iudicio non manifestat: cum tamē licite potest sine periculo fame alterius aut sue aut eius status est causa damni. quia vbi sunt testes alij & reuelaret restitueretur res domino proprio. igitur. Similiter iudex qui cognita causa: & iure partium vult adiudicare/ aut si adiudicat hoc est pro parte que nihil habet in re/ aut si differat iudicium tenetur ad restitutionē Istorū nouē q̄libet est causa dāni & qcūq̄ ē

Moue ge nera hoīs tenet ad restitutio nem.

Regula generalis.

causa damni tenetur releuare damnificatū ab illo damno. ergo. Aliter ostendit doc. nonnūq̄ aliquis detinet imediate rem alterius/ vel ē causa furti/ vel detentionis. Aliquando mediate/vt consulēs/precipiens/ adulans &c. tales nō substrahūt rē imediate sed mediate & q̄s q̄libet istorū nō furripiat vel detineat rem imediate/quilibet tñ istorum detinet/vel formaliter vel virtualiter consentit. Vnde dicit Scotus/ꝙ omnis obligatio ad restitutionē/reducitur ad auferre vel detinere/&hoc vel vt causa principalis vel proxima/ vel coadiuuās vel inducens vel non impediens. quādo eius impedimentum esset ad bonū reipublice & sine periculo persone ipedire potest. & hec oīa ex quo reducūtur ad consensum efficacem verum vel interpretatiuū: probātur per illud. ij. q. j. notum sit/ vbi dicitur ꝙ faciens tem & consentientem par pena constringit Et ad Ro. secūdo. dicitur nō solum qui talia agunt: sed qui consentiunt facientibus. Istorum omnium quilibet tenetur ad restitutionē in solidū. i. totaliter: sed vno restituente omnes alij liberantur a debito in cōparatione ad illum damnificatū: tamē alij tenentur pro rata portionis que eos cōtingit illi qui ꝑ omnibus satisfecit: tamen pro maiori intelligentia vt dictum est supra in aliquo passu si aliquis participet in re furtiua/& non in actu furandi/ita ꝙ nō est conscius furti (tamen capit partē de re furtiua) nō tenetur restituere nisi partem quam habuit: sed qui participat in actu furandi q̄is nichil participet de re furtiua tenetur ad restitutionē totius: & ipso restituente ceteri tenētur pro rata soluere restituēti vt dictū est: & deobligātur a restitutione. qa si quilibet istorum nouē restitueret insolidū dānificato/tunc octies plus reciperet q̄ amiserit. ¶Dicunt doc. ꝙ tenentur restituere dānum passo nisi damnū passus liberaliter eis remittat. & hoc habet glo. lib. vj. in cap.

¶Ratio est sicut poterat damnum passus rem istā anteq̄ furaretur mere liberaliter dare furi: ita potest postq̄/ alius illam detinet in illum transferre dominium puta per donationē. Nā postq̄ res est furata ē equaliter illius a quo ablata ē furto sicut prius. ergo per suā voluntatē liberā non obstāte ꝙ sit apud alterū: potest dominiū i illū mere liberaliter transferre/ quo facto non tenebitur amplius ad restitutionem. ergo hoc supradictum est intelligendū ꝙ tenetur ad restitutionem: nisi fiat eis liberalis remissio qa tunc de obligātur a restitutione facienda.

¶Sed solent poni casus in quibus ista remissio liberalis non sufficit. Nam Panor. in ca. consuluit. de vsuris. dicit/si fur habeat malam volitionē. i. nunq̄ restituendi remissio liberaliter facta ab illo a quo furatus est non prodest ei quin teneatur restituere quēadmodum liberalis donatio facta vsurario pure mentali propter deprauatā voluntatē. quia acceptat ex vi mutui q̄s alter mutuatarius libere conferat nō prodest vsurario. Nec res liberaliter donata efficitur vsurarij. ergo similiter si fur habeat voluntatem deprauatam/ ita ꝙ velit hāc rem nunq̄ restituere liberalis donatio ipsius cuius est non facit illam esse furis quin teneatur illam restituere. & est magna apparentia in argumento eius. Nam si prohibetur donatio a superiore: talis non valet vt dictum est. ergo a fortiori neq̄ remissio liberalis valebit. & est argumentum in glo. in regula iuris. peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum. Dicit glo. quando remissio est auctoritate superioris prohibita non valet sicut neq̄ donatio. Et allegantur communiter duo casus in quibus remissio non valet. ¶Primus casus ponitur in ca. statutum. de rescriptis. lib. v. vbi ponit casus de iudicibus delegatis quibus ꝑhibetur/ꝙ nihil recipiant vltra esculenta & poculenta: & statim subdit. Si autē aliqs huic constitutioni cōtrauenerit teneatur ad integram remissionē eius cui restituēdū est cui nō est valitura vt sit sortes iudex delegatus aliqd acceperit a ptibus vltra escūlēta & poculenta nō potest remissio eius ꝑdesse quin teneatur restituere. quia talis remissio est

Casus ponit.

Duo casꝰ in qbꝰ remissio debiti nōvalet.

prohibita a superiore habēte auctoritatem
¶Alius casus in ca. existit de censibus lib. vj. vbi ponitur casus de visitātibus q̄ si aliquid acceperint a visitatis teneātur duplū restituere etiā remissione illorū a quibus acceperint non profutura: quod si renuerint restituere sint excōmunicati/ergo si capiāt a visitatis vltra procurationē q̄is libenter detur eis a visitatis talis remissio non prodest illis quin teneantur restituere. quia talis est prohibita iure canonico cui clerici sunt subiecti. ¶Resolutio ergo est/q̄ isti tenerētur ad restitutionē nisi fiat eis remissio. & nisi sit prohibita ab illo cui depēdet ille qui remittit/& dūmodo secundum panor. non habeant voluntatē deprauatam. & isti casus p̄dicti sunt casus notabiles i quibus per voluntatem liberam dominus nō potest rem suam in alterum transferre.

Scōs casus.

Resolutio.

¶Iam quero cum sint nouem maneries hominum qui tenentur ad restitutionē an dānum passus possit absoluere a debito restituendi vnum istorum: nō absoluendo reliquos: vt sit sortes damnū passus/quia plato furatus est equum sortis: & cicero partipauit in actu furandi & etiam re furtiua/qa consuluit vel precepit platoni vt equū sortis furaretur & partē ipsius habuit. An sortes possit remittere platoni non remittēdo ciceroni/vel e diuerso: Dico primo/q̄ non potest dānū passus remittere illi q̄ imediate dānificauit/puta q̄ imediate abstulit nō remittēdo alijs qui mediate dānificauerūt solum. Ratio mea est/nā si illi qui mediate damnificauerūt restituāt sorti: iure diuino obligatur ille qui imediate dānificauit restituere illis: vt plato qui imediate dānificauit sortē est obligatus iure diuino restituere ciceroni illud quod ipse cicero restituit sorti. ergo nō potest sortes absoluere platonē a debito restitutionis nō absoluēdo ciceronem. ergo damnū passus non potest remittere illis qui imediate damnificauerūt: non remittēdo alijs qui solum mediate damnificauerūt. ¶Secundo dico/ille qui est damnificatus potest remittere ijs q̄ mediate dānificarunt non remittendo illi qui imediate damnificauit: vt in casu predicto potest remittere ciceroni & non platoni. ¶Ratio mea est/ si Plato restituerit Sorti: Cicero nulli tenebitur amplius restituere nec sorti nec platoni: sed q̄is cicero restituerit/plato tenebitur restituere. quia tenebitur restituere ciceroni/ergo cum cicero solūmodo tenetur sorti & nullomō platoni: sortes potest ei per liberū consensum & liberā volūtatem simpliciter remittere nō remittendo alteri. quia quilibet potest iuri suo per liberum cōsensum cedere dūmodo non sit prohibitum a superiore. ¶Tertio est difficultas/sit sortes damnū passus tūc capio duos qui solum sunt cause remote dānificatiōis sortis. vt cicero est recursus. i. ad quē recurrit dānificans imediatus. & Ioannes est cōsulens/vel palpo. an sortes possit remittere vni istorum nō remittēdo alteri? Apparet q̄ non. quia cum omnes isti teneātur insolidum restituere si vnus restituat damnificato/alter restituenti pro rata portionis restituere tenebitur: ergo damnificatus non potest alterum istorū qui sunt solū cause remote precise absoluere totaliter non absoluendo alterum a restitutione. quia si vnus istorum restitueret alter teneretur ei pro suo interesse/verum est q̄ alter qui imediate abstulit: & apud quem est res tenetur totaliter istum recompensare qui restituerit damnificato. ¶Habemus ergo resolutorie quid est restituendum/puta res ablata supposito q̄ non fiat libera remissio. & visi sunt casus in quibus non potest fieri libera remissio. puta quando est prohibita a superiore habente potestatem illam prohibendi: & in quibus casibus debitor non potest vnum absoluere alium non absoluendo a restitutione.

Resolutio.

¶DE TERTIO SCILICET q̄d visum est quare est restituendum: iam quēritur q̄d est restituendū? Primo dico q̄ res ablata. Secūdo non solū res ablata sed fructus illius medio tpe p̄cepti si fuerit res fructifera. Tertio nō solum fructus p̄cepti: sed quos p̄cepisset dominus rei/quia stat q̄ qui detinet rem fructiferā furto nullos fructus p̄cipiat ex illa re: sed dñs percepisset. & intelligēdum q̄ fructus sunt restituendi si res fuerit fructifera de se. quia si esset fructifera solū per industriam alterius vt est pecunia. fructus in tēpore medio p̄cepti nō sunt restituēdi. Tertio fructus quos percepisset dñs si interim habuisset rem suā: vt ager est res fructifera de se post q̄ iste q̄ tenet nihil habet i re nec i fructibus eius q̄is p̄cepit maiores q̄ dñs rei p̄cepisset. Sed si res est fructifera solū per industriam detinētis: nō licet restituere fructus. quia prouenerūt ex industria eius qui vtitur illa re. Ex quo infert doctor/q̄ lucrū acquisitum ex pecunia vsuraria nō tenetur fenerator reddere/quia ille q̄ reciperet posset esse iuste vsurarius/cū reciperet fructum de sua pecunia p̄ueniētem p̄ industriā alterius. Nam tota ratio quare vsura est prohibita secūdum doctores est/quia pecunia nichil germinat de se nisi per industriā: & nō licet alicui vendere industriā alterius cū nō sit sua. Tamen si iste dñs p̄ pecuniam quā alter detinet lucratus fuisset aliq̄d ex pecunia sua fructus sunt restituēdi ratione interesse: sunt ergo restituēdi fructus quos dñs percepisset. & dicunt cōiter doctores q̄ nō sunt restituendi tot fructus quot percepisset/qa deducende sunt expēse & labores alterius qui coluit agrū/& oībus illis deductis adhuc non sunt tot fructus restituēdi quot p̄cepisset/quia non habebat illos fructus in actu sed in potentia solum/quia tūc sequitur q̄ si teneretur ad restituēdū omnes fructus quos habuit in potētia q̄ infinitos teneretur restituere: eum ager habeat infinitos fructus in potentia. Vnde plus est habere in actu quam in potētia. ergo non tenetur ad tot fructus restituendos. vt sit sortes qui cōbussit bladum nō maturum nō tenetur tantum restituere ac si cōbussisset iam maturū/hinc est q̄ nō tantū venditur bladū in herba sicut maturū/restituēda ē ergo res ablata & fructus quos percepisset dominus: nō tamen tot quot percepisset cum illos non habebat in actu sed in potentia: sed tantum quātum vir prudens iudicaret valere quādo illos abstulit. ¶Consequenter agendū est de quarto: scilicet cui restitutiō est facienda/& dicitur q̄ damnificato exceptis duobus casibus. Primus. quādo non cognoscitur cuinā est res restituenda/ vt in rebus inuentis que debēt restitui: in tali casu restitutio nō est facienda damnificato. Secundus casus si damnificatus sit nōtus & heredes eius sint nichilominus est ita remotus in se ignoti/q̄ non potest talis res in qua damnificatus est ad ipsum transmitti sine maiori damno transmittentis q̄ illa res sit vtilis damnificato. Ratio est/nullus debet rationabiliter velle suum cōmodum cum maiori iactura proximi q̄ illud quod remittēdū est esset ei vtile: ergo si non possit fieri restitutio sine maiori incōmodo restituētis/in tali casu non debet damnificans trāsmittere ad damnificatum. & maior pars doc. ita dicit. ¶Dices in istis casibus cui est facienda restitutio. Dicit doctor/q̄ pauperibus quia quod nō potest restitui corporaliter restituatur spiritualiter. Sed per quē debet fieri. Aliqui doctores dicūt q̄ p̄ episcopū qa episcopus est tutor & curator paupum ideo cum tales res debeātur pauperibus debent dari eorum tutori & procuratori. Sed dicit doctor. & post eum gabriel/q̄ si talis apud quem res est sit discretus vir per cuius manus faciat restitutionem. & det ipsemet pauperibus. & in hoc non est magna difficultas cui est facienda restitutio. ¶Sed difficultas est. Sortes detinet rem platonis/Cicero furatur illam & scit bene q̄ est platonis/an Cicero debeat restituere sorti vel Platoni cuius est? Dico q̄ Cicero si posset sine diffamatione sui aut sortis restituere platoni/notificando tamen sorti q̄ sit restituta platoni debet eam restituere platoni. Ratio est/si in isto casu cicero restituat platoni nō notificādo sorti: sortes tenebit adhuc restituere. qa nō scit restitutionē eē factam platoni de dāno q̄d intulit. & si teneat iterū restituere p̄ ciceronē eēt dānificatus ipse

Duo casus i q̄bus restitutio nō est facienda dānificato.

sortes/ergo Cicero tenetur restituere sorti vel platoni & si restituat platoni debet indicare sorti vt cognoscat se absolutum a tali restitutione. ¶Consequenter querit quãdo est facienda restitutio & succincte & bene respondet. ꝙ non licet aliquo tempore detinere alienum inuito domino. i. nolente & secũdum rectam rationem nolle debẽte. ideo regulariter restitutio ẽ statim faciẽda sicut statim cessandũ est ab actu cuiuscũq; peccati mortalis nõ tamen interiori sed exteriori: sed i aliquibus casibus licet differre restitutionem exteriorem posita tamen interiori scilicet voluntate resistendi.

¶Sed prolixius respondet Henricus quolibeto sexto. q. xxiij. Vtrum ergo restitutio sit subito facienda/quia est preceptũ negatiuum non detinere alienum. ideo licet restitutio sit actus positiuus tamẽ omittẽs facit contra preceptum negatiuum. Distinguit ergo Henricus cum queritur an restitutio sit sine mora & statim facienda. Vel potest fieri statim & imediate sine damno illius cui restituẽdum est. Aut sine damno communitatis. si primũ: puta si non potest fieri sine dãno veri similiter estimato illius cui restituendum. vt restituere gladium furioso & iracũdo/& dispositio ad interficiẽdum nõ est restituendũ stati. Aliud exẽplũ puta sine damno communitatis/ vt vnus princeps in bello etiã iniusto ex parte eius qui superat aduersarium & capit suas ciuitates. & est verisimile/ ꝙ si restitueret illas statim imineret periculũ & dãnum sue cõmunitati: tũc potest differre restitutionem in talibus casibus cũ proposito restituendi cum tempus aderit oportunum. Aut si potest restituere sine damno illius cui est faciẽda restitutio & cõitatis. Vel ille cõsentit in dilationẽ restitutiõis vel nõ. Si consentiat in dilationẽ restitutiõis libere & nõ coacte nõ tenetur statim restituere/quia in tali casu iudicandum est ac si accõmodaret. Nã sicut dictũ est si ille qui habet rẽ furtiuã si remittatur ei debitũ: iam nõ tenetur amplius restituere. Vel ille cuius est nõ ꝓsentit in dilatione restitutionis vel obligatus ad restitutionẽ expectat tempus magis oportunũ in quo posset restituere cũ honestate & nũe nõ põt sine ifamia aut piculo corporis aut sine magno detrimẽto. Aut nõ expectat tẽpus magis opportunũ. Si primo mõ/tunc potest licite differre. Si secũdo modo iã vel iste qui tenetur restituere patitur magnam necessitatẽ ita ꝙ restituendo incurreret magnũ dãnũ & iacturã/vel nõ patitur magnã necessitatẽ. Si patitur magnã necessitatem. aut ille cui restituẽdũ est patitur tantã necessitatem aut maiorẽ sicut iste: aut nõ. Si primo modo tenetur statim restituere. qa nullus potest de re alterius cõsequi fructũ vel vitare dãnũ cũ iactura illius cuius est. Si vero iste cui tenetur restituere non patitur necessitatẽ & alter patitur. Iam queritur vel patitur tantam/ ꝙ si ille cui tenetur restituere cognosceret illã teneretur secundũ dictamẽ rectẽ rationis & obligaret relaxare pro tẽpore. imo teneretur ei aliq̃d erogare vel mutuare: aut nõ patitur tantã. Si primo mõ licet vbi teneretur de nouo mutuare aut dare nõ tenetur ad statim restituẽdum/ sed in altero tenet restituere statim. ¶Habemus ergo sũmarie q̃ttuor casus in q̃bus tenet ad statim restituendũ. & q̃ttuor in q̃bus nõ tenet ad statim restituẽdũ. Primus/qñ nõ potest statim nisi cũ dãno eius cui restituendũ est/aut ciuitatis aut cõitatis. Secũdus/qñ ille cui tenetur restituere ꝓsentit in dilationẽ restitutionis. Tertius/qñ res nõ põt statim restitui sine piculo fame aut corpis. Quartus/qñ nõ potest statim sine magna iactura & magno dãno: ita ꝙ si ille cui est faciẽda restitutio cognosceret necessitatẽ tenere tur ꝓsentire in dilationẽ restitutiõis. in istis quattuor casibus nõ tenetur ad statim restituẽdum. & hoc dicit doctor & bene/qñcũq; adest cõsensus aut secũdum rectam rationem debet esse de dilatione restitutionis in illo cui faciẽda est restitutio tũc est differenda/vt puta si nõ posset restituere sine damno illius cui est faciẽda aut sine piculo fame restituẽtis quia tenetur magis velle dilatio

Resolutio.

Regula.

nẽ restituẽtis & bonã famã q̃ bonũ temporale suum/tũc debet ꝓsentire/aut nõ potest restitui nisi cũ magna iactura restituẽtis & alter nõ patit necessitatẽ/& iste casus q̃rtus ponit in cap. Odoardus de solutionibus quia tunc quando est impotentia sopitur obligatio restituendi. i. quantum ad tempus differtur. Sed non totaliter auffert. qa semper manet obligatus. ¶Circa hoc mouetur difficultas/sit sortes que obligatur restituere platoni aliquid/ & accidit casus in quo sortes est in tanta necessitate ꝙ si careret illo quod habet restituendũ/ꝙ plato non solum teneretur ei cõmodare. Immo teneretur simplr dare. Aliquãdo enim mutuum & elemosina cadunt sub precepto. aliquãdo sub consilio/ an in illo casu totaliter sopiatur obligatõ ita ꝙ non teneatur amplius restituere dato ꝙ perueniat ad pinguiorem fortunã. Videt ꝙ totaliter aboleatur obligatio. quia si in tali necessitate alius daret & haberet illud quod erat restituendum & simpliciter daret non teneretur pro tunc restituere. ergo similiter in tali necessitate illud efficitur illius. & iste casus est tritus vt sortes non habet nisi panẽ furtiuum/& quando accepit illũ non erat in extrema necessitate iam si restituat moritur fame & plato tenetur ei simpliciter dare/apud illos qui dicunt ꝙ qui capit violẽter rem in necessitate quando peruenit ad pinguiorẽ fortunã non tenetur restituere qa res est eius/similiter dicẽdũ videt in proposito. Sed opposita opinio est probabilior videlicet ꝙ qui violenter capit in extrema necessitate tenetur restituere vt habet glo. in cap. Odoardus extra de solutionibus. Ideo dico ꝙ nõ abolit totaliter obligatio. ¶Contra platoi tali casu teneretur consentire ꝙ hoc esset sortis/ concedo. ergo hoc efficitur sortis/nego illã. & dico ꝙ hoc est sortis q̃tum ad dominium naturale: sed nõ efficitur sortis q̃tum ad dominiũ ciuile/ q̃uis plato teneatur cõsentire ꝙ hoc esset sortis q̃tum ad dominium ciuile nihilominus si non consentiat nõ efficit illius quantum ad dominium ciuile/ & hoc expresse dicit de palude/est eius (dicit) non realiter sed debito/ideo si alius non cõsentiat nunq̃ efficitur eius q̃tum ad dominiũ ciuile sed naturale/hoc est iuste vtitur illa re pro necessitate. quia ergo ẽ alterius quãtum ad dominium ciuile & restitutio ẽ de iure positiuo. quia si staremus in lege naturali nullum esset furtum cũ quelibet res esset cuiuslibet. Ideo cum iure ciuili illa res nõ sit effecta sortis tenetur illam restituere cum peruenerit ad pinguiorem fortunam & obligatio ad restituendum non est nisi sopita. & ista opinio videtur probabilior & est opinio glo. illius cap. Odoar.

¶AD ARGVMENTA. visũ est quo modo restitutio de necessitate salutis est facienda propter preceptum. non furtum facies. Iam vult probare ꝙ non/& arguit sic doctor. ꝙ restitutio nichil est. penitentie cum nec contritio/nec confessio/ nec satisfactio vt visum est/ergo non est necessaria ad hoc vt aliquis vere peniteat. Dicit doc. ꝙ penitens non tenetur ad restitutionẽ vt ad satisfactionem proprie dictam sed tenetur ad eam vt ad cessationem a peccato. nã vt visum est restitutio debet precedere oim nem partem penitentie saltem in voto.

Ad argumenta.

Item nullus obligatur ad ipossibile. quia qui dicit deum precepisse impossibile anathema sit. vt ait Hieronymus/sed aliquando est impossibile restituere rem alienam vt quando nescitur cuius sit ergo. Concedo maiorẽ. & dico ad minorem ꝙ aliquando nõ tenemur restituere illi cuius ẽ/ sed alijs puta pauperibus. ¶Sed hic est difficultas volo ꝙ restituere pauperibus. & post restitutionem superueniat dominus illius rei vel perueniat ad notitiam meam ille cuius erat res an tenear iterum restituere illi. ¶Dico ꝙ non sed pauperes si habeant potestatem restituendi & non ego. quia iam feci qd tenebar facere. Secũdo arguitur nullus tenetur ad id quod non potest facere sine magna iactura/sed sic est ꝙ aliqñ cõtingit hominem nõ posse restituere sine ma

Difficultas de illo qui restituit pauperibus & postea superuenit dõs rei

gna iactura. Hoc argumentum solutum ē in vltimo articulo. quia est differenda dū modo ille cui est facienda restitutio nō patiatur iacturam. ¶Difficultas habeo rem sortis & non possum illam statim restituere sine periculo fame. quia non habeo confessorem per quē possim restituere/& si nō restituam nunc plato consequitur damnū temporale/non teneor nunc restituere: qa sortes tenetur plus velle pati aliquā iacturam temporalem q̄ perditionem mee fame Tunc notum est q̄ non teneor statim restituere. Sed vtrum tenear ad restitutionē dāni qd̄ passus ē ex dilatione restitutiōis que dilatio erat iusta & licita. & apparet q̄ nō nisi iniuste dederim causam damni per culpam meam. ¶Dico duo. primum si actus per quem res deuenit in manus meas quā teneor restituere fuerit iniustus vt furtū/teneor restituere damnum quod passus ē ex dilatione q̄is dilatio fuerit iusta/quia est iusta dilatio ad euitandum infamiam. Nō solum teneor restituere rem quia per actū iniustum dedi causam damni nō solū quātum ad ablationem rei: sed ad omnia dāna que passus est ex carētia rei. ergo teneor restituere damnū per cap. si culpa. de iniurijs & damno dato supra allegata. ¶Dico secundo si ista res quam teneor restituere peuenerit ad me sine culpa mea non teneor restituere nisi illam rem & non damnum. Exemplum/ vt pater meus cepit furto hāc rem & post mortem patris venit ad manus meas & non possem subito restituere quin diffamē patrem/non teneor subito restituere neq̄ teneor restituere damnum quod passus est dominus rei ex dilatione restitutionis. Patet. quia per nullam culpam meā nec presentem nec antecedentem fui causa illius damni. ergo nō teneor restituere dānum. Patet ꝓña per locum a contrario sensu ex illo capi. si culpa. ¶Tertio arguitur & est difficultas in isto tertio/ que est bōa sit sortes habens aliquid platonis restituēdum: & sortes est princeps & persona multum vtilis reipublice/& plato est particularis persona non multum vtilis reipublice si sortes restituat morietur. quia nō habet aliquid aliud ad vitandum mortem nisi illud quod est restituendum platoni. Similiter nisi restituat plato cuius est illa res etiā morietur/ an teneatur sortes restituere: Et videtur q̄ sic. quia dictum est si ex dilatiōe restitutionis dīs rei consequatur tātum incommodum vel maius sicut alter restituēdo: tenetur restituere/sed tantum incōmodum consequetur plato ex dilatione restitutionis scilicet mortem per casum positū. ergo videtur q̄ sortes debet statim restituere nec̄ differre. Sed ex opposito apparet: q̄ sortes non teneatur restituere quia ex illa restitutione sequitur damnum commune in republica scilicet mors principis & ex dilatione nullum sequitur incommodum in republica/& bonum quanto communius tanto melius. primo ethicorū bonum cōmune diuiniius est & preferendum bono particulari ergo cum illa restitutio ē damnosa reipublice in illo casu non tenet restituere. & est casus quē ponit. S. tho. secunda secunde. q. xxiiij. in materia de elemosyna/nihil habeo nisi illud qd̄ est necessarium ad vitam & apparet michi rex in necessitate extrema cui si non subueniam morietur & cōmunitas maximū patitur damnum ex morte regis: & ex morte mea nihil patit cōmunitas in illo casu. Dicit tho. q̄ teneor illi dare. & hoc idem dicit doct. Et apparentia est: quilibet de communitate tenetur se exponere morti pro deffentiōe boni communis/& etiam quando est sibi magna probabilitas q̄ morietur/& ex sua expositione res publica saluabitur. Hinc est q̄ non sunt culpandi i bello qui exponūt se obruenti periculo ad saluandum vitam principis. Ergo nec in istis casibus quāuis ex nō restitutiōe patiatur singularis persona/& ex restitutione patiatur persona cōmunis nō tenetur statim restituere. Ratio est dicit tho. si illa particularis persona haberet illud penes se teneret ei dare que est persona publica in necessitate extrema. ergo

Difficultas bona

Solutio

Tertium argumē.

Casus S. Tho.

Regula. tenetur ꝓsentire q̄ non restituat quia regula generalis in casu quo ille cui est facienda restitutio tenetur cōsentire q̄ differatur restitutio licite potest differri. ¶Item arguit sic. & est bonum argumentum. vnusquisq̄ tenetur se magis diligere dilectione ordinata q̄ proximum/ sed restitutio aliquādo est contra dilectionem sui. igitur. Maior est nota iuxta ordinem charitatis. secūdum illud canti. ordinauit in me charitatē Minor patet: si haberem alienum & nichil aliud preter hoc ad saluandum vitam propriam in tali casu restituere esset cōtra preceptum quo q̄s obligatur se plus diligere q̄ proximum. Dico adhoc q̄ est multiplex modus dicendi doct. Nam contigit q̄ habens penes se aliquid restituendum sit i extrema necessitate/ ita q̄ restituēdo est in periculo mortis. vel ille cui ē restituēdum est in consimili necessitate: vel non est. Si non est i extrema necessitare. Iam certum est (vt dicūt omnes doctores) q̄ non tenetur restituere/ratio est ex capi. Odoardus. Insuper in extrema necessitate omnia sunt cōmunia. Nam querunt communiter doctores: vtrum in extrema necessitate existens capiendo rem alterius committat furtum: & videtur q̄ sic per capitulū si quis extra de furtis. vbi dicitur q̄ si quis propter necessitatem famis aut nuditatis furatus fuerit cibaria/ vestē/vel pecus peniteat hebdomadas tres. & sic ponitur ei penitētia/sed nō imponitur penitentia neq̄ debet imponi/ nisi pro culpa. ergo. ¶Hoc tamen non obstante resolutio communis est. q̄ qui capit quod est ei necessarium non cōmittit furtum. Quia tūc lex positiua per quā distincta sunt dominia rerum derogaret legi nature per quam cōcessum est vnicuiq̄ q̄ de bonis creatis a deo subleuet suam indigentiam. & lex positiua non potest derogare legi nature. Vnde dicit glo. illius capituli q̄ propter necessitatem res facta est cōmunis quam furatur. si ergo ille cui restituendum est non est in consimili necessitate nō tenetur restituere. Vel ille cui restitutio est facienda est in consimili necessitate. Et tūc distinguo: vel iste qui habet restituere incurrit istam extremam necessitatem ante illum cui ē restituendum/vel contra. vel ambo simul incurrerunt & inciderunt in necessitatem. Hoc supposito dicit doctor. si iste qui habet restituere incurrit necessitatē prius q̄ ille cui ē restituendum. tunc non tenetur restituere. quia quando incidit in necessitatem effectus ē dominus rei/& alter q̄ nūdum inciderat in necessitatem perdidit dominium/& cum iste continuatur in necessitate extrema non perdit dominium rei. & sic alter non recuperat dominium rei: & sic alter non tenetur restituere. ¶Si vero ille cui restituēdum ē inciderit in necessitatem ante alium tenetur restituere. quia nunq̄ perdidit dominium. Si vero ambo simul inciderint etiam tenetur restituere quia nunq̄ perdidit dominiū. ¶Contra: restituēdo morietur: vt supponebat casus/ & quilibet ex charitate magis debet diligere vitā ꝓriā quam alterius. ergo non tenetur restituere ¶Dico q̄ verum est q̄ quilibet tenet magis diligere vitam suam iuste & medio ordinato vt est diligibilis ad vitam eternam & ita magis conseruationem iustam vite sue q̄ cōseruationem iustam vite proximi. sed in tali casu non potest iuste & sine iniuria alterius vitam suam conseruare. Et exē plificat de illo qui suspenditur cui non licet executorem iusticie interficere. quia nō habet iustam causam eum occidendi/& alter habet iustā causam eū occidēdi. ¶Similiter dico in proposito. de Palude. ij. q. huius distinctionis articulo prio dicit. Si vterq̄ istorum sit in extrema necessitate/ vel in necessitate secunda: id est non extrema/ & extrema vocatur quando est iminens periculum mortis. Si vterq̄ sit in necessitate secunda tenetur restituere. Si autē vterq̄ istorum sit i necessitate extrema melior est cōditio possidentis/ita q̄ quāuis res fuerit prius alterius dominio ciuili & prius iniuste detinuerit rē si ille cui restituēdū sit in extrema necessitate. & alter qui detinet pa-

Tertiū in extrema necessitate cōmittat furtū

Solutio.

De duobus in necessitate extremis.

riter non tenetur restituere. Et ratio huius opinionis talis est. Si dominia rerum pius humanum nō essent diuisa (quia talis diuisio de iure humano est) & vterq; istorum esset in extrema necessitate. ita q; vtriq; nō sufficit panis quem detinet plato q; per legem positiuam est sortis & non eius. tunc si nulla esset lex positiua/plato iure naturali obligatur non restituere illum panē: sed sibi reseruare: & non tradere sorti/sed sic est q; per nullum ius positiuum potest derogari legi naturali/cum lex naturalis sit fortius vinculum immo indispensabile secundum doct. ergo non obstante appropriatione ciuili facta per ius positiuū non tenet restituere: sed reseruare sibi. imō dādo sorti esset homicida sui ipsius cum iure naturali teneatur conseruare vitam suam. & ē magna apparentia pro ista opinione. ita q; ratio videtur sufficienter concludere. & apparet etiā q; s. tho. habet eodem modo dicere quādo querit/vtrum capiens necessaria in extrema necessitate committat furtum q; ille non tenetur restituere nisi in casu &c̄

Ius positiuū non derogat naturali.

Durādus in tractatu de legibus aliter dicit q; si talis res puta panis nō sufficiat ambobus ad impediendum ne moriantur q; ille qui est melior potest licite uti & alter q; possidet si cognoscat alium meliorem nō potest licite uti scienter q̄is ex industria istius sit ista res acquisita. Et dat duas rationes Prima. ille qui habet magis de volūtate illius qui est simpliciter dominus rei potest magis uti/sed sic est q; ille qui est magis bonus participat magis rationem veri domini q̄ ille qui est malus vel minus bonus. ergo. maior est nota. Minor patet. bene sequitur/iste ē magis bonus. ergo magis diligitur a deo. si magis diligit a deo. ergo plus habet voluntatē dei pro se quam alter/sed deus est simpliciter dominus q̄tum ad substantiam rei: & quantum ad naturam. quia solus deus potest naturas rerum peruertere & pro libito transmutare. ¶ Secunda ratio apparentior. omnia facta sunt propter hominē tanq̄ minus perfecta propter magis perfectum secundo phisicorum. homo est cūctarum rerum quodāmodo finis ergo cuncta magis facta sunt propter magis bonum siue meliorē. ergo vbi vna res non sufficit ambobus potest melior illorū uti illa re sine preiudicio alterius. & sic patet de tribus modis dicēdi ad casū positū supra: & dictum est etiam q; melior est conditio possidētis q̄tum ad subleuandum necessitatem extremā: sed q̄tū ad subleuandā necessitatē secundam melior est conditio veri domini/rationes autem durandi sunt faciles ad soluēdum. Vltimo arguitur sic aliquando stat q; non posset fieri restitutō nisi cum maximo periculo fame proprie. ergo patet de muliere vxorata que filium primogenitum ex adulterio habuit & alium ex legitimo matrimonio. talis mulier est causa q; propius heres defraudatur hereditate sibi debita/& q; transit ad alium spurium talis non potest restituere nisi diffamādo se/ergo &c̄. ¶ Doc. allegat multas solutiones aliqui dicunt. vt Richardus q; mulier tenetur reuelare filio spurio casum suum. Alij q; marito. Sed hoc nō videtur habere apparentiā saltem in regionibus in quibus non vtuntur iure scripto. & bene impugnat doct. has solutiones. Nam non ē certum mulieri q; filius dimittat hereditatem & est ei certum q; se diffamat erga illū nec; est ei certum q; restituet & credet ei. ergo illa via non tenetur restitutōnē procurare Dicit doctor q; talis mulier tenetur omni via procurare q; reddatur hereditas vero heredi absq; diffamatione vel inducendo ad religionē &c̄. si non potest nec hoc nec illud excusatur propter impotentiā. nec illa mulier tenetur se diffamare/nam bona fama ē illi melior quam diuitie alteri. & alter nō debet velle q; restituat sibi rem cum maiori iactura quam res sit ei vtilis. Ideo irrationabiliter vellet/& sic excusat a debito restitutiōis & sopit obligatio sicut in illo q; nichil habet vnde restituat. ¶ Item arguit si aliquis prelatus dispositus ad dandum beneficium possum michi procurare. & sic p

Durād⁹.

Rō durādi.

Scda rō

Quomodo vxoratus adultera restituere vero heredi.

Patis solutio.

Secūda.

Solutio Scoti.

curando dānificō alterum & non teneor restituere. igitur. & hoc argumentum ē facile. Respondetur si procurem animo nocendi alteri: teneor ad aliqualē restitutionē non ad tantam quantū valet beneficium/quia aliud est habere & prope habere.

De fontibus.

Dat doct. simile vt patet in lrā. ¶ De fontibus in quolibeto queritt talem difficultatē Aliquis habens procuratoriū vt procuret alteri beneficium & assumpsit illam prouisiam vt procuret alteri: an liceat sibi nomie proprio petere: & si obtineat nomine proprio an teneatur restituere. Dicit q; non licet petere nomine eius: quia esset infidelis alteri: sed post q̄ petiit p altero & collator renuit potest pro se petere. ¶ Querit de fōtibus plures difficultates: sit sortes habens aliquod bonum proprium tamen probat illud esse platonis & per censuras ecclesiasticas cogitur illud dare platoni an teneat sortes illud dare platoni: apparet q; nō. nā si berta non sit vxor mea & pber vir eius in foro exteriori/erit p̄ceptū mihi cohabitare cū ea tamē teneor sufferre censurā ecclesiasticam & non habitare cum ea. ergo similiter si probetur per falsos testes de re mea q; sit alterius & precipiatur michi per censurā q; reddam non teneor dare. ¶ Dicit de fōtibus. q; tenetur dare. Ratio mea est: q̄ncūq; sunt due pene quarum de necessitate oportet alteram subire & precipue si vna sit solum in detrimētū corporale vel in perditionem solum boni temporalis/& alia in detrimentum spirituale & anime: tenet eligere potius penam temporalem q̄ spiritualem: & precipue cum pena spiritualis vergat in diffamationem illius/sed sortes idādo istud bonum adiudicatum platoni incurrit solum damnum temporale. & incurrēdo censuram excōicationis incurreret infamiam. ergo cū teneatur plus diligere bonum fame q̄ temporale sequitur q; &c̄.

Bonus casus

¶ Et nō est simile de matrimonio/quia nō potest cohabitare sine peccato & potius debet sufferre quascunq; penas q̄ peccare. & in alio casu potest dare sine peccato. Ideo debet potius eligere dare q̄ sufferre cēsuras nā quando precipitur aliquid sub censuris quod non potest adimpleri sine peccato debet citius censuras ferre q̄ peccare. Est alia difficultas/de columbarijs/nā colūbi viuunt in terris de granis vicinorum. Tūc si domini terras vicinas dederint cum tali onere: non tenētur restituere. si autē non dederint cum tali onere/tūc tenētur quia dāt causam damni. ¶ Vltimo ponitur casus q; sit aliquis princeps qui tyrannice exigit pecuniam vel vult inferre damnum cōmunitati. tunc rectores communitatis paciscuntur cum illo in aliqua summa pecunie: & imponitur subditis de cōmunitate soluēda cuilibet p; portione sua. est vnus qui non soluit & per aliquam cautelam simulat se soluisse. vtrum teneatur soluere. ¶ Dico q; sic & licet princeps iuste & iniuriose detineat & accipiat a subditis q; tamen ipse fuerūt taxama quolibet de cōmunitate iuste capitū & imponunt. & ex parte illorum fuit iusta conuentio. quia malunt incurrere damnū paruum q̄ incidere i manus tyranni. quare tenetur ille restituere receptoribus. & sic ē finis de restitutione bonorū temporaliū

De colūbarijs.

Tertio Quero.

MISVM est de dānificāte aliquē in bonis fortūe. quō tenet ad restitutionē. Iā cōsequēter q̄rit de dānificante alium in bonis corporis & anime an teneatur ad restitutionem ad hoc q; possit vere penitere: & arguitur q; non. Quia restitutio est impossibilis illi/nam q; inducit aliquem ad peccandum nō potest restituere illi bona anime que perdidit per peccatum. id est gratiam & virtutes. Item qui abstulit vitam: non potest illam restituere/igitur. ¶ In oppositum arguitur vj. q. i. ca. ex merito. deteriores sunt qui vitā bonorum prauis moribus corrumpunt quā qui substantias aliorum predia; diripiūt. Itē Exo. xxij. qui seducit virginem & dormit cum ea dotabit eam & habebit eam in vxorem & cetera. Ergo damnificans alitū i bonis corporis & anime tenetur restituere

ad hoc ꝙ possit veram penitentiam agere & non solum bona corporis. Immo plus bona anime cum sint prestatiora bonis exterius. ¶In hac questione que facilis est. Primo inquirit doct. de damnificante alīū in bonis anime. Secundo in de damnificāte in bonis corporis. Quantum ad primū non est intentio doct. querere de damnificante alium i bonis naturalibus anime que sunt iseparabilia ad anima. sed est questio de damnificante i bonis accidentalibus q̄ sunt virtutes/ & in talibus damnificare dupliciter potest intelligi. Vno modo auffe rendo. Altero modo impediendo ne producantur/ puta aliquis vult illa acquirere & alter impedit ne acquirat. & vtroq; istorum modorum adhuc dupliciter. vno modo directe: scilicet directe corrumpēdo virtutes quas alius habet. Alio modo indirecte. idest in dulcendo adactus quibus corrumpuntur virtutes Iam habite aut impediendo virtutes generari. primo modo nō non est difficultas/ quia nullus potest alīū damnificare directe etiā in bonis accidentalibus anime. nam ita subiacent libero arbitrio ꝙ nō possūt ab altero ipso inuito corrumpi. sed si corrumpūtur est ex libero cōsensu alterius/ nullus potest attingendo effectiue immediate corrumpere virtutē alterius nec etiam impedire generationem boni actus interioris ex quo generatur virtus Interiores enim actus causant virtutem & non actus exteriores. Est ergo solum questio de damnificante indirecte. Vnde dicit doct. ꝙ qui damnificat alterum indirecte i bonis anime tenetur ad restitutionem.

Et quomodo tenetur ad restitutionem. Dico ꝙ indirecte sicut damnificauit indirecte sicut non possum immediate corrumpere virtutem genitā in aliquo nec possum immediate impedire quin ille eliciat actum interiorem generatiuū virtutis: ita non possū producere immediate virtutem nec actum generatiuū virtutis in eo/ sed possum alīū indirecte damnificare/ consulendo/ suadēdo/ rogando/ & breuiter inducendo eum ad peccatum & actus vitiosos quibus virtutes corrūpuntur & vitia generant. Ideo sicut indirecte damnificauit: ita indirecte satisfactio per illam inductionem aut suasionem adactus contrarios & virtuosos. Ex sequitur ꝙ scandalisans q̄is non faciat ea intensiue vt alius capiat occasionem peccati tenetur ad restitutionem/ tamen non tantum tenetur sicut consulens aut suadens/ vltra dicit doctor/ si ego non possum suasionibus inducere tenenr procurare apud alios ꝙ suadeant & reducant ad bonū iter salutis/ & hoc semper si hoc fieri possit sine reuelatione peccati secreti aut sui/ aut alterius. Tertio non solum teneor suadere/ sed precibus orare deum/ vt illum incitet ad bonos actus mediantibus quibus recuperabit ipsam virtutem. & ista obligatio restituendi est periculosa & maior obligatio ad restitutionem bonorū anime q̄ fortune aut corporis/ cū virtutum bona sint maxima secundum augustinum. plus dānificat qui in istis damnificat q̄i quibuscū q; aliis. ideo plus iure tenetur ad restitutionem. ¶Iam veniendū ad secundum scilicet de damnificate in bonis corporis. nā aliqs potest alterum i huiusmodi bonis damnificare. & hoc dupliciter. Vno modo inferendo vltimum supplicium. id est mortē. Alio modo inferēdo supplicīū non supremum sed citra mortem. & hoc dupliciter/ Vno modo citra mortē remediabiliter vt vulnus quod potest sanari. Alio modo citra mortē irremediabiliter. vt ē amputatio membri (& hoc dupliciter) vel talis illatio est enormis/ & dicitur enormis quādo per talem amputationem homo aliquem actū quem prius exercebat amplius exercere nō potest/ vt amputatio manus vel pedis. vel talis illatio est non enormis puta quia quē cunq; actum prius exercebat adhuc exercere potest/ vt est amputatio digiti vel partis digiti. hijs suppositis videndum est de dānificāte i bonis corporis primo modo/ puta de inferente vltimum supplicīū quid fieri potest. dicit doct. ꝙ ratōnabiliter posset

institui lex talionis ꝙ quilibet homicida occideretur. ita ꝙ in qualibet communitate vel a legislatore & principe illius communitatis vel ab ipsa communitate institui posset talis lex talionis. Immo dicit doctor/ si statueretur blasphemū/ adulterum Idolatram debere occidi multo iustius q̄ ꝙ fur suspendatur: sed plus aspiciunt principes & reipublice gubernatores ad commodum temporale q̄ ad honorem dei. & propter hoc plus puniunt et reprimere volunt peccata in proximum quam in deum. potest ergo in multis communitatibus statui lex talionis Immo regulariter in multis est statuta vt homicida moriatur. Dices ergo in illa communitate seruarentur legalia & iudicialia legis mosaice quod non licet in lege gratie/ nam lex talionis in lege moysi erat iudicialis & nō moralis/ ergo liceret iudaisare/ vel non posset talis lex instituī cum iudicialia & cerimonialia cessarunt remanētibus moralibus. Ad argumētum nego illā: puta ꝙ iudaisaret talis communitas. nam stat ꝙ sit eadē lex apud gallos & romanos & non seruatur i gallia: vt instituta a romanis: & ponitur talis propositio/ Lex non capit robur neq; vigorē (& de iudiciali loquor) nisi inquantum est instituta ab aliquo habente auctoritatem a communitate illa in qua obseruatur talis lex. Si sit ergo i aliqua communitate lex talionis instituta & obseruetur nō obseruat in illa communitate vt mosaica/ nec habet robur vt instituta a moise: sed vt instituta ab illo qui preest i communitate. sequitur ergo ꝙ non est iudaisare. nam ecclesiastici thurificantes non iudaisant. quia non vtūtur thurificatione: vt instituta i lege moysi: sed vt instituta in lege Cristi & euangelica. nam multa que erant iudicialia i lege mosaica obseruātur a christianis: nō vt instituta a lege moysi/ sed vt instituta a pontificibus vel consilijs generalibus. & hoc non est iudaisare: sed magis christianisare. Datur simile/ si apud anglos institueretur lex iam diu obseruata apud gallos: anglici essent obligati tali lege non quia instituta a gallis: sed quia a rege anglie vel a communitate anglorū. Vnde Christus ātiquā legem quantum ad iudicialia reuocauit: & talis reuocatio non fuit prohibitio ꝙ lex talionis non seruaretur: sed fuit prohibitū ꝙ non seruaretur vt a moyse condita/ nam si deus prohibuisset illā obseruari nullus potuisset illā instituere/ quia nullus hominū potest abrogare legem christi. quid ergo prohibuit christus talem legem nō amplius obseruari vt mosaicam? Dico/ quia omnia que obseruabāt in lege mosaica obseruabāt tanq̄ figure alicuius futuri quod est adimpletum/ & sic cessat ratio talis obseruationis: sed de iudicialibus & cerimonialibus quin possent de nouo instituī/ & pro significatiōe presentī aut futura que non est adhuc impleta nō est difficultas ꝙ illud non esset iudaisare. Ecce ergo quid potest fieri. vtrum posset rationabiliter instituī lex talionis in omnibus casibus obseruāda necessario: vt sortes priceps & multum vtilis reipublice occidat alium iniuste qui parum est vtilis reipublice. an necessario ille esset occidendus: videtur ꝙ non: quanunq̄ lex humanitus posita obligat ad omnes casus pticulares. Igitur lex talionis cū sit hūanitus posita vt videt nō obligat vt iste mittū vtilis reipublice occidat/ qa qd ē p caritate institutum nunq̄ debet cōtra charitatem militare/ sed quelibet lex est instituta p cōmuni vtilitate/ ergo si accidat casus particularis in quo seruare legem militat contra vtilitatem communem non obligat in tali casu. Dicit. s. Thomas ꝙ quādo accidit casus qui militat contra finem legis/ illa lex non obligat in illo. Arguitur ꝙ lex talionis sit iiusta/ sit aliqs monoculus qui eruit oculum alicui habenti duos oculos: tunc secundum illam legem debet ei erui oculus & sic efficietur oīno cecus/ & sic patitur maius damnum quam itulerit. ergo videtur ꝙ in tali casu esset irrationabilis lex talionis Itē stat ꝙ sortes amputauerit manum platonis & sit ita debilis ꝙ si āputaretur ei ma-

Difficultas

Arguit ꝙ nō sit obseruanda lex talionis

S. tho.

nus moreretur/in tali casu videtur q̄ obser uare legem talionis sit irrationabile cum iniustum sit istum maiori damno afficere q̄ intulerit: & aufferre vitam pro ablatione membri. Ad primum casum dico q̄ licet alter monoculus efficiatur cecus hoc tamen est de peraccidens & non de per se. ad aliud dico si esset probabiliter notum iudici q̄ alter ex amputatione manus moreretur non deberet ei amputari manus/quia inferretur ei vltimum supplicium pro amputatione siue mutilatiõe/ sed in tali casu deberet ei aufferri aliquod aliud equipolens ablationi manus. patet ergo quid potest statui scilicet lex talionis que si in multis statueretur iusta esset. Sed queritur iam quid de facto statutum est: Respondetur q̄ quãtum ad inferentes vltimum suppliciũ statuta est lex taliõis. preceptum est enim q̄ homicide occidantur in multis communitatibus & ferme in omnibus statuta est lex talionis pro inferentibus vltimum supplicium: & hoc est secundum dictamen legis naturalis & renouatum per euangelium. q̄ gladio percutit gladio peribit quãuis hoc nõ sit datum & dictum preceptiue/quia si esset preceptum nõ posset esse dispensatio cũ homicida/sed Christus dicit solum prenũciatiue. vel hoc dicit tanq̄ rationabile licet non precipiat q̄ occidens occidatur/& patiatur tantum damnum q̄tum ipse intulit. Sed vltra querit doctor. si in aliqua communitate non sit statuta lex talionis. Quid debet facere homicida? Dicit q̄ ad multa tenetur/nam si ille occisus habeat filios quos sua industria enutriebat vel parentes non solum occisor damnificauit occisũ sed illos quos enutriebat. ergo tenetur ad restitutionem in ordine ad omnes damnificatos. patet: quia causã damni dedit illis ergo tenetur illis ad satisfactionem. Sed in ordine ad occisum valde conueniens est q̄ in re pia & honesta se exponat vt pote subeat bellũ p̄tra infideles & inimicos ecclesie pro restitutione facienda illi: cuius vitam abstulit/& si non possit aut nolit q̄ voluntarias passiones sufferat in corpore suo nec potest esse ei no in munis a restitutõne. Hic est q̄ male faciunt sacerdotes absoluentes homicidam ab homicidio absq̄ satisfactione & non absoluunt bouicidas absq̄ satisfactione. Ideo in ordine ad occisum tenetur ad satisfactionem vel ad liberam mortẽ vel ad exponendum se periculo mortis vel ad sufferendas voluntarias passiones in corpore quas sufferet pro mortuo. Sed quis ẽ qui iuste occidit. quia iuste occidentes nõ tenentur ad restitutionẽ. Dico q̄ iuste occidit qui secundum legem iustam. Ideo occisus a gerente potestatem publicã non ẽ per se iniuste occisus nisi occidatur cõtra legem. Sed que ẽ lex iusta: dicitur q̄ illa q̄ deriuatur a lege diuia sicut conclusio a principijs/ aut que est ei cõformis aut que non est ei dissona. & loquimur de humana/ qa nulla lex diuina obligat ad occidendũ/bene est lex vniuersalis naturalis q̄ afferãtur nociui & de dictamine legis nature. sed q̄ aufferantur per tale supplicium vel tale/illud est de iure & lege positiua que deriuatur a diuina tanq̄ conclusio a principijs.

Vltra dicit/ lex diuina nõ occides est vnũ preceptũ legis nature. ergo nulla lex de occidendo hominem que est difformis isti legi non occides est iusta & ratõnalis/quia ista lex non occides non est lex ab homine sed a deo posita. ergo nullus inferior habet auctoritatem excipiendi casus particulares nisi deus illos exceperit/cum nullus inferior potest excipere a lege superioris/ergo ois lex deoccidendo in casibus non exceptis a deo est iniusta in quibuscũq̄ casibus nisi illi sint exceptí a deo. Deus enim excepit multos casus ab illo precepto/non occides vt patet in Exodo. scilicet blasphemum/homicidam/adulterum/ & multos alios. Vnde Deutero. xxij. dicitur/maleficis non patieris viuere/ & aliqui allegant q̄ omnes peccatores sunt a iudice occidendi per illam auctoritatem. Sed dico q̄ ibi capitur maleficus pro sortilego. Immo habetur in hebreo sortilegam ne patiaris vi-

Quõ homicida satisfacere debet.

uere. Infertur ex dictis q̄ lex de interficiẽdo simplicẽ furẽ est iniusta. Patet/deus nõ excepit illũ casum a lege nõ occides. imo ostendit q̄ fur simplex debet puniri alia pena q̄ morte & p̄hibuit ne occideret. ergo ẽ iniustum illũ occidere p̄ simplici furto. cõcedit doc. q̄ in quacunq̄ cõitate esset ista lex de occidendo simplicem furem est iniusta nam deus in lege moysi vel euangelica explicite nõ excepit p̄tm furti ab illo p̄cepto nõ occides. quare videt q̄ p̄ solo furto nõ est aliqs occidẽdus nec videt q̄ aliq̄ lex iusta possit statuere hoiem occidi p̄ solo furto secus est de illa lege q̄ vult furẽ occidi cũ est iuasor. qa p̄sumit homicida vt sũt grassatores viarum & fures nocturni. Exodi. xxij. vbi dicitur q̄ effringens fur demũ siue suffodiens fuerit inuentus & accepto vulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis. q̄ si orto sole hoc fecerit homicidium perpetrauit & ipse morietur. vñ furnoturus non est simplex fur: qa si ponat obstaculũ p̄sumitur q̄ occideret. Sed fur diurnus capies rẽ nõ in loco sacro vocatur simplex fur vt sunt absciso resbursarũ. Dicit ergo doct. breuiter q̄ in q̄cũq̄ cõitate istituitur lex de interficiẽdo simplicẽ furẽ q̄ talis est iniusta/qa deus nõ excepit illũ casum. Dicit p̄fter doc. q̄ in antiqua lege erat exceptus casus de adulterio quod ẽ grauius furto/& tamen iam nullus interimitur pro adulterio/quia illa lex & pena eius de interficiẽdo adultero & adultera videtur reuocata per Christum quando fuit ei oblata adultera Iohã. viij. nemo te condemnauit mulier nec ego te condemnabo/vade iam amplius noli peccare. si ergo licuisset iudei salíquo modo pro furto occidere magis videtur per legem euangelicã iste rigor reuocatus cõtra furtũ q̄ cõtra adulteriũ/cum peccatũ furti multo minus sit q̄ adulteriũ/ prouerbiorũ. vj. nõ grandis est culpa cum quis furatus fuerit. furatur eni vt esuriẽtẽ impleat animã deprehensus quoq̄ reddet septuplũ/qui aũt adulter est p̄pter inopiã cordis perdet aiam suã. Cum ergo pena de adultero sit reuocata / a fortiori de simplici furto quod est minus peccatũ in noua lege que est lex amoris & dulcedinis videtur reuocata. Totũ argumentũ doc. tenẽtis resolutorie q̄ illa lex de interficiẽdo simplicẽ furẽ esset iniusta nõ videt magne efficacie cũ sic deducit: nullus licite p̄t occidere nisi in casibus exceptis p̄ superiorẽ. tũc ex sua maxima sic arguã cõtra eũ/in noua lege nullũ casum excepit nisi pro homicidio. ergo in noua lege nõ licet aliquẽ nisi pro homicidio interficere/qd est falsum vt experientia quotidie videt. & ad argumentũ. Deus nõ excepit furtũ ab illo p̄cepto nõ occides neq̄ precipit aliqua lege q̄ fur occidatur. Diceretur ad hoc q̄ licet nõ sit cautũ aliqua lege q̄ fur simplex occidat: tñ est bene cautũ p̄ leges municipales aut cõsuetudines q̄ sunt legi diuine p̄formes. ppterea argumẽtũ doctoris nõ videt efficax. potest ergo aliqs licite occidi auctoritate publica q̄is non sit homicida/sicut bñ dicit. s. Tho. quẽadmodũ qs licite p̄t a se auferre mẽbrũ. & q̄libet p̄sona cõitatis se habet ad totã cõitatẽ sicut mẽbrũ particulare ad totũ corpus: sed si aliquod mẽbrorũ meorũ sit in detrimẽtũ totius corpis: possum licite abscindere illud. ergo eodẽ mõ princeps vel gerẽs vices cõitatis p̄t vnũqd̄q̄ mẽbrũ nocẽs & nociuũ auctoritate publica auferre. cũ ergo fur simplex est nociuus reipu. & pniciosus p̄cipue si sit incorrigibilis cũ res reipublice nõ sint in tuto/p̄t tanq̄ mẽbrũ putridũ a cõitate auferri cũ expediat reipu. ne crimia maneãt impunita dicẽte Oui. Immedicabile etenim vulnus ense rescindendũ est ne pars sincera trahat/ergo rõnabile videt malos & incorrigibiles rẽpu. p turbãtes a cõitate auferre.

Difficultas est de illo q̄ non occidit auctoritate publica: sed se defẽdẽdo. de hoc dictũ est alias. ió nihil ad p̃ns. De mutilatiõe realiter nõ est instituta lex taliõis in nullis cõitatib⁹ sed pena pecũiaria. & ad qd teneat talis videndũ est a quo lucro p̄ mutilationẽ illiusmẽbri cessat ille q̄ mutilat⁹ ẽ. qa qtalẽ in tulit tenet ad illd restituẽdũ scdm iudiciũ vi

ri prudentis quis nō ad totū. Itē ad expensas factas in curatione. extra de iniu. & dāno dato. ca. predicto. Itē tenetur etiā recōpensare displicentiā quā habebit ex tali lesione. Ad tria ergo tenetur mutilās: scilicet ad lucrū cessans ratiōe mutilationis. Scdo ad expensas indefactas & ad recompensam consolationis & placationē ipsius lesi/cōsolendus est ipse afflictus cū talis mutilatio sit ei in ppetuā desolationē plus pterea est ponderāda mutilatio pauperis q̄ diuitis si magis egebat pte abscissa ad victū necessarium licet ex alia parte sit dignitas psone p̄ponderanda. Ex dictis patet qd sit dicendū ad argumēta/& sic patet de. iij. questione.

¶Distin. xv. Questio. iiij.

QVARTO QVERITVR. vtrū damnificās aliū in bonis fame teneatur ad restitutionē? Respondetur per distinctionem trimembrem/nam aliquis pōt aliū tripliciter diffamare. Vnomodo falsum crimē imponēdo. Scdomō verū crimē tñ occultū nō seruato ordie iuris in publico pponēdo. Bona enī fama nō est nisi illa estimatio q̄ habetur de aliquo erga homines. Tertiomō negādo crimen occultū qd realiter p̄misit & sibi publice imponitur. vt sortes est fur: & nullus scit preter me/accuso eū de furto: & ipse negat dicens nō esse verū quod ei impono in ita negando infamat me quia asserit me mēdacem & calumniosum. De primo videlicet q̄ aufert famā p̄impositionem falsi criminis dicit doctor q̄ quicunq; aufert famam p̄impositionē falsi criminis tenetur simpliciter & absolute retractare. i. dicere palā & publice q̄ nō est ita q̄ alter cōmiserit crimē sicut falsee ei imponebatur. ita q̄ palā & publice tenetur oppositū asserere: sicut publice sibi imposuit quia alias non seruaret iusticiam in reddendo proximo qd̄ suum est. abstulit enim bonā eius famam que est bona estimatio que habetur de illo erga homines. Contra/quilibet magis obligatur ad conseruationem fame proprie quā ad cōseruationē fame p̄ximi: sed sortes in tali casu ita retractans quod imposuit alteri diffamat se palam & publice: quia fatetur se fuisse mendacem & pniciosum. ergo in tali casu non tenetur hoc modo famā ab altero ablatam restituere. ergo vbi nō potest restitui fama proximi nisi aufferēdo famā propriā tenetur magis ppriam cōseruare q̄ proximi. Respondetur q̄ maior est vera si iuste posset conseruare famā ppriam sicut dictum est supra/nō est nisi vnicus panis qui est sortis & ambo sumus in extrema necessitate: non est mihi licitum auferre ab illo pro cōseruāda vita mea propria/quia illam cōseruarē per actum iniustū. Similiter in proposito sortes qui iponit platoni falsum crimē/iā ipse conseruat propriā famam iiuste. & detinet & iniuste abstulit famā platonis. in tali casu tenetur magis restituere famam platoni quam iniuste abstulit q̄ cōseruare ppriam quā iniuste habet. Et est resolutio fere omnium doct. q̄ tenetur eodē modo publice retractare & dicere se falsum crimen imposuisse: & nō esse ita sicut ipse imposuit. Prima difficultas/capio sortem prelatum magnum & vtilem virum in cōmunitate qui imposuit persone priuate falsum crimen/si talis persona retractet publice iam cōmunitas ei subiecta non tantum illum estimabit nec; honorabit. & seq̄tur ex hoc detrimentū in repu. An talis teneatur publice retractare. Scda difficultas/sit sortes qui iposuit platoni crimen falsum: ex quo tñ nō seq̄tur punitio mortis. si tamē publice retractet seq̄tur mors eius sicut sequitur mors falsi testis retractādo in iudicio quēadmodū iposuit vt falsus testis occidet. vtrū in tali casu sortes teneatur retractare? ¶Quātum ad primū de prelato multū vtili reipublice: & q̄ p̄est cōitati/si iposuit priuate psone crimen falsū/retractando publice pibit estimatio quā habet cōitas de illo: & si peat seq̄tur magnū incōmodū i repu. & erūt forte dissidia Dico in tali casu q̄ talis nō tenef retractare publice. Ratio mea est. nā habitū est prius in scda questione q̄ ille q̄ habet rē alienā in omni casu in quo tenetur ille cuius est con-

sentire q̄ nō fiat pro tūc restitutio nō obligatur pro tūc restituere/sicut deduxit optime doctor in vltimo articulo: sed in casu illa priuata persona tenetur magis velle pati illam penā infamie q̄ restitutionē: ex cuius restitutione sequeretur diffamatio illius p̄lati vtilis in cōmunitate/& ex hoc incommodum reipublice. Nam maius damnum sequeretur ex restitutione q̄ cōmodum. cōmune enim bonum est preferendum bono particulari. hinc est q̄ ille pro tali tempore absoluitur a lege ab ipsa restitutione: sed tenetur facere erga quācunq; personam particularem vt restituat famam persone lese/dūmodo non sequatur damnum boni publici. Ad aliud apparet q̄ nō teneatur publice retractare. nam dictum est quādocūq; aliquis obligatur ad restituēdum/& conse quitur multo maius damnum quā pars lesa cōsequeretur cōmodū ex illa restitutione: tenetur magis consentire q̄ ei non restituatur cum tali detrimento. & pars ledens tunc de obligatur: sed i tali casu sortes plus detrimenti cōsequeretur imo maximū scilicet mortem. Vnde regula generalis in omni casu in quo obligatur aliquis consentire q̄ pro tunc ei non restituatur alter pro tali tempore non obligatur restituere: sed in tali casu sortes ex restitutione cōsequitur maius malum scilicet mortem & plato ex non restitutione cōsequitur infamiā que est priuatio bone estimationis apud homies/sed mors est peior sorti q̄ priuatio fame platoni. ergo sortes tūc nō tenetur ad restitutionem. Dico q̄ istud argumētum affert vnū falsum videlicet q̄ mors sit peior q̄ impositio falsi criminis. nā sapiens videtur dicere oppositū cum ait A tribus timuit cor meū a delatore ciuitatis siue cōmunitatis. i. proditore/a p̄gregatione populi. i. sedition e a calumnia. i. falsi nominis impositiōe siue criminis/& statim subiūgit/super mortem grauia omnia/ideo in tali casu tenetur sortes publice famam restituere/asserendo oppositum illius quod dixit. Ideo dico q̄ nō obstante q̄ sequetur mors de facto tenetur dicere q̄ non cōmisit furtum. Sed dices capio aliquem qui nō asserit platonem furē. sed asserit se audiuisse q̄ talis est fur. an teneatur ad restitutionem per retractationē? Dicit primo doctor q̄ si sit ei probabile q̄ per hoc q̄ dicit se audiuisse alij credent illum esse furem peccat in ita asserendo. quia alios scandalisat/& ita credere sine euidenti coniectura est peccatum. Vnde apostolus prime ad corinthios. xviij. Si proximū scandalisem non manducabo carnes in eternum. & scandalum pusillorum est maxime vitandum cum tales sint leues ad male credēdū. Item alij non debēt credere/quia qui faciliter credit leuis est corde: & propterea non sequitur ego audiui q̄ plato est fur. ergo est fur. solus auditus non causat directe opinionem q̄ est fur: ideo non tenetur ad restitutionē: sed si simpliciter asserit furem tenetur ad restitutionem: sed asserendo audiuisse nec antecedenter nec consequenter asserit illum esse furem. & licet scandaliset tamen non tenetur ad restitucionem. & sic patet de primo membro de illo scilicet qui falsum crimē imposuit. De illo vero q̄ publice obijcit alteri verum crimen occultū Sit prima propositio talis/ non tenetur restituere famam per absolutam & puram retractationem asserendo oppositum vt plato de facto est fur sed occultus/imposui ei q̄ erat fur in publico non teneor dicere & retractare dicendo in publico illum nō esse furem. quia peccarē peccato mendacij/& quilibet tenetur quodcunq; peccatum siue mortale siue veniale vitare: sed asserendo ipsū nō esse furem & illud est michi notissimū vt suppono irē cōtra mentē. igitur peccare p̄cō mēdacij. ergo nō teneor simpliciter & absolute retractare. imo teneor nō asserere oppositū illius q̄d dixi q̄ teneor nō peccarē: ergo nō mētiri. Scda p̄pō/teneor restituere famā isto mō/ego male accusaui platonē de furto nō credatis eum eē furem. & illud est verum q̄ male accusaui quia erat secretum. & sic dicēdo non mentior. Similiter dicendo non credatis eum esse furem:

Regula.

1. p̄pō.

2. p̄pō.

sed oppositum dico verum/quia non debent credere furem: nisi probatum fuerit. quia de proximo debemus iudicare in melius: sed quãdo ego solus asseruí hoc nõ est probatum: & sic tenẽtur oẽs credere & iudicare q nõ est fur: & bene estimare de eo. Habemus ergo q̃tum ad istũ articulũ q nunq̃ licet alterũ infamare etiã verũ crimen secretum publice obijciendo. Sed difficultas est ex sacris litteris in duobus passibus/ q pót licite obijci crimen occultum imponendo in publico. Primo in ordine fraterne correctionis: si peccauerit in te frater tuus. &c. voca duos vel tres testes: ergo oportet eis denũciare peccatũ. ergo tunc licet propalare & publicare crimen occultũ & manifestare alijs. Secundus passus habetur Leuitici quinto. Si peccauerit anía & audierit vocẽ iurantis: testísq; fuerit q aut ípe vidit aut cõscius est: nisi indicauerit portabit iniquitatem. Dicit augustinus ibidem/ si audierit alterum falso iurantem quía vidit oppositum eius quod iurat/ aut scit oppositũ/ aut testís est aut consçius: & nõ reuelauerit tũc portabit iniquitatem. i. peccabit. Tũc sícarguitur/ tenetur reuelare peccatum periurij proximi. ergo tenetur alterum diffamare/ verum crimen imponẽdo q̃uis occultum. Item sit sortes qui imponit falsum crimen platoni/ cicero solus hoc scit q ipo fuit falsum crimẽ. quía forte cicero erat presens cũ platone quãdo fuit ei impositum & scit euidenter. tunc cicero potest dicere sorti etiam in publico q non est ita sicut impositum platoni. ergo potest ei imponere crimẽ in publico q̃d soli ciceroni est notum. Patet antecedens. potest ipse sortes sibimet imponere ímo obligatur per predicta sibi imponere: ergo a fortiori potest cicero ipsi sorti imponere. Patet/ quílibet tenet magis ad conseruationẽ fame proprie q̃ alterius: sed sortes potest sibi imponere cõfitẽdo se falsum crimẽ imposuísse. ergo cicero a fortiori potest ipsi sorti imponere: quía nõ tantũ obligatur ad conseruationem fame sortis sícut ipse sortes. ¶ Q̃tum ad primum dícit de

De Fontibus q̃li beto. 12. q. 17.

Fontibus q si peccauerit in te. i. te solo sciẽte q non est ita intelligẽdum/ sed sic/ te sciẽte. i. cum alijs corripe eum charitatiue ante q̃ corripias iuridice/ si te nõ audierit postq̃ est publicum/ voca testes & denũcies ecclesie. i. iudici ecclesiastico. & videtur satis bona expositio/ íõ ex illa auctoritate nõ habetur q prodat secretum. De altero qui audit alterum false iurantem nõ tenetur reuelare in publico: sed viro probo & prudenti qui vel prodesse potest secreta admonitione & non obesse. Vnde aliquis potest manifestare peccatum proximi secretum quando illa manifestatio est in vtilitate peccantis: & q̃n manifestatur illi qui potest prodesse & nõ obesse. & talis manifestatio non est proditio nec tenetur ad restitutionem fame illius. Ad aliud nego q cicero possit dicere sorti q mentitur imponẽdo platoni falsum crimen: si ipse cicero solus sciat quía exponit se periculo cum non possit probare & alter poterit contra eum agere actione iniuriarum/ & ista consenquentia non valet: sortes potest dícere se mentitum in tali impositione falsi criminis imo tenetur adhoc. ergo cicero hoc potest: quía sortes in ita dícẽdo no exponit se periculo/ quía non aget contra semetipsum actione iniuriarum: sed Cicero exponit se periculo cum Sortes poterit contra seipsum agere actione iniuriarum. ¶ Alía difficultas quam etiam tractat de Fontibus in predicto quolibeto. sortes scit de vero q plato prodet ciuitatem & nisi reuelauerit tota ciuitas destruetur/ & scit q non potest impedire perditionem nisi reuelet rectori ciuitatis an posset in tali casu reuelare. Dicit de Fontibus q potest/ ímo ex charitate debet. Nã ex charitate est magis diligendum bonum commune q̃ proximi. & bonum commune quod est conseruatio ciuitatis q̃ bonum proximi quod est cõseruatio fame illius platõis particularis persone. ergo vbi euenit casus q nõ potest conseruari bonũ cõe sine perditione boni particularis psone priuate tenet magis conseruare bonũ cõe q̃ particulare bonũ fame illíus. Ideo si non posset aliter obuiare tenetur prodere ex charitate illi vel illís qui possunt conseruare illud bonum commune & conseruare ciuitatem in suo bono. quía p̃ferendum est cõmune particulari. Ideo q̃n dicitur quícũq; detegit peccatum secretum quod solus nouit tenetur ad restitutionẽ. verum est quando iniuste detegit: sed iuste detegendo non facit actum iniustície. Resolutorie habetur q dupliciter potest peccatum secretũ detegi. Primo q̃n detegitur persone potenti prodesse & non obesse sícut dicit Augustinus. Secũdo quando detegitur persone publice ad euitandum maius malum scílicet communitatis/ nec tenetur detegens ad restitutionẽ. Vísum est p̃terea de illo qui falsum crimẽ imposuit q̃d proprie dícit calũnía: quomõ tenet retractare dicendo publice illum nõ cõmísisse tale crimen quale asseruit cõmísisse. Visum est etiam de illo qui occultum imposuit q nõ tenetur retractare ímmo tenetur non retractare. quía mentiretur & tenetur nõ mẽtiri sed tenetur q̃tum í se est modo licito quos inducit in malã opinionẽ inducere i bonã.

¶ In tertio membro.

¶ IAM IN ISTO TERTIO Articulo doctor inquirit de illo qui negat verum crimen sibi publice impositum est tamẽ occultum. iam diffamat imponentẽ cũ videtur calumpniari. vtrũ tenetur restituere famã imponenti tale crimen. & si sic quomodo tenetur. vt aliquis imposuit sorti verum crimen publice occultum: tamẽ dicit se nõ cõmisísse tale crimen vtrum peccauerit peccato mendacij ita dícendo: Doctor dicit duo q̃tum ad hoc. Primũ est/ q sortes non tenetur retractare verba sua/ hoc est dícere postq̃ negauit se cõmísisse nõ tenet postea asserere oppositũ. Ratio/ nõ quílibet tenet peccatũ secretũ impositũ publice confiteri: ímo tenetur non p̃fiteri nõ tñ dico q tenetur negare: sed nõ cõfiteri. Ratio/ si alter sit obligatus nõ ímponere: a fortiori cũ q̃libet tenetur se magis dílígere q̃tũ ad síngula & bona fortune & bonos mores q̃ proximũ iste tenetur plus se nõ diffamare q̃ teneatur alterũ. ergo iste non solum ímo tenetur nõ cõfiteri peccatũ postq̃ est secretũ. ergo non tenet retractare verba/ quía retractare verba é asserere/ oppositũ illius quod ípositũ est. Dícit secũdo doc. nihilominus iste bono modo tenet absq; retractatione & diffamatione sui restituere famã alteri q̃tum pót: dicẽdo nõ credatis illũ calũniatorẽ deceptus forsitã quía credebat me p̃misísse accusauit me: sed deceptus fuit errore facti. Cõtra. sit plato qui accusauit sortem publice de pctõ realiter ppetrato sed secrete cõmísso a sorte Sortes dícit platoni tu mẽtiris/ tunc arguit sic/ in tali casu sortes obíjcit platoni publice peccatũ. quia plato nõ mẽtitur q̃is peccet in ita dicẽdo. ergo ex dictis in primo articulo sortes postq̃ obíjcit platoni falsũ crimen tenetur retractare illud. & vltra ergo postea tenet publice fateri platonẽ nõ esse mentitũ. & sic tenetur realiter fateri peccatũ secretum q̃d cõmísit: ergo sortes ponendo platoni mẽdacíũ ímponit falsum crimẽ publice. ergo tenetur retractare qa quílbet publice alterũ diffamãs tenet postea retractare p assertionẽ oppositi. ergo sortes tenet publice fateri q plato nõ est mẽtitus sed sic fatẽdo publice/ p̃fitetur pctm̃ secretũ. ergo male dícit doc. q nõ tenet retractare. Q̃ tũ ad argumẽtum admísso toto casu/ negó illam/ puta q teneatur fateri se p̃misísse i publico qa nõ sequtur plato nõ est mẽtitus. ergo sortes p̃misit illud crimẽ: qa si plato credidísset p̃misísse & nõ p̃misit/ nõ mẽtiretur asserendo ipm p̃misísse: quia nõ assereret cõtra mentẽ. ideo nõ sequitur plato asserẽdo nõ mẽtitur: ergo sortes p̃misit. ergo sortes dícendo ipsũ ee mentitũ nõ diffamat. ideo argumentũ nõ ꝓbat q debeat fateri publice pctm̃ secretũ: debet tñ retractare vt supra dictũ est. Sed q̃ritur vtrũ sortes ín ita negãdo peccet mortaliter. appet q sic. sortes mẽtit p̃niciose. patet: prio mẽtit i p̃niciẽ reipublice qa p talẽ negationẽ ípedit a iustícia faciẽda. Scdo mẽtit in p̃nitiẽ platonis accusãtis qa p tale mendatiũ oñdit platonẽ calũ-

niatorē:ergo sortes in illo casu peccat mortaliter:qa mendaciū pniciosum est mortale peccatum. Breuiter dico q̄ nō peccat mortaliter:sed si peccat/venialiter peccat.qa difficultas est inter doctores an peccet. Et ad argumētum in illo casu mentitur perniciose/dico q̄ mentitur officiose respectu sui: & nego q̄ mentiatur pernicioſe in ordine ad rem publicam & in ordie ad accusantē. Et ad probationē res publica priuatur punitione. Dico q̄ respu.non debet oē peccatum punire/sed dūtaxat peccatum publicum & publice probatū. Et hoc habetur ex parabola Christi.Nolite Zizaniam auferre quousq̄ cognoscat a tritico.qd̄ exponit glo.i.nolite punire malos quousq̄ cognoscantur a bonis.Ideo respublica nō tenetur nec debet quodlibet peccatū: sed qd̄ peruenit ad noticiam iudicis per plures testes punire.ideo in tali casu non priuat iusticiam punitiōe cū iustitia nō debeat secretum punire. ¶Q̄tum ad secundum/sortes mentitur in perniciē accusantis/quia diffamat eum.Dico q̄ non.sed accusans se diffamat cum accuset pretermisso ordine iuris/accusat eñ secretū propalādo in publicum ideo accusans diffamar seipsum:imo debet puniri pena talionis.i.pena qua puniretur accusatus si probaretur & de crimine obiecto conuinceretur.ideo nego q̄ peccet peccato pernicioso nec in rēpublicam nec in accusantē. Sed vltra queritur quomodo pōt vitare peccatum? Dico q̄ peccat adminus venialiter.quia mētitur adminus officiose asserendo contra mentem:ergo mētitur.& si mentitur ergo peccat:quia cuilibet mēdacio est iuoluta culpa & peccatum qd̄ ab eo non pōt separari/quomodo ergo in casu potest vitare peccatum: quia si confiteatur peccat & prodit seipsum & magis tenetur seruare famā suā q̄ pximi. Si neget peccat. ergo videtur perplexus inter peccatū proditionis suimet & peccatū mēdatij.Fateor q̄ peccat: sed non est pplexus.Nam si intelligat simpliciter dicendo: non feci qd̄ in me obijcis peccat.Sed si intelligat nō feci sup-

ple ita publice sicut imponis non peccat sic intendendo refellere. Item potest tacere/nec respondere nec fateri nec etiā negare. Contra per taciturnitatē aggenerabit opinionem in audientibus qd̄ commisit/ergo tacēdo diffamabit seipsum.Dicūt iuriste q̄ neget propositū vt propositum.nā imponit publice negat q̄ commiserit publice:talis nullo modo est perplexus.quia nullus potest eē perplexus inter duo peccata(nisi ex culpa sua)quin possit vtrumq̄ vitare. In casu potest vtrūq̄ vitare tacendo. Similiter potest vitare peccatū negando vt propositum & non mentitur quia non cōmittit vt propositum:tamen dicit doctor in fine q̄ bonarum mentium est ibi timere culpam & c̄.ergo a fortiori agnoscere culpam vbi dubium est bonarū est mentium: & sic bonum esset q̄ peniteret sub conditiōe puta:de veniali si est veniale: de mortali si sit mortale.videtur tamen doc.q̄ nō est mortale.habemus ergo resolutorie q̄ quilibet damnificans alterum vel falsum crimen imponendo vel verū crimen occultū publice imponendo:tenetur ad restitutionem/& qualiter.Item q̄ in casu pōt secretū peccatū reuelari quando est in detrimentum reipublice.Itē quādo reuelatur persone potenti prodesse & non obesse:hinc est si non possem confiteri peccatū nisi reuelando peccatum fratris possum licite reuelare:vt postea videbitur.Sed cōtra predicta arguit quinta.q.j.cap.Quiddam maligni spūs.Habetur quomodo quis q̄ libellū diffamatoriū apposuerat ꝓtra castorium sub pena excōmunicationis precipitur vt reuelet peccatū suū qd̄ est secretū.q̄is eñ factū sit publicū peccator tamē est secretus i tali casu q̄is fama sua sit adhuc integra potest se prodere. ergo a fortiori potest prodi ab altero. Antecedens patet/nā dicitur in capitulo qd̄ si non exierit & publice cōfessus fuerit quisquis ille sit qui hoc agere presumpserit vel consensum tante iniquitatis consilio prebuerit sit priuatus perceptione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi quod

si corpus domini & sanguinem percipere presumpserit anathematis vltione percutiatur.quisquis igitur talis sic excōmunicabitur/ergo licet peccatum secretū publice cōfiteri. nam fertur excōmunicatio in ipsum propter hoc q̄ non exit & prodit peccatum. Concedo q̄ tenetur publice confiteri se fecisse ad restituendam famam alterius: quia alterū diffamauit. ergo tenetur illi famam restituere.nam si esset aliud peccatum quod non requireret publicam cōfessionē ad restituendam famā nō posset ferri sentētia excōicationis.vt quāuis furtum sit publicum/& ignoratur quis furatus est illam rem non possunt ferri censure propter hoc q̄ fur nō fatef publice se furatū esse imo tenetur nō fateri sed tenef restituere:sed i alio casu q̄is peccator esset ignotus: tamen res exigebat publicam restitutionem/quia publice infamatus erat.hinc est q̄ peccator tenebatur publice exire & se prodere/& sic poterat excōmunicari propterea q̄ nō publice fatebatur se illud fecisse.& sic patet qd̄ sit dicendum ad argumenta.

¶Distinctionis.xvj.

Questio prima.

OCTOR CIRCA hāc distinctionē mouet duas questiōes faciles. Prima an contritio/confessio/& satisfactio/sint partes penitētie. In secūda/querit vtrum remissio vel expulsio culpe precedat infusionem gratie &c.

¶QVANTVM AD PRIMVM arguitur q̄ non/peccatum est simplex defectus. ergo peccati est vnum simplex remedium:& illud est penitētia. ergo penitētia non habet partes.In oppositū arguit ad vere penitendum requiruntur tria/scilicet cōtritio/confessio/& satisfactio.vt dicit magister i littera.ergo illa sunt partes.igitur. In ista questione tria facit doctor. Primo supponit equocationē penitētie.Secundo respondet ad questionem de penitentia virtute.& tertio/respondet ad questionē de penitentia sacramēto. ¶Q̄tum ad primum q̄ penitentia aliquando capitur pro sacramento/sicut dictū est supra in vltima questione.distin.xiiij.& nihil aliud est q̄ sacramentalis absolutio a sacerdote habente iurisditionem.Aliquādo capitur penitentia non pro sacramēto. & hoc quadrupliciter Primo pro virtute habituali.i.pro habitu quo quis est inclinatus ad eliciendum vel le vindicatiuum sui peccati.Alio modo capitur pro actu illo quo quis vult vindicare suum peccatum:quicquidē actus est actus immediate elicitus ab illo habitu penitentiali. Alio modo capitur pro actu imperato ab ista volitione vindicandi peccatum suum:sicut dicit doctor ista volitio qua qs vult vindicare peccatum non causat immediate illam penam per quam vindicatur peccatum:sed solum imperat actū vel actus qui causant illam penam.Isto modo tertio capitur penitentia pro illo actu imperato a volitione vindicante peccatum qui quidem actus est causa proxima pene per quā vindicatur peccatum & talis actus est nolle peccasse. Quarto & vltimo capitur pro illamet pena que consequitur actum immediate causatiuū illius pene:& illa nō est libera nisi mediate in suis causis: & in ista questiōe nō loquitur de libera acceptatione illius pene de qua prius. Quod autē ista distinguātur ab inuicem patet.habitus distinguitur ab actu.quia actus est aliquādo sine habitu & e diuerso quia habitus est forma permanēs actus vero trāsiens.ergo primus modus accipiendi penitentiā non loquēdo de penitētia sacramēto & secūdus distinguūtur realiter:qd̄ aūt secūdus & tertius distinguant patet.qa aliqñ est illud velle imperatiuū cārum pximarum pene absq̄ illis causis proximis.patet: cū volūtas hois nō sit oipotens nō subito ad velle impatiuū actus segtur actus impatus quem imperat: & in hoc non est difficultas q̄ ad velle efficaciter imperatiuū volūtatis alicuius operationis exteriorisnō segtur in eodē instāti illa operatio exterior.nam prius saltē per

instans precedit velle efficax ambulandi q̃ sequatur ipsa ambulatio: sed difficultas foret: cum ipsa voluntas sit potens p̃ducere actus suos intrinsecos in instanti & nõ possit habere impedimentum ad producendũ illos: quia est libera & nichil potest ei resistere ad productionem actuum interiorũ nisi deus/an ad velle efficaciter imperãs actum interiorem necessario subito & simul tempore sequatur actus interior cũ nõ possit habere impedimentum in illis actibus p̃ducendis nisi deus. & supponitur q̃ deus non impediat. vtrum ad actum efficaciter imperatum actus interioris in instãti necessario sequatur ille actus interior. Dico q̃ sic si omnes alie cause ponantur in instanti necessario sequitur actus imperatus iterior Consequenter probat q̃ sit distinctio inter tertiam & quartã acceptationem scilicet de causa proxima illius pene & illa pena: nam aliquando sunt cause proxime causarũ pene & non causatur illa pena propter indispositionẽ subiecti: vt beatus recordans peccatum preteritum detestatur illud & nõ tristatur: quia est indispositus ad tristiciã. ergo illa causa proxima distinguitur ab illa tristicia. & sic non semper ad nolitionẽ vel odium peccati commissi sequitur tristicia. Ibi posset eẽ difficultas que tractatur in tertio an passio distinguatur ab actibus/nulli doctorum tenuerunt oppositum quin sint aliqui actus qui nõ sunt passiones: sed vtrũ omnes passiones sint actus: difficultas est quam hic non intendimus tractare. sed ad propositũ redeuntes: patet/q̃ illa pena potest esse sine illa displicẽtia proxima/quia si causatur per displicentiã ordinatã: ita causatur per displicentiam inordinatam. & si non est actus ordinatus non est actus penitentie tertio modo capte. ergo illa penitentia quarto modo potest causari sine penitẽtia tertio mõ. & sic patet differẽtia inter has quattuor penitẽtie acceptiones. Consequẽter queritur vtrum cõtritio: confessio & satisfactio sint ptes penitentie virtutis: Dicit doc. q̃ non sũt ptes penitẽtie virtutis primo modo capte puta pro illo habitu. quia illius habitus partes simplices sunt & homogenee. & ille habitus ẽ simplex q̃tum ad partes quãtitatiuas. Item dicit secundo/ q̃ illa tria non sunt partes penitentie secundo modo dicte. i. actus proximi imperãtis actum vindicãdi: quia ille actus est vna qualitas simplex. namsicut habitus est qualitas simplex ita & actus procedens ex illo. Sed si capiatur penitẽtia vel tertio vel quarto modo/puta tertiomodo pro causis proximis pene per quam vindicatur peccatum vel pro pena per quam vindicatur peccatũ potest dici q̃ sunt partes penitentie. Patet: nam iusticia cõmutatiua est inequalitate rerum non in equalitate rei secũdum rem sed secũdum rationẽ. & est opinio doc. q̃ iusticia est circa mediũ rationis & non rei: sicut cetere virtutes. Iusticia ergo punitiua spectat ad cõmutatiuam que cõmutat culpam in penam: ideo debet esse equalitas pene ad culpam nõ in equalitate rei sed rationis supple secũdum legem secũdum quã illa culpa punienda venit: sed sic est q̃ in lege euangelica secundũ quã culpe veniũt puniende in foro penitẽtiali determinate sũt tres pene. Vna interior/scilicet tristricia siue compũctio que cõmẽdatur Iohelis. ij. scindite corda vestra & non vestimẽta vestra. Due autem exteriores/scilicet erubescentia & afflictio corporis/sed istarum trium penarum ista tria sunt cause imediate scilicit cõtritio causa tristicie/confessio causa erubescentie: & satisfatio causa afflictionis corporis que consistit in opibus afflictiuis. ideo si capiatur penitẽtia pro causis penarũ p̃quas peccatum est puniẽdum/seqtur q̃ illa tria sunt partes pene. Etiã si capiatur pro penis possunt dici penitẽtia. nam tristicia aliquando dicitur cõtritio/opus penale est etiã pena. ideo illa tria cõuenienter possunt dici partes penitẽtie. Sed penitẽtie habitus illa tria non sunt partes/similiter penitẽtie actus proximi illa tria non sunt partes/sed penitentie habitus remoti illa tria sunt partes: quia impat &c. ¶Ilã p̃ter de penitẽtia sacramẽto dicit primo q̃ illa tria non sunt partes penitentie sacramenti/sed hec tria necessario requiruntur ad sacramentum penitentie ad hoc vt digne recipiatur vel vt dispositiones preuie vel illud cõmittantes & sequẽtes. Q̃d ista tria non sunt partes penitentie sacramenti patet. primo de contritione. bene sequitur. contritio est quid insensibile. ergo nullo modo est pars sacramẽti quia sacramentum est signum sensibile. nã nihil est in sacramento tanq̃ pars sacramẽti quin sit sensibile. Similiter q̃ satisfactio non sit pars/patet/illud non est pars sacramenti penitentie sine quo sacramẽtũ penitentie est vel potest esse verum sacramẽtũ/ nam dato q̃ aliquis non satisfaciat nichilominus sacramentum penitentie est verũ sacramentum. Quod autem confessio nõ sit pars sacramenti penitentie patet/ quia sacramentum penitentie nõ est aliud q̃ sacramentalis absolutio a sacerdote facta certis verbis. vt dictum est distinctiõe. xiiij. q. iiij. quia sacramenti penitentie nullus est minister preterq̃ sacerdos/ergo sacerdos cõfert totum illud sacramentum penitẽtie/ ergo illa sola absolutio sacerdotis est sacramentum penitentie. sed quãtum ad secundum contritio necessario requiritur vt digne recipiatur illud/quia si aliquis accederet sine displicentia faceret irreuerentiã sacramento. Similiter cõfessio necessario requiritur. quia si sacerdos illam absolutionẽ proferret sine confessione preuia non esset sacramentum. quia dicitur hominis penitentis id est confessi: vt dicit gabriel. & non intelligitur hominis penitentis. i. cõtriti. Ideo quãuis sit attritio vel contritio non est sacramentum sine confessione. sed vt sequat effectus vltimus scilicet beatitudo requritur satisfactio/quia sacerdos absoluẽdo ligat/ absoluit enim a debito pene eterne & ligat ad solutionem tẽporalis pene: nisi sit iam sufficienter soluta. Ideo illa tria non sunt ptes sacramenti sed sunt quedã antecedentia vel consequentia illud sacramentum & ad vltimum illius effectũ scilicet beatitudinẽ

¶Solutio argumentorum satis patet ex dictis in solutione questionis.

¶Distin. xvj. Questio. ij.

SECVNDA QVESTIO. Vtrũ remissio culpe precedat infusionẽ gratie. vel vtrum sit vnica mutatio vel plures. Secundo vtrum remissio culpe sit mutatio realis. Tertio/ quod istorum precedit/vtrum remissio culpe precedat infusionem gratie vel contra/ vel vtrum nullum precedat alterum sed sit simul: ¶In ista questione est magna altercatio inter doct. & parua difficultas & vtilitas. & pro solutione ponit doctor aliq̃s conclusiones. Prima conclusio talis est. Remissio culpe & infusio gratie non sunt vna mutatio. Contra arguitur apparenter expulsio priuationis habitus & introductio habitus contrarij nõ est nisi vnica mutatio sicut expulsio tenebrarum & illuminatio aeris non est nisi vnica mutatio. Igit videtur q̃ conclusio doctoris sit falsa. Probat consequenter doctor/q̃ infusio gratie & expulsio culpe non sunt vna mutatio/ Patet non est possibile q̃ vnum & idẽ multiplicetur & nõ multiplicetur/& hec maior est per se nota/quia contradictoria non possunt de eodem verificari: sed aliquando multiplicatur remissio culpe & non multiplicatur infusio gratie. patet de illo cui remittuntur multa peccata in illo sunt plures remissiones culpe/& non est nisi vnica infusio gratie/quod autem sint plures remissiones culparum patet/nam est vna remissio superbie alia a remissione culpe auaritie/vel luxurie. nam fuisset eadẽ remissio auaritie si solũ haberet auaritiam sicut nunc est cum habet alia peccata. Secundo arguit & apparẽtius/ illa distinguuntur q̃ pñt abinuicem separari: sed remissio culpe & infusio gratie sunt huiusmodi/ patet apud illos qui dicunt angelos & primũ hominem fuisse creatos in puris naturalibus fuit infusio gratie anteq̃ peccassent absq̃ remissione culpe/& est possibile culpam remitti sine infusione gratie/patet si deus cre

aret hominem in puris naturalibus ē pos sibile illum peccare & post peccatū posse t deus illum reducere ad priorem statum pu rum naturalem sine infusione gratie/Igit. Tertio, culpa & gratia nō opponūtur for maliter, nam dicit doctor, ꝙ peccatum & gratia de potētia absoluta possūt se ꝑpati. ꝙ autem peccatū repugnet gratie/hoc so lum est ex pacto dei & statuto/nam statu it ꝙ existenti in culpa non conferret grati am & nullū habentem grām deacceptaret/ quod non opponitur formaliter patet/qa si sic quicunq; habet efficientiam sup vnū oppositorum contrariorū habet similē ef ficiētiam super corruptionem alterius/qa contraria efficienter se expellunt/ergo qui habet efficentiam introducendo vnum ha bet efficientiā super corruptōnem alterius sed homo habet efficientiā super peccatū/ ergo haberet efficientiā super corruptōnē gratie/quod est falsum/quia sicut gratia a solo deo creatur ita a solo deo corrūpitur ergo ex natura rei gratia & peccatum non habent contrarietatem formaliter: sed solū ex statuto legis diuine, ergo peccatum & gratia ex natura rei possunt se compati.

¶ Cōtra: ergo aliquis esset dignus vita eter na & indignus illa/consequens est falsum igitur, patet antecedēs cū illa duo nō repu gnēt, tunc bene sequtur habet gratiā/ ergo est dignus vita eterna/similiter habet pec catum/ergo est obligatus ad penā eternā & sensus & damni/ergo est indignus vita eterna/sed illa contradicunt, igitur & cete ra. Ad dicit Gerson/ ꝙ gratia potest dupli citer capi, vnomodo cōnotatiue cōnotan do ꝙ simus mediāte ipsa deo chari & grati ad vitam eternam/& tunc bene sequtur iste est in gratia, ergo est dignus vita eterna, & tunc non est possibile ꝙ sit in gratia & pec cato capiendo gatiam cōnotatiue/aliquā do capitur gratia absolute pro illa qualita te/& potest deus facere ꝙ illa qualitas que est gratia remaneat in peccatore & non vo cabitur gratia cōnotatiue sed absolute p tali forma & specie/& tunc non sequtur, Iste habet gratiā/ergo est dignus vita eterna & talis q̄litas remanet cū peccato: sed non est amplius charitas ꝓnotatiue. Ideo gratia & peccatum repugnant q̄tum ad denomina tiones sed non q̄tum ad qualitates apparet mihi ꝙ non est eadem mutatio in nume ro expulsio culpe & infusio gratie. ¶ Secū da conclusio: infusio gratie & remissio cul pe non sunt due mutatiōes reales neq; stāt simul/neq; opponūtur formaliter/ postea diffinit mutationem realem & rationis: pri mo ens reale est quod habet esse preter o peratione nostri intellectus. Sed ens ratiō onis quod habet esse solum per operatio nem itellectus/ hoc supposito nititur ostē dere ꝙ non sunt due mutationes reales qa mutatio que est deperditio culpe non est realis/ergo non sunt due mutatiōes reales & arguit sic doctor, si culpa esset aliquod ens in aia/ tūc remissio culpe esset respectus realis: sed culpa seu malitia nō est priuatio boni naturalis, quia illud non potest corrū pi/nec est priuatō alicuius rectitudinis quā tūc habeat vel tenatur habere anima, quia dormiens habet culpam transeunte actu. Dicit ergo doctor ꝙ post actum transeun tem tantum remanet anima obligata ad pe nam debitam peccato commisso que obli gatio ad penā pro peccato perpetrato nō est aliquid reale in anima post actum pre teritum: sed est solummodo respectus siue relatio ratōnis, & talis obligatio dicitur re atus ille qui manet in anima transeunte ac tu peccati, & sic culpa nichil aliud ē q̄ respe ctus rationis existens in anima que est ob iectum diuine voluntatis deacceptantis ta lem & ordinātis ad penam eternam / ergo remissio culpe est solum illius entis ratiōis priuatio, & per consequens non est muta tio realis/& suppositis principijs doct. ni chil facilius puta ꝙ remissio culpe nō ē mu tatio realis: sed remissionem culpe cōcōmi tatur mutatio realis puta infusio gratie si ue acquisitio: tamē illa non est remissio cul pe/ergo remissio culpe non est nisi expul sio entis rationis seu obligationis ad penā

Ens reale.

Ens rōnis.

eternā. Contra instat doct. non potest esse transitus de cōtradictorio in contradicto rium absq; mutatione rei & nō sufficit mu tatio rationis: quia omnis mutatio ratiōis ad realem reducit/quia nunq; est mutatio rationis nisi per mutationem obiecti ad di uersos actus voluntatis vel itellectus, quia si semper esset idem obiectum: esset idē re spectus rationis, ergo cum omnis mutatio rationis ad realem est reducenda non po test quis transire de obligato ad penā eter nam ad non esse obligatum ad illam sine aliqua mutatione reali/& talis mutatio rea lis non potest esse in deo/ergo oportet ꝙ sit necessario mutatio realis in alio scilicet in illo qui mutatur de contradictorio i cō tradictorium/quod non possit esse transi tus de contradictorio in contradictorium &c. patet: quia ab eo ꝙ res ē vel nō est ora rio dicitur vera vel falsa/ergo si res semper eodem modo se habeat non est ratio quare magis nunc vna pars contradictionis ē ve ra q̄ alia & prius alia vera magis quā nunc Pro isto argumento doctor ostendit prio de mutatione que fit quando aliquod ob iectum mutatur mutatione rationis puta per diuersos actus nostri itellectus, vt si sor tes super quem non fertur adhuc actus in tellectus postea statim ferretur ipse sortes nunc non est a me intellectus postea erit in tellectus a me/& sic mutabitur sortes de nō esse intellecto a me ad esse intellectum a me & in sorte nichil acquiritur sed in me intel ligente. ¶ Item q̄is nō sit possibile ꝙ vo luntas creata velit simul inesse alicui cōtra ria pro simul: potest tamen velle successiue alicui inesse contraria pro simul, vt nō pos sum velle simul ꝙ sortes currat & non cur rat pro eodem tēpore/quia hoc repugnat/ sed possum velle in prima dimidietate ho re ꝙ sortes currat cras & in secunda dimidi etate hore ꝙ non currat cras & sic possum velle successiue ꝙ pro eodem tempore in sint contraria sorti. Potest etiam voluntas creata velle simul alicui inesse contraria ꝑ diuersis temporibus/ vt volo ꝙ sortes cur rat cras ante meridiem & ꝙ non currat cras post meridiem, vltra ad volitionē qua vo lo contraria inesse sorti vel pro eodem tem pore vel pro diuersis simul nō sequitur ꝙ insint sorti vel quia non possunt vel q̄is possunt inesse talis volitio est conditiona ta que non ponit effectum/& sic in volito nulla fit mutatio. Similiter de deo, eodem modo dicendum est: nam deus non potest simul & pro simul velle inesse contraria a licui: sed potest velle simul ꝙ insint contra ria successiue alicui, & si deus velit ꝙ insint contraria successiue alicui poterūt inesse, de us enim est causatiuus quorūcunq; contra riorum quia est prima causa si velit non im pediet ergo si fit impedimentum secunda causa solum impediet ꝙ insint, quia deus non vult absolute: sed solum conditionali ter, hoc supposito deducit quomodo po test esse transitus de contradictorio in con tradictorium absq; mutationem rei: vult dicere ꝙ potest esse absq; vtraq; mutatio ne quātus non possit esse mutatio de cōtra dictorio in cōtradictorium i ordine ad vo lūtatem creatam absq; mutatione reali vo luntatis create & mutatione obiecti ratio nis/verumtamen ex voluntate diuina po test esse transitus de contradictorio in con tradictorium sine qua cūq; mutatione/hoc est nec per mutationem rationis obiectivo liti vel intellecti/nec per mutationem realē i volente vel itelligente, vnde phātasia do ctoris est talis: sit sortes per totam istam ho ram in peccato in fine hore remittatur pec catum & per totam horam sequentem erit remissum tunc sortes in ista hora transit de obligato ad penam ad non obligatum/& de digno pene eterne ad non dignum per hoc ꝙ deus vult eū ꝑ hora prima eē dignū pena eterna & pro secunda non vult eum esse dignum illa pena/ ille transitus non est ꝙ in deo prima volitio precedat & secū da sequatur. Immo vtraq; volitionum est perpetua & eterna a parte ante/quia ab eter no voluit deus ꝙ sortes in prima hora eēt dignus pena eterna, & pro secunda non es-

set dignus. Ideo deus potest simul velle cõ tradictoria eidem subiecto p diuersis tem poribus: ergo ex parte dei non est mutatio & vltra ex parte etiã sortis nõ est mutatio quãuis transeat obiectũ de non esse tale in esse tale sine quacunq; mutatione reali i al tero obiecto. Illud obiectũ non debet dici mutari mutatione rationis quia est maxia doc. nũquã obiectũ in quo est respectus ra tionis debet dici mutari mutatione ratio nis nisi aliud obiectũ mutetur mutatione reali puta nisi intellectus vel voluntas per cuius cognitionem aut volitionem istud obiectum mutatur mutatione ratõnis mu tetur realiter/cum omnis mutatio rationis ad realem sit reducenda vt dictũ est. exẽpli gratia si sortes iam velit platonem currere & postea non habeat volitionem circa pla tonem transit de esse volito in nõ esse vo litum per mutationem ipsius sortis qui ha bet volitionem circa platonem/& hoc per mutationem realem: quia deperditur i sorte volitio/sed si transeat de esse digno pe ne eterne ad non esse dignum hoc non est q deus perdat volitionem quam prius ha buit. Immo ab eterno habuit vtramq; il larum volitionum vt dictum est/ergo sor tes tunc non debet dici mutari mutatione rationis. Ideo concedit doct. q aliquis po test transire de contradictorio in contradi ctorium sine acquisitione cuiuscunq; rei/ nec in se/nec in alio & sine quacunq; muta tione rei que transit & sine mutatõne cuiuscũq; alterius rei/& est opinio propria do ctoris vt hic patet q̃uis ab Occam illi im putetur oppositum. ¶ Ad argumentum. secũdum cõmunem doctrinam nõ potest fieri mutatio de contradictorio in contra dictorium nisi per mutatõnem alicuius rei Dico primo q in proposito non est muta tio nisi large capta. dico preterea q potest esse trãsitus sine mutatione rei. Cõtra si res eodẽ modo se habet & ab eo q res ẽ vel nõ est oratio dicitur vera vel falsa non est trã situs. Dico q res potest denominari mul tis modis ablq; quacunq; mutatione. vt di cit De alyaco. vt qualitas lapidis potest eẽ in me priusq̃ cognoscam lapidem & tunc nõ erit cognitio lapidis/& potest prius es se cognitio/& postea nõ erit cognitio. In primo casu transeo de non cognoscente i cognoscentem & non mutor. quia quic quid erat prius in me adhuc remanet: & la pis efficitur de nõ cognito cognitus absq; mutatione lapidis. & in secundo casu efici or de cognoscente non cognoscens absq; de perditione aliqua & ista opinio Dealy aco videtur verior inter omnes. Ideo non est verum vniuersaliter q non possit fieri transitus de contradictorio in cotradicto rium absq; mutatione. Rresolutorie habeẽ ex tota questione q infusio gratie & remis sio culpe non sunt vna mutatio: ratio quia aliquando sunt plures remissiones culpe vbi aliquando est vna infusio gratie. Secũ do. nõ sunt due mutationes reales. Tertio habetur q non est mutatio. Ideo non sunt due mutationes nec vna. quia remissio cul pe nõ est mutatio. Item arguitur expulsio alicuius priuatiui & introductio habitus illius priuatiui non est nisi vna mutatio: si cut expulsio tenebrarum & infusio lumis. ergo remissio culpe non est aliud quam in troductio gratie cuius ẽ priuatio. ergo nõ est nisi vna mutatio. concedo q ifusio grẽ est introductio habitus: sed nego q remis sio culpe sit priuatio habitus. Immo termi nus a quo infusionis gratie non est culpa sed priuatio gratie. Vnde nunq̃ priuatio gratie in aliquo est peccatum qa peccatum non est aliud q̃ actus deordinatus vel pri uatio actus ordinati ad quem quis obligat sed priuatio gratie non est actus nec priua tio actus: sed ẽ priuatio habitus/verum est tamen q negligentia disponendi se ad gra tiam est peccatum: sed ipsa priuatio gratie nunq̃ est peccatum/negatur ergo q termi nus a quo ifusionis gratie sit culpa/sed pri uatio gratie que est pena cõcomitans pec catum. ¶ Item terminus a quo remissionis culpe est obligatio ad penam & terminus ad quem est priuatio illius obligetionis &

non est priuatio gratie. Immo sunt ab iui cem separabilia. ideo nego q remissio cul pe se habeat vt priuatio gratie.

¶ Distinctio. xvij.

CIRCA DISTINCTIO nẽ xvij. Querit vtrũ sit ne cessarium peccatori ad sa lutem omnia peccata cõ fiteri suo sacerdoti. i ista questione sunt tres articu li. In primo ostendit quo iure obligamur ad cõfessionẽ. & supponit q obligemur. In secundo explicat quid in precepto con fessionis explicetur & contineatur. Tertio quid circa illud est p ceptũ ecclesie expli catum. Pro primo articulo: dicitur q non potest quis obligari ad confessionem facie dam nisi altero istorum preceptorum/vel precepto naturali vel positiuo. & positiuũ diuiditur in positiuum diuinũ & in positi uum humanũ. ¶ Preceptum naturale ẽ qd ex terminis est naturaliter notum euidẽter aut sequẽs euidenter ex aliquo noto ex ter minis vel saltem euidenter cõsonans. Vn de in speculatiuis illa dicuntur principia speculatiua per se nota que sunt nota exter minis/ad quorum assensum euidentem ge nerandũ sufficiũt simplices terminorũ app hẽsiones sine quacũq; probatiõe. vt quod libet est vel non est/est principium per se notum in speculatiuis. Similiter non faci as aliis quod tibi fieri non vis: est preceptũ primũ & p se notũ practicũ iuris naturalis. Et pclusiões q̃ sequũtur i cõsequẽtia euidẽ ti cũ aliquo altero dictũ etiã precepta iuris naturalis. ¶ Similiter propositões q̃ sunt euidenter consone q̃uis non sequãtur evi denter dicuntur etiam precepta iuris natu re in tertio gradu. Sũt ergo tres gradus iu ris nature. Vltra dicit doct. quicquid cõti netur preceptiue in lege euangelica quod non est notũ extermis nec; euidẽter sequẽs ex illis que sunt nota ex termis nec; euidẽ ter consonum est preceptum diuinum po sitiuum/exemplum bapptisari continetur in euangelio sub precepto & non est notũ ex terminis q̃ teneamur baptisari nec; evi denter sequitur ex aliquo noto exterminis Infert doct. correlariũ q non recte loqtur gratianus de iure legis nature. d. j. volens q omnia que sunt in antiqua & noua lege sunt de lege nature. non potest hoc saluari nisi capiatur lex nature pro auctore legis nature. Preter hec sũt aliqua p̃cepta huma na positiua que introducta sunt ad melius viuendum/conseruãdum fidem & mores Inqrit igit doc. quo istorũ triũ preceptorũ obligamur confiteri. Pro responsione po nuntur tres propositiones/pria. Nõ obli gamur confiteri precepto legis nature. Se cunda/non obligamur confiteri precepto humano positiuo. Tertia/obligamur con fiteri precepto diuino positiuo. pria pro positio probatur/ius naturale ẽ idem om ni tempore & apud omnes cum sit notum cuilibet vtenti ratione/& cum sit proposi tio practica vel sequatur ex aliqua ex termi nis nota. ergo obligat pro omni tempore sed sic est q in lege nature non obligabãt confiteri tali confessione de qua est ad pro positum scilicet cõfiteri sacerdoti. quia nõ loquimur hic de confessione que est asser tio laudũ sed de confessione que est manife statio peccatorũ sacerdoti/ nec obligabãt sic cõfiteri in lege mosaica/sed solum obli gamur sic confiteri pro tempore legis no ue. ergo preceptum de confessione non est preceptum legis nature. Quantum ad istã propositionem est difficultas quia sunt au ctoritates que videntur sonare q tempore legis nature erat confessio in precepto nã habetur. Genesis. iij. cũ querebatur Adã vbi est. Dicit glo. q est vox dei confessio nem exigentis. ergo tempore legis nature quod durauit ab adã vsq; ad moysem cõ fessio erat facienda. Similiter in antiquo te stamento multe auctoritates videtur sona re q tenebantur confiteri. nã habetur Esaie narra si quid habes vt iustificeris. & psa. di xi confitebor &c. Ergo tẽpore legis moy si erat cõfessio de precepto. Item pfiteri nõ est aliud q̃ signo peccatum manifestare &

Precepti naturale.

Pria positio

Secũda

Tertia

nō est necessarium q manifestetur voce qa mutus pōt cōfiteri. sufficit signo quo possit sacerdos deuenire ad notitiam peccati. sed sic est q in antiquo testamēto signis exterioribus tenebantur peccata sua manifestare sacerdoti. Patet in Leuitico. xvi. fere p totum. nam imponebantur oblationes pro peccatis. & ille erant signa peccati commissi. Item de lege nature est ista propositio/ q malefic⁹ puniatur & nō potest puniri a se. ergo ab altero qui peccatū nouit quia non potest punire nisi peccatum sibi notum. ego de lege nature est q fiat manifestatio peccati. ¶ Quantum ad argumentum de oblationibus dicit. s. Tho. q in lege nature/ Moysi/ & noua fuit cōfessio diuersimode de precepto/ nam in lege nature confessio fuit preceptum/ vt tantum valet sicut interior peccati recognitio vt est dei offensiuum. & per interiorem remissionis petitionē & detestationem remittebatur. sed existentes in veteri lege obligabantur ad illud ad quod obligabātur existentes in lege nature/ & cum hoc ad aliquam oblationem De qua leuitici a. iiij. & .v. c. vsq ad finem. Sed in nouo testamēto obligamur ad illam interiorem recognitionē & petitionem remissionis a deo. & cū hoc ad exteriorem manifestationem peccati certe persone scilicet sacerdoti. vltra dicit q in antiquo & nouo testamento diuerso modo protestantur se peccasse homines/ nam in antiquo oblationibus se protestabātur peccasse sed nullo certo peccato/ nam offerendo turturem vel agnum vel columbā bene protestabantur se peccasse: sed non protestabāt se peccasse hoc certo genere peccati. sed in nouo testamento oportet de quocunq genere peccati protestari se peccasse illo genere peccati. Secundo in antiquo testamēto illa protestatio fiebat publice puta per oblationem talis rei & non erat instituta pro tali certo genere peccati quia offerendo publice se diffamassent. nam si oblatio turturum significasset determinate hoc vitium publice se diffamassent & secretum reuelassent in tali oblatione. Sed confessio noui testamenti fit secrete. vnde ponitur tale documentum/ homo faciendo operationem publicā per quā significat se peccasse in genere non diffamat se nec est proditor sui criminis: sed faciendo publice aliquam operationem per quam denotaret se peccasse tali certo peccato se diffamaret/ exemplum primi. vt faciendo operationem per quam publice fateor me peccatorē nō diffamo meipsum. Hinc est q ille q vadit ad confessionem publice protestatur se publice in genere peccasse: sed non protestatur se peccasse certo genere peccati. vnde publice protestari in genere se peccasse nō est se diffamare: sed publice ptestari peccasse hoc genere peccati occulti est se diffamare Ex quo sequitur correlariū q sacerdos iter celebrādum si recordetur se esse in peccato non cōfesso non tenetur omittere celebrationem & confiteri tunc. ratio/ quia in casu confitēdo fateretur se certo peccato peccasse scilicet paccato negligentie/ & sic diffamaret se quia per talem actum publicū fateretur se peccatorem & negligentem in dispositione preuia/ & preceptū de se non diffamēdo plus obligat q̄ preceptum de confessione tunc. Ideo quando iam sacerdos initiauit celebrare & succurrit ei peccatum non confessum non tenetur tunc confiteri. Quantū ad alias auct. dicit glo. Adam vbi es: q est vox dei confessionem exteriorem requirentis/ dico q exigebat solum confessionem interiorem puta detestationē peccati. Ad aliud de Esaia: narra si quid habes vt iustificeris. dico q illud est dictum iudeis existentibus in captiuitate dicentibus se iniuste captiuos & ideo narra. i. allega opera bona que fecisti ad probandum q iniuste sis in captiuitate detentus/ & non intelligitur q narret peccatum. Ad illud psal. dixi confitebor/ dico q intelligitur de confessione .i. de proposito confitēdi confessionem interiori q̄ confessio iterior in omi lege post paccatum fuit de precepto. Ad rationē q adducit, hec propositio est de lege nature

¶ Cōfessio iterior in omi lege post peccatū fuit de precepto.

malefactor est puniendus quia de lege nature est q nullum peccatum remaneat impunitum & nō potest puniri ab altero nisi peccatum fuerit ei notum vt notum est/ ergo de lege nature est q peccatum manifestetur/ dico q verum est q est de lege nature: hoc est/ ē multū cōforme legi nature q homo post q̄ peccauit/ & deum offendit recognoscat peccatum & offensam & detestetur & sic confessio interior est in tertio gradu iuris nature. sed q alteri homini manifestet in nullo gradu legis nature est & sic patet declaratio prime propositionis. ¶ Nūc sequtur declaratio secūde q̄ talis est: confessio non est de precepto humano & in ista est maior difficultas. vnde glo. de pe. dist. v. ca. primo inquirit hoc & qualiter sit facienda & cui & quando. Vnde dicunt quidem (vt dicit illa glo.) institutam fuisse in paradiso statim post peccatum dicente domino ad adam/ Adam vbi es: alij dicunt q sub lege fuit primo instituta quādo Iosue precepit Achar crimen suum confiteri & lapidatus est. Alij dicunt q in nouo testamento a Iacobo dicēte cōfitemi alterutrum peccata vestra. Iacobi. v. & dicit glo. q multo melius est dicere ipam fuisse institutam ex quadā vniuersali ecclesie trāsactione potius q̄ ex nouo testamento vel veteris auctoritate/ sed hoc nō videtur verum quia tunc greci sicut non acceperunt alias constitutiones ecclesie/ puta q confiterent in pane non fermentato. eodē modo diceretur si non acceperūt confessionē vocalem non tenerentur confiteri. sed omnes theologi dicunt oppositum. Ideo obligatio ad confessionem non est ex solo precepto humano positiuo. Ideo dico primo q si Christus non instituisset sacramētū penitentie etiam non potuisset institui/ qa vt dicit doctor. in principio huius quarti. sacramentum dicitur signum sēsibile efficax gratiā significās. id est ad cuius presentiam dum modo non ponatur obex necessario necessitate legis ponitur gratia. ergo ille solus potest instituere sacramentum in cuius potestate est aliquo signo sensibili posito in non ponente obicem causare gratiā: sed nullus est preter deum qui hoc possit facere. ergo sequitur q sacramentum confessionis est solum instituibile ab ipso deo/ & sic formatur ratio. Ille solus potest instituere sacramentum & signum gratie qui potest dare gratiam respectu illius signi. sed sic est q solus deus ad presentiam illius signi potest dare gratiam. igitur/ & hoc concessum est ab omnibus ferme q solus Christus potuit instituere sacramēta. Dico secūdo q sacramento a Christo instituto ad quod sacramentū necessaria est prius confessio adhuc si nō fuisset a Christo datum preceptū de confessione facienda ecclisia non potuisset illam precipere. Si tertium membrum teneatur scilicet q confessio non cadit nisi sub precepto ecclesie non potest faciliter improbari nisi quia vel ecclesia non attentasset tam arduum preceptum imponere omnibus christianis nisi esset preceptum diuinum vel quia non inuenitur vbi ab ecclesia imponatur quin ante sancti reputarent hoc preceptum de cōfessione obligare/ nā si allegatur capitulum de peni. omnis vtriusq sexus illud est innocentij tertij quem precessit augustinus plusq̄ per octingentos annos qui predicat confessionem valde esse necessariā/ nichilominus durandus ratione apparenti nititur probare q ecclesia ex omni auctoritate sibi data a Christo non habet potestatem super homines nisi in ordine ad actus exteriores ita q ecclesia non potest punire peccata secreta cordis/ quia sunt relicta iudicio dei in ca. tua nos. de symonia/ exteriora iudicibus exterioribus interiora vero deo sunt reseruanda/ ergo non potest ecclesia precipere q confiteatur peccatum cordis quod est secretū/ & ista probatio videtur manifeste concludere q ecclesia non habet potestatem sup peccata hominis nisi exteriora quia non habet potestatem nisi super illa que possūt ei manifestari & illa sunt exteriora/ ergo non potest ecclesia obligare hominē ad cōfitendū

modꝰ dicendi aliquorū q cōfessio ē de precepto ecclesie.

Durād vult q ecclesia nō potuit p̄cipere cōfiteri.

¶ Ecclesia nō potuit instituere sacramentū penitentie.

peccatū qđ ē solū interius. Quātū ad difficultatem: vtrū ecclesia possit punire secreta cordis? Habetur glo. in clementina de hereticis q̄ potest secreta cordis punire p̄ sententiam excōmunicatois. sed doct. tenēt oppositum & concedunt omnes q̄ nullā habet auctoritatem nisi super exteriora/& ista ratio durandi videtur satis apparens q̄ nō tenemur solo p̄cepto humano ecclesie confiteri. Facit alias rationes/quia si solo p̄cepto humano ecclesie teneremur cōfiteri/sequeretur q̄ papa non obligaretur ad confessionem quia par in parem nō habet imperium. ¶ Panormitanus tenet q̄ p̄ Panor.
ceptum de confessione est solum humanū & tenet cum opinione/glo. in capitulo. Omnis vtriusq; sexus. Item sequitur q̄ infideles non tenerentur ad confessionem in capitulo Gaudemus de diuortijs/infidelis nō subicitur ecclesie/ ergo si tale preceptū sit solum humanum non tenerentur confiteri/a fortiori si glo. dicit q̄ græci non tenentur nec etiam infideles. Argumentum ad probandum q̄ infidelis nunq̄ obligat ad confitendum tempore quo manet infidelis ita q̄ non peccat peccato omissionis si non confiteatur. arguit sic/nunq̄ infidelis agit p̄ra preceptum de confessione. Ita q̄ peccet nouo peccato si non confiteatur ergo nunq̄ infidelis obligatur confiteri p̄ tempore quo est infidelis. Ideo ante baptismum nunq̄ potest p̄trauenire precepto ecclesie ita q̄ imputetur ei ad nouum peccatum/licet obligetur ad baptismum tamen ante baptismum non obligatur ad preceptum ecclesie. Item dato q̄ infidelis esset in periculo mortis nunq̄ peccaret per hoc q̄ nō cōfitetur etiā habita oportunitate sacerdotis/ Patet: detur oppositū scilicet q̄ fortes infidelis peccet quia non confitetur.

Infidelis obligat ad baptismū.

Contra vel peccat per hoc q̄ tenetur confiteri de peccatis cōmissis ante baptisma/vel quia tenetur baptisari & habita oportunitate sacerdotis peccaret duplici p̄cō scilicet duplici omissione/qa omittit confiteri & omittit baptisari/ergo peccaret duobus peccatis distinctis/ non potest dici primū quia confessio nichil ei prodesset nisi baptisatus esset. quia nullus ē capax alicuius sacramenti nisi fuerit baptisatus. ergo infidelis non peccat quia non confitetur nisi etiā pro nunc teneatur baptisari. Sed q̄ non detur secundum/patet/bene sequitur fortes p̄ nunc tenetur baptisari/ ergo si baptisaret non tenetur confiteri peccata ante baptismum commissa & nunq̄ postea committet vt suppono. ergo nō potest dari casus i quo fortes infidelis peccet peccato omissionis de non confitendo anteq̄ sit baptisatus/etiam per consequens non potest agere contra preceptum de confessione anteq̄ baptisetur. quia habendo oportunitatē baptisandi sufficit ei baptismus sine confessione/ergo nunq̄ verū est dicere fortes est infidelis & peccat per hoc q̄ non confitetur. Verum est q̄ peccat quia non baptisatur quia tenetur semper baptisari sed q̄ teneatur ad confitendum non videtur michi dicendum. & sic peccata perpetrata in infidelitate non sunt materia penitentie. Contra: ergo preceptum de confessione non est diuinum/dico q̄ sunt aliqua precepta diuina que obligant aliquem vt prelatum: vt ē istud preceptū. pasce oues meas. & nō obligant omnes indifferenter. ideo non sequitur/hoc preceptum non obligat omnes indifferenter/ergo non est diuinum. Similiter dico q̄ est aliqđ diuinum preceptū qđ est a Christo institutum/ vt sunt precepta de sacramentis que regulariter non sunt expressa in euangelio: sed extraditione apostolorum. Probabiliter ergo dicitur q̄ confessio non est de precepto pure humano positiuo. Ex hoc tamen nō sequitur ergo infidelis stante infidelitate obligat ad confessionem. Resolutio ergo est q̄ntū ad duas primas propositiones circa questioem qua querebatur quo iure obligamur ad confessionem. Prima q̄ non iure nature quia in lege nature non vtebantur illa qua vtimur/nec in lege mosayca quia non erat vocalis: sed quedam protestatio per oblationes qua protestabatur se in genere peccasse & non in specie. & p̄ hoc differt a confessione legis euangelice. quia oportet p̄tes tari voce se peccasse certo genere peccati. Secūda propositio fuit/q̄ cōfessio nō erat de iure pure humano. & ratione Durandi hoc probatum est que est apparētissima inter oēs q̄uis Depalude dicat oppositū. Sequitur tertia propositio q̄tum ad istum articulum: q̄ obligamur iure non nature vt dicit prima propositio/nec iure humano vt dicit secunda: ergo iure diuino positiuo obligamur confiteri. quia nō sunt alia iura nisi ista tria. Circa hanc cōclusionē videtur difficultas. vtrum illud ius diuinum sit explicite positum a Christo in euāgelio/vel explicite positum in aliqua doctrina apostolorum vel alicuius apostoli. vel solum vocetenus a Christo dictum apostolis: & ab ipsis apostolis successoribus suis/& tandē nobis promulgatū. nā tenemur ad multa ex traditione ecclesiastica que ecclesia accepit ab apostolis & successoribus. & illa tādem peruenerunt vsq̄ ad nos. Si primum posset dari esset multo conuenientius q̄ eēt de iure diuino primo modo. & ad hoc inquirendum nō oportet assumere quod dicitur Matthei. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. quia ibi erat promissio de futuro & non collatio de presenti quia nō dicit tibi do claues. ergo illud non sufficit ad credendum q̄ sit preceptum expressum in euāgelio contentum. & breuiter sicut dicit doctor Si aliquis sit passus erit iste post resurrectionem. Io. xx. Accipite spiritum sanctū quorum remiseritis remissa erunt: & quorum retinueritis retenta erunt. Et arguitur sic/sicut arguūt doctores cōmuniter q̄ cōfessio sit de iure diuino. Nam ex illo passu collata est apostolis potestas arbitrādi seu iudicandi non principaliter: sed ministerialiter in peccatis. & iudicandi hominem esse absolutum vel non esse absolutum a quibuscunq̄ peccatis. sed sic est q̄ nullus potest bene arbitrari & iudicare de peccato nisi sit ei notum vel per testes vel per confessionem peccatorum. ergo est imposita necessitas peccatoribus vt illis cōstitutis apostolis & successoribus detegerentur peccata. & ista ratio se sola non cōcludit licet bene concludat q̄ si peccator velit se submittere q̄ sacerdos habet potestatem arbitrandi & iudicādi de peccato suo: sed ratio nō concludit q̄ imponatur necessitas peccatori vt detegat sua peccata sacerdoti & iudicetur ab illo. nam sequitur iste habet potestatem iudicandi. ergo illi super quos habet auctoritatem habēt necessitatem vt ab isto iudicentur. nam ex doctrina doctoris sunt quatuor que ex equo habent auctoritatem absoluendi peccatorem parrochianum scilicet papa/episcopus/curatus/& penitentiarius. Vnde non sequitur episcopus habet potestatem arbitrandi & absoluendi sortem parrochianum huius ecclesie parrochialis. ergo parrochianus habet necessitatē vt iudicetur ab episcopo. cōsequētia nihil valet: quia potest accedere ad curatum/nō sequitur est quibuscunq̄ sacerdotibus ex illo verbo tradita potestas arbitrādi. ergo imposita est peccatori necessitas se submittendi sacerdoti. verūtamen arguit Richardus q̄ sic dicens nunq̄ datur auctoritas alicui arbitro nisi alicui vel aliquibus imponatur necessitas vt iudicetur ab isto arbitro vel iudice: alias videretur nihil habere auctoritatis super illum vel illos. dico q̄ rex potest in regno alicui cōmittere potestatem iudicandi ita q̄ sua iudicia tenebūtur si partes voluntarie coram ipso velint procedere ita q̄ nullis partibus imponeret rex necessitatem vt agant causas suas coram illo nihilominus si submitterēt se illi sua sententia erit valida. ergo ista propositio est falsa nulli datur auctoritas iudicandi nisi alicui imponatur necessitas subijciēdi illi: sed ista est vera nulli datur auctoritas iudicandi quin sententia valeat si partes se submittant. Vnde differentia est inter arbitrum & virū prudentē isto mō/qa si a viro prudēti petatur qđ iustū sententia ab eo lata non ligat: sed si petatur ab arbi-

Preceptū de confitēdo est diuinum nec sequitur q̄ obligant oēs fideles et infideles

i. j.

Sy Scotꝰ conatur ly autor deducere cōfessionē ee de iure diuino.

tro secundo modo.i. qui habet potestatē iudicandi licet nullus habeat necessitatem se submitendi illi si petatur ab eo iustū sententia illius ligat. Sed ille rationes nō ꝓcludunt. Et ratio doctoris est ad probandū ꝙ ex illo verbo quorūcunq; remiseritis non imponitur necessitas nisi submittamus nos sed bene potest probari ex illo passu & alio scilicet diliges dominum & proximū sicut temetipsum. Et sic arguitur/quilibet q peccat mortaliter perdit gratiam. & virtute huius precepti Diliges proximū sicut temetipsum: tenetur agere q̄tum potest ad recupandam gratiam: quia alit er non diligeret se sicut debet. Tunc arguitur sic: qlibet tenetur agere q̄tum potest ad recuperādum gratiā Sed ex illo passu quorū remiseritis absolutio sacramentalis est instituta a Christo ad recuperādam gratiā. ergo quilibet tenetur post peccatū elaborare q̄tum potest vt consequatur absolutionē sacramētalem/quod non potest sine confessione. Dices concesso antecedēte: scilicet ꝙ quilibet tenetur elaborare ad recupandam gratiā. & ꝙ absolutio sacramētalis est instituta ad recuperandam gratiā etiā hoc ꝓceditur. ergo tenetur elaborare vt cōsequatur absolutionē sacramentalem a sacerdote. negatur cōsequētia: quia est aliud remediū ad recuperandū gratiam: sed si assumeres minorem isto modo. sed absolutio sacramētalis est mediū precisum ad recupandā gratiā: tunc argumentū concluderet: sed dico ꝙ est aliud remediū/scilicet cōtritio/& sic argumentū solū probat ꝙ tenetur conteri vel ꝓfiteri sacramentaliter. Assumit doctor aliā propositionē ꝙ vtrūq; istorū scilicet absolutio sacramentalis & cōtritio est mediū sufficiens ad recuperandum gratiā: sed absolutio sacramētalis est vnū mediū magis certū de recupatione gratie q̄ cōtritio & magis facile. & ꝓtritio est mediū minus certū & difficilius. nā possum esse certus ꝙ eūdo ad absolutionē sacramentalem non pono obicem & ꝙ feci quicquid potui vt illam reciperem: sed nō possum esse certus de cōtritione an fuerit satis intensa & sufficienter continuata que requirūtur secundum doc. ad hoc ꝙ remittat peccatū: sed quādo sunt duo media debeo capere certius & facilius: alias videor ꝓtēpnere. Nam si sint duo media acquirendi diuitias vnū facilius & certius/ & aliud multum incertū & difficile. si capio icertum & difficile alio facili & certo spreto videor cō tēpnere diuitias & pecunias. Ideo postq̄ sunt duo remedia recuperande gratie/vnū certum & facile scilicet cōfessio & absolutio sacramentalis & aliud difficilius & icertius scilicet ꝓtritio si dimittā certius videor contēpnere ipsam gratiā & per ꝓns ex illis duobus quorum remiseritis. & ista ratione videtur ꝙ cōfessio est de necessitate facienda. Vnde secūdum doct. vt recipiatur gratia p absolutionē sacramentalē sufficit ꝙ nō ponatur obex. & non regritur cōtritio nec attritio: sed sufficit voluntaria sacramēti susceptio. Tamen ratio doct. nō est sine difficultate. quia tūc seqtur ꝙ q̄cito quis teneretur ꝓfiteri q̄ cito teneretur penitere si haberet copiam sacerdotis. Infero ergo ꝙ doct. ex ratione sua consequenter debet concedere illatum sed hoc non tenent communiter doctores. qa regulariter potest differre confessionem: sed non concedunt ꝙ possit differre contritionē. Patet sic. sortes peccator non tenetur penitere nisi ad recupandam gratiā deperditā nūc. i. ante pascha & tempus determinatū ab ecclesia vt ꝓfiteat sed sic est ꝙ nūc hēt duo media ad recuperandā grantiā vt assumit doct. habet cōtritionē & absolutionē sacramētalē vnū certū qd̄ est facile ad recupandā gratiā/scilicet cōfessionē & absolutionē sacramētalē alterū incertū & difficile ad recupandā gratiā scilicet cōtritionē saltē apud doc. q tenet ꝙ ad sufficiētē ꝓtritionē regritur magna intētio. & continuatio temporis. ergo sortes si assumat mediū difficilius relicto faciliori videtur gratiā spernere. ergo peccator q̄cito tenetur penitere tenetur q̄cito confiteri si habeat copiam sacerdotis. Item seqtur ꝙ quilibet teneretur semp capere viā faciliorē ad

beatitudinem assequendam. & sic tenetur ingredi religionē & ad opera consilij: sed hoc est falsum quia quilibet potest stare in preceptis dei: & nō obligatur ad consilia.

¶ Q̄tum ad primum argumentū/Henricus concedit correlarium: puta ꝙ quācito peccator tenetur penitere tācito tenetur cōfiteri si habeat copiam sacerdotis. & hoc si non expectet maiorem oportunitatem confitēdi: etiam dato ꝙ nō sit in periculo mortis. Ratio huius ex doc. quia videretur cōtemnere si differat ꝓfessionem: sed dicemus in sequētibus pro quo tēpore obligatur.

¶ Q̄tum ad secundū illatū ꝙ quilibet via tor tenetur arripere viam faciliorem ad cōsequendum beatitudinem. Hac occasione querit Hēricus/vtrū duobus bonis ꝓpositis semp teneamur eligere maius & melius bonū; dicit ceteris paribus ꝙ hō peccat accipiendo minus bonum: puta si sit equalis facultas. Facit argumētum de consilijs & de preceptis & dicit ꝙ cetera non sunt paria/ quia maior labor est in cōsilijs. & sic adhuc cōsequētia nihil valet penitus cū infertur/ sequeretur ex illa ratiōe ꝙ quilibet semper teneretur via faciliori elaborare ad consequendum beatitudinem. dico ꝙ obseruatio consiliorum non est via certior q̄ obseruatio preceptorum. imo tenemur credere ꝙ ad beatitudinem sufficit obseruatio preceptorum: tamen dico ꝙ est facilius illi qui est in statu cōsiliorum vt religiosis est facilius seruare precepta. ergo tenetur illam assumere/ consequētia non valet quia cetera nō sunt paria. Dico preterea: ꝙ doctor nō vult dicere ꝙ sua ratio concludat omnino Habemus ergo ex doctore/ ꝙ non vnico passu sacre scripture habemus preceptum de confessione. Secūdo habemus rationem ꝙ in istis duobus/quorum remiseritis/ & diliges teipsum includitur preceptum de confessione. ¶ Aliqui dicūt ꝙ preceptum de confessione continetur non in isto verbo quorū remiseritis: sed in isto quorū retinueritis. ita ꝙ ex illo verbo infertur necessitas confitendi. & sic glosant quorū retinueritis. i. non remiseritis retenta sunt in celo/ id est nō sunt remissa in celis. Nam bene sequitur quorum peccata non remittuntur a presbytero nō remittūtur apud deum: sed homo tenetur laborare ꝙ remittantur sua peccata. ergo tenetur confiteri illa: consequentia est certa: ergo ex illo passu ita glosā do vt dictum est imponitur necessitas confitendi. Dices/contritio remittit peccatum ergo presbyter non remittit. ergo glosa illa est falsa. & per consequēs non potest ita glosari. Cum arguitur per cōtritionem remissa sunt peccata apud deum: & tn̄ non sunt remissa a presbytero. distinguo: vel ꝙ nō sunt remissa a presbytero saltem in voto id est in proposito ꝓtriti: & sic nego vel ꝙ nō sunt remissa a presbytero formaliter: verum est. & est simile sicut dicit Christus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c̄. supple/ vel in re vel in voto vt propositum baptismi in voto vel in re. & post votum habita oportunitate rei tenetur ad rem: alias non teneretur ad votum hinc est ꝙ infidelis habita oportunitate post votum de baptisando tenetur baptisari. Ita dico similiter quorum remiseritis/vel in re realiter absoluendo vel saltē in proposito illius cui remittūtur. ergo si tenetur ad ꝓpositū tenet ad rem ipsam habita oportunitate rei. & sic ita glosando facile videt ꝙ preceptū de ꝓfessione habetur i illo verbo quorū retinueritis. & hoc videtur multū mihi ꝓbabile ita glosando. Doc. dicit ꝙ nō habet ex doctria alicuius apostoli/nō ex Iacobo. qa non potuit obligare totā Christianitatē: qa erat solum existens hierosolimis & nō sūmus pōtifex Secūdo Iacobus nō dicit ꝓfitemini presbytero: sed alterutrū. & uidet loq de illa cōfessione de qua ꝓfitemur nos pctōres i genere: & sic nō habetur ex illo ꝙ teneamur ꝓfiteri illa ꝓfessione de qua ē sermo ꝓsens. Et si nō potest hoc hēri oportet venire ad tertiū. qa si nō habet ex euāgelio vel ex doctrina alicuius apli oportet dicere tertiū ꝙ preceptū datū ē vocetenus aplis a Christo & ab aplis voce tenus illis de ꝑmitiua ecclesia & ꝓter

i.ij.

q. ex dicto isto bi nō cōcludatur cōfessionē auricularē ee de iure diuino.

alter modo deducēdi cōfessionē vocalē ee de iure diuino ex illa parte q̄z retinueritis et placet huic doctori.

ad nos vsq; peruenit. sicut sunt multa pre
cepta que non sunt expressa In euangelio
nec in doctrina apostolorum: sed voce te
nus data apostolis vsq; ad nos/& maxime
preceptū de eucharistia sumēda sacramēta
liter. Iuxta illud Ioā. vltimo. Multa quidē
& alia signa fecit Iesus que non sunt scripta
in libro hoc. Et aliqui dicunt q; eodēmo
do posset dici de cōfessione: sed primus mo
dus scilicet quorū retinueritis/ videtur mi
chi probabilior & starē in illo modo.

¶De secundo articulo. &c.

¶IN ISTO ARTICVLO Inuestigat si
stando precise in iure diuino quid cōtineat
illud ius diuinum. Vtrum includat prece
ptum de cōfessione: & nititur declarare de
illo qui obligatur illo precepto scilicet qs/
secundo quid/tertio cui/quarto qualiter.
Vnde in illo precepto includitur quis obli
getur: scilicet adultus habens vsum ratiōis
alicuius peccati mortalis sibi conscius. & p
adultum non intelligo habentem tantam
vel tantam etatem. quia aliquando in mul
tis malicia supplet etatem. Vnde fatui a na
tura nūq; sunt adulti: sed capit adultus pro
illo qui scit discernere inter bonum & ma
lum: & qui potest respōdere ad interroga
ta sibi facta. Secundo in illo precepto inclu
ditur quid: scilicet mortale. quia veniale
iure diuino non tenemur confiteri: cū non
ponat hominem extra nauem ecclesie/ que
est charitas seu gratia. quia per eam quis sal
uatur. sed per veniale nullus perdit gratiā.
ergo nullus per illud constituitur extra na
uem ecclesie. & penitentia est secunda tabu
la post naufragium: ergo pro veniali nul
lus tenetur confiteri saltem iure diuino (se
cus esset de illo qui in toto anno non com
misit aliquod mortale/ videtur q; iure eccle
sie teneatur confiteri in paschate sua venia
lia) nichilominus si de veniali dubitat vel
habet conscientiam q; sit mortale propter
dubium debet confiteri tanq; de mortali/
sed quando scit q; est solum veniale iure di
uino nunq; tenetur cōfiteri: sed solum mor
tale vel illud quod credit vel adminus du
bitat esse mortale. Dicit: tenetur confiteri
quodlibet mortale. quia vnum confiteri &
aliud tacere est se simulare bonum & ad hy
pocrisim tendere & semper venia frustrari:
ad quam credit perfusta peruenire. Dicit
Augustinus. ergo quodlibet mortale cu
ius est conscius tenetur iure diuino confite
ri. Circa hoc mouētur difficultates. Prima
dicis q; tenetur quodlibet confiteri de quo
est conscius. Contra/ergo adultus qui ba
ptisatur & ponit obicē non effectui baptis
mi: sed remissioni peccatorum cōmissorum
ante baptismum teneretur postea confiteri
illa quia est cōscius illorum: & non sunt ei
dimissa per baptismum. Secūda difficultas
est vtrum aliquis irretitus pluribus peccatis
de quibus non est absolutus sacramentali
ter possit absolui sacramentaliter de aliqui
bus & nō de omnibus: & ista difficultas est
de illo qui habet casus reseruatos & non re
seruatos/ tenetur vni scilicet curato suo cō
fiteri casus nō reseruatos. & alteri puta epi
scopo vel penitentiario casus reseruatos.
ergo ad veram confessionem & sacramen
talem absolutionem nō requiritur q; con
fiteatur vni singula mortalia cuius est con
scius. ergo hoc non est necessarium confite
ri singula mortalia cuius est conscius. ¶Ter
tia difficultas quare debet omnia cōfiteri/
de qua est altercatio inter Thomam & Du
randū & De palude. ¶Quarta difficultas/
vtrum quis possit obligari ad iterum con
fitendum peccata prius sacramētaliter cō
fessa & dimissa. ¶Q; tum ad primam diffi
cultatem sit sortes qui ponit obicem in ba
ptismate remissioni peccatorum / quia vel
peccat actualiter vel habet complacentiam
in peccato preterito/vel quia proponit in
futurum peccare post baptismum est con
scius illorum: & tamen non tenetur confi
teri. vt dicunt doctores in quarta distinctio
ne huius quarti. & hocidem tenet doctor
expresse ibidem: & est argumentum fortissi
mum ad probādum q; non sit preceptum
iuris diuini confiteri peccata quorum quis
est conscius. quia nō tenetur p;fiteri p;missa

Mouent q̄uor difficultates

Prima.

Secūda.

Tertia.

Quarta.

Solutio prime difficultatis.

ante baptismū qa nō erat de foro ecclesie.
Et pro difficultate iquiro quod ē obiectū
sacramētalis absolutionis & cōfessionis te
nendo opinionē doc. q; nō potest absolu
tio super eadem peccata precise habere dua
busvicibus suū effectum vt sequēti questio
ne dicetur quero qd est obiectū: vel est pec
catum non remissum. vel est peccatū nō re
missū sacramentaliter: id est peccatū non re
missum p absolutionē sacramētalem. Si di
catur q; est peccatū remissū: ergo ;tritus nō
potest absolui sacramentaliter. qa sunt oia
ei remissa. Si dicas q; est peccatū nō remissū
sacramētaliter: ergo infero cū peccatū istius
qui sumpsit baptismū qui impediuit gratiam
cū non sint sua peccata dimissa sacramenta
liter teneretur confiteri de peccatis ante ba
ptismum commissis. Infero etiam secundo
q; qui fecerit sufficientē indaginē & nō re
cordatur vnius peccati ;missi/& nō habet
displicentiā sufficientē ad remissionē pecca
torū ;fitetur tñ ea quorū recordat ;fessiōe
sacramētali/absoluitur ab oblitis sacramen
taliter. ergo si recordetur postea de oblitis
non tenetur ;fiteri qa est absolutus vi absо
lutiōis sacramētalis ab illo p;tō oblito &
nō vi ;tritionis: qa nō erat sufficiēs. Videt
ergo difficile videre qd est obiectū p;cisū ab
solutionis sacramētalis suppositq; q; nō ha
beat duabus vicibus suū effectū sup eadem
peccata. ¶Q; tū ad hoc nō audeo esse pri
mus inuētor opinionis noue/ dicere q; te
netur ;fiteri peccata ante baptismū ;missa:
si posuerit obicē. & est appentia ex alia ra
tione: etiā q̄uis sint remissa per baptismum
Nam dicit doctor de baptismo innoscētis/
q; promulgato precepto de baptismo tene
tur baptisari/etiā q̄uis fuisset ei remissū ori
ginale p circuncisionē nō obstāte q; erat ei
remissum p sacramentū circūcisionis teneē
baptisari & sumere sacramentū institutū in
remediū peccati originalis. ergo simil;r q̄uis
p;tā ante ;mulgationē precepti sacrāmēti
cōfessionis fuissent remissa etiā sacramētali
ter. apparet q; ex vi p;cepti fuisset obligatus
ad confessionē dato q; fuissent ei remissa sa
cramētaliter prius. Sed ista ratio p;t solui/
quia suscipere tenebātur baptisma circūcisi
post sufficientē ;mulgationem vt eēnt de
corpore ecclesie & nō ad remissionē pecca
ti. Vñ nullus est de corpore ecclesie nisi per
characterē baptismalē. Sed ad difficultatē di
co cū doct. q; nō tenetur ;fiteri peccata an
te baptismū ;missa. Et cū infertur: ergo nō
quilibet cōscius de mortali etiā baptisatus
tenetur ;fiteri. Dico q; libet baptisatus cō
scius mortalis p;ti ;missi post baptismū te
netur illud ;fiteri: sed si sit ;missum a se an
te baptismum nō tenetur ;fiteri: quia in ba
ptismate si nō remittitur peccatū ;missum
ante baptisma tñ imprimit character i quo
est virtus nō respectu p;tōrū sequentiū/sed
preteritorū & precedētium. sed pro sequē
ti de necessitate regritur penitētia /& iuncta
penitentia caracter habet suū effectum respe
ctu peccatorū precedentiū & penitentia re
spectu sequentiū & cōmissorū post baptis
mum. & simul remittūtur oia: sed a diuersis
causis vna virtute baptismi cuius virtus re
manet i charactere & virtute cuius remittū
tur. & ex hoc videtur sequi ;tra doct. in ista
questione q; infideles non obligantur ad
preceptū ;fessionis. quia non obligantur
de commissis in infidelitate: nec etiā tenen
tur ;fiteri in infidelitate: nec qñ sunt fideles
Nam nullus est adhuc obligatus ad cōfes
sionem de peccatis futuris que ;mittet. er
go nullo modo obligatur infidelis. Ideo
nunq; infidelis omittit quia nō confitetur.
Ad secundam difficultatē sit sortes habens
diuersa peccata & reseruata & non reseru
ta confitēdo partem curato & partem epi
scopo dimidiat confessionem. ergo nō est
de ratione confessionis sacramentalis q; cō
fiteatur vni & absoluatur ab omnibus.
Hic tangitur difficillima questio inter do
ctores & vix enodata de istis casibus reser
uatis. De ista Durandus multa dicit nichil
resoluendo in fine. Capiam opinionem
Henrici in primo quolibeto questione vi
gesimanona que videtur multum apparēs
Pro cuius declaratione notandū q; absolu

Nullꝰ tenet̄ ;fiteri p;tā ante baptismū ;missa.

Infideles non omittunt nō ;fitendo.

Solutio ;tie difficultatis.

tio sacramētalis habet tres effectus. Primus effectus secundū doct. est remittere peccata. nam per absolutionē sacramētalē remittū-tur pecca quo ad reatum qñ nō precessit ni-si attritio. Secūdus effectus est remitere par-tem satisfactionis adhuc debite. qa ante ab-solutionē sacramētalē qñ sunt remissa pec-cata remanet obligatio ad penam tēporalē & vi absolutionis sacramētalis remittitur pars illius pene debite. Tertius effectus est recōciliatio ecclesie: nā per quodlibet mor-tale homo est sepatus ab ecclesia q̄tū ad su-sceptionē sacramēti ita q̄ nō licet accedere ad q̄dcūq; sacramentū nisi tale pctm̄ sit ei re-missum/& adhuc nō sufficit q̄ sit per cōtri-tionē remissum: sed requritur q̄ per absolu-tionem sacramentalē si possit haberi copia sacerdotis q̄uis homo per cōtritionē sit re-conciliatus deo nō tamen est reconciliatus ecclesie q̄ possit licite accedere ad sacramen-tum: sed reqritur reconciliatio ecclesie p̄ ab-solutionem sacramentalē. hoc suppositō. Dico primo: q̄ absolutio sacramētalis non potest dimidiari quātum ad primum effe-ctum. Dico secundo: q̄ quātum ad secun-dum & tertium effectū est p̄babile q̄ potest dimidiari. Tertio dico: q̄ q̄tum ad scdm & tertiū effectū: prima nihil agit nisi in ratiha-bitione de secūda suscipiēda. Quod autem q̄tum ad primū effectū nō possit dimidiari ratio est / nunq̄ potest de lege remitti vnū mortale quo ad culpā quin remittātur sin-gula. qa nō potest remitti vnū quin infun-datur gratia. ergo iplicat q̄ sacramētalis ab-solutio habeat suū effectū primum sup ali-quod peccatū quin habeat super singula.

¶ Q̄tum ad scdm sortes est irretitus casi-bus reseruatis & nō reseruatis / sortes est so-lum attritus & nō habet sufficientē p̄tritio-nem ad remittendū sua peccata quo ad deū absolutio q̄ datur a curato est sacramētalis & habet primū effectū integre & mediate talis absoluitur ab oībus tā reseruatis q̄ nō reseruatis: & recōciliatur deo & nunq̄ reser-uantur q̄tum ad absolutionē culpe: sed so-lum ad taxationem pene vel recociliationē ecclesie. nam implicat p̄tradictionē de lege q̄ absolutio sacramētalis habeat primum suum effectū super quedā peccata: & nō ha habeat super oia/imo oblitus inuincibili-ter alicuius peccati & nō confessus dato q̄ solum habeat attritionē remittitur etiā pec-catum oblitū: & est argumētum p̄tra doct. q̄ p̄tm̄ nō remissum sacramentaliter nō est obiectū adequatū confessionis/ qa tenetur iterū si recordetur illud p̄fiteri. Vltra dico q̄tum ad duos alios effectus scilicet remissi-onem pene tēporalis & reconciliationē ec-clesie pōt partiri. De remissione penevidet probabile / & sit Sortes a pluribus absolu-tus potest satisfacere de pena debita pecca-to supbie nō satisfaciendo de pena debita auaricie. stat ergo q̄ faciat vnū non faciēdo aliud. Cū ergo sortes per opa satisfactoria potest satisfacere & soluere debitū vnius pe-ne & nō alterius. ideo videtur q̄ nō impli-cat virtute sacramētalis absolutiōis q̄ remit-tat debitū vnius & nō debitū alterius. Iō di-cit Henricus q̄ virtute sacramēti absolutō-nis cutatus remittit aliq̄d de pena tēporali que debetur peccatis q̄ nō sunt reseruata: & nihil remittit de pena tēporali que debetur peccatis reseruatis: & hoc est probabile.

¶ Q̄tum ad tertiū: effectum q̄uis sit deo re-conciliatus nō tamē est ecclesie: quia nō est capax sacramenti imo prohibetur iure diui-no. & per sacramentū recōciliatur ecclesie. i. sit capax. Et dicit Hēricus qñ aliquis est ex duabus causis incapax: pōt liberari ab vna manente altera vt aliq̄s est excōmunicatus ad duas instantias: q̄uis nō sit in mortali est incapax sacramentorum quousq̄ sit absō-lutus ab illis potest tm̄ absolui ab vna & nō ab altera. Ideo tūc est icapax ratione vnius & non ratione alterius. ideo dicit post q̄ est absolutus a curato ratione casuum non re-seruatorum non est incapax ratione casuū non reseruatorum: sed ratione reseruatorū est incapax. Secundus modus est q̄ quan-tum ad istos duos effectus vltimos scilicet ad remissionē pene tēporalis & recōciliatio-nē ecclesie p̄ria absolutio nihil agit nisi in

ratihabitatione de secunda. i. prima absō-lutio quando fit nihil agit. i. nihil remittit de pena temporali/ similiter non reconcili-at ecclesie: sed secunda post q̄ sumitur in vir-tute ppria & virtute prie p̄cedētis agit & re-missionem alicuius pene tēporalis debi-te pene peccatorū: & ratione singulorū. da-tur simile quādo sortes suscipit baptismū/ & ponit obicem non remittuntur ei pecca-ta preterita/ postea penitet de obice posi-to. ista penitentia agit remissionem singu-lorum peccatorum nō virtute propria: sed virtute baptismi & effectus prius suscepti. ita sortes habēs reseruata & nō reseruata cō-fitetur oia pprio curato/ absoluitur a nō re-seruatis. prima absolutio nō reconciliauit eum ecclesie ratione cuiuscūq; peccati remis-si (remittitur semp p̄tm̄ quo ad culpā) sed secūda in virtute sua ppria & virtute prece-dētis reconciliauit ipsum ecclesie ratione sin-gulorum. & cū hoc aliq̄d remisit de pena debita simul/ & vtraq; opinio est probabi-lis/ iō tenet singula p̄fiteri. Resolutio ergo est q̄ absolutio sacramētalis potest habere virtutē sup reseruatos & nō reseruatos. ve-rum est q̄tum ad primū eius effectū: sed q̄tū ad duos alios effectus sunt due opiniones.

¶ Quantum ad tertium: que est ratio quare oportet confiteri singula peccata? Dico q̄ est preceptum diuinum. Doc. dant multas congruētias/ sicut se habet medicus corpo-ralis in ordine ad morbos corpales/ sic me-dicus spiritalis in ordine ad spirituales que sunt peccata. nā si q̄s laboret duobus mor-bis debet detegere oēs medico corporali. Simili modo si q̄s laboret duobus morbis spiritualibus. i. peccatis debet oēs detegere medico spirituali. i. confessori. Sed Dura-ndus dicit q̄ ista ratio nichil valet. quia gra-tia nulli nocet morbo spirituali quo ad sa-nationem. ideo non est simile sicut de me-dicina corporali que nocet vni morbo: & prodest pro altero: ideo dat aliā rationem que talis est. cōfessio est signū cōtritionis: ergo debet esse correspō dētia inter p̄tritio-nem & cōfessionē/ sed nunq̄ valet cōtritio nisi sit de oibus. ergo similiter p̄fessio non debet valere nisi sit de oibus. ¶ De palude dicit q̄ ista ratio nō magis valet q̄ alia / qa satisfactio est ita valida sicut cōfessio: sed sa-tisfactio potest dimidiari. igitur. Ideo niti-tur de palude dare rationē efficatiorē q̄ est hec/ deus nunq̄ absoluit a pctō quin absol-uat a quolibet mortali. quia ipiū est a deo dimidiā sperare veniā: sed sacerdos absol-uit vt minister dei. ergo debet se pformare in absoluendo ipsi deo. si deus igitur absol-uit ab omnibus nūq̄ sacerdos absoluit ni-si absoluat ab omnibus: & non potest ab-soluere nisi a confessis. ergo omnia debent confiteri. Sed dico q̄ nulla illarum ē efficax & euidenter cōcludens oppositum. quare videt mihi q̄ precipua ratio est preceptum diuinum. ¶ Nec solum peccata.

¶ VISVM EST DE Precepto p̄fessionis stando precise in iure diuino quid includat/ q̄tum ad duo: scilicet q̄tum ad personā que obligatur p̄fiteri. Secundo de peccatis mor-talibus & omnia vni & c̄. Visum est etiam de casibus reseruatis. Tertio propter quam causam sunt singula vni p̄fitenda. Erat etiā questio mota vtrum possit quis pluries cō-fiteri eadem peccata: sed qa doc. de hoc facit mētionē i vno sequēti argumento. & ibidē tractabitur. Iam cōfiter ostēdit q̄ nō solum peccata sunt p̄fitenda: sed etiā circun-stantie sunt confitēde/ notāter p̄tā aggra-uantes. Et pro ista materia supponendum est q̄ circunstatiarū/ alie aggrauāt/ alie ve-ro nō. Aggrauantiū quedā trahūt in aliud genus peccati scdm denoiationē specialem Alie vero nō trahunt. Non attrahentium quedā alleuiāt/ quedā sunt impertinentes. Exemplū de attrahentibus in aliud genus peccati & de aggrauātibus. vt q̄ cognouit vxorē alterius vel sctimonialē/ hoc trahit i aliud genus p̄ti scilicet adulterij vel sacrile-gij. similiter q̄ sit p̄sanguinea trahit in spe-ciē incestus siue in aliud genus. & capit hic genus pro specie. Similiter capere alienū in loco sacro trahit in sacrilegium. Exēplum scdarū scilicet q̄ aggrauāt sed nō trahūt in

De circū stantijs.

aliud genus peccati vt ꝙ aliqs furatur multum vel paruum siue paucum illud aggrauat/est tamen simplex furtum dato ꝙ quis multum furetur. Similiter status persone aliquando aggrauat q̃is nō mutet in aliā speciem peccati. vt ꝙ sit homo prudens & doctus dūmodo non sit presbyter vel non vouerit castitatem cognoscendo solutam est simplex fornicatio/nihilominus est grauius peccatum q̃ si non esset talis. Et iste que aggrauant & non mutant speciem duplices sunt/quedam ponūt in numerū. alie vero non ponunt in numerum. i. que faciunt numerum peccatorum maiorē vt iteratio actus eiusdem in specie: vt pluries simpliciter formari nō trahit in aliam speciem a simplici fornicatione sed tamen ponit in numerum peccatorum. quia facit maiorem numerū. Alie nō ponūt in numerū vt simpliciter fornicari semel: sed maiori voluntate & libidine hoc aggrauat: sed nō facit numerum. Non aggrauantium alique alleuiant vt maior temptatio vel ignorātia. Alie nec aggrauant nec alleuiant: sed se habēt impertinenter. vt ꝙ mulier cum qua rem habuisset: sit berta vel ioanna longa vel brevis. Istis suppositis est difficultas inter doctores que sunt necessario confitende. Dicitur primo ꝙ alleuiātes & impertinētes nō sunt necessario cōfitende nisi cōfessor sciscitetur. Item oēs doc. dicunt ꝙ oēs circūstantie que variāt genus siue mutāt speciē & trahunt in aliud genus peccati seu mutāt & trahūt in aliā denominationē sunt necessario confitende: & ista sunt certa apud oēs doctores/videlicet nō oportet confiteri impertinentes. Secūdo nō oportet ꝓfiteri alleuiātes: sed oportet de necessitate confiteri aggrauantes mutantes genus aut denominationem. Quarto oportet necessario cōfiteri aggrauātes ponētes in numerū/puta reiteratione q̃isnō mutēt speciē. oportet confiteri quotiēs etiam in eadem specie/& hoc si habeat certitudinem vel probabilitatem de quotiens/si non oportet attingere propinquitatem numeri. Ista sunt certa interdoct. Sed de alijs circūstātijs q̃ aggrauāt nec ponūt in numerū nec variāt speciē difficultas est/vtrū sint ꝓfitēde/puta vtrū sit necesse ꝓfiteri ꝙ erat parua vel maior tēptatio vel ꝙ preuenit tēptationem vel cū magno conatu & magna libidine/vel vtrum ista possint taceri? Similiter an necessario sit cōfitendum in furto magnū vel paucum ablatum que nō mutant speciē? & pono vtrūq; ablatum mortale: habemus quid certum & quid dubium. Cōiter dicitur ꝙ nisi mutent speciem/aut ponant in numerū/non sunt necessario confitende nisi ad interrogationem sacerdotis: sed expediēs esset ꝙ ꝓfiterē tur. & illius sententie videtur esse August. ꝙ sunt necessario ꝓfitende cōsideret tēptationem. quia magis peccat cognoscens turpem q̃ pulchram propter minorē temptationem. Dubium ergo est de vltimis: vtrū tales que non variant speciē nec ponunt in numerū: sed solum aggrauant in eadē specie & in eodem actu peccati sint necessario confitēde: maior pars doctorū dicūt ꝙ nō

¶ Circa hāc materiā sunt difficultates vtrū circunstantia festi necessario sit confitenda: vt puta ꝙ peccatum est die dominico vel alio festo perpetratū. Iacobita generalis minister ordinis in suo tractatu nititur probare ꝙ non: quia nō prohibetur speciali prohibitione cessare a peccato in die festo: sed cessare ab operibus seruilibus. Alie difficultates. Si quis non possit confiteri circunstantias mutantes speciem sine reuelatione peccati proximi. Vtrū tunc sint necessario confitende vel omittende. vt sortes cognouit sororē propriam & non potest habere copiam alterius sacerdotis cui possit confiteri nisi illius qui cognouit sortē & scit illū habere vnicā sororē precise/nō potest ꝓfiteri illam circunstantiā quin reuelet peccatum secretum sororis: vtrū teneatur illā cōfiteri? Dico ꝙ sic. vnde dicit de Gandauo in tertio quolib. q. xxiij. duas ꝓpositiones. prima/nūq̃ pēnit̃ proximi ē reuelādū in ꝓfessiōe directe. Secda ꝓpō. Est aliqñ reuelādū indirecte puta p ꝓfessionē propriam & directā

Peccati proximi aliqñ indirecte est per confessionē reuelādum.

in tali casu dicit ꝙ necessario non obstante reuelatione indirecte peccatum proximi tenetur confiteri. Sed pono casum ꝙ sortes cognouerit vxorem presbyteri sicut in grecia vbi sacerdotes sunt vxorati vel cognouerit vnicam sororē curati que sit sua consanguinea vel sit filia eius presbiteri curati sortes commisit incestum cum illa si cōfiteatur illā circūstantiā dabit occasionē sacerdoti interficiendi suam vxorem vel perpetuo odiendi sed arguit ꝙ oporteat confiteri illam quia confiteri circunstantias aggrauantes est de necessitate vite & precepto diuino. ergo non sunt omittende propter scandalū nec phariseorum nec pusillorum. nam communiter dicitur ꝙ illa q̃ sūt de necessitate vite non sunt omittēda propter scandalum. Ad hoc altissio dorensis: dicit ꝙ non. & ita est non tenetur confiteri in illo casu/sed tenetur in genere dicere cōmissi peccatum luxurie & non declarare in specie. Et ad argumentum confiteri tales ē de necessitate vite quia est de precepto dei Dico ꝙ non est de primaria veritate vite quia non est de lege nature. sed nō scandalisare fratrem ē de prima veritate vite. ideo ratione scandali efficitur non de precepto Sed est alius casus in quo est difficultas maior/sit sortes presbyter habens vnicam sororem commisit incestum cum ea & credebat eam esse suam concubinam scit postea commisisse cum sorore sua per cōfessionē eius & presbyter cuius habet copiam scit illum non habere nisi illam sororem. vtrum tunc teneatur confiteri llam circunstantiā que mutat in aliam speciem? apparet ꝙ nō quia confitendo reuelaret cōfessionem sororis nam reuelare confessionem nichil aliud est quam directe vel idirecte voce vel signo significare aliquē certo peccato peccasse sed sortes in tali casu denotat sororem peccasse & non scit alia via q̃ per confessionē. Talis casus habet difficultatē quia nūq̃ licet reuelare confessionem Dico ꝙ non tenetur confiteri illam circunstantiā & obligatur non detegere illā. Cōsequenter ponit doct. ꝙ illud preceptū includit cui. qa sacerdoti habenti potestatem. Ille enim in ecclesia habet solus auctoritatem ligādi & soluendi. an autem omnes sacerdotes habeant potestatem soluendi & ligandi tractabitur infra. Habemus ergo ꝙ illud precep tum includit personā que tenetur cōfiteri/quia adultus & conscius peccati mortalis/& qd. i. quodlibet mortale & circunstātias in aliam speciem trahentes & ponētes in numerum. De aggrauātibus non ponētibus in numerum aliqui dicunt ꝙ sic aliq ꝙ non. Etiam illud preceptum includit quādo: videlicet quādo est periculum mortis: vel quando oportet suscipere sacramentū aliquod/& ponitur ratio quia quando est periculum mortis vel necessitatis sacramenti suscipiendi vel quando non expectatur maior oportunitas. Sed circa hic ponitur casus ꝙ sit sortes in periculo mortis constitutus nō habens copiam sacerdotis ꝓtereū qui est excommuicatus vtrum sortes teneatur illi peccatum confiteri? Et est difficultas inter duos doctores qui ꝓtrariant in hoc casu. Iacobus de viterbio i prio quolibeto .q. xviii. distinguit/vel presbyter cuius habet copiam est excommunicatus maiori excommunicatione vel minori. Si maiori nō tenetur ei confiteri/& adducit duas rationes quarum prima est/nūq̃ est malum faciendum vt inde eueniat bonum nec est illicitum committendum propter quodcūq; bonum quod speratur subsequuturū: sed participare cum excommunicatis in sacramentis est semper mortale. Igitur propter bonum confessionis quod speratur non est participandum cū illo. Forte dices/aliquis potest participare cum excommunicato propter bonum spirituale ipsius excommunicati/puta admonendo eū de sua salute. ergo a fortiori licebit participare propter bonum spirituale ipsius participātis quia teneor magis procurare bonum meū q̃ excommunicati. prop terea dat aliam rationem. quia prima non cōcludit. talis excommunicatus non habet potestatem tūc

Vtrū aliquis possit cōfiteri excommūicato.

Iacobus de viterbio.

vtendi clauibus. ergo nullum bonum ide id est participando cum eo consequitur alter ei confitendo. Item omnia sacramenta sunt suscipienda in vnitate ecclesie sed talis excommunicatus est diuisus ab ecclesia. Ideo nullū sacramentū pōt pferre excepto baptismo i necessitate. Si aūt talis sit excō communicatus minori excommunicatione licet sit seperatus a susceptione sacramētorum non est tamen seperatus a collatione ipōrum/ & non habetur quin possit cōferre precipue in necessitate. ergo sortes in tali casu licite potest ab eo recipere sacramētum: & ista est resolutio illius docto. q̄ si sit excommunicatus maiori alter non debet confiteri ei nec potest/ si autem minori tenetur. Alius est doct. ptrarius scilicet De palude. xxiiij. distinctione quarti. q. v. ca. ij. dicit q̄ tenetur ei confiteri & potest ab soluere quāuis sit excommunicatus maiori excommunicatione quod bene credo. Immo quod plus est/ si sint duo presbyteri in extrema necessitate constituti & vter q̄ sit excommunicatus vterq; alterum potest absoluere/ & ab excommunicatione & a peccato. Ratio eius est/ i iure humano pa rificantur adinuicem necessitas & ignorantia/ cūm necessitas nulli legi positiue subiciatur licet bene diuine/ & ignorantia inuincibilis excusat ab vtraq; lege scilicet diuina & humana: licet non a lege nature. sed sic est q̄ absolutus ab excommunicato qui ignoratur excommunicatus realiter ē absolutus. ergo etiam si sit necessitas ita q̄ nō possit haberi copia alterius videtur absolutus. vnde quantum ad minorē De palude in distinctione presenti. q. v. articulo secundo ad longum allegat quinque opiniones & resoluit se q̄ absolutus ab excōmunicato realiter est absolutus & si postea innotuerit ei q̄ erat excommunicatus tēpore absolutionis nō tenetur reiterare cōfessionem. patet/ sententia lata ab excommunicato secreto tenet: ca. ad probandum de sententia & re iudicata dicitur q̄ sentētia quedam erat irritāda propterea q̄ vnus iudicū erat publice excōmunicatus/ ergo per argumentum a contrario sensu si secrete est excommunicatus non minus sententia lata tenebit. & in foro exteriori est valida & si excommunicat realiter alter est excommunicatus/ ergo a fortiori absolutio ab illo qui ignoratur excommunicatus valebit. & ista resolutio videtur multum probabilis precipue quando vitare excommunicatum est solum de iure positiuo vt multi tenent. Vnde tenet Occā in dya. q̄ si sit talis necessitas/ & non habeatur copia sacerdotis nisi excommunicati tenetur ei confiteri. Et ad argumentum/ nūq̄ est illicitum faciendum propter quodcunq; bonum quod speratur subsequturū. Verum est: sed dico q̄ illud nō est illicitū/ sicut nō est illicitum conuersari cum excommunicato propter bonum eius. Similiter dico i posito & teneor credere q̄ in tali casu solū prohibeor iure positiuo conuersari cū excommunicato/ & seclusō illo non obligor ad vitandum excommunicatum/ ergo posito tali iure positiuo adhuc obligor confiteri suppositō q̄ talis impotentia excommunicati non potentis absoluere sit precisē de iure positiuo. Argumentum est efficax q̄ in tali casu teneor ei confiteri: quia seclusō tali casu teneor debito iuris diuini ei confiteri: quia ius diuinum est q̄ in necessitate habens culpam & copiam sacerdotis tenetur confiteri ei/ alias si non sequeretur q̄ ius positiuum derogaret iuri diuino q̄ non potest. & argumenta De viterbio sūt facila ad soluendum. Habemus ergo cui & quando est confitendum. ¶ Iam sequtur qualiter. Vñ dicit doct. q̄ istud p̄ceptū de confessione continet qualiter pfitendū sit/ & in isto q̄liter ponit doc. tria. Primū cū displīcētia peccati. Secm cū ppōsito suscipiendi penitētiā iniūgendā/ & tertiū cū proposito abstinendi a peccatis in futurū. ita q̄ tenetur habere dispīcētiā peccatorum/ & propositum suscipiendi iniungendam penitentiam. sed doct. videtur sibi contrarius in isto passu & in decimaquarta distinctione. dicit enim ibi vt sacramentum penitentie habeat suum effectum sufficit q̄ nō ponatur obex & nec attritio nec contritio requiritur sed sufficit intentio suscipiendi sacramentum penitentie/ & non ponatur obex/ & idem est dicturus/ i. xviij. ergo nō oportet q̄ sit cum actuali displicentia peccati. Item dicit q̄ nullus obligatur ad suscipiendum penitentiam. quia suscipere est libertatis: sed suscepta est necessitatis. ita q̄ sacerdos non potest obligare peccatorē ad suscipiendum penitentiam: nisi libere velit: & tamen dicit i hoc passu q̄ tenetur suscipere/ dicit prius q̄ non requiritur displicentia & credere bene q̄ doctor dicit falsum. quia non vidi doctorem preter eum q̄ diceret quod non requiritur displicētia. & dicit Gabriel q̄ contradicit sibipsi. Ideo dico q̄ qñ nō habet displicētiā actualē q̄ ponit obicem & communiter dicunt docto. q̄ quando peccata redeunt in memoriam vt offensiua dei q̄ tenemur displicentiam habere: & ferme omnes hoc dicunt. de secūdo/ vtrum teneatur habere propositum adimplende penitentie si se subiciat penitētie quam sacerdos iniungit; sortes attritus accedens non oportet q̄ accedat cum proposito q̄ recipiet penitentiam. quia potest licite nolle penitentiam assumere sed illam partem soluere in purgatorio/ nichilominus tenetur habere propositum adimplende penitentie sub conditione puta si se submiserit. Alij doctores dicunt q̄ illud verbum quodcunq; ligaueritis intelligitur expresse de ligamētis ad penā q̄ si sacerdos iniungat rationabiliter tenetur obtemperare cōfessus sacerdoti. & est opinio antiquorum que videtur probabilis. Ad minus apud omnem opinionem tenetur habere p positum adimplendi penitentiam si se submiserit: & illam acceptauerit.

¶ DE TERTIO ARTICVLO. visum ē de his que continentur in precepto diuio de cōfessione stando precise in iure diuio. In isto articulo ostendit que specificauit ecclesia in suo precepto superaddito iuri diuino: & est notandum q̄ vltra ius diuinū ecclesia aliquid specificauit circa confessionem & specificatio precipue habeturi casomnis vtriusq; sexus de peniten. & remiss. ¶ Et primo/ videdum est de illo precepto in: se postea declarabimus doctorem. vnde illud preceptum contentum in illo capitulo est preceptū ecclesie. Et secūdū Occā in illo precepto continentur tres partes. Prima/ q̄ omnis vtriusq; sexus fidelis cum ad annos discretionis peruenerit omia sua peccata solus sacerdoti proprio cōfiteatur & iniunctam penitentiam diligenter exequatur/ & est prima pars illius capituli q̄ est pars preceptiua. Secūda pars que est dispensatiua prime partis est/ q̄ si voluerit alieno confiteri petat & obtineat licentiam a proprio sacerdote. ¶ Tertia pars est diffinitiua ibi alias sciat illū alīū sacerdotē ipsum non posse absoluere. & iste tres partes continētur in illo precepto. Doctores hic faciunt magnam difficultatem quomodo capitur hic proprius sacerdos. & difficultas videtur satis trahi ex textu. Dicunt aliq cum ponatur ibi bis proprius sacerdos. scilicet/ primo debet confiteri proprio: & si voluerit alieno petat licentiam a proprio: dicunt q̄ ibi non potest capi vniuoce proprius sacerdos: nam i prima parte de necessitate capitur proprius sacerdos pro ordinario vel commisso/ alias prima pars esset falsa q̄ quilibet fidelis teneatur proprio semel in anno confiteri: nisi capiatur proprius vt se extendit ad habentē potestatem ordinariam vel ab ordinario. Sed in secunda parte nō potest capi proprius sacerdos nisi pro ordinario. nam habetur q̄ si alieno voluerit confiteri petat a proprio licentiam quia non sufficit petere licentiam a commisso alias fratres mendicantes haberent potestatem committendi quod est falsum. Insuper iam si habeatur licentia a proprio ille circa quem habeo licentiam vt ei cōfitear nō est alienus: sed proprius. ergo videtur q̄ proprius sacerdos in isto capitulo in prima & secunda partibus capitur eq

De palude.

Argumē tū multū apparēs

uoce.& De palude hoc tenet & cõmuniter multi doctores. Sed videtur michi melius dicendum. vt dicit Occam & Gabriel q̃ i qualibet istarum partium capitur proprius sacerdos pro habente ordinariam potestatem & nõ delegatam & isti iudicio meo dicunt melius ad intellectionem textus q̃ capitur proprius pro ordinario. & pro solutione argumentorum dicunt q̃ preceptum istud est disiunctiuum / nam ista pars cum ad annos discretionis solus sua peccata proprio sacerdoti confiteatur non sola illa pars est preceptum sed illa pars sub disiunctione ad secundam sumpta scilicet q̃ si voluerit alieno confiteri petat licentiam a proprio. ergo illud preceptum in illo capitulo est distinctum. ita q̃ sufficit adimplere primam partem vel secundam. nam confitendo ordinario adimplet primam/si cõmisso etiã adimplet secũdam. nã qui confitetur commisso ab episcopo vel a papa vel a proprio curato adimplet secundam. papa enim & episcopus & curatus/sunt tres ordinarij respectu penitentis. Ideo dico q̃ proprius in qualibet illarum partium valet tantum sicut ordinarius. Ad argumentum. ergo qui confitetur capellano ordinarij non adimplet illud preceptum/dico q̃ adimplet secundam partem & sufficit q̃ sit disiunctũ. Aliquis forte argueret/diximus consequenter ad Occam q̃ capitur proprius sacerdos in qualibet parte pro ordinario & sufficit adimplere partem quia ẽ disiunctum. Ergo summus pontifex vi precepti non tenetur confiteri semel in anno si sumatur proprius sacerdos in qualibet parte pro ordinario/nõ tenetur vi precepti ecclesie. quia vnus sumus pontifex non põt ligare sequentem nec potest se ligare nisi p votum sed non per preceptum. sed illud ẽ preceptum ecclesie/ergo summus põtifex nullum habet proprium sacerdotem: quia non habet ordinarium: & si non habet ordinarium nõ potest habere delegatũ cum haberet ab ordinario suo proprio/ ergo ex illo statuto non obligatur pontifex semel in anno confiteri proprio. i. ordinario vel delegato ab ordinario. ergo cum non habet ordinarium non tenetur. Aliqui dicerent q̃ non obligatur ad illud preceptum tamen tenendo partem veram q̃ summus pontifex obligatur per statuta conciliorũ & qui diceret oppositum saltem in francia reputaretur hereticus obligatur vi precepti humani & tenetur semel in anno sumere eucharistiam. patet ex capitulo: sed nõ potest sumi eucharistia sine peccato ab eo qui est conscius peccati mortalis nisi confiteat ergo summus pontifex tenetur confiteri. Dictũ est prius ex opinione durãdi q̃ prima pars scilicet semel confiteri non est preceptum: sed exhortatio salubris. quia ecclesia non potest precipere cõfessionem cum sit de secretis que non cadunt sub foro publico : sed quia potest precipere eucharistie sumptionẽ. ideo de per accidẽs potest precipere confessionem quia eucharistia q̃ precipitur omnibus fidelibus sumi semel i anno non potest digne suscipi absq̃ cõfessione. Et ad argumentum papa non habet proprium sacerdotem. i. ordinariũ. verum est: sed dico q̃ non tenetur confiteri proprio nec delegato a proprio sed ab ipso electo cui libere se subdat. Iam consequẽter ad doctorem. ostendum est quid specificatur in isto precepto/& dico q̃ quantum ad quis nichil aliud specificatur q̃ quod specificabatur in precepto diuino scilicet adultus. Sed q̃tum ad que/est controuersia iter doctores. Nam Tho. & Richar. dicũt q̃ si solum habeat venialia: tenetur cõfiteri venialia vt adimpleat preceptum ecclesie. Si autem habeat mortalia cum venialibus tenetur confiteri mortalia & non venialia. Sed illos impugnat doct. & bene. nam per istud capitulum. omnis vtriusq̃ sexus dicitur / singula peccata / vel sibi peccata distribuitur solũ pro mortalibus vel venialibus & mortalibus indifferẽter. Si primum. ergo qui non habet mortale non tenetur cõfiteri vi precepti. Si secundũ: puta q̃ distribuatur pro vtrisq̃. ergo simul habẽs venialia & mortalia simul tenetur confiteri venialia ac si non haberet mortalia ita q̃ tenetur ambo confiteri. & sic illa opinio que dicit q̃ si habeat mortalia & venialia simul tenetur solum mortalia confiteri non videtur conformis illi textui. ¶ Item solũ p̃cipitur confessio in illo precepto prout est dispositio necessario prerequisita ad eucharistiam suscipiẽdam digne. sed habenti solum venialia non est necessaria confessio vt digne suscipiat eucharistiam quia venialia non eiciũt hominem a gratia nec separant a communione sacramentorum. ergo nullo modo in tali precepto precipitur cõfessio venialium. Aliam rationem assumit doctor. nunq̃ est necessaria contritio venialium. ergo a fortiori nec confessio illorum patet añs / homo potest saluari perseuerando in proposito & in venialibus actualibus vsq̃ ad mortem/ergo nunq̃ est necessaria contritio venialium. Vnde quando dicit doctor. q̃ nunq̃ est necessaria contritio venialium ad salutem. hoc est verum & loquor de veniali in genere siue ex genere q̃uis deliberauerit perseuerare i illis vsq̃ ad mortem nihilominus saluabitur. ergo nõ est necessaria attritio vel contritio illorum Immo stat vsq̃ ad mortem oppositum attritionis & contritionis illorum. ¶ Vtrũ ad minus homo teneatur confiteri de veniali sub pena peccati venialis cum occurrunt venialia memorie in q̃tum dei offensiua: dicerem q̃ ad minus sub pena peccati venialis tenetur confiteri de venialibus. Habemus ergo qd specificauit ecclesia qa singula mortalia. Iam declarandum est cui scilicet proprio sacerdoti. Vnde docto. dicunt q̃ proprius sacerdos Tripliciter capit vno modo pro ordinario siue mediato siue imediato. & sic episcopus/papa/ & curatus sunt ꝓprij sacerdotes. Secũdo modo pro ordinario immediato & sic curatus dicitur proprius. Tertio modo pro quocũq̃ habente potestatem absoluendi siue sit ordinarius siue ꝓmissus aut delegatus. Istud preceptum ergo specificat q̃tum ad cui. i. habenti secũdũ omnes potestatem absoluendi. Posset circa hoc oriri difficultas. sit sortes circa pascha qui tamen non est in extrema necessitate nec in periculo mortis. & incumbit eis necessitas communicandi ex precepto & non habet copiam sacerdotis nisi alieni neq̃ habet copiã proprij curati nisi alieni & imminet tempus specificatum ab ecclesia vt communicet & confiteatur. vtrum possit absolui ab alieno? & apparet q̃ nõ: quia in fine capituli dicitur Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote cum aliter Ipse illum non possit absoluere vel ligare propter voluntatem superiorum/dico q̃ in tali casu/alter non potest eum absoluere nec tenetur ei confiteri quia ius non concedit facultatem confiteri alieno nisi in extrema necessitate & non in paschate. Ideo propter absolutionẽ obtinendam aliquis confitetur sed alienus non habet potestatem absoluendi. igitur. ¶ Alia difficultas. an liceat confiteri laico? aliq̃ dixerunt q̃ sic/si non sit copia sacerdotis & imineat periculum mortis. Immo tenet laico confiteri. vt dicit Tho. & Richar. i. iiij. & ratio istorum est. Preceptum de confessione obligat ad duo: ad vnum ex parte peccatoris: ad alterum ex parte ministri/ & ex parte peccatoris obligatur ad confessionem: ex parte ministri ad absolutionẽ. & si non potest ambo simul ad minus tenetur facere quod potest: sed in tali casu potest vnum facere q̃is non possit absolui sacramentaliter. ergo tenetur tunc laico confiteri: & est tota ratio eorum quia preceptum ad duo obligat & si possit ãbo cõsequi tenetur ad ambo: sin autem ad illud quod ipse potest. Sed doct. & Durandus censẽt oppositum & rationabiliter. quod in tali casu non obligat laico confiteri ratio durandi que videtur bona talis ẽ. Quicunq̃ obligatur ad duo ad vnum principale quod est finis. & ad aliud tanq̃ medium & accessoriũ ad alterũ tanq̃ ad finẽ & prin-

Proprius sacerdos triplíciter capitur

An liceat confiteri laico

cipale. Si incurrat impossibilitatem principalis quod est finis non amplius obligat ad accessorium. sed homo non obligat cõfiteri nisi recipiat absolutionem sacramentalẽ & si posset sacramentaliter absolui sine confessione non obligaretur cõfiteri/hinc ẽ q̃ q̃ cõmisit mortalia ante baptismum non obligatur postea ꝓfiteri. quia sunt absoluta vi sacramenti. Ideo qui posset absolui vi sacramenti sine confessione non obligaret confiteri. Sed in casu predicto dato quod iste existẽs in extrema necessitate habeat copiam laici est impossibilitatus q̃tum ad principale seu finis consecutionem .i. absolutionẽ sacramentalẽ. ergo pro tunc deobligatur ab accessorio scilicet a cõfessione. Si enim aliquis incurrat impossibilitatem finis non amplius obligatur ad medium.

Resolutio doct. est: ꝙ nunq̃ obligatur homo confiteri laico/dicit tamẽ si talis laicus sit persona que possit prodesse & nõ obesse potest confiteri. quia talis confessio ẽ satisfactoria propter verecundiam que habetur in tali confessione. sed si talis non possit prodesse tenetur non confiteri. nam nũq̃ potest licite homo peccatũ secretum pximi alteri detegere nisi in casu quo alter potest prodesse & non obesse. ergo a fortiori cũ teneatur se magis diligere q̃ pximum nũq̃ tenet detegere pcm̃ suum nisi in casu quo potest alter prodesse & non obesse.

Resolutio. ¶ Vnde doctor resolutorie dicit tria/primum/nõ obligatur cõfiteri laico/ secũdo stat ꝙ talis confessio sit alicuius vtilitatis pter relaxationem pene: & si sequatur vtilitas. Tertio si non sit spes ꝙ talis possit prodesse & non obesse non tenetur. Immo tenetur nõ confiteri nisi excusetur per ignorantiam inuincibilem: puta ꝙ credit ꝙ in tali casu teneatur laico cõfiteri sub pena peccati mortalis. sed secluso illo errore inuincibili tenetur non confiteri quia per rationem precedentem tenetur nõ detegere peccatum secretũ proximi. ergo a fortiori nõ debet suum detegere. & est resolutio doctorũ que videt michi verissima quantũ ad illam partem. Habemus ergo cui/scilicet ꝓprio sacerdoti vel delegato ab ordinario. Specificat vltimo qnãdo/scilicet ad minus circa pascha. Arguitur ꝓtra hoc: ergo istud preceptum est relaxatiuum. patet quia ante hoc preceptum de confessione quod specificat tẽpus circa pascha obligabatur homo quotiens peccauerat cõfiteri. ergo homo pluries q̃ semel in anno tenebatur confiteri cum regulariter pluſq̃ semel homines peccent in anno. ergo istud preceptum potius debet vocari relaxatio q̃ preceptum.

Aliqui dicunt ꝙ homo ante hoc preceptũ postq̃ peccauerat q̃cito habebat oportunitatem & non sperabat maiorem oportunitatem tenebatur confiteri: & ex hoc precepto non datur intelligi ꝙ homo deobligetur ad hoc: sed quando est cõscius alicuius mortalis & habet oportunitatem: & nõ expectat maiorem q̃ expectet equalẽ tenet cõfiteri. Et ratio istorũ est/quando cũq; aliquis est debitor alicui & in obligatione debiti non est prefixus terminus debiti soluendi tenetur quãcito potest nisi habeat dilationem a domino hinc est ꝙ habentes obligationes humanas nisi prefixum fuerit tempus cogunt debitorem ad soluẽdũ quando volunt/sed peccator est deo debitor vi precepti confessionis: & deus in illa obligatione nullum specificauit tẽpus. ergo q̃cito potest/& est ei oportunitas tenetur ad soluendum debitum. dicunt ergo illi ꝙ existens in mortali vi precepti diuini tenetur q̃cito potest confiteri. Sed oppositẽ sententie est doctor & Durandus/videlicet ꝙ vi precepti diuini nunq̃ obligatur confiteri quotiens est conscius peccati mortalis nisi quando est dubium de nunq̃ habẽdo talem oportunitatem/ & illud ꝑceptum est affirmatiuum/& aliarum rationũ habet apparentiam magnam/quia eodem modo probaret de omnibus preceptis ꝙ q̃cito haberet oportunitatẽ teneretur illa adimplere. Ideo quotiens posset habere oportunitatem teneretur diligere deũ. & sic homo frequẽtius peccaret omissione

Resolutio ergo doc. est quevidetur saniorꝙ non obligatur vi precepti diuini confiteri q̃cito habet opportunitatẽ secus ẽ de cõteri. Et ad argumentum talis peccator est deo debitor absq; prefixione termini/dico ꝙ prefixit terminum totam vitam istã corporalem ad confitendum peccatum. Ideo quãdo est verissimile ipsi peccatori vel verisimile dubium ꝙ post non poterit confiteri obligatur precepto diuino tunc soluere debitum: sed quando est ei verisimile poterit ipse maiorem opportunitatem expectare non obligatur tunc exsoluere: vt est michi verisimile ꝙ potero per totã partẽ huius anni expectare habeo quãlibet partem huius anni accomodatam possum expectare per quãlibet partem stando precise in iure diuino: sed si sit verisimile ꝙ nunq̃ tãta opportunitas confitendi & sumẽdi se offeret teneor iure diuino tunc confiteri & cõmunicare. specificauit ergo ecclesia & nõ relaxauit immo strixit ad aliquid qd̃ non cadebat prius sub obligatione: nam si ante pascha habeo verisimilem coniecturam ꝙ nõ occurret tanta opportunitas teneor iure diuino confiteri: ideo non est relaxatiuũ preceptum sed magis strictiuum & obligatorium. ¶ Patet ergo quid specificauit illd̃ preceptum humanum & quid superaddidit diuio precepto / q̃tum ad personã q̃ debet confiteri & quãtũ ad peccata confitẽda nichil specificauit: quia singula mortalia. dictum est ꝙ etiam. q̃is non habeat nisi venialia non obligatur cõfiteri. Q̃ tũ ad cui specificatur scilicet ꝓprio sacerdoti & diximus ꝙ capitur proprius pro ordinario etiã mediato vel imediato & in vtraq; pte ꝓcepti & capituli. & ꝙ preceptum illius decretalis est disiũctiuum ita ꝙ obligamur proprio sacerdoti vel alteri de licẽtia. & iste modus puta ꝙ capitur proprius pro ordiario est communior & verisimilior. Insuper dictũ est ꝙ nunq̃ obligamur laico: nisi crederemus eũ esse sacerdotẽ/visum est etiam quãdo/scilicet adminus semel in anno circa pascha. ¶ Sed circa articulum istum videndũ est primo/vtrum in paschate confessus proprio sacerdoti confessus inq̃ ficte adimpleat preceptũ ecclesie ita ꝙ nullo modo amplius teneatur pro illo anno confiteri proprio curato: ¶ Quantum ad primũ appareret ꝙ adimplet quia fictio est solum actus interior & nullo modo exterior vel saltem omissio pura actus interioris .i. alicuius actus requisiti ad sufficientem indaginem vel ad sufficientem displicentiam. sed ecclesia nullo modo potest precipere aut prohibere actus puros interiores quia cognitio de exterioribus data est ecclesie & interior soli deo reseruata/ergo qui confitetur singula peccata q̃is sit fictus adimplet preceptum nec tenetur amplius illo anno nisi superueniat alius casus ex precepto diuio puta si incurrat periculum mortis. ¶ Circa hãc questionem ẽ duplex parua difficultas/prima. Vtrum confessus ficte recedente fictione confessio habeat suum effectum sicut sacramentum baptismi sumptum ficte recedente fictione habet suum effectum apud doct: Secunda/vtrum de facto adimpleat ꝓceptũ ecclesie: vnde sacramentũ baptismi ficte sũptũ .i. cũ obice mortalis peccati recedẽte fictione habet suum effectum: hoc est dicere recedente fictione virtute baptismi prius sũpti remittitur peccatum & quo ad culpam & quo ad penam. queritur vtrum sit eodẽ mõ de confessione .i. vtrum recedente fictione habeat suum effectum: Dicit. S. Tho. ꝙ sic/& ꝙ sufficit cõfiteri & penitere de fictione dicens ꝙ sicut in sacramento baptismi ficte suscepto confertur caracter & recedente fictione .i. habita penitentia de fictione virtute caracterũ conferũtur illa que fuisset data/nisi fuisset illa fictio impediens & virtute illius remittitur peccatum quo ad culpam & penam. Ita dicit virtute absolutionis sacramentalis in ficte ꝓfesso ꝓferẽ nõ caracter sed qdã ornatus virtute cuius recedẽte fictiõe ꝓferẽ ois effectus qui fuisset collatus si nõ fuisset talis fictio. Durandus valde bene arguit contra hanc opinionem dicẽs ꝙ est falsa: & de facto cre

An ficte cõfessus ẽ paschate satisfaciat ecclesie ꝓcepto.

An ficte confessus adimpleat preceptum ecclesie.

Thomas

do eam esse falsam. & pro declaratione no
tandum ꝙ confiteri ficte est ponere obicē
sacramento penitētie: & multipliciter quis
confitetur ficte vel quia q̄is confiteatur si
gula peccata. nichilominus habet compla
centiam in aliquo aut quāuis confiteatur
singula preterita & in nullo illorum com
placeat habet tamen propositum peccādi
in futurum. aut non habet displicētiam de
preteritis quam tenetur habere sed non cō
placet neq; displicet de illis ita ꝙ habet pu
ram negationem de vtrisq; quodcūq; istō
rum dicatur concludetur ꝙ non facit con
fessionem integram. Ideo tenetur iterū rei
terare patet. Si dicas ꝙ confitetur singula
preterita sed complacet in aliquo & non
confitetur illam complacentiam vel nō cō
fitetur propositum & cōfitetur singula p̄
terita vel non habet displicentiam quā te
netur habere & non confitetur illam omi
ssionem quodcūq; dixeris semper manet in
peccato quod non confitetur. quia scilicet
vel est in peccato complacentie/ vel habet
propositum peccandi vel cum displicentia
sed q̄cūq; dimidiat cōfessionē tenetur post
ea ad integram omnium/ ergo sortes nūq̄
potest confiteri ficte quin teneatur postea
ad integram singulorum/ ergo confessio
precedens cum tali fictione non valuit/ &
in proposito confiteri ficte non est nisi po
nere obicem per peccatum & aliqs nunq̄
p̄fitetur ficte nisi quia ponit obicē effectui
sacramenti: sed sic ē ꝙ illud peccatum p qđ
ponit obicem non confitetur. Ideo dimidi
at confessionem. & sic tenetur postea reite
rare & ad integram facere confessionem er
go ficte confitens non satisfacit precepto
ecclesie: quia ille q̄ est in actuali mortali vel
fatetur se esse in illo nunq̄ eum sacerdos ab
solueret. Ideo manēs actu in mortali nō ab
soluitur: Dicit ergo durandus ꝙ qui cōfes
sus est ficte etiam recedente fictione nunq̄
habebit effectum suum absolutio sacramē
talis nisi reiteretur integre & tenetur post
ea confiteri de omnibus de quibus confes
sus est & de fictione. Quantum vero ad or

Aliquis multipliciter cōfitetur multe.

natum impugnat etiam ꝙ nichil conferat.
quia posset aliquis successiue multos acqui
rere ornatus quod non videtur dicendum
regulariter nichil imprimitur per absoluti
onem sacramētalem nisi conferatur gratia
& precipue quia sacramentum penitentie
non est initerabile. & sic nichil confert ni
si gratiam. Ideo q̄tum ad illud apparet mi
chi ꝙ ficte confessus tenetur ad singula cō
fitenda. Circa argumentum factum cōtra
Thomam statim occurreret argumentū tri
tum in schola ꝙ aliqs omittendo confiteri
peccaret infinitis peccatis/ dicis ꝙ sortes cō
fitens singula preterita habens actualē cō
placentiam vel quia non confitetur illā cō
placētiā vel propositum confitendi dimi
diat confessionem sit ergo sortes precise ir
retitus duobus peccatis & occurrat tēpus i
quo tenetur confiteri & nō confiteatur pec
cat tertio peccato: & quia non confitetur
tertium peccatum: scilicet illam omissionē
videtur ꝙ peccet quarto peccato & sic cōse
quenter/ & per consequens peccabit infini
tis peccatis. Apparētius peccatum esset de
contritione sit sortes irretitus precise duo
bus peccatis & occurat tempus in quo te
neatur conteri de singulis. Si non conterat
Iam committit tertium peccatum quia de
singulis tenetur. ergo tenetur conteri de il
lis duobus & de illa omissione qua omittit
conteri de illis duobus/ & non conteritur
de illis duobus/ nec de illa omissione. ergo
secundo omittit & non conteritur de sigu
lis peccatis & de duabus omissionibus. er
go tertio omittit & sic consequenter igitur
peccat infinitis peccatis. Quantum ad hoc
argumentum quod non habet magnā dif
ficultatem/ dico primo. Quandocunq; sūt
due omissiones vel saltem que putantur
que vitantur per vnicum actum nunq̄ sunt
duo peccata/ ideo postq̄ vitantur per vni
cum actum non est malitia nisi in priuatio
ne illius actus vnde sortes non conteritur
de illis duobus peccatis omittit & peccat
& non conterendo de illo tertio non pec
cat quia vitaret vtranq; istarum omissionū

habendo precise contritionē duorum pre
teritorum. ideo cum sortes per vnicū actū
vitaret vtrāq; illarum: scilicet primam &se
cundam. sequitur ꝙ ille omissiones nō sūt
nisi vnicum peccatum. eodēmodo in con
fessione/ sortes nunc tenetur p̄fiteri sua pec
cata integre/ ergo nunc tenetur p̄fiteri ter
tium. Dico vtrāq; istarum duarū omissio
num vitaret per confessionem duorū pre
teritorum: & primā: secundam: & tertiā: &
in infinitum omissiones vitaret. ideo iste
omissiones non sunt nisi vnum peccatum
omissionis. Secundo dico pro argumento
Sit sortes iam irretitus duobus peccatis: &
occurrat tempus pro quo tenetur conteri
non p̄terendo peccat omissiue. talis omis
sio est tertium peccatum. Vtrum in hoc in
stanti in quo omittit teneatur conteri de
illa omissione: Dico ꝙ non. imo est impos
sibile simpliciter ꝙ conteratur imo implī
cat ꝓtradictionē sortem p̄teri in hoc instan
ti de omissione qua omittit conteri de illis
duobus peccatis preteritis. quia bene sequi
tur/ p̄teritur. ergo nō vult omitteī/ & vltra
non vult omittere efficaciter: ergo nō o
mittit. p̄na est bona: ergo est simpliciter im
possibile ꝙ sortes conteratur de omissione
qua omittit in presenti: sed si cōteratur solū
de duobus peccatis iam vitabit omne pec
catum nec omittet nec peccabit aliquo pec
cato. Nā sortes p hoc instanti ad nihil obli
gatur aliud nisi ad illud quo posito vitaret
omne peccatū. & quo non posito pro hoc
tempore vel instanti nō vitaret omne pec
catum: sed non posita penitentia de omis
sione & posita displicentia preteritorū nō
omittit nec peccat aliquo peccato. ergo p
hoc instanti vel tempore nō obligatur pe
nitere de tali omissione: sed solum obliga
tur ꝙ ista omissio non sit. imo nunq̄ obli
gatur penitere de peccato quod est presens
ea ratione qua est presens: sed solum facere
quod nō sit presens. Ecce ergo de illo qui
omittit p̄teri & eodem modo dicatur de il
lo qui omittit confiteri. de facto ergo reso
lutio est ꝙ tenetur iterum omnia & iterare
& confiteri. Sed queritur vtrum p̄fitendo
ficte adminus adimpleat p̄ceptum eccle
sie: quia preceptum ecclesie quādo qs trans
greditur superaddit maliciam q̄ est ex sola
transgressione precepti diuini. hoc est dī
ctu si sortes tempore paschatis cōfitetur fi
cte & pro illo tempore tenetur cōfiteri pre
cepto ecclesie tantū quia non occurrit tem
pus in quo teneatur cōfiteri alio precepto
scilicet diuino. quia nō est in periculo mor
tis. Q̄tum ad hanc difficultatem habetur
in martino in materia de ieiunio. & in ger
sono/ ꝙ potest quis adimplere preceptum
ecclesie per mortale. Ratio istorum est/ ec
clesia non potest precipere actum interiorē
purum nec etiam prohibere. quando ergo
ecclesia precipit ieiunium non potest pro
hibere relationem illius ieiunij in aliquem
finem malum. quia relatio est actus iterior
ergo quando sortes ieiunat referendo ieiu
nium in finem malum tempore quo tene
tur ieiunare adimplet preceptum ecclesie/
quia facit quod ecclesia precipit & nihil fa
cit quod ecclesia possit prohibere q̄is fa
ciat cōtra illud quod deus prohibet. & sic
adimplet preceptum ecclesie. Dicunt ergo
isti. & quasi regulariter omnes doct. ꝙ pōt
quis adimplere preceptū ecclesie per morta
le. Cōsequenter ad propositū sit sortes qui
vi preceti tenetur p̄fiteri iam singula pecca
ta que p̄fitetur sed ficte. cū ergo ecclesia non
possit precipere illam aut non possit prohi
bere relationem in malū finem. quia sunt
pura iteriora. videtur ꝙ sortes qui tempo
re quo tenetur vi precepti ecclesie/ & non
vi alterius ficte confiteatur cum illa fictio
sit solum actus interior ꝙ adimpleat pre
ceptum ecclesie. & vi precepti ecclesie non
tenetur illa reiterare: sed quando occurre
ret tempus quo tenetur vi precepti diuini
confiteri tenetur omnia que confessus est
ficte reiterare. & sic tenet Durandus/ & de
Palude. Ratio eorum est/ quia sortes facit
quicquid ecclesia precipere potest quia ec
clesia (vt dictū est) nō potest actū interiorē

Resolutio.

nec prohibere nec precipere: nam cogitationis penam nemo meretur secundum leges tam ciuiles quam canonicas. quia illa peccata non sunt de foro exteriori. ideo facit in casu quicquid ecclesia precipit. Dico vltra cū in tali precepto adijciatur pena q̄ talis non excōmunicatur qui confitetur ita ficte. ergo nō incurrit penā que fertur i eos qui non adimplent illud preceptum ecclesie. Argumentū De palude. dicis q̄ ficte cōfitendo nō transgreditur preceptū ecclesie Contra/sit sortes qui tenetur accipere bertam in vxorem ex pacto precedēti inter eos ecclesia precipit sub cēsuris q̄ illam capiat/ ergo si sortes proferat illa verba exteriora accipio te in vxorem sine consensu/sortes totaliter adimplet preceptum ecclesie/ nec incurrit censuram excōmunicationis. quia ecclesia non potest precipere ꝓsensum: sed solum que exterius patent vel patere possunt. ergo nō incurrit censuras exteriores. Item ecclesia non potest precipere actus malos: ergo ficte confitendo nō adimplet preceptum ecclesie. Q̄ tum ad primum credo q̄ adimplet preceptum ecclesie precise dicēdo accipio te sine consensu: sed peccat quia mentitur: sed illud peccatum est precise in corde ita q̄ non potest cognosci: sed obligatur confitere precepto diuino: sed nō incurrit cēsuram excōicationis. De alio dico q̄ ecclesia non potest precipere actum de se malum: sed potest precipere actum exterior rem qui non est de se malus: sed est malus propter actum interiorem: sicut de ieiunio quod refertur in malum finem/ideo precipit actum non de se malum: sed malum malicia ipsius agentis. ¶ Q̄ tum ad secundā difficultatem/vtrum confessus priuilegiato teneat ꝓprio curato ꝓfiteri? Fuit magna altercatio de hac q̄stione iter seculares & religiosos. Seculares vt Armachanus: Degādauo/circa finem septimi quolibeti qui facit egregiam questionem dixerunt q̄ sic. Religiosi vero excepto Occam deffendēdo priuilegia eorum dixerunt q̄ non/& credo q̄ non tenentur confiteri iterum curato. & est prohibitum per arrestum ne seculares & religiosi/amplius altercentur circa illam questionem. Sed glo. in capitulo omnis vtriusq̄ sexus dicit q̄ tenentur/& adducit bonam rationem apparentem. Quandocunq̄ sunt due seruitutes. id est obligationes/quarum vna non dependet ab alia preceptum separans & aufferens vnam non potest alteram aufferre: sed stando precise in tali iure ecclesie absq̄ priuilegio imponuntur fidelibus due seruitutes Vna confiteri proprio. Secunda/nunq̄ alteri nisi de licentia proprij: vt patet ex calce capituli. ergo si aufferatur secunda obligatio per priuilegium dando potestatem & licentiam confitendi alieno: non oportet aufferre primam. ideo dicit glosa q̄ tenentur confiteri eadem peccata proprio sacerdoti. Gabriel & Gerson super Marcū/ dicunt oppositum. imo dicit Gerson q̄ non potest papa obligare ad retractandum & confitendum tandem peccata que confessus est: nec etiam hoc posset. Idē tenet Dyonisius cistertiēsis. & inuehitur in prelatos sui ordinis qui cogunt monachos semel in anno confiteri abbati que confessa sunt illo anno. & isti habent bonas rationes pro se. nam nullus diceret q̄ quando curatus dedit capellano licentiam audiendi parrochianum/q̄ parrochianus iterum teneretur proprio curato eadē confiteri peccata. ¶ Ad argumēta. ad primū de magdalena/ legitur eius penitentia sed non confessio/ similiter de Petro. Dico q̄ habuerunt remissionem peccatorum sine confessione/ & nundū erat instituta cōfessio. & post institutionem confessionis nō fuit necessariū Petro cōfiteri singula peccata ꝓterita sed solum illa que perpetrauit post institutionē confessionis. Ad auctoritatem Ambrosij/ lachryme lauāt peccata que postea cum pudore confitebuntur. Item. dixi confitebor &c̄. Dico q̄ remittitur sepe peccatum ante cōfessionē: sed necesse est adimplere qd promissum est/ideo necesse est confiteri. & ad textum: quacūq̄ hora ingemuerit pecca-

tor delebūtur peccata. ergo nō requiritur confessio. Dico q̄ tunc requiritur in voto & cum aderit potestas remittitur in re & in effectu. Item sola precepta decalogi sūt necessaria ad vitam habendam. Patet per verbum Christi. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Item/mandata nosti/fac & viues. sed confessio non est vnū preceptorum decalogi. Nego q̄ sufficit seruare p̄cepta decalogi. etiam in antiqua lege non sufficiebat obseruare precepta. similiter nec in noua sufficit seruare decalogū. Item precptū de confessione continetur in precepto decalogi scilicet in isto/diliges dominū deū tuum & teipsum. Item arguitur/nullus tenetur ad impossibile: sed mutus & barbarus non possunt ꝓfiteri. igitur. Dico si mutus non possit signis exterioribus manifestare nō tenetur. De alio qui non habet sacerdotem nō intelligentē linguam. aliqui dicunt vel habet interpretem vel non: si habeat est difficultas: quia videtur q̄ nō possit p̄ interpretē cum ponatur i capitulo solus. Item homo non obligatur cōfiteri nisi inquātum confessio est secreta: sed confessio per interpretem facta de se non esset secreta ex genere suo: & sic de secreto faceret publicum. Pro vltimo dicitur q̄ preceptū de confessione nullum obligat nisi illum qui peccauit mortaliter & est conscius alicuius peccati mortalis.

¶ Distinctionis. xviij.
Questio prima.

DVBITAVERIT DOCTOR/ vtrum potestas clauiū se extendat ad penā vel se extēdat ad culpā. Q̄ non ad penā patet: quia vel ad penam imponendam vel remittendā. Si remittēdam: ergo perfrequētes absolutiones sacerdos omnem remitteret penam. & sic apud quēlibet sacerdotē esset potestas remittendi quālibet penam peccato debitam & totaliter. Si ad penam imponendā: ergo tenebitur qui cōfitet quālibet penam impositam a sacerdote recipere. Cōsequēs est falsum. ergo & antecedens. Et quia solutio huius questionis dependet ex questione sequēti. Vtrum in ecclesia sint claues: & hoc penes sacerdotem: ideo primo tractat doctor illam questionē circa distinctionē xix. postea soluet questionem motam circa distinctionē. xviij. querit ergo vtrū in ecclesia sint claues? Pro solutione doc. quinq̄ dicit. primo/q̄ in sacerdote est vna clauis que est potestas iudicandi. Secūdo/altera est que est potestas cognoscendi. & tertio inquirit de distinctione istarum clauiū: vtrū clauis cognoscendi sit eadē cum claue iudicādi q̄ vocat clauis potestatis altera clauis scientie. Et quarto inqrit de actibus istarū/quomō potest vti sacerdos istis clauibus. vtrū quilibet sacerdos in quēlibet posset vti claue. Quinto/an preter istas duas sit altera clauis in ecclesia que vocatur iurisditiōis? ¶ In isto primo articulo nititur probare & ostendere q̄ in ecclesia & penes sacerdotem sit clauis potestatis. i. potestatis sententiādi. ¶ Pro quo supponit primo q̄ omnes transferentes secundum aliquam similitudinem se transferūt/proprie illa potestas nō dicitur clauis: sed similitudinarie secūdum aliquam similitudinem quam habet cum claue materiali. Vnde clauis materialis non est apertio hostij nec aperiēs: sed est instrumētum proximū & imediatū aperiendi. Etiā transferendo ad spiritualia vocatur clauis instrumētum quo potest quis aperire alicui ianuam regni celestis vel ianuā ecclesie militantis cui est clausa. Nam notum est q̄ cuilibet in mortali existēti est clausa ianua ecclesie triumphantis. & dicitur ei clausa ianua/quia in tali statu est impossibilitatus de lege ad ingrediendū. ideo clausio ianue est impossibilitatio ad ingrediendum de lege. Vnde aliquibus relicta est potestas a Christo reddendi istum in aliquo statu in quo possit mereri ingressum regni: talis potestas vocatur clauis/

An sit ecclesia sine claues.

quia est instrumentum proximum median
te quo habens potestatem potest aperi
re ianuam. Secundo supponitur q triplex
Triplex potestas. est potestas remittendi peccatum. Una
principalis & illa sola est in deo: quia ne
mo potest remittere peccatum preter de
um: & hoc principaliter. & hoc notum est
satis ex termino remissionis peccati / quia
remittere peccatū est peccatū non amplius
imputari ad penā eternā: sed nullus habet
principaliter potestatē q peccatū non am
plius imputetur a deo ad penā nisi ipse de
us. ergo in nullo pretēg in deo est potestas
remittendi peccatū. Secunda potestas non
principalis sed tamē excellētie inter minus
principales est in solo Christo. Ratio est /
solus Christus est qui habet certitudinē de
omnibus meritis & demeritis quarūcunq
personarum rationaliū. Itē solus Christus
est secundū humanitatē inter creaturas cu
ius iudiciū insepatum est semp conforme iu
ditio diuino: Christus scdm humanitatem
habet noticiā meritorū certā & euidentem
& etiā de demeritis / & excellēter potest di
scernere de dignitate & indignitate cuiusc
unq ḡtū ad ingressum. & solus Christus
est cuius sententia ita cōformatur sententie
prime & infallibili q nō potest deuiare ab
illa conformitate: ergo inter creaturas in so
lo christo & hoc quo ad humaitatē ē pote
stas illa excellentie. Iam dicit doctor vltra
ḡtum ad tertiā potestatem puta que nō est
principalis nec excellentie: sed precise mini
sterialis est in ecclesia remittēdi peccata / q
sit in ecclesia tenemur credere Ioā. xx. ratio
q debeat esse i ecclesia. nā data est ois pote
stas Christo secūdū humanitatē in celo &
in terra. data est ei potestas super remissio
ne peccatorum. ergo cū Christus post resur
rectionem non sit futurus semper presens
ecclesie super quā accepit potestatē discer
nendi & iudicandi de peccatis fuit ꝓgruū /
q relinqueret vicariū ab ipso pmissum qui
haberet iudicare auctoritate sibi delegata
data ab ipso Christo de dignitate & in di
gnitate merentium. ergo quādo erat auffe
rendus ab ecclesia de necessitate ꝓgruitatis
debuit illā alicui delegare & illam delega
uit solis sacerdotibus. & in solis sacerdoti
bus est derelicta & nō in quibuscūq iustis
vt voluerunt dicere aliqui heretici. Ratio
est / soli sacerdotes in cena consecrati fuerūt
quibus dictum est quorū remiseritis &c. so
lis ergo sacerdotibus ē relicta hec potestas
etiam ministerialis. ¶ Habemus ergo de pri
ma potestate scilicet de potestate iudicādi.
¶ Preter hanc potestatem est adhuc relicta
alia potestas scilicet cognoscendi. Ratio ē:
nullus potest recte iudicare & bene rem co
gnoscere & de merito & demerito perso
ne iudicare nisi cognoscat. ergo cum sit re
licta potestas sacerdotibus iudicandi est eis
necessario data potestas discernendi de me
ritis & de demeritis / que discretio & cogni
tio necessaria est ad illud iudiciū / & talis po
testas vocat clauis sciētie. Vñ clauis sciētie
nō ē actus vl habitus sciētie quo possumus Clauis scientie.
exercere actū cognoscendi de grauitate aut
tenuitate peccati / de dignitate peccantis &
de indignate nō est ille habitus: quia talis
potest esse in viris sapientibus nō sacerdo
tibus qui habent noticiā de grauitate & le
uitate peccati: & per quē habitum possunt
cognoscere dignos & idignos. Sed clauis
scientie est potestas discernēdi. Datur simi
le / sunt multi habentes habitum legum ci
uilium / & tamen non habent potestatem
discernendi nec examinandi in causis ciuili
bus quis habeant noticiam aut habitū om
nium legum ciuilium. Similiter multi ha
bent noticiam iuris canonici: tamen nō ha
bent auctoritatem nec inquirendi nec inue
stigandi. Similiter dico in materia peccato
rum in foro penitentiali aliqui possunt co
gnoscere grauitatem aut leuitatē siue parui
tatem peccatorum: sed non habent potesta
tem inquirendi. Talis potestas vocatur cla
uis scientie. Magister sentētiarum voluit
dicere q erat habitus scientie: sed doctores
fere omnes tenent oppositum scilicet q cla
uis scientie est potestas discernendi. & al
tera est potestas iudicandi. Actus clauis

sciētie. id est discretio siue cognitio necessa
rio regritur ad actū clauis potētie / & actus
clauis potentie est actus principalis scilicet
absoluere / alter autem minus principalis.
Dicunt doctores & bene / regulariter ille q
non habet scientiā per quam possit discer
nere de grauitate peccatoris peccat vtēdo
claue sciētie. & peccat vtēdo claue potesta
tis nisi in casu necessitatis: quia non potest
bene vti claue potestatis nisi bene sciat vti
claue sciētie nihilominus habet vtrāq cla
uem. i. potestatem vtrāq & discernendi &
post discretionē sententiādi. Difficultas ē
inter doctores de distinctione istarum cla
uiū. Vnde est duplex difficultas in ista ma
teria. prima est de distinctione istarū clauiū
a charactere sacerdotali / qui caracter nichil
aliud est q potestas ꝓficiendi corpus & san
guinem. i. potestas sup corpus Christi ve
rum. Scda difficultas est de distinctione cla
uis prime a secunda. Q̄ tum ad primā dicit
Tho. q vtrāq istarum potestatum eadem
est cum caractere sacerdotali: sed secundum
diuersas operationes. Q̄ tum ad secun
dam dicit doctor / q claues distinguntur a
caractere sacerdotali: hoc ē iste due potesta
tes distingūtur a potestate ꝓficiēdi corpus
& sanguinē. Item vna distinguitur ab alia
ita q ptātes sentētiādi distinguūtur a ptāte
discernēdi. ¶ Q̄ tū ad primū q distinguit
ptās ꝓficiēdi siue a charactere. Patet / ille
potestates q̄ sic se hnt q vna est alia prior
tempore distinguūtur ab inuicem: sed iste
sunt hmōi / ergo. maior est nota: & non est
difficultas. Patet minor / & q̄tū ad institu
tionē & q̄tū ad collationē de nouo. nā q̄tū
ad institutionē prima potestas ꝓficiēdi cor
pus Christi siue caracter sacerdotij fuit isti
tuta post cenā ante passionē cū Christus di
cebat apostolis / quotiēscūq feceritis i mei
memoriā facietis. vbi fuit instituta & colla
ta potestas apostolis ꝓsecrādi corpus & sā
guinē: sed nō alia scilicet potestas clauiū. i.
potestas & discernēdi & absoluēdi fuit pre
cise instituta post resurrectionē. Io. xx. dicē
te Christo quorū remiseritis peccata. ergo
iste due ptātes sic se hnt q vna est altera pri
or q̄tū ad institutionē. Similiter q̄tū ad col
lationē: qa qñ efficiūtur sacerdotes alijs ver
bis vtit episcopus & alia materia q̄q̄ñ dat
ptātē ꝓficiēdi dicēs: accipite ptātē celebrādi
& ꝓficiēdi missā tā pro viuis q̄ p defunctis
dās eis calicē. & postea qbusdā interpositis
ponēs manū sup caput vtit alia materia &
forma dās eis ptātē remittendi & absoluē
di dicens / accipite. ss. quorū remiseritis &c.
ergo in ꝓsecratione sacerdotis prius tpe &
alijs verbis dat ptātē ꝓsecrādi corpus Chri
sti q̄ det ptātē discernēdi de peccatis & ab
soluēdi. & regulariter tenetur ista opinio
q Christus diuersis tpibus istituit illas po
testates. nā realiter est sacerdos q̄tū ad pri
mā ptātē: & nō habet adhuc ptātē absoluē
di a peccatis. nā si episcopus ante scdm actū
moreret quis tali sacerdoti ꝓfētaretur aliqs
in extrema necessitate nō posset eū absolue
re a peccatis: qa nondū habet ptātē sup cor
pus Christi mysticū: sed verū trānō in illo
casu. ideo ille ptātes distinguūtur. ¶ Alia ra
tio doctoris / isti caracteres nō possunt esse
nisi relatiōes que singule distinguūtur pe
nes fundamēta & terminos: qa vna ad cor
pus Christi verū: altera ad corpus Christi
mysticū refert. iō oportet de necessitate iter
illas ponere distinctionē. & sic dico q sim
pliciter sūt due claues. i. due ptātes vt dictū
est: ita q absolute verū est illud verbū Chri
sti Tibi dabo claues. & ille distinguūtur a
caractere siue ptāte ꝓficiēdi. Sed est difficul
tas cū tales collationes distinguātur & col
latio prime est vnū sacramentū. vtrū etiam
collatio scde sit vnū sacramētū distinctum
a collatiōe prime: & vtrū si episcopus ꝓfer
ret verba qbus ꝓferret scdam ptātē sup nō
sacerdotē ꝓferret illā. videt q sic: qa pōt nō
dyaconū in sacerdotē ordiare & p saltū or
dinare. ergo videt q si attētet ꝓferre claues
istas nō hnti ptātē sup corpus Christi verū
q realiter eas ꝓferet. Dico q nō: & ita tenēt
oēs. implicat q nō sacerdos hēat ptātē ab
soluēdi & ligādi in foro penitētiali de lege
posita: & nō est sic. nā q̄n sortes nō dyaco

ptās sup corpus xpi verū & ptās super mysti cū distinguūtur.

an alicui possit habere claues & nō sit sacerdos.

nus ꝓsecratur i presbyterū realiter suscipit ptātē ꝓsecrandi corpus Christi & cum iferatur. ergo etiam cum sortes nō presbyter circa quem episcopus attentat cōferre claues realiter suscipit potestatem absoluendi. nego illam. quia Christus instituit ꝙ nullus habeat potestatē super corpus Christi mysticum nisi prius habeat superverū. Nullū simplex sacramentum dependet ab altero nisi a baptismate. Et nullus ordo depēdet ab altero nisi de necessitate vitandi peccatū sed potestas absoluendi de necessitate presupponit ordinem presbyteratus qui non est aliud q̄ potestas consecrandi corpus & sanguinem. Vtrum distinguantur ille due claues ab inuicem: Dicit doctor ꝙ sic. patet quādocunq; sunt duo quorum vnū est separabile ab altero distingūtur ab inuicem sed iste claues sūt huiusmodi. patet minor/ potest alicui cōmitti potestas cognoscendi de causa absq; potestate iudicandi & sententiandi reseruata potestate sententiandi de tali causa. ergo eodē modo non implicat quin potestas in materia peccatorū examinandorum & cognoscendorū alicui cōmittatur sine potestate sentēriandi sed non contra. nā potestas sententiandi nō potest alicui cōmitti sine potestate cognoscēdi in causa: sed potestas examinādi potest cōmiti sine potestate iudicādi & setentiādi. Resolutorie tenet doctor/ ꝙ in presbytero sūt tria realiter distincta: tamē sese presupponentia. primū potestas conficiendi corpus & sanguinem. Secūdum potestas cognoscendi & discernendi de peccatis. Tertium potestas sententiandi in materia peccatorū id est absoluendi aut ligandi. & ista tertia potestas de necessitate presupponit primā & secūdam. & secūda primā. & prima nullam presupponit: ita ꝙ potest esse sola sine aliis duabus. Ex dictis segtur ꝙ in antiquo testamento non fuerūt tales claues: fuit bene potestas recipiendi & offerēdi sacrificia & absoluendi ab illis irregularitatibus & immūditijs: sed in ipsis nō erat potestas remittēdi peccatū nec potestas ꝓficiendi corpus Christi nec administrādi sacramenta: sed potestates quas habuerūt fuerūt tantūmō figure istarū ptātum huius noue legis. & sic patet quid sit clauis & quot sūt claues.

An ille due claues distinguantur.

Resolutio.

In antiquo testamēto nō fuerunt hmōi claues.

¶De quarto articulo.

¶IN ISTO QVARTO ARTICVLO Inquirit vtrū quilibet sacerdos in quēlibet alterū possit vti istis clauibus/ hoc est vtrū quilibet sacerdos indifferenter si attentet quēcunq; peccatorē sibi ꝓfessum absoluere de facto absoluat: ita ꝙ absolutio illa sit sacramentū eo mō sicut si quicunq; sacerdos quēcūq; panē tritice ū attentet ꝓsecrare etiā fermentatū realiter ꝓsecraret q̄is peccet sicut quēcūq; nō baptisatū attēraret baptisare baptisat: & vtrū etiā episcopus cōsecret quecūq; quem intendit & attentat ꝓsecrare etiā nō subditū? Eodē mō queritur an quilibet sacerdos attentās absoluere absoluat q̄is peccet faciendo ꝓtra phibitionē ecclesie? De ista questione est duplex modus dicendi ꝓbabilis. Primus modus quē tenent pleriq; doct. vt Armachanus i nono libro Marcilius in secūdo & etiā Durādus: est ꝙ quilibet sacerdos in quēlibet peccatorē ex institutione Christi absoluere potest. i. quēcunq; attritū vel ꝓtritum & cōfessum. Patet rationibus apparētibus: ꝓcurrētibus omnibus que sunt de necessitate sacramēti secundū institutionē Christi est verū sacramentū: sed in sacramēto penitētie si peccator fuerit sufficienter dispositus p attritionem vel ꝓtritionē & cōfessus sacerdoti intendēti eū absoluere ꝓcurrūt oia que de necessitate requrūtur ad sacramentū penitentie siue ad absolutionē sacramētalē. igit sacerdos illū absoluere pōt. Vnde q̄libet peccator ꝓtritus vel saltē attritus & ꝓfessus ē materia sufficiēs sacramēti & forma est vox ipsa sacerdotis & ipse est minister. qa efficitur minister p ista verba q̄dcūq; ligaueritis super terrā &c. & q̄dcunq; solueritis. ergo sacerdos quicūq; quēcūq; pctōrē sufficiēter dispositū attritū ad minus & ꝓfessū applicando illa verba sacramētalia absoluet. Patet/ cum ibi sint omnia requisita ad essentiam

Vtrū attentās absoluere quēlibet; absoluat

Primus modus dicendi.

Prima ꝓpositio

sacramēti: & est prima ratio Durādi. Quādo ponūtur ea que sunt de necessitate sacramēti iā ponit sacramētū & si ille q̄ suscipit sit sufficiēter dispositus nō solum suscipit sacramentum sed etiam effectum sacramenti. ergo istis omnibus positis est sacramentum & effectus sacramenti. Dices & ibi iacet totus nodus ꝙ quilibet nō est minister ex institutiōe diuina: sed quilibet sacerdos iurisditionem habēs. Secūdo non quilibet peccator ē materia respectu cuiuslibet sacerdotis sed iurisditionem habētis. & iste sunt replice difficiles. Sed cōtra arguitur: sequitur ꝙ papa nunq̄ posset absolui sacramētaliter si ita sit ꝙ quilibet sacerdos ex institutione diuina sit minister huius sacramenti sed solum iurisditionem habens & in ordine ad eum ad quem habet iurisditionē/ cōsequenta patet/ quia nullus potest in papā habere iurisditionem nisi per voluntariam subiectionem. ergo respectu pape non potest esse minister huius sacramenti. quia requirītur duplex subiectio/ scilicet spontanea & iuridica. igitur. Infero secūdo/ ꝙ qñ est aliqua cura que est litigiosa: ille forte q̄ non habet ius ad curam est possessor & tādem in fine declaratur nihil iuris habuisse/ sequitur tunc ꝙ illi qui confessi sunt ei tenerētur iterum cōfiteri & ꝙ non essent absoluti cum nichil iurisditionis in eos habuit. patet: ex institutiōe diuina per aduersarios est ꝙ confiteatur iurisditionem habenti in ordine ad eum quem absoluit. igitur tenereture confiteri eadem peccata: sed hoc non practicatur. Igitur. Tertio infero ꝙ quādo aliquis est in extrema necessitate: & nō habet copiam curati sed solum sacerdotis simplicis ꝙ ille non posset absolui sacramentaliter. Patet: non habet ille sacerdos simplex iurisditionem in ordine ad istum: & illa requiritur iure diuino. ergo nō potest absolui sacramentaliter. Dices/ habet iurisditionem ꝓmissariam puta ab ecclesia & a papa cōmittitur vt absoluat in extrema necessitate. Infero ergo ꝙ stādo precise in iure diuino secluſa quacūq; cōmissione facta super

Dubio.

Arguit ꝑ illā eius sionem.

casum necessitatis/ ꝙ in necessitate nō posset absolui sacramētaliter/ hoc est absurdū ergo & illud ex quo sequitur. Addo rationem contra doctores partis oppositе ex dictis eorum que videtur apparens. dicūt illi ꝙ anteq̄ dictū fuerit petro pasce oues meas fuit ordinatus sacerdos/ & postea factus est ordinarius: & Christus contulit iurisditionem petro & cunctos christianos signatos charactere baptismali fecit subiectos petro subiectione iuridica. imo dicunt ꝙ nullus fuit curatus a christo institutus nisi petrus & alij facti sunt episcopi & curati a petro. Contra/ anteq̄ diceretur petro pasce oues meas: datum erat preceptum de confessione. ergo erat aliquis qui posset absoluere. Patet antecedens/ fuit datum preceptum Ioannis. xx. anteq̄ diceret petro pasce &c. ergo anteq̄ efficeretur curatus erat datum preceptum de confessione. omnes mēdicātes sunt eiusdem opinionis scilicet ꝙ nullus potest absoluere nisi ꝓmissus a papa regulariter. & non apparet ꝙ fuerit datum preceptum de confessione anteq̄ fuerit aliquis minister illius quia obligaret aliquis ad impossibile. Ex prima opinione habemus ꝙ ex institutiōe Christi quilibet sacerdos claue potest vti in quēlibet sibi subiectum subiectione volutaria libera & secreta. Dicit secundo ista opinio/ ꝙ ecclesa potuit rationabiliter facere ꝙ non quilibet si attentaret quēlibet peccatorem absolueret Ratio est/ nullus potest absolui a suis peccatis preteritis dum actualiter ꝓmittit aliud peccatum saltem mortale: sed sic est ꝙ quādo non subiectus ordinaria subiectione cōfitetur sacerdoti cui non est subiectus ordinaria subiectione: nec commissus ab ordinario actualiter peccat: quia facit cōtra prohibitionem ecclesie. ergo de facto non absoluitur. Dices/ pono ꝙ aliquis confiteatur ex ignorantia. vt sortes confitetur non curato suo nec commisso a curato: tamē credit eum ordinarium. vel ponatur ꝙ credat non esse peccatum confiteri non suo curato/ an sortes sit realiter absolutus.

videtur ꝙ sic: quia non peccat & ꝙ ignorãtia eum excusat. nam si cognosceret constitutionem ecclesie & prohibitionem nõ absolueretur/ quia poneret obicem faciendo contra prohibitionem ecclesie de non absolui ab alieno: si tamen ignoret inuincibiliter absoluitur. & q̃uis sententia a non suo iudice lata nulla sit: in hoc tamen casu non fertur a nõ suo. sufficit enim ꝙ sit iudex arbitrarius per liberam subiectionem. oportet igitur necessario fateri ꝙ in hoc casu realiter absoluitur. Dicit tertio ista opinio ꝙ per hanc institutionem ecclesie ꝙ non quilibet a quolibet absoluitur nulla fuit mutatio circa essentiam sacramenti / per hoc ꝙ ecclesia prohibet latinis ne conficiãt in fermentato non mutatur sacramentum. Similiter per hoc ꝙ ecclesia prohibet quẽcunq; suscipere ordines a non suo diocesano ecclesia nihil imutat circa sacramentũ ordinis eodem modo hic: sed tamen est differentia inter sacramentum penitentie & cetera sacramẽta q̃uis aliquis contra prohibitionẽ ecclesie attentaret consecrare vel ordinare non subditũ ordinaret & alius conficeret: sed si contra prohibitionem ecclesie attentaret absoluere non subditum nõ absolueret nisi ignorantia inuincibilis excusaret. vnde malicia suscipientis ordines non impedit quin suscipiat illos ordines. sed malicia suscipientis sacramentum penitẽtie impedit effectum sacramenti & sic est differentia. ista opinio consistit in tribus & difficilime impugnatur. Dicit ergo ꝙ quilibet sacerdos habet potestatem absoluendi quẽcunq; ex institutione Christi. Secũdo ecclesia potuit limitare illam potestatẽ. Tertio ꝙ per hãc ecclesie institutionem nulla fuit mutatio circa essentiam sacramenti. & credo istam opinioem veriorẽ q̃ alterã. Alia est opinio quam tenet doctor & doctores pro maiori parte consentiunt ꝙ non quilibet potest quẽlibet absoluere: etiam secluſa quacunq; prohibitione ecclesie: sed solum ordinarius vel cõmissus ab ordinario. Ista opinio põt suaderi magis auctoritatibus q̃ rationibus. habetur ꝙ sententia a non suo iudice lata nulla est: sed ista est parue efficacie. Pro ista opinione est capitulum omnis vtriusq; sexus/ vbi dicitur si aliquis velit alieno confiteri petat & obtineat licẽtiam a proprio: alias sciat illum alienũ non posse absoluere aut ligare. & vltra/ alienus non potest absoluere aut ligare: ergo non quilibet potest in quẽlibet. Dices ex institutione humana hoc est & sic faciendo ponit obicem. Contra/ bene sequitur hoc est ex institutione humana & precepto positiuo. ergo illud potest cõsuetudine abrogari. quia quelibet lex humana positiua quecunq; fuerit illa siue cesarea siue pontificia potest ꝓsuetudine opposita abrogari: sed nulla consuetudine fieri potest vt quilibet sacerdotem quem voluerit eligere possit sine voluntate superioris vt in ca. si episcopus libro sexto. ergo nõ est solum de lege humana sed diuina. Et est apparẽtia in hac auctoritate ꝙ si eẽt solum de iure humano posset consuetudine abrogari: sed non potest fieri ꝙ posset aliquis per suam liberam subiectionem ab alio absolui. & ista est ratio apparentior que possit induci pro ista opinione. Dicunt consequẽter ꝙ est ex institutione diuina ꝙ solus habens talem iurisdictionem vel ordinariã vel delegatã possit absoluere: ita ꝙ si alienus tentet nihil cõfert q̃uis etiam non ponatur obex ex parte suscipientis. Dicunt vltra ꝙ a Christo nullus est factus ordinarius preter petrum & petrus imediate factus est ordiarius a Christo dicente pasce oues meas. Vltra dicũt ꝙ alij facti sunt ordinarij a petro. Hinc est ꝙ petrus potest ab odinarijs aliquam materiam auferre: quia potest diuidere vnam curam in duas & vnum episcopatum in duos sed nullus potest facere ꝙ subiectus petro non sit amplius subiectus. Vnde non potest consilium facere quin quilibet Christianus sit petro ordiarie subiectus. Dicit vltra ista opinio ꝙ nulli preterq̃ petro dedit imediate xp̃us potestatẽ absoluẽdi siue ligãdi. & est in eo potestas ꝓpriã cui actui

in rerũ natura correspõdet materia que nõ est impedibilis ab alia potẽtia actiua quin agat in illam materiam. nam nono methaphysice habetur ꝙ actiuum & passiuũ habentia complete potentiam actiuam & passiuam statim agunt. Sed sic est ꝙ ex institutione Christi potentie petri absoluẽdi correspondet potentia positiua siue materia/ quia quilibet peccator/ & illa potentia petri actiua non est impedibilis. quia remanente petro & pontifice non potest suspẽdi sicut curatus ipso sic manente nõ potest suspendi. ergo in solo petro est potẽtia absolutionis imediata actia q̃ ex institutiõe christi solũ modo petro data est. ergo ex institutione Christi in solo petro fuit propinq̃ & immediata: & in alijs apostolis talis potestas ligãdi & soluendi fuit remota. Q̃ tũ ad vltimum dictum non essem huius opinionis: sed bene ꝙ requiritur iurisdictio ordiaria vel delegata ab ordinario. vnde ad susceptionem huius sacramenti due requiruntur subiectiones. vna ordinaria: alia ex libera subiectiõe. dicerem ꝙ Christus indifferenter quando omnes apostolos consecrauit i episcopos ordinariam super quẽlibet christianum dedit & tunc ex apostolis quilibet quemlibet christianum potuit absoluere. Et ad argumenta alterius opinionis q̃tum ad primum positis illis que de necessitate sunt sacramenti realiter sequitur sacramentum: sed posita displicentia in peccatore qui ẽ materia & dispositio/ vt attritio & forma scilicet absoluo te &c. & minister scilicet ipse sacerdos applicans illa sequitur de necessitate effectus sacramẽti. Nego ꝙ quilibet sacerdos sit minister sed sacerdos iurisdictionem habens ordinariam vel delegatam. ¶ Ad replicam: ergo papa nõ potest absolui sacramentaliter quia nullus in eum habet talem potestatem iurisdictionis nisi per voluntariam subiectionem. Durãdus & de Palude dicunt ꝙ ex institutione Christi in eo sufficit voluntaria subiectio: & oportet de necessitate hoc dicere/ vel dicere cũ Panormitano ꝙ papa non obligat confiteri quod reputarem hereticum. Sequitur vlterius ꝙ sortes in extremis & non habens copiam alicuius sacerdotis preterq̃ simplicis qui non est delegatus non posset ab illo absolui. Ad hoc dico/ ꝙ potest eũ absoluere/ quia est vsus ecclesie que dat omnibus potestatem delegatam in extrema necessitate. Sed queritur an secluſa quacunq; delegatõne ecclesie posset eum absoluere/ & apparet ꝙ non quia ex institutione Christi oportet ꝙ sit ordinarius vel delegatus ab ordinario. De palude/ vigesia distictione dicit: ꝙ est de iure diuino. & hoc videt dicere Durandus. si sit de iure diuino difficile est saluare quin quilibet possit quemlibet absoluere. quia Christus nunq̃ specificauit causã extreme necessitatis/ & si nõ requritur ordinatio nec iurisdictio in extrema necessitate/ ergo nec i alijs. Ad aliud de possessore alicuius parrochie postq̃ declaratũ est nichil iuris habuisse in beneficio &c. Dico ꝙ ecclesia quemlibet possessorem delegat siue habeat ius siue nõ. ista argumenta de papa & de illo qui est in extrema necessitate faciunt michi fidem prime opinionis & est multum difficile soluere argumẽta illa cum vltimo de institutione confessionis. Ad auctoritatem que habetur in cap. omnis vtriusq; sexus solutum satis est cum talis ponat obicem cum faciat contra prohibitionem ecclesie/ ergo potest consuetudine abrogari/ concedo/ hinc est ꝙ simplices sacerdotes ab omnibus aliis simplicibus sacerdotibus absoluuntur qui non sunt ordinarij/ & est solum cõsuetudo ꝙ quilibet simplex possit quemlibet sacerdotẽ absoluere & ad ca. episcopus/ vbi dicitur preter voluntatẽ &c. Dico ꝙ preter capitur vt valet tantum sicut contra/ nam si resisteret prelatus simplicibus sacerdotibus & semp restitisset a principio peccarent alter alterũ absoluẽdo sed non faciunt contra/ potest abrogari. Et sic patet de clauibus seu potestatibus que respiciunt forum secretum. id est penitẽtiale & visum est postremo vtrũ quilibet sacerdos indifferenter in quẽlibet

peccatorem possit vti istis clauibus quia solus sacerdos illas claues habet/patet ex dictis quid dicendum.

¶VISVM EST DE Potestatibus seu clauibus que respiciunt forum secretum.i. penitentiale.& visum est postremo/vtrum quilibet sacerdos indifferenter in quelibet peccatorem possit vti illis clauibus:quia solus sacerdos habet illas claues.¶Iam querit in istoquinto articulo/vtrū preter illas claues sint aliq̄ alie claues i ecclesia:&notat doct. q̄ in ecclesia est duplex forus.¶Est quidā secretus in quo idem est reus &accusator& testis& in illo foro solū debent esse iudex & reus.i.sacerdos & confitens.reus enim debet se accusare tam de secretis q̄ de publicis.Est alius forus publicus in quo distingūtur reus & accusator. & sicut ad forum secretum exercendum contulit Christus iudicibus in illo foro duplicem potestatem/scilicet cognoscendi & sententiandi ita ad sententiandū in foro publico cōtulit Christus duplicem potestatē ecclesie scilicet cognoscendi de crimine & sententiādi.&iste potestates sūt collate ecclesie.mathei.xviij vbi Christus dixit Petro/si peccauerit in te frater tuus.i.si quilibet fidelis peccauerit in te.i. te sciente corripe eum supple admonitione charitatiua vt desistat a peccato. Si te audierit lucratus es fratrem tuū. Si te nō audierit/adhibe duos vel tres testes.quia in ore duorū vel trium testium stat omne verbum.¶Item si hos non audierit: dic ecclesie.Vnde secūdum Gerson de potestate ecclesie in isto verbo.dic ecclesie/data est ecclesie prima potestas/scilicet cognoscendi de crimine in foro publico.¶Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.& subiungitur ibi potestas sententiandi/q̄cunq̄ alligaueritis super terram erunt ligata & in celo. & quecūq̄ solueritis super terram erunt soluta & in celo.¶Ibidem datur multiplex potestas ecclesie secundum Gerson.primo potestas cognoscendi in vero dic ecclesie.Secūdo potestas post cognitionem criminis sententiandi.

Duplex forꝰ i ecclesia

Potates date ecclesie in hoc verbo quodcūq̄ alligaueritis

Terio datur potestas contra non obedientes sententie penam infligendi ibi/sit tibi sicut ethnicus & publicanus.i. excōmunicetur & separetur a communione fidelium Ex quo patet q̄ deus approbat solutionē & ligationem ecclesie factam in foro publico quam qui contemnit habēdus est sicut ethnicus & publicanus. Quarto datur potestas etiam instituendi certa statuta & certos canones. Habemus ergo duplicē potestatem in foro publico correspondentē illi duplici potestati in foro secreto & sicut ille due potestates in foro secreto vocātur claues ita ille potestates due in foro publico vocantur claues.& q̄ tales distīgūt a prioribus patet quia reperiuntur precedentes sine istis & iste sine precedentibus.Nā simplex sacerdos non habet claues in foro publico.Vnde non reperio actum iurisdictionis fori exterioris preter vnum qui possit conueinre simplici sacerdoti curato.scilicet refellere publicum peccatorem a perceptione sacramenti.& illam habet potestatē ex euāgelio.Nolite dare sanctum canibus sed nō repitur q̄ simplex sacerdos curatus habeat istas claues scilicet potestatē excōicandi/suspēdēdi/interdicēdi/&absoluēdi ergo prie repiunt sine istis & iste sine aliis.puta i archidiacōis.Similr simplex clericus electus in summū pontificem habet omnē potestatem iurisdictionis. Vnde iste claues que respiciūt forum publicum possunt laico & mulieri committi ab ipso summo pōtifice.Pro declaratione huius materie aliq̄ sunt videnda per ordinem.¶Primo/quid est excommunicatio.Secundo pro quo crimine debet ferri excommuicatio. Et tertio a quo potest ferri. Et q̄rto vtrū teneamur vitare excōicatū sub pena peccati: & si sic vtrum sub pena peccati mortalis vel venialis:Quinto super quos extenditur vel ad solos fideles vel etiā ad infideles vel ad vivos & non ad mortuos.Vnde excommunicatio a toto genere est separatio a communione in actibus legitimis cum fidelibus & in sacramētis vel in sacramētis tm.

Simplex curatꝰ hꝫ tm vnū actū iurisdictionis i foro exteriori.

De excōmunicatione

Diffinitio excōicationis.

Et duplex ē excōmunicatio: scilicet maior & minor.vnde excommunicatio maior/ē separatio a communione cum fidelibus in quibuscūq̄ actibus legitimis & in sacramētis simul.Alia est minor:& est separatio a sacramentis.vnde aliquem excommunicari est ei precipere vt non communicet cum fidelibus & non percipiat sacramenta & cū actis fidelibus ne communicent cum eo i actibus legitimis vt i loquela in orationibus &c.Ex quo sequitur q̄ excōmunicatus nō tenetur vitari ab infidelibus.quia excommunicati excluduntur solum a communione fidelium/ergo.Secundo sequitur/q̄ infidelis non tenetur vitare excommunicatū cum excōmunicatio solū separat a cōmuniōe fidelium.Preterea/ecclesia nō habet potestatem super infideles.Ideo nō potest eis precipere vitare excommunicatum.

Tertio sequitur q̄ vitare excommunicatū non est immediatū ius diuinum:quia obligaret indifferēter singulos quia ius diuinū obligat omnes cum deus habeat potestatē super fideles & infideles/si ergo sit ita q̄ infidelis non tenetur vitare excommunicatū non est nisi preceptum ecclesie.Quarto sequitur q̄ excommunicationis multiplex ē actus siue effectus. Primus effectus est phibitio q̄ prohibetur ipse excommunicatus participare in actibus legitimis aut in sacramentis suscipiendis cum ceteris fidelibus. & loquor de maiori excommunicatione. nam excommunicatus salutādo aut loquēdo cum aliquo peccat & est primus effectus Secundus effectus est/non participare i suffragijs ecclesie.Priuatur enim participatione qua participant cuncti fideles in orationibus ecclesiasticis & alijs suffragijs. Quātum ad istum effectum/notandum q̄ aliqs participat in beneficijs vel alijs suffragijs multipliciter. Vno modo ratione charitatis qua connectuntur singuli adinuicem & singuli qui sunt in charitate omniū benefactorum ab ipsis mutuo participant.dicebat enim Christus loquens de ista vnitate.Oro/vt vnum sint q̄admodum vnū sumus.& hanc participationem non potest aufferre excommunicatio.quia cum excōmunicatio sit solum pena non fertur nisi p mortali: & cum sit solum pena non potest auferre charitatē.Immo illam ablatam per mortale presupponit.& ideo excommunicatio q̄tum ad illam vnionem siue participationem ratione vnionis omnium suffragiorum & benefactorum ab ipsis non excludit talem charitatem: sed presupponit eam esse exclusam vt dictum est.Questio ē an talis participatio sit acquisitio noui gradus glorie vel remissio certe pene in purgatorio vel aliquod gaudiū accidētale:& videtur michi q̄ non est nisi acquisitio gaudij.Sit fortes excommunicatus post excōmunicationem acquirit gratiam per contritionem dato q̄ nundū sit absolutus.ab excommunicatione est particeps suffragiorum omnium que sunt in charitate nec potest excludi.Alia est participatio que fit p applicationem:& est duplex quedam q̄ fit a tota ecclesia.alia que fit per singularem personam.vnde q̄tum ad applicationē suffragiorum totius ecclesie iuste excommunicatus est frustratus illa participatione siue recuperauerit gratiam per contritionē siue non.Dico vlterius potest esse particeps alicuius suffragij ratione applicationis certe persone.Nam certa persona potest orare pro excommunicato:vt deus conuertat eum & si cōteratur de peccatis pro quibus est excōmunicatus habet fructū illius suffragij.& valet ei ad remissionem pene purgatorij. Habemus ergo q̄ secundus effectus excommunicationis est esse priuatū suffragijs cōmunibus ecclesie q̄tum ad valorem prouenientem ratione applicationis vniuersalis ecclesie vel ipsorū ministrorum generalium.& sic excommunicatio ē separatio & eius effectus nō participare & esse priuatum suffragijs & hoc q̄tum ad valorem prouenientem ex vniuersali applicatione omnium fidelium. ¶Consequēter videndum est pro quibus causis debeat qs excōicari.

multiplex effectus excōmūicationis.

Participare i suffragijs

Pro quo peccato debeat qs excōicari

municari nisi pro peccato & non pro quo libet peccato mortali/ sed pro illo cui iuncta est contumatia. & loquimur de excõmunicatione maiori & lata ab homine. pro cuius declaratione. notandum q̃ multiplicia sunt mortalia. quedam sunt que consistunt in solo actu intetiori. Alia sunt que non solum consistunt in actu interiori: sed etiam procedunt in opus & operationẽ exteriorem. Secundo peccata que ꝑdeunt vsq̃ ad operationẽ exteriorem sunt multiplicia. Quedam sunt que ex operatione exteriori ad quam exeunt non possunt cognosci esse peccata propterea q̃ illa operatio ẽ solum peccatum propter relationem in malũ finem. Vel quia imperatur a volitione mala vt sortes dat elemosynã non propter deum sed ꝓpter vanam gloriam: talis operatio exterior imperatur a volitione qua appetit vanam gloriam. & illa nõ potest cognosci esse peccatum quia talis non est prohibita. Immo frequenter cadit sub precepto & ad cognoscẽdam illam esse peccatum oporteret de necessitate cognoscere interiorem volitionem. Alia sunt peccata q̃ possunt exterius cognosci esse peccata vt occidere/ adulterari/ furari. Secũdo supponitur q̃ istorum peccatorum quedã sũt publica que ideo publica vocãtur nõ quia omnes sciunt & cognoscant illa: sed quia iurídice probari possũt vt per duos aut tres testes. Alia sunt publica que nõ possunt publice probari. Dico primo: q̃ ecclesia non potest excommunicare pro peccato solo interiori/ quia cogitationis penam nemo meretur quod peccatum interius non processit exterius non propter deffectum cognitionis sed propter deffectum iurisdictionis/ seu potestatis vt dicit Durandus. quia deus reseruauit sibi iudicium de interioribus vt patet per multa capitula in titulo de symonia tua nos. xxxij. distincti. capi. erubescant. ¶ Similiter q̃tum ad aliud peccatum quod procedit ad actum exteriorẽ q̃is exterior cognoscatur adhuc non potest cognosci esse peccatum/ & ẽ idem iudiciũ de istis duobus primis. Sed est solum difficultas de aliis duobus generibus vltimis: vt sit sortes qui exiuit in opus quod est malum de se & non solum quia male relatum si nõ possit illud opus probari ecclesia nõ potest excommunicare sortẽ pro tali opere. Et loquitur de sententia lata ab homine saltem nominatim/ & hoc non est propter deffectum potestatis quia habet potestatẽ super illa crimina sed propter deffectũ cognitionis. quia non potest iuridice illud ecclesia cognoscere eo modo quo habet potestatem in tali foro publico sed solum ꝑ exterioribus publicis & notoriis. i. que possunt iuridice probari. Nam ista clauis solum se extendit ad operationes que consistunt i opere exteriori & publico que possunt iuridice probari & quibus annexa est contumacia vt sortes commisit fornicationem & notum est ecclesie/ tunc ecclesia debet vocare sortem & vocatus compareat & non discedat a iuditio ante licentiam & sententie late a iudice obtemperet nõ est cõtumax & non debet excommunicari. Nã non potest excommunicari nisi propter alteram istarum causarum. vel quia vocatus non comparet. vel si cõpareat discedit ante vel si nõ discedat precipitur ei abstinere & non abstinet. tunc licite potest excommunicari. & resolutio doct. theologorum ẽ Nunq̃ debet excommnnicari nisi pro mortali exteriori iuridice probato cui annexa ẽ contumacia. vel quia non comparet vel discedit a iudicio vel non abstinet. ¶ Tertio videndum est/ qui habẽt potestatem excõmunicandi. Doct. est huius opinionis q̃ nullus potest excommunicare maiori excommunicatione auctoritate sua propria preterq̃ summus pontifex. Ratio est/ nullus potest prohibere cũctis fidelibus vt vitent hanc certam personam nisi sũmus põtifex sed excommunicare est precipere cunctis fidelibns vitare hanc personã & huic ꝑsone vt cũctos fideles vitet. Minor est nota & patet maior. Nullus potest aliquem obligare nisi sit eo superior & habeat in ilDistinctia sunt mortalia

Ecclesia pro solo interiori pctõ non excõmunicat

Qui põt ordinarie excoicare

lum iurisdictionem sed nullus habet iurisdictionem super omnes fideles nisi sũmus pontifex. Vnde episcopus parrhisiensis non potest obligare dyocesanũ carnothẽsem. vt vitet suum dyocesanum. Et regulariter omnes mendicantes & qui adulant & fauent summo pontifici propter sua priuilegia sũt huius opinionis videlicet q̃ nullus auctoritate propria potest maiori excõmunicatione excõmunicare nisi solus pontifex. Sed q̃ episcopi hoc faciant hoc nõ ẽ auctoritate propria sed delegata ab ipso summo pontifice vt possint suos dyocesanos excommunicare maiori excommunicatione & obligare cunctos fideles ad vitandum excommunicatum. ¶ Quantũ ad istã materiam est opinio oppositaque videtur probabilior. Et apparet michi q̃ in ecclesia fuit auctoritas excommunicandi anteq̃ aliquis fuisset summus pontifex. Immo isti de opinione oppositaꝫ habent hoc concedere. Patet nunq̃ fuit aliquis summus pontifex nisi post resurrectionem. quando dictum fuit petro/ pasce oues vt omnes fatentur/ sed ante passionem fuit potestas excõmunicandi ecclesie que data est in isto verbo: dic ecclesie. & data est talis per verba de presenti ante passionem. ergo iste claues q̃ respiciunt forum publicum & exteriorem fuerunt collate ante passionem. & electus i summum pontificem etiam anteq̃ sit sacerdos habet istas claues & videtur michi cũ Christus illam auctoritatem contulit anteq̃ aliquis esset summus pontifex. Sed quibus? dico q̃ omnibus apostolis per illa verba quodcũq; alligaueritis &c. Vnde quando dixit petro tibi dabo/ promittebat neq; adhuc dederat. Preterea ea que sunt data apostolis nõ sunt eis solis data/ sed successoribus etiam. quascunq; potestates contulit apostolis non solum pro ipsis/ sed pro ipsis & successoribus/ sed omnes episcopi succedunt apostolis/ ergo data est eis talis potestas. Et est resolutio quam credo veram q̃ non solus papa potest excommunicare auctoritate ordinaria/ sed etiã quilibet episcopus. sed curati & archidiaconi non possunt neq; abbates nisi ex consuetudine. Et ratio mea est & non habeo aliam. Date sunt claues anteq̃ esset aliquis papa & date sunt singulis apostolis per ista verba/ que cunq; ligaueritis/ & quecunq; data sunt apostolis hoc fuit ꝑ se & eius successoribus ergo omnes apostoli & singuli habẽt ordinariam potestatem excommunicandi. ¶ Ad argumentum doct. aliquem excommunicare nichil aliqd est q̃ cunctos fideles obligare ad vitandum illum (transeat) sed sic est q̃ non habet aliquis episcopus potestatem super cunctos fideles. Dico q̃ nõ directam sed bene idirectam & de per accidẽs nam potest directe excommunicare suum dyocesanum & sic directe eum excommunicando indirecte obligat omnes fideles alias dyocesum ad vitãdum eum & hoc potestate quam habet vt verus apostolorum successor a Christo ipsis apostolis data. Ex dictis patet/ quid sit excommunicatio & quottuplex est excommunicatio. & quid sit effectus excommũicationes & pro qua causa debet ferri scilicet ꝑ quolibet mortali cui ãnexa ex cõtumacia: ex illo passu si peccauerit in te frater tuus loquitur de mortali vt notum est: quia statim subdit si audierit te lucratus es animam eius. & si non esset in mortali nõ lucraretur eius anima: quia nõ perditur nisi per mortale. Ideo intelligitur ibi de mortali & de illo cui est iũcta contumacia. Et tertio visum est quis possit excõmunicare. Et dicit doct. q̃ potestate ordinaria a Christo habita nullus potest excõmunicare maiori excommunicatione preter papã/ & visa est sua ratio qua mouetur ad hoc dicendum/ tamẽ diximus q̃ probabilius est q̃ episcopi etiam possint &c̃. ¶ Iam vtendũ ẽ de duobus pũctis. primũ ad quos se extendit ista potestas excommunicandi. vtrum ad viuentes solum: ¶ Secũdo sub qua pena tenetur quis vitare excommunicatum. Quantum ad primum dictũ ẽ iam q̃ ista potestas non se extendit ad infideles sicut nec aliqua alia potestas ecclesia

Secũda opinio.

Resolutio.

Epilogꝰ

stica. Vnde paulus ait nō est michi cure de his que foris sunt. i. extra ecclesiam. Aliq dicunt ꝙ potestas ecclesiastica se extēdit ad ifideles q̄tum ad aliquos actus & ꝙ potest excommunicare illos propter peccata que sunt contra legem nature/& ē opinio Panormi. in capi. nouit. de iudicis. sed cōmuniter non tenetur. Dico ergo ꝙ solum se extendit hec potestas ad viuētes & nullo modo ad mortuos. & hanc opinionem deduc. Carleri⁹ cit optime Carlerius. ¶ Ratio est/quando data est hec potestas ecclesie & apostolis q̄ representabant tunc ecclesiam Dictū est eis quecūq; alligaueritis super terram. per illa verba data est eis solum potestas ad eos q̄ sunt super terram. i. ad viuentes & non super eos qui sunt in purgatorio vel i iferno vel in paradiso. ergo hec clauis. i. hec potestas solum se extendit ad viuentes & nullo modo ad mortuos. Et ē ratio illius doctoris que videtur satis manifesta. qa talis potestas non potest se extendere nisi secundū tenorem illius auctoritatis. Ideo notanter dicitur super terram. ergo nullo modo se extendit ad mortuos. & per consequēs nec potestas dandi indulgentias mortuis dat ex illo passu. nam dicunt quicunq; dabit talem pecuniam liberabit vnam animam a purgatorio. dico ꝙ est abusus. quia indulgentie nunq̄ valent deffunctis nisi per modum suffragij. Contra hoc arguitur/potestas absoluendi ab excommunicatione extenditur ad mortuos & est eadem potestas ligandi & soluendi & simul data respiciens eundem forum. Quod excommunicatus possit ab ecclesia absolui. Patet in capi. tua nos de sententia excommunicationis. An mortuus possit absolui. Loquitur ibidem de illo qui petebat absolui & non habuit copiam absoluentis. Dicitur ꝙ putandus est absolutus quo ad deū sed debet absolui quo ad ecclesiam. ergo. Dico ꝙ potestas qua absoluitur mortuus nichil agit in mortuum: sed agit solum i viuentes quia erat viuentibus phibitum orare pro isto publicis orationibus & suffragijs generalibus ecclesie. Ideo absoluendo illum q̄is nichil agat in eum. quia siue sit damnatus siue saluatus siue in purgatorio non est amplius de suo foro/sed dat viuentibus potestatem orare pro illo. & iste modus videtur probabilior. ¶ De altero videlicet quo peccato peccat qui participat cum excommunicato maiori excōmunicatione in actibus legitimis. vel sub qua pena est ei prohibitum participare cum excommunicato maiori excommunicatione que regulariter fertur ab homine & aliquā do a iure. ¶ Respondetur ꝙ participare cū excommunicato in sacramentis est peccatū mortale. & ratio quam dat Durandus talis ē /qui participat cum excōmunicato in sacramentis directe facit contra preceptum ecclesie. quia participare cum illo in sacramentis est participare cum eo ꝙt homines sunt fideles. quia participatio in sacramentis est participatio fidelium adinuicem inq̄tum sunt fideles. sed participare cum eo in alijs actibus non est inq̄tum sūt fideles: sed inq̄tum sunt ciues. & quia prohibetur participatio fidelibus cum excommunicato. Ideo qui participat directe facit contra prohibitionem ecclesie. Ideo dicunt regulariter doctores/ꝙ participare in sacramentis cum excommunicato est peccatum mortale/vt participare in missa/celebrare corā excommunicato/recipere simul eucharistiā. ¶ Sed queritur an participare in actibus ciuilibus sit mortale? Distingunt vel participat effrenate. i. equaliter sine verecundia ac si talis non esset excommunicatus & sicut participaret cum non excommunicato talis contempnit claues ecclesie. qui ita participat peccat mortaliter. quia omnis contemptus deliberatus clauiū ecclesie ē mortale peccatum. vel participat non effrenate cum excommunicato. quia excommunicatus fortasse salutat eum. & ex verecundia alter resalutat eum vel ex timore forte ne videatur alteri ꝙ dedignetur eum vel iraſcat ei alloquitur illum q̄is displiceat. Regulariter dicunt doctores ꝙ ita participare ē solum veniale. Dicūt tertio doct. ex qualibet

tali participatione etiam ciuili q̄is peccet venialiter. incurrit tamen censuras ecclesie scilicet minorem excommunicationem & incurrit illam a iure. nam prohibetur eis accessus ad sacramenta. sed non prohibetur participatio cum alijs fidelibus in actibus licitis sed non potest communicare neq; recipere corpus dominicū/neq; etiam ducere vxorem secundum multos/potest tamen audire missam q̄is oppositū dicat De palude. ¶ Resolutio ergo est: participare cū excommunicato in crimine vel in sacramē Resolutio. tis incurritur excommunicatio maior & ē mortale. sed participare i actibus legitimis non effrenate q̄is sit solum veniale nihilominus incurrit censuras excommunicationis minoris nisi in casibus permissis a iure. Ex dictis sequūtur duo correlaria que ponit Panormitanus de sententia excomuni. in capi. nulli. & in capi. cum desideres. primum: episcopus participans cum excommunicato ab ipso peccat & incurrit censuram excommunicationis minoris participando in actibus legitimis cum eo. Patet quia participare cum excommunicato nō est prohibitum solum ab episcopo qa cum episcopus non subdatur iuri suo sed sit supra suum ius non peccaret nec incurreret sē tentiam/sed participare cum excommunicato est prohibitū iure canonico cui subijcitur episcopus. ergo episcopus contradicendo tali iuri incurrit censuram & penam impositam a tali iure. Secundum correlarium/papa participans cum excommunicato ab ipso peccat: sed non incurrit censurā excommunicationis siue illa excommunicatio sit lata a iure siue ab homie. Istud voluit dominus abbas in capi. cum desideres de senten. excōmuni. in An. quia censura excommunicationis incurritur solum p ius positiuum. quia non habetur de iure diuino: ꝙ participans cum excommunicato sit excommunicatus. Habeē bene ꝙ est vitandus sed non sub pena excommunicationis. Habetur bene ꝙ contumax excommunicetur ex iure diuino & ꝙ participans cū eo peccat sed ex iure diuino non habetur ꝙ participans excommunicetur. Ideo summus pontifex non incurrit talem censuram & non est difficultas q̄tum ad hoc. tamen Panormitanus in capitulo cum consideres & allegat glo. in ca. nulli de sententia excōmunicationis dicit ꝙ peccat/nā iure diuino explicite posito quando quis est excōmunicatus debet haberi sicut ethnicus & publicanus: sed summus pontifex ꝓmunicando cum excommunicato in actibus ciuilibus non habet eum sicut ethnicum & publicanum. ergo papa sic communicando cum eo ꝓtrauenit iuri diuino. ergo peccat. Vnde habere eum sicut ethnicum & publicanum est nō participare cū eo. ergo summus pontifex in ita participādo ꝓtrauenit iuri diuino cui est subiectus/& ex eo ipso ꝙ participat cum eo non debet censeri absoluere talem excommunicatum nisi hoc manifestauerit. Aliquis statim impugnaret quod dictum est scilicet ꝙ participans cum excommunicato non effrenate peccat venialiter solum nihilominus incurrit sententiam excomunicationis minoris. Contra nullus est repellendus a ꝓmunione sacramētorum nisi propter mortale. ergo si peccet solum venialiter nō est separandus Nego illā. quia iste non separatur a ꝓmunione sacramentorum ratione venialis quia nullum veniale separat sed separatur ratione alicuius quod non est peccatū. sed solum pena peccati scilicet ratione excommunicationis. nam sic esset preceptum vitare excommunicatum sub pena venialis & non sub pena excommunicatōnis post cōmunicationem cum illo posset recipere sacramēta. sed excommunicatio minor quā incurrit est pena que separat a communione sacramentorum. Ideo ratione pene que nullo modo est peccatum licet contrahaē ab actu q̄ est solum veniale separat illum. Contra/dicis ꝙ non separatur ratione peccati a participatione sacramētorum sed ratione pene que cōtrahitur ex veniali. Cōtra arguitur/ergo ecclesia plus punit i suo

foro peccatum veniale q̄ puniat deus i ſuo foro ſcilicet i purgatorio.& ſic eccleſia cru delius agit. Patet ſequela/cenſura minoris excommunicatōnis eſt maior pena q̄ pena purgatorij que infligitur ratione commiſſi in hoc mundo.ſed ſeparari a participati one ſacramentorum in hoc mundo eſt pe ius q̄ puniri pro veniali in purgatorio.

Et eſt argumentum ad probandum ꝙ excommunicatio minor ſit maior pena q̄ pena purgatorij.Patet ratione excommunicationis minoris excluditur a perceptione euchariſtie & ratione perceptiōis eucharistie ex vi operis operati acq̄ſiuiſſet gradū gratie vltra gradum qui debetur ratione boni motus interioris & illi graduī gratie correſpondiſſet gradus glorie perpetuo i eterna beatitudie & illa priuatio perpetua illius gradus glorie eſt ſibi maius damnū q̄ bonum eſſet viſio beatifica q̄tumcūq; intenſa duransſolum per tempus.ergo incurrit maiorem penam ratione excommunicationis minoris q̄ ſit quecunq; pena purgatorij que eſt ſolum temporalis/ vnde gradus glorie quem habuiſſet ratione perceptionis ſacramentorum ex vi operis operati fuiſſet ꝑpetuus.Ideo excederet omne bonū temporale.ergo incurrit maius damnū q̄ ſit quecunq; pena purgatorij que eſt ſolū temporalis.ergo eccleſia in ſuo foro ſeuerius punit quā puniat deus in alio mūdo.

¶Quātū ad hoc eccleſia ſeparat a pceptione ſacramentorum per tempus ratione excommunicationis & deus ſeparat ratione venialis animam ipſius a perceptione beatitudinis per tempus & cum hoc afficit in purgatorio.vtrum iſta ſeparatio ad tēpus ſit peior alia? Credo ꝙ ſeparatio a beatitudine per tempus ſit peior.quia deus ratione venialis ſeparat a beatitudine per tempus.Ad argumētum cum arguitur ſortes i currēs excommunicationem minorem per veniale non poteſt licite percipere ſacramēta.Immo peccaret mortaliter percipiendo ergo ratione excommunicationis priuatur gradu glorie.Dico ꝙ eſt ratione quia non percipit: & non poſſe percipere pro tali tēpore non eſt tanta pena ſicut nō habere beatitudinem.Item non eſt impoſſibilitatus ad perceptionē nā nō poteſt percipere niſi a ſacerdote qui poteſt eū abſoluere ab excommunicatione minore.nam quilibet curatus indifferenter abſoluit ab illa.Immo non poteſt abſoluere a peccato/ niſi abſoluat ab excommunicatione minori quia nō eſt capax abſolutionis a peccati niſi ſit abſolutus a minori.nam ſacerdotes anteq̄ dicant & proferant formam ſacramentalē abſolutionis dicunt.Abſoluo te a minori excommunicatione ſi indigeas.Habemus ergo in toto quomodo debet vitari excommunicatus & ſub qua pena & ſub quo peccato.¶Cōſequēter dicit doct.ꝙ talis gladius ſpiritualis non eſt ſepe vibrandus.& ꝙ fatuiſſime faciunt qui pro leuibus rebus ferunt illam.Immo paulus non excommunicauit niſi trina vice ſcilicet quendam fornicatorem habentem vxorem patris/ & hereticum poſt trinam monitionē & Hymeneum & Alexandrum qui receſſerunt a fide/cum apoſtoli habuerunt immediate a Chriſto poteſtatem excommunicandi & tamen remiſſe leguntur excommunicaſſe/ depaulo terna vice. Et videtur ꝙ a iure ab apoſtolis confecto hereticus ſit excommunicatus &nō ſolum iure poſitiuo. Et hoc tenet Occā.& ſic iure diuino hereti ci poſſunt dici excommunicati.Ideo iure diuino &non ſolū humano ſunt priuati titulo beneficij.Dicitur etiam ad Gal.j.Si quis vobis euangeliſauerit preter illud qd̄ accepiſtis anathema ſit.& ſic videtur canon ſententie late ab ipſis apoſtolis & nō ſolum ab eccleſia. Argumenta ſolutaſunt ex ſupradictis.

¶Ad queſtionem motam circa diſtinctionem.xviij.deueniēdū

TRVM POTESTAS clauiū ſolū modo ſe extēdat ad penā tēporalem. De hac queſtione ſunt due opiniones. Vna eſt magiſtri que conſiſtit in duobus dictis.Primum/

ſacerdos euangelicus virtute clauium nū q̄ remittit culpā.Patet ex euāgelio de leproſo.Chriſtus ſanauit eos:& poſtea iniunxit eis dicēs Ite oſtēdite vos ſacerdotibus.& p hoc ſignificabat remiſſio culpe. Nā prius inpctōre remittitur culpa/poſtea oſtēdit ſe ſacerdoti qui nichil aliud facit q̄ oſtendere eum eſſe abſolutū a culpa & auctoritate clauium reconſiliat eū eccleſie. Alia eſt auctoritas de laſaro reſuſcitato. Chriſtus prius eū reſuſcitauit/& eo reſuſcitato iuſſit apoſtolis vt eum ſoluerent/ & per reſurrectionem laſari ſignificatur reſuſcitatio aie p gratiam.ergo deus prius reſuſcitat animam q̄ a ſacerdote qui gerit vices apoſtolorū & diſcipulorum reconſiliet eccleſie.ergo culpā remiſſam oſtēdit. Item habetur auctoritas Hyeronimi ſup Leuiticū. Nā per ſacerdotes veteris legis ſignificabantur ſacerdotes noue legis.&illis erat data poteſtas cognoſcendi de lepra:puta quiſnā eſſet leroſus: & quis non. Tunc arguitur ſic.nunq̄ ſacerdos leuiticus ſanabat a lepra: ſed ſolum habebat auctoritatē declarandi ꝙ alter erat ſanatus a lepra.ergo ſimiliter ſacerdos euangelicus non abſoluit a peccato:ſed oſtēdit illum peccatorem eſſe abſolutum.& ecce opinio magiſtri quātum ad primū dictū.

pma ꝓpō.

¶Secundum dictum eius eſt/claues iſte duplici modo ſe extendunt ad penam.Primo ad penam relaxandam. Secūdo ad penam iniungendam & nunq̄ ad culpam vt dictū eſt in primo dicto. nam poſtq̄ culpa eſt remiſſa per contritionem/reſtat pena ſoluenda in purgatorio. & ſit ita ꝙ illa pena ſoluenda ſit vnius anni virtute abſolutionis ſacramentalis de debito illius pene aliquid auffertur. & hoc ex opere operato virtute abſolutionis ſacramentalis. Dicit vltra/ſe extendunt ad penam infligendam virtute clauis.Nam ſacerdos poteſt cōfeſſo imponere aliquod opus ſatiſfactorium/puta ieiunium/orationem/vel elemoſinam/vel aliquod afflictiuū. Vltra dicit magiſter:ſi talis iniūctio pene non ſit conformis iudicio diuino non approbatur in celis.Vnde non cōformatur iudicio diuino / vel quia imponitur minor q̄ imponenda ſit ſecūdū exigentiam culpe. vel imponitur maior q̄ mereatur pati:nō conformatur iudicio diuino quod iudicat non tantā imponendā ergo iniuſte iniungitur ſi maior aut minor q̄ oporteat ip onatur. Ecce dicta magiſtri/ quibus ſe conformant multi antiquorum: & ipſe Gabriel.

2.ꝓpō.

¶Doctor q̄tum ad primū eſt omnino opinionis oppoſite: & nō eſt omnino conformis quātum ad ſecundum dictum. Et ponit talē ꝓpo.Claues ſe extendunt ad remiſſionem culpe.i.ſacerdos virtute clauium abſoluendo ſacramentaliter aliquando remittit culpam ſi ſit remiſſibilis & non ponatur obex.nam ſicut ex preſentia ſacramēti baptiſmi in paruulo remittitur originale:eodē modo ex preſentia abſolutionis ſacramentalis requiritur culpa. Patet/niſi ſic ſequeretur ꝙ penitentia non eſſet ſacramentū noue legis niſi ex vi opis operati remitteret culpā.Patet /ſacramēta noue legis ſignificāt gratiā.& non ſufficit ꝙ ſigiſnificēt:ſed oportet ꝙ eā cauſent.i.ꝙ ad preſentiam eorū cauſetur gratia de nouo.& hoc eſt efficaciter ſignificare / ſed ſic eſt tenēdo partē oppoſitā ſacramētum penitentie nunq̄ efficit gratiā imo preſupponit eā.Sed iſta ratio nō ē multū efficax.Nā nō oportet ꝙ ſacramēta noue legis ſignificent primā gratiā: ſed bene efficaciter ſignificant primā/aut augmērent primā.Vnde multi doc.dicūt & eſt opinio probabilior ꝙ in ſuſceptione euchariſtie prima gratia non acquiritur ſed augmentatur prerequiſita.ideo non oportet ꝙ ad ſuſceptionem ſacramenti noue legis acqratur prima gratia.

Opinio Scott.

¶Sed doctor arguit:omne ſacramentū noue legis quod eſt inſtitutū contra peccatum expellens gratiam habet virtutem operandi primam gratiam alias fruſtra inſtitueretur contra tale peccatum niſi data eſſet ei efficatia remittendi tale peccatum ſed penitentia eſt ſacramentum noue legis inſtitutum contra peccatum mortale excludens gratiam ſicut baptiſmus

institutur contra originale. ergo virtute sacramenti penitētie potest conferri prima gratia: & est resolutio doctoris / & maior pars doctorū est huius sentētie. Dicit si penitens non sit sufficiēter cōtritus: ita q̄ displicētia nō sit satis magna & satis cōtinuata: tunc virtute absolutionis sacramentalis remittitur peccatū quod nō remitteret virtute illius displicētie. ergo sacramētum penitentie habet efficatiā respectu prime gratie. Sed apparētia est pro opposita parte & cōtra doctorē. Sacramentū penitētie est sacramentū qd̄ solū debet suscipi ab adulto vtente ratione. ergo vt aliqs possit hoc sacramentū suscipe: regritur prima dispositio expte suscipiētis. Nā sacramenta q̄ nō possunt ministrari nisi adultis prereqrunt dispositionē in suscipiente & nō disponēs se / & suscipiēs peccat actualiter & ponit obicē ergo ex precepto diuio reqritur dispositio preuia: sed talis dispositio est sufficiēs ad remittendū culpā apud opinionē pbabiliorem. ergo nunq̄ virtute sacramēti remittit peccatū. Patet minor: vel suscipiēs sacramētum fecit sufficientē diligentiā ad recognitionē peccatorū / vel nō adhibuit / si nō / ergo peccat mortaliter suscipiēdo: qa posuit obicem. Si adhibuit tantam quantam tenebatur. Vel fuit bene circūstātionata vel nō Si nō: ergo peccat actualiter. ergo nō suscipit gratiā. Si dicas q̄ habet vtrūq; / scilicet sufficientē recognitionē ex sufficienti diligentia. & cū hoc displicentiā bene circūstātionatā. ergo apud eos qui dicūt q̄ nō regritur displicentia in certo gradu / nec p certum tempus ptinuata: sed sufficit displicentia bene circūstantionata & precipue circūstantia finis / nunq̄ virtute sacramēti remittitur peccatū. Et ita oportet necessario fateri: & hoc idem dicit Gabriel in hac distinctione. Sed doc. tenet oppositū in .xiiij. distinctione / puta q̄ regritur ad ptritionē sufficientē certa intētio & certa tēporis ptinuatio Propterea pſequenter loquēdo dicit q̄ aliqñ virtute sacramēti penitentie remittitur peccatū sufficienter dispōsito & confertur prima gratia / & est resolutio doctoris

¶ QVTVM AD SECVNDVM Quomodo se extendūt claues ad penā. Dicunt si peccatū sit remissum per cōtrionem se extendunt ad penam: quia recipiēdo sacramētum ex vi operis operati remittitur aliqua portio pene vltra illā que remittebatur virtute erubescentie. sed quātum ad penam taxandam seu iniungendam facit doctor difficultatē / & dicit q̄ sacerdos virtute clauiū confesso sibi: & absoluto a se nō potest illum ad penam aliquā obligare nisi voluntarie confessus se subiiciat illi pene. Dicit ergo contra magistrum: & contra cōmuniter alios doctores / & contra Thomam / q̄ virtute clauium sacerdos non potest peccatorem ad penam temporalem obligare / nisi se submiserit illi pene per volūtariā acceptationē. ¶ Sed oppositā opinio semp michi visa ē probabilior. Et arguitur sic. quādo data est a sacerdotibus potestas vt eēnt iudices in isto foro. dictum est quecūq; solueritis &c̄. & hoc claue non errante. Eodē modo dictum est: quecunq; ligaueritis. ergo sicut sacerdos absoluit a peccato / ita si iniungat penam confesso: ligat eum ad illā soluēdam. Et hoc expresse dicit auctoritas quecūq; ligaueritis. ¶ Scdo arguitur sic. in foro exteriori si iudex habens iurisditionē imponat reo aliquā penam non excedentē crimen ratiōe criminis: alter qui absolutus est tenetur illam penam suffere etiā in foro consciētie. ergo cum sacerdos in foro conscientie sit constitutus iudex a Christo: & nullus constituitur iudex quin habeat potestatem coherciuam potest ipsum coherce re ad aliquam penam. vnde si sacerdos imponat minorem penam q̄ deceat: confessus illam sufferendo absoluitur a precepto sacerdotis: sed non satisfacit deo. & postea in purgatorio satisfaciet pro residuo. Si autem imponat maiorem quā debeat tenetur semper illam soluere: sed errat in claue potestatis / siue det nimis magnam / siue nimis paruam. Sed oportet assignare vnam que sit inter illas penas: & tunc quilibet

Quō claues se extendunt ad penā.

Vtrū sacerdos obliget pfessū ad aliquā penam.

existens in illa latitudine / si imponatur est sufficiens. & non errat i claue potestatis & eius iudicium est approbatū in celis. ideo quecunq; ligaueritis claue nō errante / nec claue scientie i cognoscendo / siue in discernendo / nec claue potestatis in sententiando approbatum est in celis &c̄. Et sic sacerdos virtute clauis potest penam iniungere ita q̄ penitens tenetur illam accipere. Et obligatur a sacerdote illam pati secundum opinionem antiquorum. ita q̄ si non acceptat peccat: & ponit obicem / licet doctor sit in oppositum. Consequenter tāgit alia difficultas / si sacerdos possit in penam: ergo pluries confitendo eadem peccata virtute absolutionis totiens reiterate liberabitur omnino a pena. ideo queritur vtrū clauesiste possint pluries habere suam efficaciam in eadem peccata precise. Videtur q̄ non. nam baptismus nō potest pluries habere suam efficaciam in eadem persona. ergo a simili absolutio sacramēntalis solū habebit suum effectum precise: ita q̄ non possit pluries efficaciter reiterari super eadem peccata. Dicit doctor / q̄ nō habet pluries suum effectum. hoc est dicere: sortes est cōfessus singula peccata virtute absolutionis est remissum aliquid de pena si reconfitea tur eadem peccata precise illa secunda absolutio virtute operis operati: nec remittit aliquid de pena: nec augmentat gratiam. & ē bona apparētia: quoniam sentētia iuste lata non est amplius ferenda de eadem materia: sed absolutio sacramēntalis est quedam sententia de peccatis cōmissis & confessis. si ergo sit iuste lata non est amplius reiterāda. Vnde quāuis sacramenta que non imprimunt caracterem possint pluries reiterari: tamen hoc non est super eandem materiam. vt sortes potest pluries vxorari: sed nō cum eadem muliere. Similiter peccator potest pluries absolui: sed non de eisdem peccatis. Argumentum apparens contra doctorem. Sit sortes qui adhibuit sufficientē diligentiam ad recognitionem peccatorū occurrunt ei singula / excepto vno quod in uincibiliter oblitus ē: & nō habet sufficientem detestationem: vt cōsequatur gratiam confitetur singula peccata q̄ cognoscit: & nō oblita tūc virtute absolutionis sacramē talis absoluitur ab omnibus nō solum cōfessis sed oblitis. nam si absoluatur a cōfessis certum est q̄ etiā ab oblitis. & tamen si postea recordat obliti tenet illud cōfiteri / & petere absolutionem sacramentalem de illo. & non tenetur confiteri nisi absolutio sacramētalis esset ei vtilis (hinc est q̄ homines non tenentur confiteri laico: quia illa absolutio non esset eis vtilis) ergo absolutio sacramentalis respectu eiusdem peccati habet pluries suum effectum efficaciter. & virtute operis opati remittitur aliqua pars pene que restabat. & iterum confertur / & augmentatur gratia. Forte diceret doctor q̄ obiectum precisum sacramenti penitentie non est peccatum nō remissum. Sed obiectum proprium siue propria materia sacrameti penitentie est peccatum non cōfessum & non remissum simul sacramentaliter. & tunc tale peccatum oblitum est materia & obiectum penitentie sacramenti. Est alia opinio quātum ad illam difficultatem Dicit de Gandauo in septimo quolibeto. circa finem quātum ad remissionem a culpa. Sacramētum penitentie nō potest pluries habere effectum: quia peccatum semel dimissum nunq̄ redijt: sed quantum ad remissionem pene temporalis & augmentū gratie potest habere pluries suū effectū. Dices. ergo sacramentū penitētie est impfectū & debile. Patet / qa ois causa applicata passo q̄ nō potest habere totū suū effectū ē impfecta. nā sacramētū penitētie p diuersas applicationes tollit aligd de pena & augmētat gratiā & nō totā simul. ergo. Negat q̄ hoc sit impfectionis: sed est ex parte magne pfectiōis. Nā sacramētū baptismi habet talem pfectionē q̄ ad presentiā illius tollit & oēm culpā & omnē penam: sed sacramētū penitentie nō habet illā virtutē q̄ ad pſentiam eius remittatur quelibet pena: sed pars & est multo maioris perfectionis q̄ secūdo

Bonū argumentū

Prīmū obiectum sacramenti penitētie

Opi. Hēnrici de Gādauo.

applicata remittatur aliqd de pena que re-
stat/q̄ si nihil remitteret suppolita tali insti-
tutione q̄ nō remittat totū/&hoc videtur
ꝓbabile q̄ absolutio sacramentalis pluries
applicata eisdem peccatis remittat pluries
de pena/&pluries gratiam augmentet quā
inuenit:sed nō potest pluries remittere cūl
pā. Alios casus facit de gandano, vide ibi.

¶Distinctionis vigesime.

Questio prima.

An penitentia in extremis valeat.

IN HAC DISTINctione vigesima querit, vtrū penitētia in extremis valeat ad salutem. ¶In ista questione due sunt conclusiones satis certe. Prima/penitentia vera siue interior sola/siue exterior cum susceptione sacramēti penitentie sufficit ad salutem ali-
ꝑma ꝓpō cuius in extremis. ¶Secūda penitētia q̄ vi-
detur haberi in extremis vix est vera penitē
2. ꝓpō. tia sufficiēs ad salutem: quia difficile est tūc habere veram penitentiam. Vnde ille dici citur laborare i extremis qui secūdū causas naturales nō pōt diu superuiuere/vt q̄se-cundum iudicium medicorū statim morie tur. Sed ille qui subito moritur sine infirmitate preuia non dicitur esse in extremis. Hoc suppolito probat quatuor ratiōibus q̄ penitentia in extremis vix sit vera penitē
quatuor rōnib⁹ ꝓbat q̄ penitētia in extremis vix ē vera. tia. ¶Prima/anteq̄ aliqua detestatio sit ve ra requiritur q̄ libere eliciatur, imo hoc ad omnem actum virtutis requiritur: sed in extremis cum difficultate est illa libertas. Ma ior est nota/& patet minor. Passiones que sunt a tristantibus secūdum Augustinum plus mouent q̄ passiones que sunt ad dele-ctantibus. Hinc est q̄ imanissime bestie re trahuntur timore vel tristicia, ita q̄ cessant a prosequutione delectabilium propter ti morem tristabiliū: sed passiones a delecta-bilīū frequenter absorbent vsum rationis: ergo a fortiori plus absorbent passiones prouenientes a tristantibus, ergo cum dif-ficultate potest haberi vera detestatio in ex tremis q̄ sit actus liber. ¶Secunda ratio/an
teq̄ detestatio peccatorū sit sufficiēs ad ve-ram penitentiā/necesse est q̄ sit bene circū-stantionata/precipue circūstantia finis, qa hoc requritur ad omnē bonū actū moralem sed i extrema necessitate vix habetur illa, & precipue circūstantia finis, ergo cū difficul tate in extremis habetur vera penitētia. Nā est maximus metus dānationis/precipue illis qui sunt i peccato/& qui male vixerūt & vt in pluribus tristatur peccator: sed hoc est ex timore, sed illa penitētia q̄ est ex timo re nō est bene circūstantionata circūstantia finis, quia circūstantia finis q̄ requritur opor tet q̄ sit ex amore dei propter deū sup oia dilectū, ergo vt in pluribus illa penitentia nō est bene circunstantionata. Item/illa ē ppter necessitatē scilicet ppter piculū mor-tis estimate, sed illa necessitas velud piculū nō ē libera, ergo eodēmodo nō ē penitētia libera libertate sufficiēte ad verū actū mora lem. Et dat simile doc, pīcies merces ꝑpter tēpestatē: q̄ tēpestas nō est i potestate eius ideo illa proiectio nō est simpliciter libera imo apud Aristo, est iuolūtaria. Simīr sit sortes in extremis/& peniteat ppter piculū qd̄ nō est sibi liberū/illa detestatio est eodē mō volūtaria sicut piectio, & iō nō est suffi ciēs ad remittēdum pcm̄, imo nō est bona moraliꝫ. ¶Tertia ratio/ille q̄ ptinue vixit i peccatis vsq̄ ad mortē habet habitū quo in clinat ad pcā. ergo habet habitū quo retra hit a bono. qa ois habitus inclinās ad bonū etiā retrahit ab opposito illius boni ad qd̄ inclinat & resistit ne eliciat actus oppositus Tūc arguitur sic, talis q̄ male vixit vsq̄ ad mortē saltē ꝑpe mortē in pcīs habet habi-tū valde intēsū ad peccādū. ergo hēt habi-tum valde intēsū retrahentē a detestatione pcī. ergo sequtur q̄ ppter tale impedimētū/& retractionē a detestatōe peccati bñ circūstā tionata est sibi multum difficile habere ta-lem detestationem bene circūstantionatā. ¶Quarta ratio/quando aliquis est minus dominus sui actus tāto requiritur intēsior dispicentia ad hoc q̄ sit sufficiens ad delē-dum peccatū: sed homo in extremis est mi-

De pīcis entre mer ces.

Natura habitus.

nus dominus sui actus, ergo. Vult ergo di cere doctor q̄ anteq̄ in aliquo peccatore re mittatur peccatum: qui iam nō est amplius dominus peccati, i. qui nō potest amplius peccare: saltem peccato exteriori requiritur maior detestatio q̄ in illo qui adhuc est do-minus sui actus, id est qui potest peccare. Non tamen est intelligendum q̄ requira-tur maior displicentia: quia obligaretur ad impossibile: sed intelligit q̄ vt remittatur sibi peccatum tale/requiritur maior displi-centia/q̄ in illo qui adhuc est dominus sui actus. Sed hoc videtur durum: & non cre-do hoc, quia seqretur q̄ sortes qui non po test amplius fornicari: si habeat equalē dis-plicentiam cum illo qui potest adhuc for-nicari/& non maiorem nō remitteretur ei peccatū/quod videtur omnino falsum, sed doctor loquitur secūdum strictam dei iusti ciam. Propter istas rationes illa conclusio est verissima q̄ difficile in extremis haberi potest vera penitentia.

¶AD ARGVMENTA. Dictum est q̄ penitentia in extremis potest sufficiens ha-
Augusti. beri. Contra/dicit Augustinus in quodā sermone, non presumimus q̄ hinc bene ex-eat. Dicit doctor: ꝓsumptio capitur ex hijs que magis apparēt. Vnde nō dicit Augu-stinus q̄ simus certi q̄ bene vel male exeant sed presumimus/& est apparentia magna q̄ male exeant. & frequēter hoc accidit. Ex hoc tamen non sequitur q̄ non habe-ant veram penitentiam. ¶Item de peniten tia distinctione septima. dicit Augustinus periculosum est & interitui vicinū vsq̄ ad mortem procrastinare penitentie remediū Fateor q̄ est periculosum: ergo si sit vera penitentia non est sufficiens. Nego illam & dico q̄ periculosum est q̄ non habeatur vera penitentia. Frequēter accidit q̄ obli-uiscatur sui: tamen non sequitur q̄ si habe-at veram penitentiam quin illa sit sufficiēs Cetera argumenta facilia sunt.

¶Distinctio. xxj. de peccatis que post hanc vitam dimittuntur.

Questio prima.

VERIT CONSequēter hac distinctiōe. xxi. Vtrū aliqd̄ pcm̄ possit in futuro seculo remitti. Arguitur q̄ non: qa qd̄ est angelis casus hoc est hominibus mors: sed post casū angelis nō potuit peccatū remitti. ergo nec post mor-tē hois pōt homini pcm̄ remitti. ¶In op-positū arguit: pcm̄ in spīritū sanctū non re mittitur nec in hoc/nec in futuro seculo. er-go aliqd̄ peccatū pōt post mortē remitti. ¶De mortali nō est difficultas: qa nō pōt remitti p bonū motū: cū dānati nō pñt hre bonū motū/saltē bñ circūstātionatū circū-stantia finis qd̄ pcipue requīt ad hoc q̄ pbo-bū motū deleat pcm̄. nec p sacramētū/ cū i alio seculo nō pñt applicari sacramēta. Sed de venīali ē difficultas iter doc. pcipue iter. s. Tho. & Sco. An scilicet venīale in ūctū mortali possit remitti. ¶Pro elucidatiōe q̄nis po nit pdo q̄ est certa: q̄ pctō remisso in hoc se culo pena ē soluēda p eo in altero seculo. Doctor pbat: qa qñ remittit pcm̄ adhuc ē obligatio ad penā. vel ergo ē obligatio ad penā soluēdā cū btitudine vel post btitudi nē. Certū est q̄ nō cū btitudie, qa btitudo oēm penā excludit, nec post btitudinē: qa sine termio erit, ergo ē ponēdum purgato rīū. Sed dubiū ē: an pcm̄ nō dimissū i hoc seculo possit in alio dimitti. & q̄stio intelli gī solū de venīali: qa certū ē de mortali qd̄ nō pōt dimitti in futuro seculo. ¶Prio vi-
q̄ pena re spondet venīali. dendū est q̄ pena respondet venīali. Dicit Alexāder q̄ venīali de p se respondet pena eterna: sed accidēraliter debet pena tpalis. Sanctus Tho. dicit oppositū. & eiusdē opi nionis Alexādi est de gersono i de vita spi ritualī: dicit q̄ venīale ex se ē mortale. & ista opinio est satis trita: & tenet freq̄nter i sco la. Dicūt ergo q̄ venīali ex se corrūdet pe-
q̄ opinio nē Alexā na eterna: sed ex mia dei pena tpalis. Sed cō tra hoc arguit doc. qa bñ seqtur: pctō venīa li ex se corrūdet pena eterna. ergo peccans breuiter est dignus pena eterna: sed istud est falsum. Nam stat aliquem esse in gratia:

& in peccato veniali. Tunc sic/iste talis eet dignus premio eterno & pena eterna. quia bene sequitur est in charitate: ergo est dignus premio eterno. & est in peccato veniali: ergo est dignus pena eterna secundū aduersarios: sed ista sūt icō possibilia dignitas ad penam eternam: & dignitas ad vitam eternam. nam si est dignus pena eterna: ergo est indignus vita eterna.

Opi. scti Thome. ¶Aliter dicit sanctus Thomas q veniali p se correspondet pena temporalis: sed pacidens pena eterna/puta quando iungitur. mortali. Hanc opinionem ferme sequūtur omnes antiqui doctores. Et ratio eorum satis est apparens/quia nō potest remitti peccatum nisi per bonum motū vel per sacramentum virtute operis operati: sed in alio seculo veniale iunctum mortali nō potest remitti per bonum motum/quia damnati non possunt illum habere saltem circūstantionatum circūstantia finis. Nec etiam per sacramentū/ergo culpa illius perpetuo remanet: sed q̄diu remanet culpa semp remanet pena que respicit illā culpā.

Scotus ⁊ Tho. ¶Doctor nititur hanc opinionem impugnare. Et arguit sic/deus semper punit citra condignū ergo nec ratione cōiunctionis cum mortali/nec sine coniunctione cum illo nunq̄ puniet veniale pena eterna. Patet sic. sit sortes decedens in mortali a/& veniali b/punietur eternaliter pro a/peccato mortali. & sit illa pena c/& pro b/peccato veniali punitur iterum pena eterna & sit d/ille pene realiter distingunt ab inuicē sicut diuersi gradus vnius forme/licet faciant vnam totalē penam. Tunc arguitur sic. pena d/excedit demeritum ipsius b/culpe venialis. ergo si deus infligat penam d/pro b/culpa: punit b/supra condignum. licet deperaccidēs quod est inconueniēs. Quod autem pena d/excedat demeritum b/culpe venialis: patet/demeritum b/culpe venialis est solum demeritum pene temporalis: & eius indignitas est pena temporalis. ergo si d/pena infligatur ratione cuiuscūq̄ cōiunctionis cum pena d/sit eterna/& excedens/deus punit vltra condignum. ¶Resolutio doctoris quātum ad istud primum punctum/est q peccato veniali solum pena temporalis debetur. imo diceret q decedens in mortali & veniali simul pro veniali punietur solum temporaliter. Ex quo sequitur/q peccato non remisso in hoc mundo pena eius pōt totaliter solui in futuro seculo. Tertio videt dicere q quis in iferno nō possit esse redēptio ereptiua. i. nullus pōt eripi quādo est damnatus/potest tamen ab aliqua certa pena esse redemptio: & tunc illa solutio pene debet potius vocari satispassio q̄ satisfactio quia non satisfacit volūtarie/sed satispatitur id est suffert inuoluntarie penā debitā. Habemus ergo q pena debita pro veniali nō remisso in hoc seculo potest totaliter solui in alio seculo. Sed queritur/sit sortes cui non sit veniale remissum: an peccatum eius possit i purgatorio remitti quātum ad culpam. Vnde sicut habitū est i doctore. in. xiiij. distinctione huius. actu peccati transeunte nihil manet in anima (& nō loquitur de habitu) nisi obligatio ad penā que vocatur reatus. queritur modo quid sit veniale remitti quoad culpam. Vtrum sit idem peccatum veniale remitti: & penā peccati venialis solui: vel penam venialis nobis liberaliter condonari a deo. Nam actu venialis peccati transeunte vel remanet in peccatore preter obligationem ad penam non eternam sed temporalem. An peccatum veniale remitti sit illam penā soluī vel illam nobis a deo liberaliter condonari. Et non possum videre quid sit veniale remitti nisi vel illam penam soluī totaliter aut condonari vel reatum ad illam penam commutari in minorem penam: sicut dictum est de mortali. Peccatum mortale remitti quātum ad culpam nichil aliud est q̄ penam eternam totaliter nobis cōdonari per actum contritionis si tanta sit q̄ sufficiat ad delendum culpam & penam: aut reatum pene eterne commutari in temporalē qñ nō est cōtritio sufficiens ad delēdum culpā & oēm penā. ergo pari forma.

Coretius. Quid est veniale remitti. quid mortale remitti ꝛc.

Quō veniale remittitur. Peccatum veniale remitti nihil aliud est q̄ penam ad quā est obligatus ratione venialis totaliter solui/aut nobis cōdonari/aut saltem cōmutari in obligationē ad minorem penam. vt sortes cōmisit vnum venialerratione cuius est obligatus ad penā purgatorij viginti diebus/habet displicētiam sufficiētem solum pro decem diebus. Iam dico q commutatur reatus. i. obligatio de pena viginti dierum ad penam decem dierum. Ideo peccatum veniale remitti q̄tum ad culpam est totalem penā nobis condonari/aut reatum ad totalem penam sibi correspondentem cōmutari in minorem penam & nichil aliud video quid sit veniale remitti. Hoc supposito cum queritur vtrū aliquādo in purgatorio remittatur veniale. i. vtrum decedēs in veniali cum reatu ad omnem penam sibi correspondentem/ita q in vita nunq̄ reatus totalis pene commutatus est in minorem penam quia decedit cum obligatione ad totalem penam remittatur in purgatorio? Dico q sic. videlicet q aliquis potest decedere cum obligatiōe ad totalem penam respondentē illi veniali. Et est opinio securior quā tenet doctor & magister sententiarum. Ratio eorum talis est. Aliquis potest decedere sine quacūq̄ cōsideratione suorum venialium. & p consequens sine quacūq̄ detestatione illorum/& absq̄ susceptione alicuius sacramēti/puta si subito occideretur. & cum notū sit q erit saluatus quia supponitur q sit in gratia & in solo veniali/potest acquirere huius peccati remissionem extra hoc seculum. Consequentia tenet/nunq̄ remittitur veniale nisi per bonum motū aut sacramētum. Hoc supposito: videlicet q potest decedere ab hac vita i solo reatu peccati venialis. & per consequēs potest ei remitti illud veniale in quo solo decedit extra hoc seculum. Vtrum remittatur ei veniale per solā tolerantiā pene illius ad quam obligatur. vel per bonum motum volūtatis q̄tum ad culpam. De damnatis non est difficultas/q non possunt bene agere moraliter: tamē exist entes in purgatorio possunt bene agere. ergo sortes potest detestari suum veniale in quo decedit detestatione bene circunstantionata/& precipue finis & alijs circūstantijs: vtrum remittatur ei peccatum ratione talis detestationis: vel solum ratione sufferentie pene/ita q non satisfaciat sed solum satispatiatur? Si primum/tūc cum anima non est impedita a corpore & intensius detestetur peccatum in purgatorio q̄ detestetur quodcunq̄ in hoc mūdo remittetur tunc/& sic statim euolabit. Nam stat in hoc mundo tantam esse detestationem q virtute illius remittetur nedū mortale sed veniale. & cum verissimile sit illam in purgatorio esse ex maiori conatu q̄ quecunq̄ in hoc mundo: tunc statim euolabit & sic virtute talis detestatiōis que est actus penitētie virtutis remittetur q̄tū ad culpā: & sic statim euolabit. Et dico q sic quod etiam dicit Durandus/& de palude. Vnde dicit Durandus in instāti quo anima exuitur a corpore remittitur culpa venialis. qa in illo instanti habet detestationem venialium bene circūstantionatam. & hoc videtur mihi bene dictum. Sed cum queritur vltra cum sit verisimile illam detestationem procedere ex maiori conatu q̄ quecunq̄ detestatio viatoris. & aliqua detestatio viatoris sufficit ad remittendum culpam & penam: quare etiam non remittuntur ei quantum ad omnem penam. Dico q ratione diuersitatis status/quia deus in via magis acceptat illam detestationem q̄ in purgatorio. ideo dico q in primo instanti quo anima exuitur a corpore detestatur peccatum: & ratione talis detestationis remittitur peccatum quātum ad culpam non tamen quā tum ad omnem penam. & quāuis illa detestatio procedat ex maiori conatu q̄ quecunq̄ detestatio cuiuscunq̄ viatoris/tamen illa non est sufficiens ad remittendum quale cunq̄ culpam & omnem penam. & hoc ratione status. Sed contra hoc arguitur apparēter/ad minus illa est sufficiens ad remittendū penā aliquā q̄ quis non oēm vt sit illa

Veniale remitti in purgatorio. Vtrū remittat veniale per solā tolerantiā pene.

detestatio sufficiens ad remittendum penã vnius diei. & volo q̃ decedat inveniali solum demeritorio pene vnius diei/sequitur q̃ tunc esset in purgatorio per vnum instans. consequẽs est falsum: ergo & antecedens. Dicerẽ q̃ detestatio plus remittit de pena maioris peccati q̃ de minori. & hoc dicũt doctores q̃ maiorem misericordiam facit deus cum maiori peccatore q̃ cum minori. i. plus dimittit ei de pena q̃ remittat minori. & sic detestatio plus auffert de pena maiori q̃ minori. & sic si esset solum demeritorium vnius diei illa detestatio non esset sufficiens ad remittẽdum totam illam penam. Secundo & melius/in purgatorio plus detestatur in instanti maius peccatum q̃ minus demeritorium. ¶Doctor allegat alium modum de remissione peccati venialis. vt sortes qui moritur sine consideratione & detestatione suorum venialium & sine susceptione sacramenti adhuc non decedit in veniali. quia in morte remittuntur ei singula venialia propter bona opera que cõmisit in statu vie: ita q̃ vult dicere q̃ singula bona que commisit acceptãtur pro tẽpore mortis a deo ad remissionem singulorum venialium. Dat exemplũ/nõ quãdocũq̃ sortes operatur meritorie auget deus gratiam eius. & supposito q̃ sit in gratia: sed reseruat augmẽtando pro tẽpore mortis eodẽmodo illud opus q̃uis non sit amplius/ratione tamen talis operis in instãti mortis augmẽtatur gratia sorti: q̃uis ergo bona opera meritoria in tempore vie facta non sint amplius: ratione tamen ipsorum remittitur veniale: & illud in quo perseverauit vsq̃ ad mortẽ. ideo nunq̃ aliquis decedit cum precisso veniali q̃tum ad culpam quia in morte remittuntur omnia ratione boni operis precedentis. Sed est replica: qa certum est q̃ est possibile sortem nunq̃ bene egisse & solum peccasse venialiter & vixisse ita breui tempore q̃ nõ fuerit obligatus ad aliquod preceptum & peccasse venialiter in ita breui tẽpore: ergo in illo casu non remittitur veniale ratiõe boni motus precedentis aut presentis aut futuri. nec ratione sacramenti/ergo sortes realiter decedit cum veniali: & hoc oportet fateri. Dicitur ergo q̃ remittitur veniale vt dicit Durandus ratione detestationis quam habet anima in primo instanti cum exuitur a corpore: vel si talis detestatio ex eo q̃ est extra viam non sit sufficiens ad remittendũ qualencunq̃ culpam & omnem penam remittitur per sufferentiam totalis pene. & quilibet istorum modorum est satis probabilis Ideo resolutorie dicitur q̃ primum certum est scilicet q̃ mortale post hãc viam nunq̃ remittitur. Secundũ est/veniale post hanc vitam remittitur sed qualiter est difficultas vt visum est.

¶Distinctionis vigesime secũde.
Questio secunda.

IN HAC SECVNDA questione querit vtrum confessor in quocũq̃ casu teneatur celare peccatum sibi in cõfessione detectum. Et facit duos articulos. In primo querit de obligatione secreti. In secundo qua pena debet puniri qui reuelat.

¶QVANTVM AD PRIMVM Notissimum est q̃ tenemur confessionem celare: sed quam ob causam est controuersia inter doctores. Nam Richardus dicit q̃ eadẽ persona vere affirmare potest aliq̃d in persona alterius loquens quod vere negat in persona propria loquens. Patet/angelus loquens Moysi in persona dei vere dixit. Ego sum verus dominus deus tuus. Exodi vigesimo. quod vere negasset in persona propria loquens. ergo a simili homo representans personam dei in foro confessionis vere potest aliquid affirmare quod ex/tra illũforum potest negare vere quando loquitur in persona propria: sed confessor audiendo confessiones nõ est nisi vicarius dei. ergo non scit peccata secreta nisi in persona dei. ergo quicunq̃ reuelat peccatum sibi notum per confessionem mentitur.

Sed lege nature quilibet tenetur vitare mẽdacium. ergo lege nature quilibet sacerdos tenetur non reuelare confessionem. Ratio richardi ẽ quia confessor non scit nisi i psona dei ergo si dicat se scire in persona propria mentitur. Doct. impugnat illam rationem. & arguitur sic/licet sacerdos vt vicarius dei sciat & cognoscat peccatum confitentis cognoscit tamen in persona propria quia in persona propria est vicarius dei. nã sacerdos eodem modo cognoscit peccatũ confitentis quo absoluit confitẽtem a peccato/sed in persona propria absoluit illũ a peccato/ergo i psona ppria cognoscit peccatum illius. Et ratio do. prima fronte videtur satis apparens quia absoluere quocũq̃ modo absoluat videtur presupponere cognitionem peccati. ergo eodem modo cognouit quomodo ipse absoluit. q̃d sacerdos absoluat in propria persona. Patet sacerdos. absoluit solum ministerialiter & non principaliter & si diceret absoluo istum principaliter mentiretur. ergo sacerdos non solum absoluit vt in persona dei. Cõsequẽtia tenet/quia si solum absolueret i psona dei eodẽ modo cũ sicut angelus loquebatur Moysi/ergo cum sacerdos absoluat solum ministerialiter & non potest se dicere aliter se absoluisse nisi vt hec persõa habẽs tñ officiũ & ministeriũ ab ipso deo i pria absoluit sicut sacerdos ĩ ppria persona consecrat/ministerialiter tamẽ/ergo etiam vt in persona propria absoluit ministerialiter & cognoscit vt singularis psõa. ¶Doc. consequenter veniens ad punctum rei ponit quinq̃ conclusiones pria. Quilibet sacerdos celare peccatum sibi i confessione detectum tenetur lege nature. patet quilibet lege charitatis tenetur aliis facere quod velit sibi fieri in simili casu & alijs non facere q̃d nolet rationabiliter sibi non fieri. Hoc est vnũ preceptum legis nature. Hoc supposito arguitur sic/quilibet nolet peccatũ suum alteri manifestum in secreto & vt secretum rationabiliter manifestari. ergo ille cui ẽ manifestũ peccatum vt secretum tenet non manifestare. Patet sic/rationabiliter q̃libet tenetur & potest velle famam suã cõseruare. Patet in ecclesiastico. curam habe de bono nomie. & ratio est/quia bonũ nomen vt dicit sapiens: melius est q̃ diuitie multe. ergo cum ad proditõnem peccati sequitur diffamatio peccantis quilibet rationabiliter vult suum peccatum manifestari/& hec est ratio precipua doctoris inter ceteras. Secunda ratio/quilibet lege nature tenetur esse fidelis & fidelitatem seruare/sed reuelare peccatum secrete commissum est i fidelitas. ergo qui reuelat est infidelis. Et tertia ratio coincidit cum secũda/quilibet tenetur seruare quod rationabiliter promisit sed confessor promisit saltem virtualiter celare peccatum sibi in confessione detectũ ergo lege nature obligatur ad illud secrete tenendum. ¶Quarta ratio/congregatõ Christianorum est vnum corpus/& ille q̃ est caput & presidet debet influentiã i mẽbris que subiiciuntur. superior autem ẽ hierarcha qui potest consulere & reconsiliare sed qui detegit peccatum auditum in cõfessione secludit viam qua membra accedent ad caput vt recipiant influẽtiã ab illo quia ceteri alias nolent confiteri si detegeret peccatum. igitur. ¶Iste rationes equaliter concludunt q̃ nõ licet reuelare secretum. & tamen apparet q̃ aliquando sit licitum puta in casu in quo ex non reuelatione sequitur maximũ detrimẽtum boni cõmunis & ex reuelatione sequitur bonum ipsius cuius secretum reuelatur puta quando reuelatur persone que potest prodesse & non obesse sed de hoc in quita cõclusione. ¶Alia difficultas. vtrum liceat reuelare peccatum auditum in confessione non reuelãdo personam. Et secũdo. vtrum liceat reuelare peccatum auditum ab impenitente puta ab eo qui confitetur se velle occidere actualiter & perstat in actuali ppposito. Notũ ẽ q̃ nõ absoluitur cum ponat obicem per actuale peccatum. Quantum ad primam difficultatem habetur q̃ potest confessor querere cõsilium a peruidentioribus dummodo nõ

An liceat reuelare peccatũ z nõ ꝓponẽ

detegat personam.& hoc est licitū de pec
catis q̄ reuelanť pro consilio habendo.vn
No ōa dif ficultus. de licet reuelare peccatum sed non reuelare
peccatum cōfitentis copulatim.¶Quantū
ad secundum de illo qui confitetur suā ob
stinationem.an liceat sacerdoti reuelare al
teri vt caueat ab illo/vt sortes presbyter au
dita platone in confessione q̄ decreuit in
terficere Ciceronem & q̄ interficiet si pos
sit/an liceat sorti sacerdoti dicere Ciceroni
q̄ caueat a platone:¶Panormitanus in ca
pitulo omnis vtriusq̄ sexus circa finem di
cit q̄ sic.Ratio sua est/quia secretū cōfessio
nis nō est nisi de peccatis preteritis & nō
de futuris/sed plato non reuelauit peccatū
preteritum sed futurum/ergo hoc est licitū
Verūtamen hoc non placet theologis dicē
tibus regulariter q̄ non licet illi sacerdoti
reuelare Ciceroni peccatum platonis.&ra
tio est que est solutio rationis panormi
tani.non potest reuelare peccatum futurū
quin reuelet peccatum preteritum sibi dete
ctum in cōfessione scilicet propositū quod
habebat de occidēdo prius sed nunq̄ licet
peccatum preteritū nec dicto nec signo re
uelare.igitur.Vnde quod iustum est iuste
exequeris/& non possum impedire mortē
Secūda cōclusio. ciceronis nisi contraueniendo legi natura
li deseruando secretum vt secretum est igit
¶Secunda conclusio.Seruare secretum au
ditum in cōfessione est de lege positiua di
uina.patete/odē precepto quo nobis pre
cipitur confessio precipitur ne secludamus
viam aliis de adimplendo preceptum il
lud de cōfessione/sed precepto positiuo di
uino precipitur nobis confiteri.ergo preci
pitur nobis ne secludamus alijs viam de ad
implendo preceptum illud sed reuelare cō
fessionem ꝗtum in se est/ē secludere alijs vi
am de adimplēdo preceptum illud/igitur.
Vnde sicut est de lege positiua diuia semel
confiteri peccata sua:ita est etiam de lege di
Tertia conclusio uina positiua peccatum in confessione au
ditum nō detegere.¶Tertia.illud est de le
ge positiua humana immo precipitur le
ge positiua sub pena temporali.i.degra
dationis & retrusionis in carceres.patet in
capitulo omnis vtriusq̄ sexus. ¶ Quarta Quarta.
quis tenetur & quid cui & quādo/dicit do
ctor.ꝗtum ad quis non solum cōfessor sed
ille cui reuelauit confessor tenetur celare.
Ratio est/quia si quis aliquid rranstulerit
in alium in quo nichil habebat iuris non li
cebit alteri illa re vti/quia nihil iuris habet
in ea/sed sic est q̄ confessor nichil habet iu
ris ad transferandum cognitionem peccati
secreti alterius in alterum.ergo si transtule
rit de facto nec ille in quem trāstulit habet
aliquid iuris vt transferat in cognitionē al
terius tertij/& sic consequenter.¶Vltra di
cit/nec ille qui audiuit vel malitiose vel nō
malitiose nec illi licet peccatum detegere.
Dicit vlterius quid non licet detegere scili
cet omne quod est in confessione dictū rati
one cuius detectionis peruenitur in cogni
tionem peccati/potest enim detegere no
men confitentis & patriam &c̄.sed non est
ratione cuius potest deuenire in noticiam
vel probabilitatem peccati & peccantis.
Dicitur quādo.i.nullo tempore.Dicitur
cui.i.nulli quia est de lege nature & iure di
uino.Vnde nec papa nec tota ecclesia po
test precipere alicui vt reuellet peccatū dete
ctū in confessione.¶Consequenter in qui
ta conclusione inquirit de alijs secretis scili
cet de illo quod reuelatur alicui non vt sa
cerdoti sed vt amico tamē sub secreto.vtrū
teneatur in illo casu illud celare:¶In ista
parte videtur doct.dicere q̄ quilibet cui a
liquid detectum est vt secretum & non sci
ens alia via ꝗ secrete ꝗuis non sit dictum in
confessione quia talis non est sacerdos te
netur tamen in omni euentu illud secretū
celare/& hoc lege naturali.Patet per ratio
nem in prima conclusione adductam.qui
libet tenetur alteri facere quod vellet sibi
rationabiliter fieri.sed q̄cunq̄ quis dete
xisset alicui suum peccatum rationabiliter
vellet illud teneri secretum.ergo quilibet
alter etiam tenetur hoc facere de peccato si
bi detecto vt secreto.ergo propter quācū
q̄ circunstantiam non potest homo licite

reuelare detectum i secreto nisi alia via sci
at.Verumtamen est magna apparentia de
oppositō.Sit sortes qui dixit mihi suū pro
positum quo vult prodere totam ciuitatē
vel destruere fidem catholicam/non sub si
gillo confessionis non occurrit michi nec
est possibilis aliqua via michi ad impedīē
dum nisi prodendo ipsum si enim esset alia
via teneor alia via procedere apparet in il
lo casu q̄ non solum licite possum.Immo
q̄ teneor prodere illum.Ratio ē/plus obli
gor ad bonum cōmune ꝗ ad bonum parti
culare sortis etiā iure naturali puta ad con
seruādum famam eius.ergo si ita sit q̄ sim
perplexus inter illa duo vel q̄ permittā bo
num cōmune destrui vel q̄ aufferam famā
ab isto potius debeo flecti ad primā partē
ꝗ ad secundam.quia quādocūq̄ sunt duo
precepta que non possunt simul obseruari
oportet facere oppositum minoris prece
pti.ergo cum preceptum de seruādo bonū
commune magis obligat ꝗ preceptum de
seruanda famā sortis potius &c̄.Apparet
ex alia ratione.scio q̄ sortes vult prodere ci
uitatem non ex reuelatione sua sed alia via
scio & est michi secretum & solus cogno
sco in tali casu si nolit obtēperare mee mo
nitioni teneor detegere & regulariter tenēt
doct.Vt de fontibus in quolibetis/ergo si
ego suam ex reuelatione teneor etiam dete
gere.¶Dices si promisi ei non reuelare vi
detur q̄ tunc non possim.Dico q̄ illa pro
missio est de oppositō precepti.Ideo rescī
denda / ergo non obstante illa promissio
ne apparet q̄ teneor detegere. & breuiter
ꝗtum ad istam materiam apparet michi q̄
si qs reuelaret michi peccatum suū & non
detegere sit causa destructionis boni com
munis aut fidei catholice si non sit reuela
tum sub sigillo confessionis q̄ possum de
Occam tegere & ita tenet Occā in dya.sed si pecca
Panor. tum sit futurum dicit Panor.q̄ potest & ē
bona apparentia p eo sed regulariter om
nes theologi tenēt oppositum.Ideo teneo
cum ipsis.Dico tamen vltra q̄ si derexit
extra forū penitentiale michi suum secretū
q̄ vult prodere ciuitatem non obstāte qua
cunq̄ promissione facta de non detegēdo
teneor detegere.Vnde nō est precise de le
ge nature q̄ teneor non detegere secretū p
terea q̄ non vellē rationabiliter alterum
meum detegere secretum.nam si vellē pro
dere ciuitatem irrationabiliter vellem q̄ al
ter non detegeret.Dico secūdo q̄ peccata
in confessione teguntur quo ad deum/ nō
est ex hoc precise quia sunt tecta quo ad de
um quia ꝗuis alter non sit penitens non li
cet detegere ergo secretum sigilli confessio
nis non est precise ex hoc q̄ peccata tegunt
quo ad deum.Tertio dico q̄ tale secretum
est eodem iure preceptum quo iure est con
Durādus fessio. Hoc tenet expresse Durandus in
hac questione scilicet iure diuino positi
uo est obligatio declaratione talis secreti.
Breuiter dico sit sortes cui detectum ē pec
catum in confessione sortes nō solum rene
tur illud tenere secretum quia sibi dictum ē
secrete quia non magis obligatur ad nō de
tegendum ꝗ non sacerdos sub sigillo secre
ti.sed quia dictum est sub secreto sacramen
ti quod est preceptum diuinum positiuū
ex institutione dei.Ideo tale secretū cōfessi
onis est iure positiuo diuino celandū.hinc
est q̄ ius positiuum diuinum in omni euē
Resolu tio arti. tu obligat ita q̄ nunq̄ licet detegere secre
tū illd.¶Resolutio huius articuli est quili
bet peccatum sibi detectum in confessione
tenetur celare & hoc lege nature quia tene
tur ad omne illud faciendum proximo qđ
in simili casu vellet sibi rationabiliter fieri
sed rationabiliter vellet quicunq̄ peccatū
suum secretum alteri detectū celari & simili
ter ad seruandum promissum & non ē ra
tio q̄ sacerdos scit vt deus sed vt homo qa
scit sicut absoluit sed solum absoluit mini
sterialiter vt homo & non vt deus quia si
vt deus posset dicere Absoluo te principa
liter.Similiter habitum est q̄ est de iure po
sitiuo diuino eodemmodo quo confessio
est de iure positiuo diuino.Tertio quod ē
de iure positiuo ecclesiastico & humano i
capitulo omnis &c̄.¶Quantum ad secun

De pena detegentiū secretum.

dum de pena detegentium secretum debēt degradari & incarcerari/illis autem qui detegunt peccatum commissum sub secreto sed non sacramentali nulla imponitur pena canonica/nisi quia incurrunt infamiam iuris quia efficiūt calūniatores. Patet/omnis ille qui imponit crimen falsum/aut verum qd non potest probare dicit calūpniator: quia postq̄ imponit publice tenet publice probare:& omnis talis est infamis. id est ab omni testimonio postea repellēdus & quando revelat secretum cōfessionis debet degradari & excommunicari.

¶AD ARGVMENTA Vult probare ꝙ sit illicitum in omni casu celare secretum confessionis. Patet sic. licitum est vnicuiq; renūciare iuri suo & precipue si non sit preceptum superioris i oppositum/nisi de cōsensu superioris: sicut episcopus nō potest episcopatui suo renunciare nisi de consensu summi pontificis. sed sic est ꝙ secretū cōfessionis est in fauorē confitētis. ergo q̄ cōfitetur potest renūciare suo iuri/& tunc cōfessor poterit detegere. ¶Quantum ad primā ꝓpōnē. nego illā vniuersaliter/quia nō possum licite renūciare iuri naturali quod habeo i comestibilibus & potabilibus/& vocatur dominiū naturale ad sumēdum rē necessariam ad sui conseruationem: sed illi iuri positiuo quod habeo super introductionem iuris naturalis possum renunciare. Secundo dico data maiore/quilibet potest renunciare iuri quod habet in aliqua re sed ꝙ teneamur preccatum secretum celare ē de iure diuino/& naturali/& non est ius cōfitentis. & quantum ad hoc argumentum est controuersia/tamē dicit doct. q̄is ego licētiā ꝓferā sacerdoti de reuelādo meū peccatū secretū/adhuc non potest ipse licite revelare/quia iure diuino tenetur illud celare & non possum dispensare ꝙ sacerdos faciat contra ius diuinum. Hinc est ꝙ ad preceptum pape & totius ecclesie non posset licite sacerdos auditum peccatum in confessione detegere. ergo non est solum de iure positiuo humano celare confessionem.

¶Sed si confitens velit confessorem detegere illud peccatum propter aliquam vtilitatem/debet alia via ei manifestare q̄ in cōfessione puta dicendo commisi tale peccatum non dico tibi vt secretum/sed vt reueles tali. Iam confessor scit illud duabus vijs. scilicet per viam confessionis/& per istam viā que non est confessio/in tali casu potest detegere peccatū. tamen nō potest dicere ego scio in confessione sortem commisisse tale peccatum: sed isto modo/ipse sortes dixit mihi vt tibi dicerem. Dicit ergo doct. duo/primum/si plato sacerdos precise sciat peccatum via confessionis/quacūq; licētia sortis superueniente/& precepto etiam pontificis: aut vniuersalis ecclesie superueniente Plato nō potest detegere. qa nullus potest dispensare ꝙ detegat illud. ¶Secūdum dictum/si sciat duabus vijs non potest detegere isto modo/scio per cōfessionem sortē commisisse peccatum. ¶Tertio/potest in tali casu plato detegere se scire per aliam viam q̄ per cōfessionē/vt isto modo/scio sortem commisisse hoc quia dixit mihi vt tibi revelarē. ¶Aliqui doct. circa hoc argumētum dicunt ꝙ sufficit licentia data a cōfitente/declaratur hoc per simile/sortes habet rem platonis vt depositam/non est licitum sorti illā rē dare alteri. Immo dādo ꝓmitteret furtū/quia contractaret rem alienam ad aliquem vsum inuito domino. Immo hoc faciendo contraueniret iuri naturali. sed vt posset licite illam rē alteri dare sufficit neq; requiritur aliud nisi licentia sortis:& talis licentia facit ꝙ non amplius cōtrauenit iuri naturali de contractanda re aliena (vt dicit De palude allegando Thomam) Ita sortes sacerdos habens peccatum alterius secretū commissum si interueniat platonis licētia qui ei commisit sub secreto non amplius remanet sub secreto. tūc dicit ꝙ sortes potest detegere/sicut per licētiam illud quod erat depositum efficitur non depositum. eodē modo commissum secretū ꝓ istam licentiā superuenientem efficitur non secretum & tunc potest detegere. Verūtamen opinio

doct. apparet securior scilicet ꝙ per nullā licentiam superuenientem potest/quia ius diuinum & naturale est i oppositum. Ideo si non sciat alia via semper remanet vt secretum/& nō est in potestate alicuius postq̄ ē iure diuino secretum facere ꝙ non sit secretum. ¶Secundo arguit/illud quod est istitutum pro charitate non debet contra charitatem militare. Immo quando accidit casus i quo militat cōtra charitatē illud non amplius obligat: quia propter hanc rationem dantur dispensationes in voto & iuramentis/sed sic est ꝙ secretum cōfessionis est institutum pro charitate:& aliquando militat contra charitatem vt si per tale secretum non detegēdo illud sequeretur destructio totius boni communis: aut fidei catholice/videtur ꝙ tunc militaret contra charitatem/quia plus tenetur seruare bonum cōmune aut fidei q̄ famam proximi. vt dictū est. Fateor antecedēs/& nego minorē. Immo semper militat contra charitatē. & ad ꝓbationem dico ꝙ iustum est iuste exequeris/iustum est seruare bonum cōmune & fidem sed iusta via. Vnde non possum licite fornicari aut adulterari propter bonū commune seruandum. Ideo q̄is ita foret ꝙ ad non detegendum sequitur ꝓditio boni cōmunis/adhuc non possem detegere.

¶Aliud argumentum sit sortes qui absoluit episcopum symoniacum non habet potestatem illum absoluēdi. ergo tenetur cōfiteri illud peccatum/puta ꝙ absoluit a symonia episcopum/& non potest alteri cōfiteri nisi detegendo symoniā episcopi vt supponitur. igitur. ¶Simile argumentum de presbytero qui cognouit vnicam sororem suam que ingressa est adeum loco concubine/& postea soror illimet confitet peccatum suum tenetur confiteri illud peccatū tum tali circunstantia: quia mutat speciem & non habet sacerdotem nisi illum qui cognouit illum habere vnicam sororē. ergo tenetur confiteri illud peccatum quod cognouit in confessione. ¶Quantum ad hoc argumētum. dico ꝙ si non sit ei alia copia sacerdotis preterq̄ illius qui cognouit episcopum/& sororē q̄is esset i articulo mortis non tenetur. neq; potest dicere: ego absolui episcopum a symonia quia reuelaret peccatum quod audiuit in confessione: sed solum debet confiteri sub quadā generalitate. puta indiscrete absolui confessum michi in ita confitendo nullum peccatū reuelat. Similiter dicendū de alio casu. Sufficit dicere cōmisi adulterium/aut fornicationē Si autem habeat plures sorores potest dicere/commisi stuprum aut incestum. ¶De alio qui debet ingredi nemus. Dico ꝙ non licet/nec verbo/nec signo probabili/aut efficaci manifestare peccatū auditum in cōfessione. Ideo si non possit aliter euadere q̄ signo probabili manifestare confessionē tenetur. itrare nemus & potius sufferre mortem. sed hoc videtur durū/tamē sic est dicēdum. Alia argumēta facilia sunt quare &c.

¶Distinctionis xxij. Questio. i.

TRVM PECCATA remissa in recidiuante eadem i numero redeant. ¶In ista questione facit doct. tres articulos. In primo q̄rit an eadē peccata in numero depotētia absoluta possint redire. Secundo: de ordinata. Tertio quid de facto. ¶De primo articulo dicit Richardus ꝙ non. Ratioē/preteritum Iam corruptum non potest redire nisi per potentiam dei supernaturalem: sed deo auctore nullus potest fieri malus nec deterior. ergo nullo modo de q̄cūq; potētia possunt redire. Nō est difficultas ꝙ via nature corruptum non potest redire: sed solum per actionem agentis supernaturalis. scilicet dei: sed per eius actionem nullus potest effici deterior: & tamen si redirent peccata per actionem dei efficerēt deo auctore aliquis deterior. ¶Sed doctor dicit/ꝙ ista ratio nō vndiquaq; sufficit. Pro quo notādum sicut dictum est distinctione decimaquarta: ꝙ peccatum nō importat nisi duo. Nam vno modo capitur pro de ordinatione que est in actu vel in omissione. & sic peccatum nichil aliud est q̄ actus contrap-

Rich. Ri. Richardi.

Doct. doctoris.

Peccatū dupliciter accipitur.

hibitionem/ aut omissio cõtra preceptum Alio mõ capit pt̃m vt nõ dicit culpam vel malitiã morũ/ sed obligationẽ ad penã. & illa obligatio est solum mala malicia pene & nõ moris. ¶Ideo questio potest itelligi de illa deordinatione in actu. i. de actu deordinato aut de omissione/ aut de seeũdo. id est de reatu. i. de obligatione ad penam Si primo modo adhuc potest esse difficultas puta. an illud qd̃ est peccatũ possit entitatiue de potẽtia absoluta redire. Aut possit idem in numero non solum q̃tũ ad entitatem/ sed q̃tum ad malitiã. ita q̃ sit equemalus vt prius & idem in numero. ¶Si sit q̃stio de illo actu. Dico q̃ potest redire idẽ in numero q̃tum ad entitatem & substantiam actus. Nam sicut deus eundem calorẽ potest reproducere/ ita eundem actum qui erat malus potest in numero reproducere/ puta extra subiectum/ & sic redibit in esse actus & entitatis sed non in esse peccati: & sic non est difficultas. ¶Sed an possit idẽ redire non solum in esse entitatis & qualitatis/ sed in esse culpe. Dico q̃ non. Et ratio ẽ nõ potest idem actus in numero redire/ etiam in esse qualitatis nisi per quendã specialem concursum & quandã actiuitatem dei/ alias rediret naturali sine miraculo: sed implicat contradictionem q̃ deus specialiter cõcurrat ad istum actum & sit malus/ quia tũc equaliter aliquis efficeretur malus auctore deo sicut efficeretur bonus. ergo non ẽ possibile q̃ idem corruptum redeat in numero q̃tum ad esse culpe seu q̃tum ad malitiã. ¶Habemus ergo duo. primũ/ peccatum corruptum potest idem redire q̃tum ad entitatem & substantiam/ sed peccatum corruptum non potest idem redire in numero q̃tum ad malitiam & ipsius deordiationẽ. Sed si sumatur peccatum pro reatu/ dico q̃ potest idẽ in numero redire de potẽtia absoluta. sicut quãdo quis cadit a gratia/ ita mortificãtur actus meritorii precedentes q̃ amplius non acceptant a deo secundũ presentem iusticiam ad vitam eternam nichilominus si postea resurgat acceptatur a deo secundum presentem iusticiam ad eãdẽ gloriam ad quã acceptabat ante q̃ mortificaret & caderet a gratia. ita q̃ potest vocari eadẽ acceptatio scilicet ad eandẽ gloriam in numero & ratione eiusdem actus in numero. Eodem modo potest deus statuere q̃ q̃pec cauit si agat penitentiã amplius non deacceptatur illud peccatum ad penam eternã. vbi tamen si recidiuat deacceptatur ad eandem penam sicut prius/ quo facto idem reatus. i. obligatio ad eandem penam & ex eadem culpa q̃tum ad reatum sumendo peccatum pro reatu potest idẽ reatus in numero redire. quis em̃ sit obligatio pro alio tẽpore/ non tamen sequitur q̃ sit alia obligatio. quia ad eandem penam & ex eadẽ causa in numero. Et ad argumentum Richardi deo auctore &c̃. fateor nullus potest malus fieri malitia morum: sed ille reatus nõ ẽ malus malitia morum/ sed pene q̃ uis oriat ex malitia morum: & deo auctore potest fieri deterior malitia pene. ¶De secundo articulo quid/ scilicet de potentia ordinata. vtrum scilicet de lege iam posita aliquod peccatum remissum de facto possit redire. Dicitur q̃ non/ quia deus disposuit peccata penitentis post penitentiam esse tecta. secundum augustinũ exponẽtem illud psal. Beati quorum remisse sunt iniquitates: & quorum peccata sunt tecta. vnde peccata esse tecta nichil aliud est q̃ deum non amplius eorum recordari ad penam eternam. Tunc bene dicitur/ de lege istud peccatum est remissum. qa bene sequitur/ remissum ẽ: ergo tectum in ordine ad deum. ergo nõ punietur pena eterna/ ergo implicat q̃ sit remissum & q̃ postea redeat idẽ in numero de potentia dei ordiata. Similiter nũq̃ peccata redeunt q̃tum ad reatum de potentia ordinata. Sed secundum illos qui dicũt q̃ pena non soluta hic: punitur in inferno eternaliter. difficile esset saluare quin rediret/ sed melius dicit doct. q̃ peccata dimissa solum tẽporaliter in inferno punitur. Arguit sic/ opera mortificata in resurgẽte a peccato reuiuiscunt ad eandem gloriam

De lege peccatus remissum non potest redire.

ergo eodem modo peccata remissa si recidiuat redibũt iterũ ad eandem penam. vt sortes qui exercuit operationes meritorias cadit i peccatũ tũc opera meritoria mortificãtur: quia gratia perditur/ siue charitas que ẽ vita anime/ & eadem charitas est vita actuum ipsius anime. ergo eodem modo peccata remissa superueniente peccato redibũt ad eandem penam. ¶Hoc argumentm soluitur dupliciter. nam deus est pronior ad miserandum q̃ ad puniendum. ideo negatur consequentia. In deo maior est misericordia q̃ iusticia. hinc ẽ q̃ reacceptat opera meritoria/ & non deacceptat iterum dimissa peccata. ¶Secundo soluitur nõ stãdo in dei misericordia sed in iusticia. & dico q̃ non est simile. Ratio est quando peccatum remittitur cõmutatur pena eterna q̃ debetur peccatori ratione peccati in penam temporalem qua cõmutata est solum debitor pene tẽporalis/ nec̃ aliud debetur nisi pena temporalis. sed quando mortificatur opus meritoriũ precedẽs per peccatũ non commutatur gloria eterna/ que debet ratione istius operis meritorij in aliquod temporale. Certum est/ q̃ adhuc est sibi debita gloria eterna/ q̃uis sit in peccato. sed illud ius quod habet ad illã est impeditum. sicut bene dicunt iuriste. habet actionem impeditam de repetenda re: sicut excõmunicatus nõ potest repetere rem sibi debitã/ secluso ergo impedimẽto ratione cuius sopitur qd̃ remouetur per remotionẽ culpe debitur eadẽ gloria pro illo opere que prius fuisset data. ¶In ista ratione que satis est bona de se assumit doctor vnum dubiũ puta q̃ ille qui est in peccato immo dãnatus habet ius ad vitam eternam/ sed non habet vsum/ quia ius est sopitum. ¶Arguitur sic contra hoc. Notũ est q̃ illi debetur priuatio beatitudinis. ergo non debetur ei beatitudo: consequẽtia tenet. quia implicat simul & semel alicui deberi duo incõpossibilia/ quod debeatur priuatio beatitudinis. Patet. quia sorti debetur pena damni que ẽ priuatio beatitudis. ergo videtur q̃ sorti nõ debeatur beatitudo. Eodẽ modo sortes habet ius ad priuationẽ beatidudis. ergo nõ habet ius ad ipsam beatitudinem. Et apparet q̃ implicet q̃ eidem simul & semel debeantur duo incõpossibilia. & dicerem q̃tũ ad hoc q̃ sorti non debet beatitudo cui alicui quãdo est debita/ sicut quando est alicui cui debetur aliqua res. & ille cõmisit crimẽ lese maiestatis/ ratione cuius illa res est fisco applicata q̃uis illa res sibi debita nõ fuerit ei soluta/ tamen non est amplius ei debita. ¶Similiter sit sortes qui exercuit operameritoria bona ratõne quorum debetur ei beatitudo incidit in peccatum nõ debetur ei amplius/ quia titulus huius iurisdictionis & dominij est charitas. & postq̃ priuatus est titulo & dominio videt michi q̃ ille nihil amplius iuris habet. & est multum michi probabile sic dicere. Doctor iterum replicat & tangit difficultatem/ dicis q̃ nõ redeunt peccata q̃tum ad ordiationẽ ad penam ad quam prius erant ordinata: tamen redeũt merita q̃tum ad acceptationẽ/ ita q̃ acceptatur homo ratione meritorũ ad eandem gloriam ad quam prius erat acceptatus: & anteq̃ caderet i peccatũ. Infert doct. ergo quilibet resurgens a peccatore surgeret i maiori gratia q̃ fuerit illa a qua cecidit. patet/ resurgeret in omnibus bonis que prius habuit iam vituificatis. & preter hoc in isto actu penitentie per quem resurgit. & q̃ illis preteritis superaddit/ & ita in maiori gratia. quod videtur inconueniens duplici de causa dicit doct. Prima quia nom omnis cadens semper grauius cadit q̃ ceciderit prius. nec igit̃ resurgẽs gratior resurgit q̃ fuit. Secũda. prima gratia potest esse maior & minor. & per consequens minima/ sed per penitentiam acquiritur prima gratia. ergo possibile est aliquando primam gratiã recuperatam per penitẽtiã esse minimã. & loquitur hic de prima gratia penitentiali nõ baptismali: que dicitur pria simpliciter qa ante illam nulla alia prefuit. Alia est prima secundum quid q̃ imediate sequitur remissionem peccati/ & est gratia penitentialis.

Rões p̃ quas p̃cã dimissa non redeunt.

Dubitatio bona.

Respondet doctor ꝙ non est idem habere plura merita in acceptatione diuina reseruata in ordine ad premium hoc est ad gloriam eis reddendam / & habere maiorem gratiam intensiue. ¶ Et hic bona tangitur difficultas qua ferme singuli ab inuicem discrepant. Vtrum resurgens resurgat ad maiorem gratiam. De hac questione sunt tres opiniones. Aliqui dicunt ꝙ omnes resurgentes resurgũt ad equalem gratiam. & est opinio Henrici de gandano in quolibetis & multi doct. tenent cum eo. Alij dicunt vt omnes moderni doctores ꝙ quilibet particulariter resurgit ad maiorem gratiam q̃ fuerit illa a qua cecidit. Alij dicunt ꝙ nõ. vt dicunt ferme omẽs antiqui doct. Tho. Bonauentura. Richar. dicũt aliqui ꝙ quilibet resurgit ad maiorem gloriam vt Scotus. aliquando ad minorem gloriã vt Bonauẽtura. ¶ Pro declaratiõe opinionis Henrici facienda est duplex comparatio. Prima comparando duos vel plures resurgentes ad inuicem. vtrum vnus eorum resurgat ad maiorem gratiam q̃ alius. Secundo fit comparatio status resurgentium scilicet status ad quem resurgunt ad statum a quo ciderũt. Si fiat comparatio plurium resurgẽtium ad inuicem / dicit De gandauo ꝙ omnes resurgũt ad equalem gratiam loquendo de prima gratia ad quam resurgũt Ratio eius est. Prima gratia quãdo homo resurgit datur non ex meritis sed pure liberaliter / tamẽ vt detur requiritur dispositio ex parte suscipientis: non dispositio que sit actus positiuus / sed dispositio. i. cessatio positionis obicis / & cum illa dispositio sit equalis & non suscipiat magis neq; minus & cum detur eque gratis & singuli habent equalem dispositionem & deus non est acceptator personarum dat equaliter omnibus quibus dat. & pleriq; sunt eiusdẽ opinionis q̃tum ad illud quod assumit. Et dyonisius videtur esse eiusdẽ sentẽtie ꝙ sufficit cessatio positionis obicis. ¶ Sed est difficile deffensare hanc opinionem. quia cũ quilibet dormiens cessat ponere obicem infusioni gratie videtur ꝙ ei infunderet gratia si sufficiat talis dispositõ. i. cessatio a positione obicis. Sed quero quid est cessare. Si dicatur ꝙ est elicere actum puta attritionem vel contritionem. sequit̃ ergo ꝙ erit maior in vno q̃ in alio. Nam aliquis cessat peccare a peccato & tamen ei non infunditur gratia nec resurgit vt patet de dormiente. Oportet ergo ꝙ sit aliud requisitum de necessitate ante q̃ infundatur gratia / & non video quid sit illud nisi dispositio penitẽtis q̃ est maior in vno q̃ in alio. ¶ Dicunt alij ꝙ comparando duos resurgentes ad inuicem vnus resurgit ad maiorem gratiam q̃ alius. ¶ Sed est difficultas cõparãdo statum ad statum puta statũ a quo ceciderunt ad statum ad quem resurgunt. ¶ Quantũ ad hoc dicit bonauentura duo / & hoc idẽ Tho. in primo. distinctione. xvij. sed in secunda secunde videtur dicere oppositum / Primum est / resurgit aliquãdo quis ad minorem gratiam. Secundum est / ex hoc consequens est ꝙ resurgat ad minorem gloriã Ratio primi dicti est. quia datur gratia resurgenti secũdum dispositionem quase disponit / dispositio autem est ad minorem gratiam q̃ fuerit gratia a qua cecidit. ergo resurgit ad minorẽ. & vltra resurgit ad minorem gratiam. & cum detur gloria secundum q̃titatem gratie & premientur merita non secundum q̃titatem meritorum sed secundũm q̃titatẽ gratie in qua recedit homo quia vbi ceciderit lignũ &c. Cõsequẽs est ꝙ minus premiãtur q̃ fuissent premiata si decessisset homo i maiori gratia. ¶ Sed ẽ difficile saluare istum modum dicendi qui sequatur penam esse cum beatitudine. Patet / priuatur aliquo bono quod erat prius debitum / & hoc ratione delicti commissi ẽ adminus pena damni. ergo si aliqs existẽs in beatitudine priuetur aliquo gradu beatitudinis ratione peccati quod commisit illa priuatio est sibi pena sed esset aliquis talis beatus. ergo esset beatus cum pena. Patet minor / sortes facit opus meritorium decem graduum & labitur in peccatum.

Vtrũ resurgẽs resurgat ad maiorem grãm

Opinio bonauẽ.

irregularitas non intelligitur quin si attenter suscipere vel ministrare in iam susceptis aliquid faciat/sed ite lligitur q̄ non potest licite sine peccato aliquem suscipere sacrū ordinem vel i susceptis ministrare propter prohibitionem ecclesie. & sic est duplex irregularitas scilicet inabilitatio ad suscipiēdum & inabilitatio ad exequēdum actū sacri ordinis. hec pena raro infert ab homine frequenter tamen a iure. potest tamen infligi ab homine. Vnde dictum est q̄ depositio raro infertur a iure semper ab homine posset tamen a iure inferri. oppositum ē de irregularitate que frequēter ifertur a iure raro autem ab homine posset tamen iferri ab homine. patet/bene sequit ifertur a iure. ergo potest inferri ab auctore iuris/cū ius nō habeat auctoritatem nisi ab auctore qui cōdidit illud/vnde q̄uis non esset statutum factum q̄ homicida non promoueret. tñ qui habet auctoritatem condendi ius potest homicidam inhabilitare vt nō promoueatur. tūc inferretur talis irregularitas ab homine/quod posset patet/habet tantā auctoritatem inabilitandi quantam condēdi ius ad inabilitandum. igitur. ¶ Notandū preterea q̄ hec irregularitas infertur a iure aliquando pro crimine/aliquando pro nō crimine/aliquando pro aliquo quod est idifferens ad esse crimen & non esse crimen. ¶Primo pro crimine & hoc cōmisso circa sacros ordines/hoc est pro quatuor peccatis que cōmittūtur circa sacros ordines vel circa actus ordinis/puta pro symonia/pro furto in ordine/pro administratione in ordine non suscepto/& pro contumatia i penis ecclesiasticis que sunt quatuor crimina pro quibus infligitur. Primum est Symonia que dupliciter committitur/aliquādo circa acquisitōnem ordinum/aliquādo circa acquisitionem beneficii & irregularitatem que cōtrahitur circa acquisitionē sacri ordinis/& talis difficilius tollit. Vnde dicit doct. q̄ symoniace promotus ad ordies est irregularis puta non potest exercere i susceptis nec ascendere ad superiores. vt symoniace factus dyaconus non potest i tali ministrare nec ad alium promoueri. & sic duplicē icurrit irregularitatē. ¶ Vnde dupliciter aliquis promouetur symoniace ad ordines. vno modo quādo talis promotio symoniaca procuratur ab illo q̄ promouetur/alio modo ab aliquo alio ipso ignorāte qui promouetur vt pater procurat symoniace q̄ filius promoueat ipso filio ignorante/tunc actus ex parte promouentis est symoniacus. si primum tunc est inabilis ad promouendum ad alios & ad exercendum in susceptis. ¶Si secūdo modo hoc dupliciter. vel ille qui procurat promotionē symoniacā vel est cōtra prohibitionē illius qui promouetur tunc talis promotus nullo modo incurrit irregularitatē si promoueatur ipso ignorante puta q̄ aliquis procurauit eius promotionem symoniacam/extra de symonia/ca. sicut tuis litteris. Vel alter procurat etiā sine prohibitione istius qui debet promoueri/tunc dicūt q̄ postq̄ peruenit ad eius notitiam q̄ est promotus symoniace est inabilis ad susceptionem ordinum & administrandū i susceptis nisi cum eo dispensetur. Non solū igitur incurritur irregularitas ex symonia per symoniam procuratam ab ipo que promouetur sed per symoniam procuratā ab alio/& hoc quando nō est contra eius prohibitionem. Similiter qui commisit symoniam acquirendo beneficium non facit fructus suos & tenetur restituere/& hoc de symonia exteriri itelligitur. sed quando precise est symoniacus mentalis non tenetur ad restitutionem sed ad agendum penitentiam. vt dicit de Palude. Symonia enī non inducit irregularitatem ex iure diuio/quia ad hoc non reperitur canō sententie late in iure diuino de symoniaco/nec q̄ inuenitur in iure diuino pure diuino canō sententie late de excōmunicato/secus de iure diuino apostolico. Inducitur ergo talis irregularitas solum iure humano quod non se extendit ad peccata cordis punienda. ergo pro signo exteriori aliqno quod est de se pro-

Duplicit aliqs promouet symoniace.

Pro quatuor criminibus cōtrahit irregularitas

Symonia dupliciter committitur.

Secūdū crimē

babile inducitur illa symonia. ¶ Secundū crimen ex quo incurritur pena irregularitatis est furtum in ordine vt si episcopus prohibeat q̄ nemo nisi per nos examinatus & de diocesi accedat ad capiendū ordines si aliquis aliter faciens se immisceat alijs ordinā dis quia vel non est de dyocesi & nō habet litteras dimissorias/vel quia non fuit examinatus talis furatur ordies & est inabilis ad promouendū ad alios ordines & administrandum in susceptis. Similiter potest esse furtū accipiendo presbyteratū omisso dyaconatus ordie. talis efficit irregularis.

Tertium crimen.

¶ Tertium peccatum ex quo incurrit irregularitas est administratio in ordine non suscepto vt si aliquis niteretur celebrare ac si esset sacerdos/vel si non dyaconus ministraret ea que spectant a dyaconū. & hoc dicitur si nō habeat ignorantiam inuincibilē quia alias si haberet ignorātiā inuincibilē non esset irregularis ministrando in nō suscepto.

Quartus crimen

¶ Quartū crimē ex quo cōtrahitur irregularitas est contumatia in penis ecclesiasticis vt si aliqs est excōmunicatus vel suspensus a diuinis vel interdictus & non obstante excōmunicatione aut interdicto aut suspentione non abstinet a sacramētis percipiendis vel ministrandis est irregularis & irregularitatem eo facto quo excōmunicatus celebrat incurrit. & hoc intelligitur q̄n inuincibiliter non scit se esse excōmunicatū quia forte est excōmunicatus & nondū peruenit ad eius notitiā / tunc non incurreret irregularitatē. vt dicit de Palude/vel si dubitat se esse excommunicatū vel tenetur scire/& in tali casu celebraret incurreret irregularitatem. Et sic patent quatuor crimina ex quibus oritur & incurritur irregularitas.

¶ Dicit vltra doctor q̄ aliquando ptrahit irregularitas ex multis non criminibus. exemplum/oritur ex hoc q̄ aliquis ē illegitimus quod non est ei crimen. Similiter oritur ex alicuius membri principalis mutilatione vt non est alicui peccatum quod care at dīgito sed a fortuna est/& non a culpa/ & nichilominus talis ē irregularis/quia nō

potest sine dispēsatione suscipere sacros ordines. Dico tertio q̄ aliquando incurritur irregularitas ex aliquo quod indifferenter potest esse culpa & non culpa vt ex homicidio & bigamia/nam homicida ex culpa vt interficiens auctoritate propria incurrit irregularitatem. similiter homicida sine culpa sua puta ex auctoritate iudicis & superiorum vel in bello iusto. etiā efficit irregularis. & hoc propter horrorē sanguinis effusi. & dicunt hic doct. q̄ quicūq̄ est causa efficiēs mortis alicuius incurrit irregularitatē. & ad cām efficiētē reducūtur alie cause puta causa consultiua accusatiua &c. Si sit causa inuoluntaria non incurrit irregularitatem. vnde iudex voluntarie iudicans & tortor exequens sententiam/& procurans & accusans/& testes oēs tales sunt irregulares/quia sunt causa volūtaria iterfectionis. Similiter defendens se etiam seruato moderamine inculpate tutelle est irregularis si alterum interficiat etiam dato q̄ nō possit aliter euadere nisi interficiendo inuasorem/quia est homicida voluntarius. Sed aliquis adhibens omnē diligentiam quā tenetur adhibere habens ignorātiā inuincibilem q̄ in aliquo loco sit homo & dat operam rei licite ex qua sequitur mors hominis ignorati/talis est causa inuoluntaria interfectionis & tamen nō incurrit irregularitatem. Ideo si aliquis sit causa interfectionis voluntarie siue per actum licitum vt iudex condānās/accusans/consulēs/aut exequēs sententiā/siue in bello iusto/siue interficiēdo aggressorē cū moderamine inculpate tutelle omnes tales incurrunt irregularitatem. Sed si aliquis det operā rei licite & sit causa interfectionis inuoluntarie q̄ est inuoluntaria propter ignorantiā inuincibilem non incurrit irregularitatem. ¶ Cōtra predicta arguitur sic. Paulus erat causa interfectionis sancti stephani/& tamē fuit promotus ad episcopatum. ergo videtur q̄ ex homicidio non incurratur irregularitas. Dicit De palude q̄ deus dispensauit paulum q̄n dicit. vas electionis est michi iste. actu.

Arguit q̄ ex homicidio nō incurrat irregularitat

ix. ca. Item segregate michi Paulū & Barnabā. Secundo dicitur & melius q̄ non incurritur irregularitas nisi ex iure canonico & humano/& illud ius non erat tempore Pauli sed factū a summis pōtificibus & sic tunc non erat irregularitas. ¶ Contrahitur etiam ex aliquo alio quod potest esse culpa & nō culpa vt est bigamia vt qui despōsauit secūdā vxorē bona intentōne nō peccat sed realiter est bigamus/& p̄ consequēs irregularis. prime ad Thymo. iij. oportet episcopū irreprehensibilē esse vnius vxoris virum. Dicunt hic docto. q̄ prohibet bigamo ascendere ad ordines. Similiter cōtrahitur bigamia contrahendo cum vidua vxore vel cum duabus vxoribus/talis efficitur irregularis & inabilis ad sacros ordines suscipiendos.

Difficultas

¶ Sūt hic alique difficultates. Prima/vtrum homicidiū vel bigamia ante baptismū causent irregularitatem Secūda/vtrum ex iure diuino sit q̄ bigamus non promoueatur/& vtrum possit dispēsari cū eo/que difficultas in materia de matrimonio tractabitur. Quantum ad primā difficultatem que non solum est inter modernos doctores sed etiam inter antiquos vt inter Hieronimū & Augustinū. Dicit Hieronimus q̄ non/ Augustinus vero q̄ sic. q̄ autem non causetur irregularitas ex illis commissis ante baptismū duplex pōt assignari ratio/prima/iste pene solū cōtrahuntur ex canone sententie late ex iure canonico vel sentētie late a iudice iuris canonici. i. ecclesiastici. Sed sic est q̄ nō baptisatus non subicitur iuri canonico neq̄ ponitifici. vt patet in capi. Gaudemus de diuortijs & Paulus/non est michi cure de his q̄ foris sunt. i. extra ecclesiā/& cū tales pene ī currantur solum ex canone lato a iudice ecclesiastico & cū iudici ecclesiastico non subiciātur existentes extra ecclesiam. ergo ex perpetratis ante baptismum non incurrit irregularitas. Alij soluunt q̄ aliquis non est subiectus iuri canoico ante baptismum Sed q̄cito baptisatus est tunc primū incurrit illā irregularitatem propter perpetrata ante baptismū. Altera ratio est baptismus non solum culpā sed omnem penā delet. ergo delet irregularitatem. Et ego assentio plus huic opinioni videlicet q̄ homicidium perpetratū ante baptismū nō causat irregularitatem/similiter neq̄ bigamia vel partim ante baptismū & partim post etiam nō causat irregularitatem. hoc tenet De lyra super illo passu. prie ad Thymo. iij vtraq̄ opinio est probabilis. Irregularitas ergo incurritur ex tribus/ex peccato/ex non peccato/& ex aliquo indifferenti ad peccatum & non peccatū.

Quarta pena canonica est cōmunicatio.

¶ Alia est pena canonica quarta ī ordine. s. extōicatio. & dicit/q̄ homo nūq̄ debet puniri ista pena nisi pro mortali. & adhuc cui iuncta est cōtumatia. i. perseuerentia/non obstāte monitione. vt patet Mathei. xviij. vbi data ē potestas excōmunicādi. vbi dicitur si peccauerit in te &c. & subiungit si non audierit dicc ecclesie. Ideo debet prius moneri q̄ excommunicari/quod autem loquatur de mortali. patet quia dicitur si audierit te lucratus est animā eius/nam per veniale non perditur anima/& quod requiratur contumatia patet quia dicit si nō audierit te &c. dic ecclesie. Sed de ista pena nihil ad presēs cum supra diffuse tractatum est.

Quinta pena canonica. s. interdictū

¶ Quinta pena est interdictū/vnde aliquādo interdicitur locus/ aliquādo persona/ aliquando vtrūq̄. Interdicitur aliquando locus q̄ nemo celebret nec audiat diuina/ tali loco & postq̄ illi q̄ morant ī tali loco exiuerūt locū possūt audire & celebrare diuina puta in alio loco/aliquando interdicitur persona solum & non locus/vt si omnes canonici & capitulū parrhisien̄ interdicātur: vnus nō canonicus posset celebrare in ecclesia parrhisiensi. & ista pena raro a iure & frequenter ab homine fertur.

Vltima pena suspensio.

¶ Vltima pena est suspensio que non est nisi prohibitio a diuinis per certū tempus & differt ab excommunicatione/quia excōmunicatio ihabilitat hominem etiā perpetuo nisi superueniat absolutio/sed suspensio prefigit certū terminum. ita q̄ sine ab

solutione superueniẽte termino homo nõ est amplius suspẽsus/vt sortes suspensus p mensem a diuinis in fine mẽsis potest celebrare sine aliqua absolutione. Vnde suspensio precipue est in celebratione/quia non est suspensio ab auditione diuinorũ/ & sic patet de sex penis canonicis q̃rũ aliq̃ a iure/ alique vero ab homine inferuntur.

¶DE SECVNDO PRINCIPALI VIsum est an sex pene canonice impediãt a susceptione ordinum & de institutione earũ nunc consequenter doct. Respondet ad q̃stionem q̃ quinq̃ prime pene canonice nõ impediunt collationẽ ordinũ de facto sed tamen impediũt sic q̃ nõ licite & iuste põt suscipi aliquis illorum. Sed difficultas ẽ de prima pena canonica/& de vltimis quinq̃ non est difficultas quia qui symoniace ordinat vel p furtũ suscipit ordinem vel p ministrationẽ in non susceptis vere ordiatur/ nã cũ illis penis põt starerõ ministri & suscipiẽtis &itẽtio & alia necessaria hic ide de iure autẽ phibẽt idẽ dicendũ de hoicida. Sed difficultas ẽ de pria. s. de depositiõe vel de degradatione. vrrũ qui suscipit ordines ab episcopo degradato vel deposito realiter sit ordinatus/quia difficultas est an episcopus depositus vel degradatus remaneat episcopus/& an episcopus importet ordinẽ vel tantum modo iurisdictõnem. Si episcopatus dicat ordinem cum imprimat caracterem qui est indelebilis tunc depositus vel degradatus est verus episcopus/& tunc ordinatus ab eo est vere ordinatus. Sed si episcopatus iportet precise iurisdictionem & non ordinẽ apparet q̃ ordinatus a degradato non sit ordinatus quia amplius non ẽ episcopus/& vtraq̃ opinio est probabilis videlicet q̃ episcopus per degradationem non est amplius episcopus/similiter & altera videlicet q̃ maneret episcopus sed non potest licite exercere/& sic secundũ diuersitatem opinionũ respondendũ est. & sic patet de prima questione huius distinctõnis.

¶Questio secunda. De impedimento nature.

¶ONsequenter queritur de impediméto nature. v trũ sexus muliebris & etas puerilis impediant susceptionem ordinũ. hoc est si attentet mulier suscipere ordines sacros an recipiat. Similiter si episcopus attentet aliquem puerum consecrare & conferre ei ordines sacros. an de facto illos suscipiat. ¶Pro ista questione supponẽdum est/ q̃ aliquid potest impediri a susceptõne ordinum tripliciter. Vno modo ab honesta susceptione. ita q̃ nõ cũ illo potest honeste suscipere/secũdo modo impedit a licita susceptione ita q̃ cũ illo nõ põt licite. i. sine peccato suscipere. Tertio q̃ impediat a susceptione de facto ita q̃ si tentet de facto nichil fit. Hoc supposito. respondetur primo de sexu q̃ sexus muliebris ipedit a susceptione sacri ordis istis tribus modis ita q̃ non susciperet nec̃ reuerenter/nec̃ licite/nec̃ de facto si attentet. ¶Pro isto notandũ est q̃ omne sacramentum est institutũ a Christo. vt satis probatũ est i principio quarti. Secũdo suppoitur ex eo q̃ omne sacramẽtũ requirit debitã materiã & formã & si sit institutũ a Christo cuiuslibet sacramenti materia & forma est instituta ab illo ita q̃ non potest in altera materia sacramentum conferri nec in altera forma sacramentũ confici/ vt non potest aliquis baptisari nisi ex aqua & forma a Christo instituta. ¶Secũdo supponendũ ẽ q̃ ecclesia vniuersalis materiam a Christo institutam alicuius sacramenti non potest facere quin sit materia illius nec de illo qd̃ non est materia ex institutione Christi q̃ sit materia alicuius sacramenti vt tota ecclesia non potest facere q̃ illud quod non est materia penitẽtie sacramenti vel ordinis de nouo incipiat esse materia & efficiatur materia sacramenti ¶Isto supposito declarat quõ sexus muliebris non potest esse materia sacramenti ordinis. Nam collati sunt ordines in cena quando Christus dedit apostolis potestatem consecrandi dicẽs hoc facite in meã cõ-

Tripliciter põt aliquis impedirta suscepto ne ordinũ

memorationem. i. hoc faciẽdi accipite potestatẽ/vel in die resurrectiõis cũ ingressus est ianuis clausis cum dicit accipite spiritũ sanctũ quorũcunq̃ remiseritis peccata &c. Erarguitur cõiter a doc. Christus instituit sacramentum ordinis quãtum ad vnã partem secũdum doctores in cena. & quãtum ad alteram partem in die resurrectionis: sed sic est q̃ nullam mulierẽ ordinauit imo nec matrem. ergo sexus virilis videtur esse cõditio ex institutione Christi se tenẽs ex parte materie. ¶Altera ratio. Paulus prima ad Thimo. prohibuit mulieres in ecclesia loqui. Ait enim docere mulierem nõ permitto. i. predicare. ergo prohibuit mulieres a toto genere ordinari. Consequẽtia tenet/ quia ordinatis in ecclesia competit ex officio loqui id est predicare euangelium dei: sed si hoc fuisset cõcessum a Christo mulieribus q̃ possent ordinari fieret eis iniuria. ergo apparet q̃ ex institutiõe Christi de necessitate requiritur illa conditio sexus virilis ex parte materie. Dicit Depalude q̃ mulier ex ordinatione & institutione ecclesie posset tonsurari: quia tonsura non est sacramentum sed sacramentale de institutione ecclesie: & non Christi. & sic ecclesia potest variare sacramentalia: sicut cathecismum & exorcismum/ita posset variare tonsuram/sed secus est de ordinibus que non sunt de institutione ecclesie: sed Christi/qa alias ordo non esset sacramentum nisi esset de institutiõe Christi. quare ecclesia nõ potest variare materiam nec formam illorũ.

Depalude.

¶De etate. Vtrum etas puerilis impediat a susceptione ordinum. Primo notum est q̃ ipedit ab honesta susceptione: quia puer non potest se disponere vt honeste & reuerenter suscipiat. Impedit ergo a licita susceptione vel saltẽ a licita collatione/quia minister ordinãs paruulum peccat. Sed difficultas est vtrum de facto paruulus suscipiat sacros ordines/ si episcopus attentet illum ordinare infra annos discretionis constitutum puta q̃ realiter sit dyaconus vel presbyter secundum q̃ episcopus ordinauerit. Respondetur q̃ duplex est modus dicendi Durandus tenet q̃ si talis paruulus nullomodo sit capax rationis/ita q̃ omnino careat vsu rationis. id est q̃ nõ possit consentire nec̃ dissentire/ita q̃ non cognoscit qd̃ est ordo: nec̃ cognoscere potest vt paruulus duum vel trium annorum episcopus attentans eum ordiare nihil facit. Ratio eius est/ad susceptionem cuiuslibet sacramenti requiritur intẽtio formalis vel virtualis in suscipiente / & semper requiritur formalis in conferente. Sed in paruulo qui nullum habet vsum rationis non potest esse intentio nec virtualis nec formalis. De formali notum est/sed de virtuali q̃is intentio parentum sit virtualis quãtum ad ea que sunt necessitatis ad salutem corporalem aut spiritualẽ paruuli: tamen quãtum ad ea q̃ sunt supererogationis/intẽtio parẽtum nõ est virtualis pro paruulo. nã paruulus est cõmissus parentibus quãtum ad ea que sunt necessaria ad salutem corporis & anime sed non quãtum ad ea que sunt supererogationis ita q̃ non tenentur paruulo q̃tum ad ea que sunt supererogationis. ergo intentio parentum de susceptione ordinũ non sufficit vt paruulus suscipiat/qa suscipere ordines nõ ẽ de necessitate. Itẽ paruulus ꝓtrahit oriẽtale ex parẽtibus ꝓtra qd̃ẽ ordiatus baptisatus. ꝓpterea sufficit intẽtio parẽtũ vt puuulus suscipiat baptismũ: sed illud ꝓtra qd̃ est ordinatũ sacramẽtũ ordinis nõ ꝓtrahit ex parẽtibus. ergo. ¶Alius modus dicẽdi cõmunior quẽ tenet doc. & ferme oẽs doc. q̃ si episcopus attentet paruulũ in cunabulis nullũ habentẽ adhuc vsũ rõnis ordiare de facto illum ꝓsecrat. & talis suscipit ordines quos intẽdit cõferre episcopus. Patet cap. vnico de clerico per saltũ promoto: ex quo textu hñtur duo. Primũ/ q̃ si episcopus attẽtet alicui ꝓferre ꝑbyteratũ q̃ nõ est dyaconus/puta superiorẽ ordinẽ omisso inferiori de facto cõfert. Secundũ/ si episcopus attentet conferre ordiné presbyteratus non

An etas puerilis ipediat a susceptione ordinum.

Opt. Durandi.

habenti vsum rationis.id est non consentienti(non dico dissentienti) de facto consert. Ratio est/sacramenta que non habent contractum vt matrimonium/nichil penitus requirunt ex parte materie nisi ipsam materiam & intentionem ministri & formam/sed paruulus est materia quia vir. & episcopus est minister vtens debita forma & habens debitam intentionem. ergo ibi de facto est verum sacramentum ordinis/ & ista opinio est probabilior. ¶Sed tunc queritur vtrū talis paruulus obligetur ad continentiam cum peruenerit ad vsum rationis & cognouerit se esse ordinatum ante vsum rationis. quam difficultatem mouet glo. in capitulo allegato. Et apparet q̄ non/castitas non est res precepti sed res consilij ad quam nullus obligari potest nisi per proprium cōsensum/quia alias esset preceptum si aliquis me ad castitatem obligare posset. Vnde summus pontifex nullum potest sine peccato obligare ad opera supererogationis nisi ipso consentiente. cuius est propter peccatum/quia potest obligare ad ingrediendum aliquam religionē: ergo non potest paruulus iste cum non cōsentiat & non peccet obligari ad castitatē/ ergo quando peruenerit ad ānos discretionis non obligatur ad castitatem / & in ista difficultate altercantur doc. Aliqui dicunt q̄ obligatur ad castitatem non ratione voti/quia non fuit capax vouēdi /cum votū debeat esse deliberatum: sed obligatur ad castitatem eo q̄ ordini sacro annexa est castitas. Vnde si aliquis eēt illegitimatus ad contrahendum matrimonium cum omni muliere. puta qa omnes mulieres sunt vxorate/ille obligaret ad castitatem non ratione voti:sed quia non habet materiam cum qua possit exercere actus matrimoniales cū per casum nulla sit apta ad contrahendum matrimonium cum eo. Si ergo dicant q̄ ordo sacer saltem presbyteratus ex iure diuino illegitimatur ad contrahendum in futuro ille tenetur ad castitatē. Vnde visum est satis q̄ vxoratus presbiteretur:sed nunquā est visum q̄ presbyter contraheret. Ideo dicunt ex iure diuino q̄ presbyteratus illegitimat ad contrahendum matrimonium/ cum ergo talis habeat ordinem bresbyteratus si attentet contrahere nihil facit. igitur non potest licite contrahere: & sic obligatur ad castitatem. Verūtamen oppositū ps puta q̄ presbyteratus non illegitimat nisi ex iure humano ad ptrahēdū/ vt tenet sanctus Thomas in materia de voto pōt cū illo dispensari. Nam est practicatum a paucis temporibus in presbytero ducatus normanie vt duceret vxorem. ergo nō erat de iure diuino q̄ obligaretur ad castitatem. & sic dico tenendo q̄ presbyteratus illegitimat solum iure humano q̄ iste non obligatur ad castitatem seruandam. Ratio est quando aliquis efficitur bresbyter tenetur seruare castitatem propterea quia vouit illam saltem virtualiter: quia non requiritur formaliter sed interpretatiue vouit castitatē quia voluntarie suscepit illud cui est annexa castitas iure positiuo ecclesie: & sic vouit interpretatiue. Sicut ille qui vltra annū probatiōis in monasterio defert habitum monachi & professi quāuis non vouerit formaliter teneꝫ perpetuo manere in religione: sed iste paruulus nec vouit formaliter nec interpretatiue: quia quāuis suscipiat aliquid cui ex statuto ecclesie annexa est castitas/non tamen suscipit voluntarie quia nō est capax voluntarij nec inuoluntarij. ideo nō vouet nec formaliter nec interpretatiue. Ideo dicit Panor. in dicto capitulo. si velit gaudere priuilegio clericali debet seruare castitatem: sed si nolit gaudere poterit vxorari. Et ad rationem Durandi/ nego q̄ requiratur in suscipiente sacramentum intentio formalis vel virtualis. Ratio/quia Durandus dicit q̄ intentio virtualis est intentio parētum / vel eorum cui commissus est puer ad custodiā q̄tum ad ea q̄ sunt necessaria p̄ salute corpis & aie. Tūc arguit sic. Si aliqs iuitis parētibus aut qbus custodie da

Resolutio vnius opinionis.

Panor.

Solutio rōnis Durandi.

tus est puer capiat illum & baptisaretur de facto est baptismus/ergo ad sacramentū baptismi vt de facto suscipiat(non dico de iure)nō requiritur intētio nec̄ virtualis nec̄ formalis. imo dico si aliquis attentet baptisare paruulum iudei inuitis parentibus cōtra prohibitionem ecclesie (quia hoc prohibet ecclesia. xl. distinctione capi. de iudeis) talis est baptisatus & ecclesia dissentit/ ergo non requiritur intentio alicuius ad hoc q̄ paruulus suscipiat sacramentum nisi intentio ministri. ideo nego q̄ requiratur intentio virtualis vel formalis in suscipiente. Bene verum est q̄ requiritur q̄ nō dissentiat: sed non requiritur q̄ consentiat & argumentum nullam apparentiam habet. Habemus ergo ex isto articulo q̄ sexus muliebris impediret. etas non impedit de facto licet de iure.

¶AD ARGVMENTA. Dicit apostolus ad gala. quarto. In Christo Iesu non est seruus nec̄ liber &c̄. Dico q̄ intelligitur quātum ad consequutionem felicitatis eterne nemo excluditur a beatitudine: sed bene excludit aliquos ab alijs actibus vt feminas ab actibus ordinum. ¶Secundo arguitur/ in iure reperitur q̄ mulier vocatur dyaconissa. xxxij. distinctione. ergo dyaconatus vel presbyteratus potest mulieri conferri. Dico q̄ illa monialis vocatur dyaconissa cui ex officio data est potestas legēdi omeliam non q̄ habeat ordinem dyaconatus: sed quia exercet officium illius dyachoni/ tamen non potest proprium officium dyaconi exercere scilicet ministrare materiam sacramenti &c̄. Similiter dico q̄ vocatur mulier presbyterissa pro tempore quo erāt presbyteri vxorati. & sic vocatur nō ab ordine: sed a viro. Sed apud nos latinos vbi castitas non solum coniugalis: sed simpliciter est ordini annexa: presbytera potest dici aliqua bona matrona vidua: vel perfecta inter alias mulieres. Ex predictis patet qd sit ordo / & de difficultatibus circa ordinem emergentibus.

¶Sequitur de matrimonio.

¶De sacramento coniugij.
Distinctio vigesimasexta.

CIRCA VIGESIMAM sextam distinctionē queritur. Vtrum matrimonium fuerit imediate institutū a deo. ¶Videtur q̄ non Genesis secundo ait Adam/hoc nūc os ex ossibus meis. & sequitur quāobrem relinquet homo patrem & matrem & adherebit vxori sue. & Glo. ibidem dicit q̄ ibi fuit institutum matrimonium. ergo Adam illud instituit & non deus. ¶In oppositū arguitur per illud quod habetur Mathei decimonono. quod deus cōiunxit homo non separet. ergo matrimonium est a deo institutum & non ab homine. ¶Pro solutio- 1.pcto. ne sit prima conclusio principalis. Ad procreandam prolem debite educandam honestum est marem & feminam. id est patrē & matrem vinculo indissolubili cōiungi: & sibi mutuo obligari. Patet/ concubitus carnalis est actus bene circunstantionabilis quod patet/quia ille actus non est de se bonus nec̄ de se malus vt non possit recte circunstantionari sicut est dare alienum qd̄ probatur/quia non magis est contra rectam rationem vel inclinationem naturalem hominem saluare speciem suam q̄ alia animalia suam secundo de anima. In viuentibus enim naturalissimum operum est vt quodq̄ perfectū alterum tale efficiat quale ipsum est. Hoc idem asserit Aristoteles economi. primo. capitulo tertio. Si in ceteris animantibus absq̄ ratione id fit/& inquantum nature capatia sunt & procreandi gratia solum maximeq̄ in humana natura conspicitur vt mas & femina ope mutua coniungantur filiosq̄ procreent/vt natura per hunc circuitum adimpleat sempiternitatem / ex quo secundum numerum non potest: at secundum speciem/sic enim diuina puidētia ordiuauit/vt patet ex Aristo. ibidē. Patet igit q̄ talis pcubitus nō ē per se malus cū nō sit ptra dictamē rectum

conseruare suam speciem. imo secundum rectam nature inclinationem. Secūdo probatur ꝙ non sit actus de se malus cum preceptum sit a deo Genesis primo. crescite & multiplicamini & replete terram / quia de illicito nō dat p̄ceptū. igit. Qd̄ autē nō sit actus de se bonus ex obiecto patet quia nullus est actus de se bonus ex obiecto nisi dilectio dei super omnia cū nō possit fieri cōtra rectam rationem vt declarauimus i preludijs moralibus imo necessarium est secūdum rectam rationem ꝙ talis actus tendat in tale obiectum quod est finis vltimus: sed procreare prolē nō est huiusmodi. igitur. ¶Secūda conclusio talis est. Marem & feminam potestatē suorum corporū sibi mutuo tradere ad prolem procreandam & religiose educandam honestum ac licitum ē. Probatur. Vna circūstantia vt actus sit bonus est referre illum actū in deum: sed velle procreare prolem religiose educandam ad cultum diuinum est actus referibilis in deū tanq̄ in finem vltimum: & qui de facto refertur. Vnde Augustinus nono super Genesim. Bonum prolis non dicitur ipsa proles sed spes & desiderium quo proles concipitur vt religiose educatur vel informet. Alia circunstantia est ꝙ illa coniunctio sit inter duas certas personas/quia alias ignoraretur quis esset pater. & quod cōmune ē negligitur: & proles non religiose educaretur. Similiter proles ignoraret patrem/ & sic non debitum honorem exhiberet/similiter hoc esset cōtra pacem & bonum ciuitatis. ¶Tertia pclusio est ꝙ cōgruum fuit illam mutuam translationem dominij seu permutationem corporum a deo institui & approbari & aliquod sacramentum adiungi. ¶Circa hoc queritur quando fuit institutum illud sacramentum/& que sit forma illius/& qualiter vna/quis minister illius & qualiter vnus & quis effectus illius sacramenti. Difficultas est inter iuristas & theologos. vtrum matrimonium sit sacramentum. Notum est ꝙ sacramentum capitur large pro omni signo alicuius rei sacre: & sic sacrificia veteris legis vocabantur sacramenta quia seruabant res sacras noue legis / isto modo capiēdo matrimonium est sacramentum/quia significat vnionē Christi ad ecclesiam. Alio modo capitur sacramentum pro signo gratie inuisibili quam gratiam inuisibilem efficit id est confert ex vi operis operati. & sic capitur sacramentum proprie qd̄ virtute institutionis Christi confert gratiā recte suscipienti. Et tūc est difficultas vtrum matrimonium sit sacramentum isto modo proprie capiendo sacramentum. Dicūt iuriste ꝙ non/& aliqua pars theologorum/vt Durandus/ & alij videntur eis cōsentire in hoc. Dicunt ergo ꝙ ille consensus expressus per verba de presenti non confert gratiam ex vi operis operati. & mouētur multis rationibus adhoc probandum quarum precipua eorum ratio talis est. Non potest alicui adiungi cōditio pecuniaria quod confert gratiam spiritualem/vt si adiungerem conditionē spiritualem pro baptismate suscipiendo esset symonia: sed in ista forma accipio te i meū & accipio te in meam/licite potest adiungi conditio pecuniaria. puta si des mihi centum &c. ergo talis forma non confert gratiam ex vi operis operati: sed apud eos benedictio illa nuptialis in ecclesia cōfert gratiam ex opere operato: & potest vocari sacramentū. & ista est potissima ratio in qua fundant se iuriste. ¶Theologi vero q̄ sunt eius opinionis adducunt alias rationes. Vna est/quodlibet sacramētum quod nō est necessitatis habet debitum ministrum/ quia non potest conferri nisi ab illo ministro (dico ꝙ nō est necessitatis quia baptismus potest a quolibet conferri) sed sic est ꝙ sacramento matrimonij non potest assignari debitus minister / ergo non videtur proprie sacramentum. ¶Alia ratio fortissima inter alias/ordinatio ecclesie circa sacramenta quāuis sit de necessitate precepti nunquam est de necessitate sacramenti. vt ordinatio ecclesie circa baptismum ꝙ fiat cathegorisatio vel exorcisatio nunquā est de necessitate sacramenti baptisare. Similiter ordinatio ecclesie circa cōsecrationem puta ꝙ dicantur preces ante & post nō est de necessitate consecrationis / sed sic est ꝙ ordinatio ecclesie circa sacramētum matrimonij est de necessitate matrimonij & non solum de necessitate precepti. ergo non est sacramentum. Patet minor/si sint persone illegitime que tentēt contrahere in secūdo vel tertio vel quarto gradibus nihil faciūt. & ante ordinationē ecclesie erat matrimonium in illis gradibus. & si ecclesia nō prohibuisset: nunc esset in illis & realiter contraherent/ergo ordinatio ecclesie in matrimonio non solum est de necessitate precepti sed de necessitate matrimonij. Videtur ergo ꝙ matrimonium non est sacramentū Sed oppositum realiter tenent theologi/ quia matrimonium computatur vnum de seprem sacramentis. & alia sex sunt sacramēta proprie dicta id est signa efficacia gratie/ ergo & matrimonium est verum sacramētum. ¶De institutione matrimonij/notū est ꝙ in statu innocentie fuit institutū matrimonium: sed non fuit in illo statu institutum sacramentum matrimonij. Nā tunc non erant sacramenta cum omnia sacramēta habeāt efficatiam a passione Christi preuisa vel exhibita. Et si perseuerasset status innocentie non fuisset passio Christi preuisa. Item sacramenta instituta sunt in remissionem peccati. Dico ergo ꝙ ante legē nouam non fuit institutum proprie sacramentum nisi contra originale. ideo matrimonium fuit istitutum in noua lege. Sed queritur modo quādo fuit institutum in noua lege: hoc est quando hoc sacramentum habuit efficaciam ad dandum gratiam ex opere operato. Non fuit data virtus illa istis verbis in noua lege accipio te i meam &c. quia ante nouam legem illam virtutem cōtrahendi habebant. ideo queritur quando dedit Christus illi forme efficaciam respectu gratie gratum facientis/ita ꝙ vi verborum conferretur gratia gratum faciens. Dico q̄tum ad hoc non potest haberi textus expressus qñ Christus appropriauit illam virtutem verbis. Bene habemus ex literis sacris ꝙ oportet baptisari: sed non habetur quādo deus forme baptismali dedit talem virtutē beneꝑcepit baptisari: sed nō habetur textus expressus quādo precepit exceptō sacramento eucharistie scilicet in cena. Similiter dico ꝙ alia instituit sacramenta: sed nō habetur textus quādo illa instituit. ¶Ad vltimum argumentum theologorū ordinatio ecclesie circa sacramenta/ licet sit precepti non tamen est necessitatis. Dico ꝙ sunt aliqua sacramenta quorum nec materia nec forma est subiecta iudicio ecclesie. Aliqua vero sic se habent ꝙ materia & forma est subiecta iudicio ecclesie. Exemplum primi/vt baptismus/confirmatio/sacer ordo materie & forme illorum nō subijciūtur iudicio hūano. Ideo dico ꝙ in talibus nūq̄ statutū ecclesie est de necessitate sacramenti sed de precepto tantum/quia illa que sunt sacramenta in se nō subiciuntur iudicio ecclesie/sic ꝙ ecclesia nihil potest variare q̄tū ad essentiam sacramenti. Aliud est sacramētum cuius materia subijcitur iudicio humano ecclesie vt in matrimonio/materia sunt contrahētes ad inuicem. De penitentia est difficultas an peccator qui cōfitetur sit materia/in istis qui subiciūtur iudicio ecclesie ordinatio ecclesie variat etiam sacramentū Hinc dicūt doctores ꝙ posq̄ aliquis prohibetur alteri confiteri non est sacramentū si alteri confiteatur / quia natura illius sacramenti subijcitur iudicio humano ecclesie. Eodem modo dico de matrimonio/ordinatio ecclesie impedit ꝙ non sit sacramētum. ¶Ad secundum/omne sacramentum quod non est necessitatis habet certum ministrum/nego. Aliquod est quod non potest nisi a certo vt absolui a peccato est equē necessitatis sicut adulto baptisari. Eodem modo necessarium est peccatori confiteri si sit copia. & tamen est determinatus minister. ideo necessitas & non necessitas nō faciūt ꝙ vnū a certo ministretur & nō aliq̄. Ad argumentū primum qd̄ est iuristarum.

Sacramētū multiplicit capitur.

Rōnes iuristarū

Alia rō.

Alia rō.

De institutione matrimonij.

Aliquando nūq̄a sacramentorū subiciturr iudicio ecclesie.

Ad alia argumentum.

Si vi operis operati per ista verba accipio te in meam &c. cõferretur gratia. ergo illis adiungere conditionem pecuniariam esset symoniacũ. Dico ꝙ psequẽtia nõ valet/ quia cum hoc ꝙ est sacramẽtũ est etiam cõtractus & obligatio quedã. Nam dico ꝙ si ea ratione qua est sacramentũ & cõferẽ gratia adiungeretur cõditio pecuniaria/ tunc esset symonia: sed ea ratione qua est contractus quidã habens obligationẽ difficulter portabilem annexã/ quia oportet supportare onera matrimonij secũdum illã rationem cõditio pecuniaria absq; symonia potest illi adiungi. In alijs aũt sacramentis nõ est simile/ quia sunt solũ sacramẽta: & non contractus simul. ¶ Restat alia difficultas de forma. Dicis ꝙ Christus instituit matrimoniũ ad hunc sensum/ ꝙ illi forme matrimonij deus dedit efficaciã respectu gratie ex vi operis operati. queritur vtrum instituerit determinatã formam. & vtrũ illi determinate forme dederit illam virtutem vel dederit cuicũq; signo equiualenti tali forme sufficienti ad illum cõtractum? Nam licet regulariter cõtrahatur matrimoniũ per verba ista accipio te in meã. & ediuerso tamen si vir & mulier vtantur alijs verbis vel signis equiualentibus contrahitur matrimonium dummodo alia verba vel signa vel nutus explicent cõsensum de presenti. Queritur an per talia equiualentia confera tur gratia/ sicut per ista verba accipio te in meam &c. puta vtrũ ille nutus vel signum sensibile sit verum sacramẽtũ matrimonij? Tertio & difficultas maior/ dicunt doc. ꝙ si post spõsalia ipsi sponsi conueniant carnaliter in illa conuentione carnali est verũ matrimonium. vt dicit Richardus/ & etiã in foro conscientie. & absurdum esset dicere ꝙ ille actus carnalis esset sacramẽtum/ & tamen est cõtractus matrimonialis. De ista materia doc. est vagus/ & non determinat se. Dicit ꝙ si dicatur ꝙ certe forme dedit illam efficaciam & non cuicũq; signo indifferenti. dicendum est consequẽter ꝙ est aliquod matrimonium etiã in baptisatis qđ non est sacramẽtũ. & de facto rationabile ẽ sic dicere de illis qui de facto post sponsalia conueniunt carnaliter. Dicere ꝙ talis actus esset sacramentum videtur absurdum immo potius peccatum/ & tunc non dedit Christus omni signo quod sufficit ad matrimonium cõtrahendum talem efficaciã. ¶ Queritur consequenter de forma. Et dico ꝙ sunt verba prolata ab vtrisq; contrahentium scilicet prolata a viro & a muliere tota simul. De ministro dico ꝙ ipsi contrahentes sibi inuicem ministrant/ & sunt ministri. & cum hoc materia/ & effectus propinquus est obligatio mutua/ & effectus remotus est gratia gratum faciens/ & sic patet de quarta conclusione.

¶ In quinta vero querit que sunt de necessitate matrimonij. & ipsius ponit triplicem acceptionem vnde matrimonium aliquando capitur pro vinculo siue obligatione mutua qua obligantur mutuo contrahentes/ & est perpetua ad vitam eorum. Secundo modo capitur pro mutuo cõsensu partium contrahentium. & est aggregatũ voluntatum quas habent contrahentes. & sic improprie dicitur sacramentum siue matrimonium. Tertio modo pro signo sensibili quo explicatur cõsensus ille & matrimonium hoc modo capiendo est sacramentũ: & non primo modo neq; secundo modo. quia secundo modo capiẽdo nõ est signũ sensibile. Dico ergo ꝙ matrimonium primodo est vinculum seu obligatio mutua qua obligantur coniuges ad mutuo reddẽdum debitum. Sed difficultas est quid sit matrimonium isto modo capiendo. Vel importat obligationem in quãlibet partẽ ad reddẽdum debitum alteri parti si petat. Si sic/ ego tunc infero ꝙ de facto ille cuius vxor est adultera non est amplius vir eius/ quia non habet amplius necessitatem tradẽdi corpus suũ mulieri. imo potest renuere si petat. vel importat solum potestatem propinquã vtendi mutuo & licite corpore alterius ad vsũ carnalẽ. tunc si sic/ ego infero

An sacramẽto matrimonij possit adiungi cõditio pecuniaria.

Difficultas de forma matrimonij.

Primonũ tripliciter capitur.

ꝙ si vir & vxor post matrimonium cõsummatum ex cõmuni consensu ingrediãtur religionẽ & voueant ꝙ alter nõ est amplius coniunx alterius. Patet/ quia neuter illorũ habet amplius facultatem talẽ: puta ꝙ possit licite vti corpore alterius q̃tum ad istum actum carnalem. imo si vtantur peccant: & tamen vtrũq; istorum illatorum est falsum ergo oportet dicere quod aliud importat istud vinculum. Dico ꝙ matrimoniũ isto primo modo nihil aliud iportat nisi obligationem ad non vtendum corpore cuiusq; alterius/ vel ad non sumendã alterã quamcunq; partem in coniugem viuente prima parte. Quãuis ergo vir nõ teneatur reddere debitum vxori adultere nihilominus non potest vir illa viuente alteram capere in vxorem. Item si vouerit ex consensu vtrarũq; partium neutra potest alteram partem capere viuente prima/ ideo matrimonium primo modo captum importat obligationem ad non capiendum alteram viuente prima. ¶ De tertia vero acceptione matrimonium est sacramẽtum/ & nihil aliud est q̃ signũ efficax quo explicatur mutuus consensus aliquarum personarum legitimarum ad mutuo contrahendũ & procreandũ prolem & religiose educandã ad cultum diuinum/ ita ꝙ debet proles esse finis intentus non ꝙ sit de necessitate matrimonij. Exemplũ aggregatum ex istis verbis accipio te in meam/ & accipio te in meum/ vel aliqđ aliud signũ equalens quo explicatur mutuus consensus illarum personarum dicitur matrimoniũ tertio modo. ¶ Consequenter dico vt habitum est ꝙ in matrimonio duo considerantur. Primum est ꝓtractus/ secundũ est sacramentũ. Dico ergo primo ꝙ matrimoniũ inquantum est contractus fuit a deo institutum in statu innocentie Genesis secũdo. quãdo dicit deus Adam & Eue crescite & multiplicamini & replete terram & que sequuntur. Secundo fuit iterum illa institutio replicata a deo Genesis tertio. post diluuium quãdo dictum est Noe & filijs & filiabus eius crescite & multiplicamini. Nam non erat tũc institutum matrimoniũ vt sacramentũ/ sed vt cõtractus quidam naturalis. Tertio dicitur ꝙ illa institutio fuit facta per modum precepti affirmatiui crescite & multiplicamini obligantis cunctos & cunctas tempore necessitatis. Sed difficultas est inter doctores/ que regulariter queritur. Vtrum illud preceptum crescite & multiplicamini adhuc obliget. Dicitur cõmuniter ꝙ erat datum omnibus hominibus & nõ alicui particulari. Et hoc dicit Tho. Dico conformiter ad doctorem ꝙ tale preceptum erat datum cuilibet/ sed tale erat affirmatiuũ obligans non pro semper sed pro aliquando/ & obligat adhuc pro tempore necessitatis. Hoc ẽ si ex bello vel clade vel diluuio vel ex alia causa accideret paucitas hominum & mulierum obligaretur quilibet etiam non obstante voto contrahere ad conseruandum speciẽ humanã. Vnde sicut ꝓceptũ de subueniendo proximo nõ obligat nisi pro tẽpore pro quo idiget eodẽmodo preceptũ istud crescite & multiplicamini non est reuocatum sed neminem obligat nisi pro tẽpore pro quo esset paucitas hominum vacantium generationi. ideo si occurrat talis casus tunc vnumquẽq; obligat. ¶ Dicitur quarto ꝙ indissolubilitas illius contractus est ex institutione diuina pure positiua. Nã est ꝓtractus in se/ & est indissolubilitas cõsequens contractum. Contractus est causa vinculi/ & illa indissolubilitas non est de lege nature primaria: sed ex lege positiua diuina tantum/ & talis indissolubilitas instituta fuit Genesis secundo. Relinquet homo patrem & matrem & adherebit vxori adherentia perpetua. Et fuit ꝓfirmata Mathei decimonono. Quos deus coniunxit homo non separet. Resolutio est/ ꝙ contractus matrimonij est institutus a deo i statu innocẽtie & confirmatus in statu nature lapse & lege euangelica. & indissolubilitas etiã instituta in statu innocẽtie & cõfirmata in lege euangelica. Sed de mrimonio in ḡtũ ẽ sacramẽtũ solũ institutũ i lege gr̃e.

an cognoscēs vxorē ꝑ vitādā fornicatōnē peccet.

¶Circa predicta apparet difficultas ex dictis ꝙ nunq̄ sit licitus actus matrimonialis nisi fuerit relatus in procreationem prolis. nā actus ille carnalis nō est de se bonus nec de se malus: sed est circūstātionabilis bonis circūstātijs quarum vna est procreatio prolis. Et sic queruntur duo. Primum/vtrum actus ille relatus solum in vitationem fornicatiōis aut adulterij sit bonus vel sit peccatum. & si excusetur vbi & per quid excusatur & vbi est istitutum matrimonium ad excusandum actum talem. Similiter si sit aliquis qui vtatur vxore referendo actum illū solum ad perceptionē voluptatis & delectationis. vtrum excusetur/ & per quid excusatur.

Opi. sancti Tho. z Bonauentura.

¶Dico ꝙ difficultas est inter doctores. sanctus Thomas & bonauētura/& ferme omnes antiqui/dicūt ꝙ si aliquis cognoscat vxorem vt vitet fornicationem in vxore/puta quia vxor petit debitum. & si non reddat fortassis esset fornicatura talis reddendo facit actum iusticie/quia reddit quod debet non peccat. Sed si petat vt vitet fornicationem in se solo/& non referat in alium finem ꝙ peccat venialiter. Ratio eorum est: quia vel cognoscit ad vitandum solum propter hoc quia mouetur ad libidinem. si sic/notum est ꝙ est veniale. si non/iam ille vsus venereorum est superfluus posteq̄ non sentit se inclinatum & non facit propter prolem/tūc dicūt ꝙ actus ille ē peccatum. Sed tamen oppositum mihi videtur probabilius.

Opt opposita.

Vnde apostolus prime ad corinthios. viij. qui non potest continere nubat/hoc dico secundum permissionem non secūdum preceptum. ergo ex illa auctoritate Pauli videtur ꝙ est mihi licitum vti actu matrimoniali ad vitadū fornicationem in me/solum referēdo in illum finem. Vnde matrimonium pro statu nature corrupte nō est solum in officium sed in remedium. ideo Paulus ait qui non potest continere nubat in domino. ergo siqs ordinet actum matrimonialem in illum finem propter quem istitutum est matrimonium pro tempore nature corrupte dicitur referre in finem rectum: ergo est immunis a peccato. & iste modus videtur probabilior puta ꝙ cognoscere vxorem propter periculum puta quia sensio me inclinatū & habeo necessario cōuersari cum aliquibus ad preueniēdum illam cognosco/apparet ꝙ talis actus sit bonus & meritorius. Qūtum ad aliud est maior difficultas de illo qui cognouit vxorem referēdo precise in delectationem. Dico ꝙ si tanto impetu moueatur ꝙ equaliter cognosceret aliam non vxorē: tūc talis actus est mortalis: sed si cognoscat affectu coniugali ꝙ si non esset vxor non vellet cognoscere: sed quia est vxor vult p cipere delectationem eam cognoscendo. Dicit Thomas & Bonauētura ꝙ talis actus est venialis adminus. Sed Martinus nititur impugnare illam opinionem cum apparentia magna. Nam temperantia est virtus circa delectationes gustus/& tactus/& castitas habet moderari illas passiones siue delectationes tactus/moderari. id est ad qdam temperamentum & medium reducere. & virtus que est circa passiones inclinat ad fugiendum passiones excessiuas/& ad capiendum passiones mediocres. Nam qui nullo modo vellet passiones habere esset insensibilis/ergo cum castitas inclinet ad mediocriter percipiendum passiones mediocres tunc actus capiendi cum ea cū qua capiende sunt est actus virtutis castitatis cōiugalis. ergo velle mediocres capere cum quo oportet & vbi oportet/talis actus voluntatis non est malus sed potius bonus. Item delectari cum vxore non est malum/alias quilibet cognoscens vxorem peccaret & si non sit malum/ergo non est prohibitum ꝙ habeatur illa volitio cum non feratur circa aliquod prohibitum/ergo nō est mala ex obiecto: & non habet circunstantiam malam finis/quia suppono ꝙ non referatur in malum finem alium. Ideo non est actus malus/nam quod est per se malum non potest bene fieri etiam propter bonum finem/& velle delectari cum vxore non est malum ex obiecto tunc adminus

est indifferens ex obiecto. ergo si tale velle non sit aliqua mala circūstantia circunstantionatū talis actus nō erit malus & per consequens nō oportet necessario ꝙ omnis actus quo vult actum exercere cum vxore gratia delectationis percipiende dūmodo nō cōstituat delectationē tanq̄ supmū finem sit malus. sed frequēter est excessus in tali actu. Ideo Augustinus & alij dixerunt ꝙ erat veniale peccatum propter vehementē affectionem & excessum. & sic patet quid sit dicendū & de questione. Argumenta ex dictis facile soluūtur/quare nō immoror amplius in hac questione.

Distinctio xxvii. & xxviij.

¶IRCA DISTINCTIONEM xxvij. & xxviij. Queritur an cōsensus expressus verbis sit causa efficiēs matrimonij. vnde consensus non est matrimonij sed obligatō que ꝓsequit ꝓsensū vocat matrimoniū i prima acceptione. Explicatio consensus per signa de presenti vel per verba est matrimonij sacramentum. dico ꝙ consensus est causa matrimonij prio modo/vnde de necessitate requiritur mutuus consensus. quia ē translatio corporum/ergo requiritur consensus dominorum. Secundo ꝙ talis cōsēsus explicet per aliqua signa. Tertio ꝙ nō sit prohibitum facere talem translationem Ideo consensus est partialis causa illius vinculi & idissolubilitatis quod vocat matrimoniū primo modo sed nō totalis. ¶Cōtra. ergo nullus vnq̄ erit certus de aliqua ꝙ sit vxor eius/patet ꝓña qa nō ē certus ꝙ ꝓfēterit. Dico ꝙ sufficit certitudo probabilis & moralis/quia quilibet de quolibet alio debet estimare ꝙ sit verax nisi habeat experiētiā de opposito/ergo debet estimare ꝙ mulier consensit. Ideo illa probabilitas moralis sufficit nec requiritur certitudo demonstratiua sed sufficit probabilis & vt i pluribus/ista facilia sunt Ideo trāseo ad di

De cōsensu ꝙ metū

¶IRCA distinctionem vigesimā nonam queritur Vtrū consensus coactus sit causa sufficiens ad matrimoniū. Arguit ꝙ sic/ quia cōsensus etiam per metum inductus sufficit ad suscipiendū baptismum. & ille qui inducitur per metū realiter suscipit. vt. xl. distinctione in capitulo de iudeis. & talis cogit ad obseruādū ritus Christianorum/ergo eodem modo cōsensus per metum inductus sufficit ad causandū matrimoniū. ¶In oppositum ē magister & multa capitula in ca. veniēs de spō. & matri. vbi dicitur ꝙ talis ꝓsensus ꝓ metū inductus cadentē in constantē virum non sufficit ad matrimonium. Vnde supponēdum est imprimis/ ꝙ licet voluntas possit cogi simpliciter ad actū exteriorē puta ad motū ipsa renitente. & talis motus extrinsecus erit simpliciter & absolute violētus & coactus nō potest tamē simpliciter cogi ad interiorem puta velle aut nolle. Vnde aliquis dicitur simpliciter cogi quādo nō cōfert vim sed suscipit ab extrinseco ipso renitente/sed voluntas non potest habere actū interiorem quin cōferat vim. i. ptialiter cōcurrat/ergo non potest cogi. Vnde regulariter requiritur cōcursus itellectus ad itellectiones & voluntatis ad volitiones. voluntas ergo non potest cogi ad actum interiorem/nam dicitur illud cogi quod habet naturalem inclinationem ad oppositū & ab extrinseco. Vtrum autem voluntas possit necessitari alias dicetur/tamen non seqt̄ pōt voluntas necessitari/ergo & cogi. Preterea volūtas dicitur cogi ad interiorē actū secundum quid/& voluntatem cogi ad interiorem secundum quid nichil aliud est q̄ voluntatem acceptare aliquid quod de se fugeret & refugeret metu maioris mali vel metu alterius quod magis refugit. Exēplū ponit Aristo. in principio. tertij ethycorū. de illo qui ꝓicit merces in mare metu mortis propter tempestatem/talis proiciens se cluso metu mortis refugeret proicere sed ac

Volūtas pōt cogi ad actum exteriorē sed nō ad interiorē.

Volūtas pōt cogi secūdum qd ad interiorem

ceptat illam proiectionem & vult proicere propter metū alicuius. ideſt mortis quod magis refugit q̄ perditionem mertium/& ſic voluntas ad actum interiorem poteſt cogi iſto ſecūdo modo. Queritur ergo ſi voluntas alicuius conſentiat in aliquem conſenſu coacto ſecundo modo. i. cauſato ex metu. an talis cōſenſus per verba de preſenti vel ſignum exterius equiualens explicitus ſufficiat ad matrimonium. Pro ſolutione pro nunc ſupponūtur due diſtinctiones

Duplex ē metus.

Prima/duplex eſt metus/quidā eſt cadēs in conſtantē virū/quidam vero leuis non cadens in cōſtantem virum. Iterum ad metum cadentem in conſtātem virum duo requiruntur. Primum eſt/ certitudo moralis & probabilitas euentus futuri mali quod timetur: propter cuius timorem conſentio in hoc in quod ſecluſo metu nō conſentirē & ſic requiriť certitudo moralis multum efficax de euētu futuri mali quod timetur. Secundo requiritur/ q̄ illud malum ſit graue & enorme vt mors/mutilatio membri/perpetuum exilium/deperditio omniū bonorum temporalium. que iſta omnia ſunt grauiſſima mala. Per oppoſitum capitur metus leuis. non cadēs in cōſtantem virum.

Debet⁹ leuis.

Duplex; metus cadēs ī constantem.

SECVNDA Diſtinctio/duplex eſt metus cadens in conſtantem virum. quidam i quem incidit quis ex culpa: alius in quē nō incidit quis ex culpa ſua ſed alterius q̄ minatur ſe inflicturum aliqd̄ malum. Vel ſic/dupliciter metus incutitur. vno modo poteſt alicui iuſte incuti metus ab incutiente iuſte puta pro culpa illius cui incutitur. alio modo alicui incutitur iniuſte & ibi iacet tota ſolutio queſtionis. Exemplum / ſit ſortes ex vna parte qui contraxit per verba de futuro cum Berta/iam obligatur capere Bertam i vxorem ſub pena peccati. propterea ſi renuat capere illam cum peccet & ad illd̄ obligetur poteſt iuſte a iudice eccleſiaſtico minari pena quā debet metuere metu cadē te in conſtantem virum ſcilicet excommunicatōne vt adimpleat quod promiſit/talis metus incutitur iuſte propter culpam illius cui incutiēda ē talis pena. Ex altera parte ſit plato qui nullo modo promiſit per verba de futuro aliquis minatur ei mortem / aut exiliū/aut aliqd̄ graue malum niſi conſenti at/iniuſte incutitur platoni talis metus quia non habet cauſā propter quam debeat incuti. his ſuppoſitis cum queritur/vtrū conſenſus ex metu ſufficiat ad matrimonium cauſandum.

Soluto q̄ſtionis.

Conueniunt omnes q̄ metus ex conſenſu leui non cadente in conſtātem virū ſufficit ad cauſandum matrimonium. Item conſenſus ex metu iuſto qui .ſ. iuſte incutitur & propter culpā ſufficit ad matrimonium q̄uis cadat in cōſtantē virū vt eſt metus ex cōicationis q̄ cadit in cōſtātem virū. in ca. ex litteris de ſpō. & matri. Sed difficultas eſt de conſenſu ex torto per metū iniuſtum qui alteri iniuſte infligitur & qui cadit in conſtantē virū/ an talis per verba expreſſus ſufficiat ad matrimonium

Opinio de fōtib⁹

Dixerunt aliqui/vt De fontibus in .xiij. quolibeto q̄ talis ſic conſentiens vere contrahit matrimonium quantū ad forum dei ſecus eſt quātum ad forum eccleſie. Videť ergo dicere q̄ ſi talis realiter conſentiat ex illo metu & explicet conſenſum per verba q̄ eſt verum matrimonium quantum ad deum. Ratio eſt/quia talis poteſt omnē penam euadere proferendo verba & non cōſentiēdo. ergo ſi conſentiat mere libere cōſentit & explicat conſenſum ſuum per verba. Igitur. in capi. inter cetera. xxij. q. iiij. Doctor q̄tum ad duo dicta/ impugnat de Fontibus. q̄tum ad primum. Arguitur ſic nullus poteſt cogi per metū ad aliquid qd̄ nō poteſt eſſe ſine altero abſq; peccato qui cogat ad alterū/ſed nō poteſt aliquis aſſētire iſtis verbis(capio te in meā)ſine conſenſu: quia alias mentiretur/quia ſi vult habere illā & profert talia verba mētitur/& mē dacium eſt peccatū/ſed non poteſt eſſe metus cadens in conſtantē virū ad peccandū/ quia eſt ſupremum malum quod poteſt infligi. Igitur male dicit de Fontibus q̄ pōt induci per metū ad verba & non ad conſenſum. Quantum ad ſecundum quod dicit

q̄ non eſt matrimonium q̄tum ad eccleſiā Eccleſia ſemper preſumit de aliquo quod ē melius niſi ſit maxima coniectura in oppoſitum/ergo eccleſia non debet preſumere q̄ talis illa verba proferat ſine conſenſu/ ergo eccleſia niſi habeat vehemētem cōiecturā de alio q̄ velit peccare nō debet preſumere q̄ proferat ſine conſenſu/ergo male dicit de Fontibus q̄ non eſt matrimonium q̄tum ad forū eccleſie. Communis opinio & regulariter omniū theologorū ē q̄ conſenſus explicatus per verba de preſenti & extortus per metum cadentem in cōſtātem virū de facto nullo modo eſt ſufficiēs ad matrimonium in ca. veniens. & in ca. de ſponſalibus & glo. in capi. albas de his q̄ vi metu cauſa fiunt. Sed difficultas eſt propter quā cauſam talis conſenſus non eſt ſufficiens vel hoc eſt ſolum quia eccleſia illegitimat vel hoc eſt quia talis conſenſus non eſt ſufficiens ex natura ſua ad contrahendū & nō ex illegitimatione eccleſie. Aliqui dicunt q̄ talis cōſenſus nō eſt ſufficiēs qa eccleſia illegitimat tales perſonas habentes talem conſenſum per metum ita q̄ ſicut poteſt illegitimare eccleſia aliquas perſonas p ſemper ita pro aliquo tēpore. Sed iſte modus non videtur apparens patet non reperitur vbi talis cōtractus ſit illegitimatus ab eccleſia. Alii dicunt q̄ talis conſenſus ex natura rei non eſt ſufficiens. & ideo reſolutio

Reſolu.

theologorum eſt q̄ nullus conſenſus per metum cadentem in conſtantē virū extortus & iniuſtus eſt ſufficiens ad trāſlationē dominij & hoc ex natura rei. vt ſortes conſentiens iin dationem ſue pecunie platoni per metū cadentem in conſtantem virū talis non eſt ſufficiens vt tranſferatur dominium. ergo a fortiori vbi eſt tranſlatio corporis que habet indiſſolubilitatē annexā talis conſenſus eſt inſufficiens.

Argumētum

Dicunt iuriſte q̄ conſenſus eſt ſufficiens ad tranſferendum dominium in rebus in quibus cōpetit actio quod metus cauſa ſed in aliis rebus in quibus non cōpetit actio quod metus cauſa ad tranſferendū dominium nō ē ſufficiens vt plato extorſit rem meā a me ſi poſſum illum conuenire & habere actionē quod metus cauſa illa res efficitur platonis & iudex debet illam auferre & reſtituere proprio domino/ſed in trāſlatione corporum in matrimonio hoc nō poteſt fieri qa non eſt in poteſtate iudicis efficere q̄ corpus ſortis quod eſt berte nō efficiatur amplius berte/quia quod deus coniunxit homo non ſeparet. Et hoc dicunt regulariter iuriſte/habemus ergo tam apud iuriſtas q̄ apud theologos q̄ talis contractus & conſenſus ex natura rei eſt nullus propter inſufficientiam cōſenſus. Contra hoc arguit dicis q̄ ſortes conſentiens in bertam p metum cadentem in conſtantem virum non facit de facto q̄ berta ſit eius vxor/ergo conſentiens per metum & ſciens q̄ ille conſenſus non eſt ſufficiens dicendo/accipio te in meā de facto mentitur & vltra mentitur ſic dicendo. ergo ille metus non cadit in conſtantem virum quia nullus metus cadit in conſtantem virum qui eſt de peccato: & ſi non cadit in conſtantem virum/ergo de facto eſt matrimoniū & contrahit.

Soluto.

Ad argumentum nego ꝓnam. & nego q̄ mētiatur quia intelligit accipio te in meam. i. conſētio q̄ tu ſis mea. vnde talia verba vt dicunt ab vxore & viro tantū valent conſentio q̄ ſis mea & conſentio q̄ ſis meus/ & non valent tantum ſicut facio q̄ ſis mea quia tunc mentiretur ſicut argumentū bene probat. ſed iſta propoſitio conſentio q̄ ſis mea eſt vera ideo non peccat. Similiter metus quo induceretur ad dicendum capio te in meā non ex metu. quia nunq̄ metus cadit in cōſtantem virum in quo inducitur aliquis ad peccandum & eodem modo iurando p deum/accipio te in meam talis nō eſt piurus quia ſenſus ē per deum cōſentio q̄ ſis mea & iurat verum quia conſentit. Et ad capitulum inter cetera prius allegatū. xxii. q. iiij. glo. dat triplices ſolutiones. Prima eſt q̄ poſt conſenſum cognouit eam carnaliter & in cognoſcendo preſumitur eum conſēſiſſe & perſeueraſſe in conſenſu quia preſu-

mitur nole peccare & q̄ libere consensit.
Secunda solutio glo. est q̄ talis consensit per metum leuem non sufficientem impedire matrimonium. Tertia solutio quia dicitur in capitulo sit illud matrimonium in domino ratū/ibi ly sit capitur consultiue & non preceptiue & sic istud capitulū dupliciter exponitur. ¶ Circa hoc ē difficultas de sponsalibus que fiunt per verba de futuro. Si aliquis per illa verba de futuro p metum cadentem in constantem virum p̄misserit aliquam capere in vxorem. & etiam illud iuramento affirmauerit. vtrum contraxerit de facto spōsalia/vt titius ductus metu cadente in constautem virum/dixit berte/per deum capiam te in vxorem/an vi iuramenti obligetur postea titius contrahere cum illa per verba de presenti? videtur q̄ sic quia alias esset periurus quia pollicitus est & iuramento firmauit & licitum ē contrahere cū ea per verba de presenti. Ideo videtur q̄ nisi illā capiat q̄ efficiatur periurus videtur igitur q̄ obligetur illam capere. Quantum ad hoc est controuersia inter theologos. vnde regulariter non est controuersia de cōsensu de presenti sed est controuersia. vtrum oriatur obligatio ad postea contrahendum per verba de presenti?
¶ Opinio probabilior q̄ non/quia non oritur obligatio per verba de presenti a fortiori nec per verba de futuro. contra ergo sortes peierauit affirmando cum iuramento se illam ducturum & capturum in vxorē & licitum est & illud iuramentum non vergit in peiorem exitum/ergo obligatur adimplere/patet per multa capitula de iure iurando. dico q̄ nō oritur obligatio. Et apparētia mea ē/nā in voto qđ ē de meliori bono q̄n extorquef per metū vt voues seppetuo seruare castitatem si per metum voueat nō obligatur/ergo a fortiori i voto minus bono etiam iuramento firmato/dico vltra q̄ non adimplere iuramentum promissorū non est peieratio. nisi ex illo iuramento promissorio oriatur obligatio. Sed in forte non oritur obligatio ex tali iuramento ad capiendam bertam. Ideo illā non capere non est ipsum peierare. Sed est maior difficultas quia videtur q̄ licitum sit iurare p deum capiam te in meam & scire vel intendere se non accepturum/vt sit sortes qui bene scit q̄ ex tali promissione de futuro consensu nō oritur obligatio q̄n p metū extorquetur ad adiplendū promissum. ergo licebit sorti iurare/capiam te/& scire q̄ nō capiet/nam si asserat capiam te & iudicet iudicio intellectus oppositū illius quod asserit committit mendacium: ergo peccatum/nā dicendo capiam te & non dicendo consentio q̄ capiam te & iudicaret q̄ non caperet illam mentiretur. ergo asserendo per iuramētū ratione talis assertōnis videtur peierare. Sed quicqd sit nunq̄ ex tali assertione oritur obligatio. ¶ Distinctio. xxx.

CIRCA distinctionē trigesimā. Mouet duas questiones. Prima/vtrum ad matrimonium requiratur consensus sequens rationem non erroneam. ita q̄ consensus sequens rationem erroneam nō sit sufficiens? Secunda/vtrum fuerit verum matrimonium inter Virginem & Ioseph? Quantū ad primā arguitur sic q̄ nō requiritur cōsensus sequens rationem non erroneā. Nā inter Iacob & Lyam fuit verū matrimoniū & tamē Iacob credebat esse Rachaelem/ergo consensus sequēs rationem erroneam est sufficiens ad matrimonium. Minor est nota ex decursu littere geneſis/de maiore quod fuit matrimonium/patet alias carnalis copula inter eos fuisset fornicatio. Dices excusatur Iacob per ignorantiā/ergo adminus potuit eam in crastino repellere tanq̄ non suam. ¶ Oppositum arguitur per magistrum in littera. ¶ Cōmuniter respondent docto. q̄ error eorum que sūt de necessitate & essentia matrimonij impedit consensum contrahentium etiam explicatum signo sensibili ne sit sufficiēs ad matrimonium causandum & ne sit verus matrimonij contractus: sed error aliorum que

An cōsensus sequēs errorē impediat matrimonium.

Ratio q̄ positio.

non sunt de necessitate & essentia matrimonij non impedit quin consensus explicitus per verba de presenti sit sufficiens. vnde de necessitate matrimonij tria sūt vel tanq̄ antecedentia vel subsequentia vel cōcomitantia. Primum/persone contrahentes. secundum/mutua traditio potestatis corporum q̄tum ad illum vsum & procreationem p̄lis. Tertium mutuus cōsensus & hoc requiritur tanq̄ necessarium & antecedenter ad obligationem sequentem & traditio potestatis corporū est effectus sacramenti & matrimonij capiendo matrimoniū pro vinculo/quod autem persone contrahētes sint diuites pauperes nobiles vel ignobiles nō est de essentia matrimonij sed illa se habent tanq̄ accidētaliter se habētia ad matrimonium. Sequitur ergo prima propositio q̄ error persone impedit matrimonium hoc est ne consensus sequens ad illum errorem sit matrimonium/vt berta de sorte credit q̄ sit plato & quia credit consentit cum eo talis consensus q̄is explicitus signo sensibili non est sufficiens. ¶ Secūdo sequitur/error conditōnis impedit cōtractū matrimonij (& voco hic conditionem seruitutem aut libertatem & non loquor de seruis locaticiis cum tales sint liberi) patet cum seruus nō habeat omnimodā potestatem sui corporis non potest illam potestatem omnimodā in alterum transferre/nam nemo dat quod nō habet sed talis trāsfert omutue potestatis ē matrimoniū capiendo matrimoniū pro viculo/cū ergo talis seruus nō possit potestatem sui corporis transferre cū non habeat eam omnimodā talis error cōditionis impedit matrimonium contrahēdum cū seruo/vel cū ancilla. Tertio dicunt doct. error circa dolum alterius partis contrahentium impedit etiā matrimoniū/exēplum sunt sortes & berta apparenter ptrahunt ita q̄ sortes nullo modo consentit capere bertam & ipsa credit q̄ sortes consentiat in eam/& ipsa consentit in eum. tūc nō est matrimonium inter eos non propter errorem sed propter defectum vnius cause necessario requisite. prima ergo ppositio vera scilicet q̄ error illorum que necessario requirūtur ad contractū impedit matrimonium & cōtractum ne sit validus/sicut error circunstātie que est causa malitie actus si sit inuincibilis totaliter impedit malitiā sed error qui non potest totalem malitiā in actu si sit error alicuius qui necessario requirit ad obligationem talis error ipedit ne per consensum introducat talis obligatio mutua sicut emens auricalcum credens aurū non emit neq̄ alter efficitur dñs pecunie/eodē modo dans potestatem sui corporis platoni quem credit Ciceronē non dat ga est error persone que persona est de necessitate requisita ad istum contractū. Sed inquirendum est per ordinem vnde est q̄ contrahens cum sorte quem credit platonē q̄ contractus ille nō est matrimonialis & nō causatur obligatio mutua. ¶ Dicunt antiq̄ doct. q̄ prouenit ex eo q̄ berta non consentit in sortem/& ad matrimonium requirit mutuus consensus quod autem non consentiat in sortem/patet/consensus est actus voluntatis qui non fertur in incognitum & berta non cōsiderat de presente sorte/ergo eius consensus non fertur in sortem sed in platonem quē credit sortem quia non consentit (vt dicunt) nisi in hunc quem existimāt esse sortem sed contractus nullus est cū sorte quia non consentit similiter nec cum platone quia etiam non consentit. Sed contra hanc solutionem arguitur sic. Berta cognoscit hunc quem habet presentem & habet aliquas notitias simplices intellectuales distincte repsentatiuas huius q̄is berta habeat notitiam iudicatiuā huius que est erronea nichilominus habet notitias simplices huius rei & habet alias adhesiuas veras puta iste est presens qui loquitur mecum & contrahit mecum/ergo stat bertam habere actum voluntatis quo velit potestatē sui corporis in illum trāsferre suppositō tñ errore. Sic regulariter dicunt doct. Nam si loco vxoris sortis ei supponat altera & vult illā cognoscere/talis volitio ē particularis

Difficultas.

quia semper volitio imperatiua operatio-
nis exterioris est volitio particularis. & il-
la volitio qua vult hanc cognoscere termi
natur ad hanc que est presens: sed ex erro-
re procedit/ille error est causa partialis hu-
ius volitiõis. sicut cũ aliquis peccat ex igno
rantia/talis ignorantia est causa partialis il
lius. Similiter volitio que alias foret mala
efficitur nõ mala propter errorem & igno-
rantiam inuincibilem. ergo eodem modo
dicendum sit sortes presens berta consentit
in illum/& habet consensum terminatum
ad sortem immediate presentem/ideo ꝙ il
le contractus non sit matrimonium non ẽ
propter hoc ꝙ illa non consentiat in presẽ
tem. Queritur ergo quare non est sufficiẽs
ad matrimonium. dico quia ille consensus
non est sufficienter liber/sicut consensus p
metum extortus non est sufficiens quia nõ
est sufficienter liber ad mutuã traditionem
corporum. & ignorantia causat inuolun-
tarium sicut & metus. ideo dicitur ꝙ tota
ratio ꝯre nõ est matrimoniũ est quia nõ cõ
sentit sufficienter libere & illa ignorantia si
ue error causat inuoluntarium. ¶Alius est
error impediens/qui dicitur error condi-
tionis. i. seruitutis vt berta non errat in per
sona. scit ꝙ talis in quem consentit est sor-
tes/sed credit eum esse liberum qui de facto
est seruus (& hic loquitur de seruo despoti
tico qui potest transferri ad voluntatẽ dñi
& illi tenetur obedire) talis consensus non
est sufficiens. ratio ẽ/quia sortes non habet
omnimodã potestatẽ sui corporis. sed cor
pus sortis est sui domini despotici. ita ꝙ ad
voluntatem eius potest eum vendere non
solum propinquis sed etiam alienigenis/q
poterunt illum transferre ad quãcunq; pa-
triã voluerint. & sic frustraretur berta po-
testate corporis quam credit habere cũ sor-
te ad vsum carnalis copule. nam berta trãs-
fert potestatem sui corporis in sortem/vt
sortes similiter in eam similem potestatem
sui corporis transferat: & sortes non potest
omnimodam potestatem sui corporis in il
lam transferre. vt dictũ est. ergo contractus
est nullus. Analogia/si permutarem vestẽ
meam cum veste quam habet sortes que nõ
est ipsius sortis talis permutatio est nul-
la/eodem modo cũ sortes seruus non pos
sit permutare potestatem sui corporis cum
berta/talis permutatio non tenet. ¶Corre
larium/si berta cognosceret sortem esse ser
uum & consentiret in eum talis esset bo-
nus contractus dato ꝙ sit seruus/quia si co
gnoscat seruitutem mutuus consensus per
verba de presenti explicitus efficit matrio-
nium. Ergo ratio non est sufficiẽs puta de
impotentia. nam fateor ꝙ sortes potest po
testatem sui corporis dare sed nõ tantã po
testatem q̃tam potest ipse liber/sed simpli
citer aliquã potestatem potest transferre.
Ratio predictorum est/quando berta pete
ret debitum ei & dominus despoticus sor-
tis imperet ei aliquid aliud/teneret parere
domino & non reddere debitum berte/qa
sortes ante q̃ obligaretur berte erat obliga-
tus suo domino. & prior obligatio nõ po
test aufferri per secundam incompossibi-
lem. & precipue quando est obligatio ho-
mini facta nisi consentiat ille cui est facta.
¶Ex quo/sequit ꝙ seruus nõ põt igredi re
ligionẽ nisi consentiat dominus despoti-
cus/nec oneratus debitis & ere alieno per i
gressum religionis non deobligatur a de-
bito. si ergo dominus precipiat sorti seruo
aliquid honestũ adhuc obligatur illud adi
plere/quia obligatio domini ẽ prior/licet
ergo possit sortes aliqualem potestatem
transferre puta pro tempore pro quo nihil
precipiet sibi dominus/non potest tamen
omnimodam quia illam non habet. & ve-
rissimile est ꝙ si berta sciret illum non ha-
bere omnimodam potestatem sui corpo-
ris non contraheret secum. Igitur talis cõ-
sensus sequens errorem non est sufficiẽs ad
contrahendũ matrimonium. Et similis est
analogia. de veste. nã qui habeo omnimo
dũ vsum mee vestis & alius non habet ple
num vsum sue quia non potest illam ven
dere sed potest induere si scirem illum non
habere plenũ vsum non commutarem secũ

Error cõ ditionis.

Seruus despotic⁹

si ergo ignoro non est vera translatio. Ha
betur ergo ꝙ error persone/& error condi
tionis seruitutis impediunt matrimonium
Alius est error cõditionis fortune puta bo
norũ aut nobilitatis. vt credo berta diuitẽ
& nobilem & de facto non est neq; diues/
neq; nobilis/talis error nõ impedit matri-
monium/patet non transferẽ potestas cor
poris vxoris in virum pro diuitijs sed pro
reciproca potestate corporis viri/sed sor-
tes pauper habet omnimodã potestatẽ sui
corporis sicut berta diues igitur. ¶Conse-
quenter queritur de errore doli existẽtis in
altera parte contrahentium/nam si altera
partium nõ consentiat vnum necessario re
quisitũ ad matrimoniũ defficit. s. mutuus
consensus. Igitur. si sortes non consentiat
an sit matrimonium ex parte berte consen
tientis/dico ꝙ non/quia matrimoniũ nũq;
claudicat. hoc est si hec sit vxor istius de ne
cessitate ille erit vir illius. sunt enim correla
tiua. Quid debet facere berta/dico ꝙ tenet
reddere debitũ forti petẽti/& licite potest
petere: sortes tamen peccat semper aut petẽ
do/aut reddendo/ratio est berta credit sor
tem esse suum virum/ergo si non reddat a-
git contra conscientiã/& sic peccat morta-
liter/& potest licite petere/quia inuincibili
ter credit suum virum eẽ. sed sortes semper
peccat petendo & reddendo/ratio est/qa
credit hanc esse non vxorem/ergo omnis
copula carnalis commissa a sorte ẽ mechia
quia quilibet precepto diuino & naturali
obligat nõ cognoscere nõ suam/& non ex
cusatur nisi per ignorantiam inuincibilem
sed sortes in tali casu nõ habet ignorantiã
inuincibilem quia scit se nunq; consensisse
in bertam. ergo nullo modo excusat & gra
uius peccat petendo q̃ reddẽdo. ¶Alia dif
ficultas si sortes dicat berte ꝙ cõtraxit cũ ea
dolose dicũt ꝙ berta non tenetur ei credere
sed si credat nisi deponat conscientiam nũq;
tenetur petere neq; reddere debitum. Si er-
go credat sorti reuelanti peccat reddendo.
Si non credat quia non tenetur credere nõ
peccat/nec reddendo/nec petendo. ¶Ad
argumentum. de: iacob & lya que ei sup-
posita fuit loco sororis erat error persone
ergo tunc non erat matrimonium/cõcedo
ergo actus ille fuit fornicatio/nego illam
& ratio quando excusatur per ignorantiã i
uincibilem nunq; debet vocari fornicatio.
quia fornicatio importat peccatum a toto
genere. Et quando infertur ergo adminus
in crastino poterat iacob ipsam lyam dese
rere & non acceptare tanq; vxorem. Conce
do ꝙ non tenebatur eam acceptare/sed di
co ꝙ de nouo cõsensit in eã. ¶Ad aliud ia-
cob suscepit benedictionẽ a patre Isaac/cre
dens ipsum esse esau/realiter suscepit bene-
dictionem/ergo error persone non impe-
diuit qui benedictus fuerit/ergo eodẽmo-
do nõ impedit error psone i matrimonio.
& argumentum querit. vnde puenit ꝙ Ia-
cob qui credebatur esau fuit benedictus. &
ratione benedictionis deuoluebatur pater
na hereditas ad eũ. & error persone impe-
dit matrimonium. Dicunt doct. ꝙ benedi-
ctio illa erat opus dei & volebat deus eum
succedere & non esau. Ideo non est simile.

¶Distinctio. xxx. questione secunda.

VISVM EST DE CON
sensu quẽ habet aliqs ex
errore. Consequenter q̃-
ritur an inter beatissimã
Mariam & Ioseph fuerit
verum matrimoniũ. Ar
guitur ꝙ non/ca. sunt quidẽ. xvij. q. i. dici
tur ibidem vouentibus virginitatem non
solum nubere sed etiam velle nubere dam-
nabile est. ergo apparet ꝙ virgo non nup-
sit quia cũ vouerat virginitatẽ peccasset
nubẽdo. ¶In oppositũ arguit ex multis au-
ctoritatibus sacre scripture/in quibus vir-
go vocatur viro desponsata. et Mathei. i.
habetur ꝙ angelus apparuit Ioseph dicẽs
Non relinquas Mariam cõiugem tuã &c.
¶Doc. duo facit/querit an inter Mariã &
Ioseph fuerit verũ matrimoniũ. Secũdo in
quirit quomodo ita fuit. Non est dubitan
dum quin fuerit verũ matrimoniũ: sed qua
re ipsa nupsit cum debebat cõcipere &

manere & parere virgo quare hoc nō fecit sine matrimonio. Ad hoc multe adducuntur rationes que non sunt nisi persuasiones & decentie & non rationes efficaces. vna ē vt Ioseph: esset fidelis testis de virginitate ꝙ ipsa nec ab ipso/nec ab alio cognita fuisset/alia ne estimaret peccatrix cū apparuisset grauida. Item vt Ioseph ei parienti succurreret & duceret in egyptum. Item vt misterium incarnationis lateret dyabolū & ne cognosceret illam esse/ de q̄ pphetatū erat ꝙ messias debebat nasci. Sed nec ratio non videtur concludere. nam demō potuit intuitiue cognoscere claustra virginalia non esse fracta sicut si concepisset extra matrimonium. ergo equaliter potuit cognoscere ꝙ conceperat virgo in matrimonio sicut extra matrimonium/dices non fuit permissū dyabolo ita prope accedere vt cognosceret claustra virginalia. Contra/ergo eodem modo potuisset fieri si concepisset non nupta. Dico ergo q̄ tum ad primum ꝙ cōstat inter eos fuisse verum matrimonium.

Arguit ꝙ virgo maria nō potuit nubere

¶Sed est difficultas/quomodo inter ipsos fuit verum matrimonium. Primum/ad verum matrimonium videtur requiri consensus in carnalem copulam. sed sic ē ꝙ ille cōsensus est contrarius virginitati virtuali. (non dico virginitati corporali). Ergo videtur repugnantia ꝙ fuerit virgo semper mente & ꝙ de facto contraxerit matrimonium/nam quilibet consensus in carnalē copulam/opponitur virginitati licet non castitati. ergo si contraxit non mansit virgo mente. Est aliud/quia votum castitatis non solum obligat ad oppositum carnalis copule. i. ad non habendum carnalem copulam sed etiā obligat ad nō contrahendū matrimoniū/cum ergo non solum fuerit virgo/imo fuerit virgo etiā ex voto quia respōdit angelo. Quomodo fiet istud qm̄ virū nō cognosco. i. voui me non cognoscere. vt exponunt doctores & ꝙ emisit votum vtrginitatis/vnde stat virginitas sine voto licet. S. tho. dicat oppositum/tamen de Virgine gloriosa regulariter dicitur ꝙ emiserat votum seruande virginitatis/ergo videtur ꝙ ei non fuit licitum nubere.

Quantum ad primum. dico ꝙ de ratione matrimonii imediate & absolute non ē cō sentire in carnalem copulam sed est solum consentire in translationem potestatis corporis ad carnalem copulam/hoc est non ē habere istum consensum cognoscā te vel cognoscar a te/sed est solum habere cōsensum ꝙ corpus meum efficiatur alterius vt possit si velit vti corpore meo ad carnalem copulam/& sic est consensus remotus i carnalem copulam & nō absolutus sed pditionalis puta si petaſ. ¶Dicūt alij ꝙ pōt trāsferri dominiū corpis retento vsu ita ꝙ nō licebit illi qui habet dominium vti/quia ille qui transfert totaliter retinet vsum. Sed apparet michi ꝙ non est possibile me habere dominiū in re quin possim pro tempore aliquo secundum rectam rationem vti illa re. nam vt dictū est supra/dominiū ē potestas vtendi aliqua re secundum rectam rationē ergo si sit ita ꝙ in sorte transferatur dominium corporis berte/ in sorte est potestas vtendi corpore berte secundum rectam rationem/& si sic/ergo est potestas vtendi licite/& sic habet potestatem. & per consequens berta non retinet vsum commode. Implicat enim ꝙ quis habeat dominiū in aliqua re & non possit vti illa. & de necessitate vt sit matrimonium transfertur inuicem potestas suorum corporum ad vsum si petatur. Dico vltra ꝙ ex ista translatione nō oritur obligatio nisi conditionaliter/puta si petatur/addunt aliqui vt dePalude si deus non prohibeat. Tertio. Stat verum votum virginitatis cum voluntate nubendi absq̄ peccato quādo pars que vouet virginitatem est certificata ab altera parte ꝙ nunq̄ petet debitum & habet propositum nunq̄ petendi nec reddendi/stat tunc verū matrimonium. & velle sic nubere nō ē peccatum. ¶Ad argumentum virginibus vel le nubere est damnosum. verū est de illis q̄ non sunt certe ꝙ partes cū quibus nubunt non petēt debitum/quia obligāt se ad oppositum illius quod vouerunt de cuius existentia non habēt certitudinē. vt berta que vouit virginitatem cōtrahendo obligat se ad actum si petatur & nescit si petetur: ideo exponit se periculo etiā obruēti ad trāsgrediendum votum: sed si berta certioretur ꝙ nunq̄ vir petet debitū & scit ꝙ non erit inclinata multum ad petendum non peccat contrahendo. ideo stat virginitas cum illo matrimonio. Hoc suadetur/si sit aliqua que iurauit nubere sorti licet illi ingredi religionem/cum possit adimplere iuramentum/& cum hoc ingredi religionem. Vnde querunt doctores/an de facto teneatur primo nubere sorti: & ante consummationem matrimonij ingredi religionem quia potest vtrūq̄ facere. Dicunt doctores/consulendum est ei ꝙ primo nubat/nam cum licite potest non esset tutum contrauenire iuramento suo. Potest ergo cum voto virginitatis licite contrahere matrimonium habita volitione efficaci de non cōsummādo matrimonium/ergo a fortiori vbi esset certiorata ꝙ nunq̄ peteret posset perpetuo stare cum viro. Quero si cum voto virginitatis stat matrimonium perfectum. ergo apparet ꝙ esset licitum aliquibus duobusqui simul vouerunt etiam voto solenni contrahere matrimonium/ quia postq̄ aliqui contraxerunt matrimoniū possunt vouere castitatem perpetuam & abrenunciare iuri quod habent ad petendum. ergo si sit ita ꝙ hoc possit & stet perpetua virginitas cum matrimonio quare si tentent qui vouerunt non contrahunt: Dico ꝙ qui voluerunt voto simplici possunt ptrahere matrimonium non autē qui vouerūt voto solenni. & hoc est propter illegitimationem sed qui vouerunt simplici voto nō licet nisi cū proposito ingrediendi religionē ante matrimonium consummatū. Arguitur sic prohibitū erat filiabus in lege accipere virum nisi de sua tribu: sed virgo maria fuit de tribu leui/quia erat cognata Elisabet q̄ erat de tribu leui & Iosep erat de tribu Iuda ergo nō potuit esse matrimoniū inter eos.

Solutio.

Doctor soluit dupliciter & bene/nam erat prohibitum alijs omnibus exceptis de tribu leui cui erat permissum nubere indifferenter cū alijs tribubus ne deuoluereturhereditas vnius tribus ad aliam tribum. Sed tribus leui non habebat hereditatem/ideo cum illa tribus nubebat alijs nullo modo deuoluebaſ hereditas. & sic licitū erat mulieribus de tribu leui nubere viris de alia tribu. & hoc certum est. Alia solutio/ꝙ virgo maria fuit de tribu iuda. Nam habetur in apocalipsi Vicit leo de tribu iuda. ergo Christus fuit de tribu iuda non quantū ad descensum ex Ioseph. sed ex parte matris q̄ erat de tribu iuda. Oportet ergo fateri ꝙ Christus erat de tribu iuda. Similiter Christus dicitur esse ex Dauid & non ex Dauid per Ioseph/quia nullo modo est ex Ioseph ergo oportet ꝙ sit ex dauid ex parte virginis/nam ipsa virgo actiue se habuit ad organisationem humanitatis assumpte a verbo. Vnde dicit doctor ꝙ potest dici ꝙ virgo maria fuit de vtraq̄ tribu/ scilicet iuda & Leui. de tribu Iuda ex parte patris/& de tribu Leui ex parte matris. Siquidem Ioachim descendit ex Nathan filio dauid. Anna autem presumitur fuisse de tribu Leui que scilicet fuit mater marie: igitur &c.

Solutio argumē

¶Distinctio trigesimaprima de tribus bonis matrimonij.

IN HAC DISTINCTIone Ttrigesimaprima agit Magister de bonis matrimonij que sūt tria proles/fides/& sacramētum. Ideo queritur vtrū in omni matrimōio sint ista tria bona: Arguitur ꝙ non. Primo sacramentum non est bonum matrimonij/ immo sacramentum est ipsummet matrimonium/& nichil est bonū suimet. ergo.

¶Item inter adulterum & adulteram est

verum matrimonium & tamẽ inter eos nõ est fides. Similiter inter steriles vel veteranos est verum matrimonium & tamen nõ est proles. igitur. Oppositum arguitur in litera. ¶ In hac questiõe doc. duo facit. Primo recitat opinionẽ Richardi in ista distinctione presenti & eam impugnat. Secũdo soluit questionẽ secũdũ suã opinionẽ. Dicit ergo Richardus & ferme oẽs antiq: & satis bene/ q̃ in actu coniugali est vehemens delectatio & cũ peruenit ad summũ absorbetur vsus rationis. ita q̃ pro tunc homo non posset vti ratione stante illa delectatione/ sicut patet ex Aristotele. vij. ethi. Et similiter ex Augustino. Per illum ergo actũ cõiugalẽ priuat se homo pro tẽpore illius delectationis supremo bono quod habet: scilicet vsu rationis: sed sic est q̃ nullus potest se priuare optimo vel aliquo bono licite nisi propter finẽ intentũ & maius bonũ q̃ sit illud quo priuatur. Nã nullus potest se licite trũcare aliquo membro nisi intẽdat maius bonum corporis q̃ sit illud mẽbrũ quo se priuat puta conseruatio totius corporis. ergo similiter cum inter bona homi nis particularia supremum sit vsus rationis nõ potest se priuare homo vsu rationis quod est sibi maximũ bonum nisi intendat maius bonũ simpliciter. Illud autẽ bonum est proles aut fides/ & sic ponuntur ista bona ad excusandum actũ matrimonij necessario requisita q̃ sine ipsis nõ excusat actus matrimonialis a peccato. Vltra dicunt qui cunq; cũ vxore cõmittit actum cõiugalẽ vt excusetur requiritur sacramentũ. i. vinculũ illud idissolubile/ quia nõ potest esse actus licitus nisi inter vinculatos. i. coniugatos/ & vltra necesse est intendere seruare fidem parti aut intendere prolem: ideo est licitus propter prolem/ quia ille actus est in precepto crescite & multiplicamini. ergo licitus Vltra dicunt q̃ si cõmitatur talis actus nõ ad procreãdam prolem: quia cognoscit se sterilem aut iam grauidã vel veteranam/ nichilominus cõmittit vt seruet fidem alteri parti: quia se obligauit alteri parti ad illum actum cum petierit & ipsa petit / actus ille etiam est bonus: quia ex promisso obligat ad illum actum. & nemo obligatur ad actũ malum: ideo actus ille est bonus. Dicunt vltra q̃ quandocunq; cõmittitur ab altera parte coniugum actus ille: & non propter fidem aut prolem q̃ est peccatum adminus veniale. & sic mulier grauida peccat petendo/ & vir cuius mulier est grauida peccaret petendo: sed non mulier reddendo. Similiter veterani exercendo peccarẽt secundum hanc opinionem que videtur multũ dura. Q̃tum ad hoc Richardus allegat vtrãq; opinionem/ & Magister/ & Augustinus videntur esse huius opinionis. Sed opinio oppositа videtur rationabilior & apparentior. Et arguitur cõtra rationẽ Richardi/ seq̃retur q̃ quicunq; dormiret saltẽ non ex necessitate peccaret/ quia priuat se vsu rationis & non propter meliorẽ finem consequendum qui sit magis bonus q̃ priuatio huius. igitur. Dicit Richardus q̃ in somno confortatur vsus rationis sequens sed ratione delectationis magne vsus rationis nõ efficitur fortior imo hebetior. ideo non est simile (& satis apparẽter soluit) de priuatione rationis que fit per somnum & per delectationẽ vehementẽ. Sed quãtũ ad aliud q̃ omnis actus carnalis nisi petat pro pter alterũ istorum duorũ scilicet propter fidem seruandam aut prolem procreandã q̃ in omni petente sit peccatum veniale videtur mihi durum. Et primo videtur rationabilius dicere q̃ petere propter fornicationem vitandam nõ sit peccatum imo bonũ quia matrimoniũ pro tempore nature lapse nõ est solum institutum ad prolem procreandam & in officium: sed etiam in remedium fornicationis vitande. ergo actũ matrimonij referre in istũ finem videtur laudabile. Vnde Apostolus/ qui non potest continere nubat ad fornicationem vitandam. ¶ Secundo quando petitur ad moderate percipiendam delectationem vel ad infirmitatem vitãdã aut sanitatẽ acqrendam (quia potest esse mediũ ad illa) nõ est pctũ

Contra Richardum.

vt dicit Martinus. Vnde secũdum Aristotelem temperãtia est virtus circa delectationes/ gustus & tactus/ & circa illas passiões. alias nunq̃ liceret velle delectari. ergo stat q̃ aliquis actus cõiugalis ad illam delectationem licitam percipiẽdi sit actus bonus/ ergo dicere q̃ omnis petẽs vt delectetur cõmitat peccatum videtur durũ. Hoc suppositо queritur vtrũ in matrimonio sint ista tria bona/ sacramẽtũ/ fides/ & proles. Pro solutione notãdum q̃ duplex est bonitas siue perfectio rei (nã bonum & perfectũ idẽ sunt) quidẽ intrinseca vt forma/ quidem extrinseca vt finis. Item cum dicitur tria sunt bona matrimonij capitur matrimoniũ pro vinculo seu obligatione. Et capitur sacramentum nõ pro illo cõtractu matrimoniali sed pro indissolubilitate illius vinculi sicut dictũ est in prima questione huius materie. Ex illo ꝓtractu verbali cum consensu partium contrahentiũ oritur obligatio q̃ vocatur vinculum/ & vltra dictũ est q̃ ista obligatio habet indissolubilitatẽ ita q̃ nõ possunt se mutuo absoluere contrahentes nec papa/ nec tota ecclesia. & sic differt ab aliis obligationibus que oriuntur ex contractibus. Ista indissolubilitas vocatur sacramentum inquãtum significat indissolubilitatem ꝓiunctionis Christi cum ecclesia. & si sit cõsummatũ significat vnionẽ cum humanitate. & nõ vocatur sacramentũ eo q̃ conferat gratiam: sed quia significat aliquid spirituale. i. cõiunctionẽ Christi cum ecclesia q̃ est inseparabilis. & ista indissolubilitas est bonum matrimonij intrinsecũ/ & se habet per modũ forme. Et vltra significat q̃ talis obligatio sit ad actum carnalẽ: puta sub conditione si petatur. & propter ea redditio actus carnalis ad quã ẽ ista obligatio vocatur bonũ fidei sicut omnis redditio promissi vocatur fidelitas ideo redditio vocatur fides & est exrinsecum. Itẽ q̃ iste actus carnalis iterum ordinaretur ad procreãdã prolem/ ita q̃ finis vltimus est procreatio prolis: & quia vltimus. i. perfectior vltimum bonũ & finale est proles procreata. Resolutio ergo est q̃ in proposito capitur matrimoniũ pro vinculo: & habet idissolubilitatem que est bonũ intrinsecum & est sacramentũ. & quia obligatio illa est ad actum carnalẽ si petatur/ illa redditio est bonum fidei & actus quãdo redditur ex parte instituentis quia ordinatur ad prolem: ipsa proles est bonum extrinsecum & finale. & sic in matrimonio reperiũtur ista tria bona

Duplex bonitas.

Resolutio.

¶ Sed difficultas est quomodo reperiũtur in quolibet/ & primo de indissolubilitate: apparet q̃ nõ reperiatur i matrimonio nõ consummato/ quia dissoluitur per votũ solenne emissum de ingrediẽda religione/ ergo matrimoniũ non cõsummatũ nõ habet illud bonum scilicet illam indissolubilitatem. Aliqui dicũt sicut allegat doctor/ q̃ matrimonium dicitur habere indissolubilitatem pro quanto non potest dissolui nisi vsq; ad mortẽ. Vnde apostolus prime ad corin. vij. mortuo viro soluta est mulier a lege eius. & si velit nubere nubat/ ergo ista indissolubilitas que est tanq̃ forma/ & bonum intrinsecum est solum vsq; ad mortẽ/ aut naturalẽ que fit per dissolutionẽ anime a corpore/ aut ciuilem. i. per votũ solenne. & sic matrimoniũ non ꝓsummatum est indissolubile vsq; ad mortem. Sed queritur quomodo in ꝓsummato est maior indissolubilitas cũ in cõsummatione nullus interueniat cõtractus: sed totus ꝓtractus est ante ꝓsummationẽ. Propterea circa hoc alij dixerunt q̃ indissolubilitas matrimonij non consummati est vsq; ad mortẽ naturalẽ sed est solũ coniunctio animorum & nõ corporũ & altera parte ingrediẽte religionẽ manet illa ꝓiunctio animorum in vtraq; parte. Sed ex ista opinione oporteret cõcedere aliquem etiã in lege euangelica habere realiter & simul plures vxores quarũ quelibet realiter erit vxor eius. Patet/ si ante cõsummationẽ matrimonij mulier ingreditur religionem adhuc manet verũ matrimoniũ & licet viro remanẽti in seculo ꝓtrahere cũ secũda. & si iterũ ingrediatur religionẽ licebit ei ꝓtrahere cũ tertia & sic ꝓsequẽter. ergo illatũ verũ.

Difficultas de matrimonio nõ ꝓsummato.

Solutio.

¶Dicerent ꝙ non est inconueniēs de coiugibus quātum ad vinculum spirituale & animorū: sed iste modus nō est multū probabilis. Quomodo ergo est indissolubilitas/dico ꝙ est indissolubilitas ab hoie aut hoibus secus est de deo qui potest dissolvere etiā matrimoniū consummatū/ideo illa indissolubilitas intelligitur ab hoie vel ab hominibus Matthei.ix.quos deus coniūxit homo nō separet. ideo purus homo nō potest cōiuges dissoluere nec tota cōmunitas hominū. & quādo altera pars ante consummationē ingreditur religionē illa dissolutio fit a deo & nō ab hoie. Vnde deus instituit professionem seu votum solenne vnicum remedium dissolutionis: & nō qd̄libet votum solēne sed religionis. Nā votum solēne suscipiendi ordines sacros non dissoluit illud matrimoniū. Vnde glo.lib.vj.quod voti causa hoc dicit quia tunc vir haberet duo remedia dissoluendi matrimonium scilicet per ingressum religionis & p susceptionem sacrorum ordinū/ & mulier tantum alterum ideo nō essent pares. & debent esse pares/& nullum habet priuilegiū super alterum. Aliqui dicūt & glo. videtur sentire in illo capitulo quod voti causa/& male ꝙ votum solenne dirimit matrimoniū non cōsummatū ex traditione pape & ex iure positiuo/quia papa vult hoc: sed hoc est falsum imo hoc est solum ex institutione diuina. Vnde Christus Ioannē a nuptijs reuocauit. Sed an Ioānes fecerit votū solenne religionis non insisto pro nunc.

In omni matrimonio ergo reperitur illud bonum scilicet indissolubilitas que est intelligenda ab homine. Item in omni matrimonio reperiuntur alia duo bona sub conditione scilicet fides & proles. Vnū est eēntiale cuilibet matrimonio/alia duo extrinseca & sub conditione. Correlarium sequitur ꝙ si ꝓtrahant aliqui addendo cōditionem repugnantē alicui istorum triū bonorum contractus nullus est vt si sic ꝓtrahant Accipio te quousq; reperiam pulchriorem nullum est matrimonium: quia illa conditio repugnat indissolubilitati matrimonij Similiter capio te dūmodo non obligeris mihi reddere debitum petenti nullū est/ quia repugnat bono fidei. Similiter si procurueris venena sterilitatis est contra bonum prolis. ideo &c. in ca. si conditiones de cōditionibus appositis quādo ponitur conditio impossibilis vt capio te si celum digito tangam/illa conditio habetur pro non adiecta & est matrimonium. Si vero ponatur conditio turpis & sit cōtra bonum matrimonij nullus est contractus matrimonij Si vero illa conditio turpis non sit contra bonum matrimonij/vt capio te hac conditione ꝙ furaberis habetur pro non adiecta id est ac si non esset: & iudicatur pro matrimonio. Si vero adijciatur conditio prolis sed non mala. Si eueniat conditio/tunc est matrimonium. Si non eueniat non est matrimonium/ vt capio te si dederis centum. vnde non est difficultas de conditione que additur contra bonum matrimonij: sed in alijs duabus est difficultas. Durandus dicit ꝙ conditio impossibilis & turpis contra bonum matrimonij habetur pro nō adiecta. & est apparentia valde magna in oppositum. Patet/nunq̄ fit translatio corporis mei nisi per consensum meum. Nam ꝙ mulier habeat potestatem in hoc meo corpore est quia volo ꝙ habeat /ergo si volitio qua volo ꝙ habeat feratur sub conditione/vt si furtum facias & non alias capio te in vxorem ex consensu meo nō habet potestatem super me nisi conditio euenerit. Nam quando cūq; fit translatio per consensum liberum singularium personarum: & non auctoritate legis talis translatio non fit nisi taliter qualiter consentitur (hinc est ꝙ consensus ex errore vel metu non est sufficiens consensus) sed non consentio ꝙ habeat potestatem mei corporis & sit matrimonium nisi furetur immo explico ꝙ aliter non consentio/ergo apparet ꝙ si non ponatur furtum non est trāslatio corporis Ideo dicunt aliqui doctores & essem huius opinionis ꝙ non est matrimonium nisi in

Durād.

foro exteriori/quia in foro exteriori presumitur ꝙ nullus vellet peccare. ideo presumitur ꝙ iste consentit simpliciter: & non sub conditione secus est de foro interiori/ & iste modus apparet mihi probabilior & ad hunc etiā condescendit ipse Durandus.

Alia difficultas.

¶Posset esse altera difficultas. Dictum est quando conditio nō est turpis nec impossibilis non est matrimonium nisi posita cōditione/capio sortem qui cōsentit per verba de presenti accipiēdo conditionē de futuro. vt iam capio te in meam si cras dederis mihi centum. Si sit verum ꝙ cras realiter dabit. vtrum nunc realiter sit matrimoniū vel ꝙ crastina die cum dabuntur centum: tunc efficiatur matrimonium & non antedationem. Glo. in capi. licet de frigidis & maleficiati mouet istam dubitationem.

bonū vadium.

Vtrum matrimonium depēdeat ex euentu futuro: Si dicatur ꝙ ē matrimonium/ergo statim post hoc fuit verum dicere fuit matrimonium. & cum datio fit futura est possibile ꝙ non dabit/ergo erit possibile ꝙ nō fuerit cōiunx eius. Et si habeatur proles est possibile ꝙ non fuerit legitima.

Solutio.

¶Dico cōformiter ad glo. secūdā: ꝙ nondū est matrimoniū post q̄ cōditio est de futuro. sed cōditiōe adipleta eo facto quo adimplet conditio sine nouo cōsensu: sed priori presupposito explicato per verba de p̄senti est verum matrimoniū. & hoc supposito ꝙ fortes tēpore intermedio non transtulerit corpus suum in alteram per verba de presenti Nam si sine conditione cōsenserit in aliam & explicuerit per verba de presenti est verum matrimonium. ergo post illam acceptationē si adimpleatur conditio nō efficitur matrimonium inter sortem & bertam/ sed tunc est difficultas in illo matrimonio quid est illud quod est sacramentumm vel causa illius obligationis? Dico secundū doctores/nō est inconueniēs p̄cedere ꝙ in lege euangelica aliquando cauſetur obligatio materialis absq; sacramento/& dicerem consequēter ꝙ in causatione illius vinculi nullum interuenit sacramentum.

¶Distinctio Trigesimasecūda.

VISVM EST DE BOnis matrimonij quomodo excusant actum cōiugalem. Iam queritur de obligatione ad actū coniugalem. Vtrū vna partium petente obligetur altera de necessitate precepti reddere debitū. Arguitur ꝙ nō Nullus obligatur ad peccatū: sed ille actus est peccatū. Patet/quilibet actus quo quis se priuat vsu rationis ē peccatū. igitur. Oppositum arguitur per illud prime ad corinthios. vij. Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus & vir vxori debitum reddat & vxor viro. ergo cū quelibet pars habeat potestatem super corpus alterius & econtra obligatur necessitate precepti altera petente debitū reddere. ¶In hac questione doc: presupponit vnum notabile & postea respondet diuidendo solutionem questionis in duo mēbra. Actus coniugalis potest reddi dupliciter vel ꝓpter duas causas siue propter duos fines ꝓpter quos est institutus. & sic actus ille potest reddi ꝓpter illos duos fines. Primus finis ē proles. Nam si reddatur propter bonum prolis actus ille duplicē bonitatem habet. Primo habet bonitatē qa est actus iustitie quo redditur alteri quod suū est. Secūdo modo propter secūm finem scilicet causa vitande fornicationis. Nam deus propter pronitatē hominū ad malū dispēsauit de illo actu/ & instituit matrimonium propter fornicationem vitandā hoc supposito cū queritur vtrū sit necessariū reddere: Dico ꝙ ē necessariū reddere: sed illud p̄ceptū ē affirmatiuū. ideo non obligat pro semper. Ideo videndum est in quibus casibus obligat. Dico quantum ad hoc ꝙ petere debitum non est preceptum nisi in vno casu/puta si esset paucitas hominum/sicut tempore Adam & Noe erat preceptum petere etiam si esset paucitas hominum: sed nunc raro contingit casus in quo petere sit precepti: sed reddere est precepti semper sed non pro semp.

Item reddere pro omni tẽpore pro quo pe
titur est preceptũ nisi propter duas causas/
aut quia petẽs amisit ius petẽdi/vel ille cui
petitur maiori vinculo obligatur non red
dere q̃ reddere propter aliquã sequelam:&
sic maior obligatio tollet minorem. Vnde
Regula. regula theologorum est. quãdocũq; pcur
runt due obligationes incõpossibiles: mi
nor cedit maiori. Et sunt duo casus quan
tum ad perditionem iuris petendi. Primus
quãdo illa pars que petit est fornicata for
nicatione carnali/puta cõmisit adulteriũ.
Mathei. xix. Quos deus coniunxit nemo
separet nisi propter fornicationem. & sic
fornicata perdit ius petendi. Secundus ca
sus est quãdo illa pars que petit est fornica
ta spiritualiter. i. prolapsa in heresim. & in
hoc casu est maior difficultas in ca. vltimo
de conuersione coniugatorum vbi ponit
ur q; mulier que viro lapso in heresim iu
dicio ecclesie est a viro separata ipso postea
reuertente non tenetur ad eũ redire: sed po
test ad religionem euolare. & in ca. de illa
que viro de diuortijs habetur q; si sit sepa
rata a viro heretico non iudicio ecclesie sed
separauit se auctoritate ppria ipso viro re
uerso & emendato est compellenda redire
ad eum. Ex quo sequitur q; si sit vir lapsus
in heresim: & data fuerit sententia diuortij
per iudicem ecclesiasticũ vir ipse perdit ius
in perpetuum petendi debitũ propter for
nicationem spiritualem. i. heresim. Sed dif
bona difficultas. ficultas bona ẽ quomodo potest hoc qua
drare cum illo textu euangelico quos deus
coniunxit. ibi loquitur de fornicatione car
nali tantũmodo/quia si loquereretur de for
nicatione carnali & spirituali simul: & idif
ferenter/tunc nõ requireretur sentẽtia iudi
cis ecclesiastici in fornicatiõe spirituali ma
gis q̃ in carnali/quia esset etiam canon sen
tentie late/mõ in fornicatione carnali alte
ra partium separat se auctoritate iuris & nõ
requiritur sententia lata. ergo ille textus de
cretalis non bene quadrat cum textu euan
gelico. Et arguitur sic ex illo cap. de illa de
diuortijs. Certum est q; non perdit ius pe
tendi vir lapsus post conuersionem eius ni
si fuerit sententiatũ per ecclesiam de illo di
uortio & separatione. Sed ecclesia per sen
An eccle
sia posit
dissolue
re matri
monium.
tentiam non potest priuare eos qui habent
illud ius et potestatẽ corporum mutuã ni
si iam sint priuati iure diuio/q̃ quos deus
coniunxit homo nõ separet. ergo videtur
q; illa sententia nihil facit. Et sic difficultas ẽ
quomodo per heresim perditur ius peten
di. Dico primo q; tempore heresis nõ tene
tur altera pars reddere/vt patet in cap. alle
gato de illa de diuortijs. Secundo dico/si
mulier se subtraxerit a viro heretico auctori
tate propria viro emendato per penitẽtiã
tenetur ad illum reddire/vt patet capitulo
allegato. Tertio dico ex ca. mulier de cõuer
sione coniugatorũ si fuerit illa seperatio ce
lebrata per sentẽtiam ecclesie nunquã tene
tur postea redire si velit religionem ingre
di/& data est auctoritas ecclesie q; neminẽ
separet nisi propter fornicationem. Intelli
gitur etiam de fornicatione spirituali. Ha
bemus ergo duos casus in quibus perditur
ius petendi scilicet in fornicatione carnali:
& spirituali. Sed in corporali quãuis non
interuenerit auctoritas ecclesie/& vna pars
alteram repudiauerit nunq̃ tenetur eam re
accipere postea q̃is emendatam. Querit
glo. in capitulo vltimo de cõuersione con
iugatorum quare si non interuenerit sentẽ
tia ecclesie in diuortio facto i fornicatione
spirituali/& pars fuerit emendata altera te
netur eam recipere potius q̃ in fornicatio
ne corporali. Glosa dat multas rationes.
Vna est/si reaccíperet eam eo ipso quo co
gnosceret eam efficeretur bigamus & inabi
lis ad ordines sacros/ & de hoc sunt multa
capitula in iure In cap. si cuius vxorem. di
stinctione. xxxiiij. vbi dicitur q; non fiat sa
Quõ qs
bigamus
efficitur.
cerdos cuius vxorẽ euidenter constat adul
terium admisisse. & in capitulo sequenti si
laici. Vnde non solum efficitur aliquis ina
bilis ad ordines per hoc q; duxit viduam
ab alio cognitam/ sed si capiat meretricem
efficitur inabilis ad ordines. & si cogno
scat scienter vxorem post adulterium/

etiam efficitur inabilis. Sed nullus potest
compelli absq; consensu & culpa vt efficia
tur bigamus/ propterea non potest com
matrimonium cum nō possit claudicare cū vir & vxor sint correlatiua: ad petitionem mulieris non debet fieri diuortium. Si vero non est verum matrimoniū: tūc videt ꝙ ad petitionem viri debeat celebrari diuortium/ergo videtur ꝙ si vir petat est celebrandum: & si mulier petat non est celebrandum. Dicit doc. ꝙ si mulier petat diuortium tunc est celebrandum. Ratio mulier commutauit corpus suum cum corpore viri credens ꝙ vir possit dare & non potest/quia est illegitimatus per ecclesiam postq̄ spopondit & commisit adulterium & propterea deceptio est in contractu ex parte viri/& error ex parte mulieris:ideo si mulier petat tunc est declarandus nullus/ vt si est deceptio in vendente: & error in emēte & emens:postea cognoscens errorē petat contractū irritari tunc irritatur. ideo cum queritur an sit inter illos matrimoniū dico ꝙ non. Et ad argumentum/ergo si vir petat diuortium tunc est celebrandum. nego p̄iam & mulier excusat per ignorantiam inuincibilem reddendo & petendo debitum: sed vir nec petendo:nec reddēdo excusat:dicit ergo doc. si mulier ñ petat nō est celebrandum: sed cogendus est vir vt de nouo consentiat: quia consensus preteritus in istam non fuit sufficiens ad matrimonium quia ille nō sunt legitime p̄sone quia illa duo vitia simul iuncta illegitimāt ergo talis consensus non fuit sufficiens: qa non fuit p̄sonarum legitimarum:sed quando mulier perseuerat cogendus est vir: vt de nouo consentiat. Contra/semper erūt p̄sone illegitime/ ergo consensus non erit sufficiens vt sit verum matrimonium. Dico & appet mihi dicēdum ꝙ ecclesia cogit virum de nouo consentire ne peccatum eius sit et in patrocinium/& cogendo illum cōsentire ecclesia legitimat & auffert illam illegitimationem ex illis duobus vitijs contractā. Vnde ecclesia aliqñ sentētiat de aliqbus que non sunt coniuges ꝙ habitent simul etiam sub censuris puta quando i foro exteriori probant coniuges: sed quando cunq; ecclesia est iuridice certionata ꝙ non sunt coniuges nunq̄ ecclesia sententiaret ꝙ habitent simul. si ergo iste talis probauerit iuridice ꝙ cognouit eam viuente prima & promisit viuente prima ꝙ capiet eam in vxorem ecclesia iuridice cognouit ꝙ non est matrimonium/ergo ecclesia nunq̄ sententiet ꝙ cohabitent nisi compellendo eos de nouo cōsentire. Resolutio/illa duo vitia:scilicet vltimum cū primo impediunt contrahendum & dirimunt contractū & si vtraq; partium sit conscia:puta mulier scit sortem habere vxorem viuentem cum illam cognoscit & promittit ei ꝙ eam capiet vel econtra/tunc nunq̄ legitimatur per ecclesiam nec debet legitimari: sed si contrahant sunt compellendi per ecclesiam ad diuortium: & si altera partium sit solum cōscia & altera insc̄ia si contrahant in primo contractu non est matrimonium: sed probato tali impedimento vel cognito ad petitionem vxoris sunt omnino separandi: sed si vxor non petat ymo petat oppositū per ecclesiasticam sententiam & consequēter per censuram vir est cogendus si nolit obtemperare sententie est inq̄ cogendus vir qui fuit causa doli vt de nouo consentiat & tunc ecclesia aufert illam illegitimationem: & sic erit verus ꝓtractus matrimonialis. Tertio dicit doc. ꝙ siue primū ꝓcurat cū secūdo siue tertio impedit & dirimit extra de cōuersione infidelium laudabilē dicit glo. si fuerunt machinate cum effectu id est ꝙ sequuta fuerit mors matrimonium nullum est/dico ergo secundū cum primo impedit/secundum cum tertio impedit. vñ solū homicidiū p̄se sūptū non impedit: dum mō non spopondit ei nec eam cognouerit vt si occidat sortes vxorem & non promisit alteri nec eam cognouit: potest contrahere cū ea habētur. ergo tria quorum nullū per se impedit/& ꝙ ista impediant non est ex natura rei: sed ex illegitimatione ecclesie. Ad argumētum primus factū/dico ꝙ talis

illegitimatio est solum ex statuto pure positiuo ecclesie: & sic non erat tempore Dauid talis illegitimatio: ideo &c.

Distinctio.xxxvj.

QVERIT duas questiones prima vtrum seruitus impediat matrimonium cōtrahendum. secūda vtrū etas puerilis. Q̄tum ad primum dicitur ꝙ seruitus impedit: quia seruus non potest dare quod non est eius: sed seruus non habet dominium sui corporis sed est domini sui: & per consequens non potest cōtrahere. In oppositum arguitur per primum capitulum de coniugio seruorum habetur ꝙ etiā contradicente domino matrimonium contractum inter seruos est verū matrimonium: quia in christo Iesu non est seruus &c. Doc. in hac questione duo facit: primo inqrit quomodo est introducta seruitus: secundo respondent ad questionem. vnde supponitur ꝙ multiplices sunt serui: quidem sunt locaticij qui locāt certo domino operas suorum corporum p certo tempore & passim sunt tales: sed de ista seruitute locaticia nihil ad rem. Alij sunt serui glebales seu ascripticij qui ita sunt addicti glebe seu terre quam habent a dño ꝙ non possunt a domino vendi nisi vendatur gleba. & de ratione huius seruitutis duo sunt primum non possunt renuntiare neq; deserere terram nisi consentiente domino: & si fugiāt potest dominus illos persequi & cogere ad colendum glebam/ secūdum est qa non possunt a domino vendi: id est trāsferri a gleba ipsis inuitis: & in aliquibus locis reperiuntur tales serui vt in burgundia/vnde q̄uis ista seruitus impediat a susceptione ordinum. quia non possunt ordinari inuito domino non impedit tamen a contrahendo matrimonio. dicunt hic doc. ꝙ talis seruitus impedit ꝙ nō potest licite suscipere sacros ordines quia obligat ad quedam opera que sunt inhonesta sacerdoti aut cōstituto in ordinibus: scilicet ad seruitia corporalia propterea q̄tū ad hoc est illis prohibitum nisi de cōsensu domini suscipere sacros ordines: sed quia non possunt ad voluntatem domini inferri huc vel illuc hinc est ꝙ possunt contrahere matrimonium: quia per talem seruitutem nō impediūtur: quin possint petere & reddere debitum: sed solum sunt adstricti colere terram quam habent a domino. Alij sunt serui venales qui sunt dominorum q̄admodum pecudes q̄tum ad emptionem & venditionem: & tales serui non possunt sibi aliud acquirere: quia non habent vsum corporis sui ad quā cunq; laborem/ sed acquirunt domino. & tales in omnibus licitis & honestis preceptis a domino tenentur obedire non solum ad labores manuales sed in omnibus licitis non transcendentibus potestatem eorum: & dummodo non sit in detrimentum sue nature: quia hoc esset contra legem nature. tertio est in potestate domini alienare seu vendere eum pro pecunia etiam extraneo: nam ista seruitus facit seruum esse domini sicut pecus est domini hoc solo secluso ꝙ dominus potest interficere pecus & non seruum. Sed quomodo est introducta talis seruitus. nō iure naturali. quia omnes nascuntur liberi. iure naturali est bene subiectio filialis in ordine ad patrem: sed illa non est seruitus/quia pater non potest vendere filium. ista seruitus ergo non est de iure naturali. vnde sicut dictum est distinctione. xv. ꝙ dominia & apropriatiōes sūt introducta iure positiuo ita & ista seruitus. Sicut apropriatio huius rei ad istum certū dominum est de iure positiuo: ita ista apropriatio serui ē de iure positio & hoc oportet fateri: sed altera istarum duarum viarum scilicet aliqs pure liber qui habet potestatem omnimodam in corpus suum ad quēcunq; actum exercendum pro aliqua necessitate alteri vendidit pro certo nūmismate transtulit in aliū & cum hoc transtulit in eum iterum potestatem transferendi in alterum secūdum beneplacitum eius/ergo vna causarum introductionis seruitutis est ex venditiōe aut da

De introductione seruitutis.

Multiplices serui.

tione illius qui erat omnino & totaliter sui corporis dominus. Sed ē bene difficile videre quomodo iste contractus erat iustus. vn de dicitur in communi prouerbio/non bene pro toto libertas vēditur auro/ergo nō potest eē iustum pretium quo ista libertas potest vendi vel emi: quia nulla bona temporalia eqparantur libertati/ergo non est precium possibile dari q̄ sit tanti valoris sicut libertas/ergo non potest esse iustum p̄cium. & vltra/ergo non potest esse talis vēditio iusta/ergo introductio talis seruitutis non potest esse iusta. Q̄tum ad hoc dico q̄ equitas & iustitia in contractibus nō est attendenda penes valorem rerum in se/ nullum est precium tanti valoris sicut libertas/neq; bos posset vendi pro toto auro mundi: & sic si attenderetur equitas & iustitia secundum valorem rerum in se non posset vendi libertas iusto precio: sed attenditur equitas secundum q̄ illa res venit in cō modum & vtilitatem hominum: vt sit plato qui est empturus sortem dat certum precium quod est sorti tāti valoris ad commodum eius q̄ti valoris est tota opera & totū seruitium quod potest sortes exibere platoni: & tunc illud precium est iustum preciū illius communis quo sortes se vendidit/iustum tanq̄ ex parte ementis: sed ex parte sortis se vendentis nisi sit magna necessitas est raro iustitia: sed Plato dummodo det precium conueniens secundum operas que in vsu sunt nō committit iniusticiam: & sic ex parte ementis potest esse iustitia. Secundus modus per quem introducta est hec seruitus est peccatum ipsius qui efficitur seruus nam stat aliquem peccare qui est in potestate illius qui gerit vices reipublice & potest illum dare morti iuste/ergo a fortiori si potest eum morte punire potest eum facere seruum & talis inductio est iusta propter peccatum illius: nam si pro iusta causa potest adimere vitam/ergo eum reddere seruum/alij ponunt tertium modum de bello iusto: nam aliqs liber capitur in bello iusto ex parte capiētis efficitur seruus capiētis quia poterat eū licite interficere: sicut patet in secundo modo ante dicto/ergo ex eadē radice potest eum redigere in seruitutem. Vnde si sit bellum pro repetendis rebus nō oportet ymo q̄ cito habet res suas ille q̄ repetit tenetur cessare & restituere si quid vltra acceperit: sed quando est bellum iustum ex eo q̄ inferiores bellāt contra superiores tunc in bello iusto ex parte capientis secundum leges efficitur capientis. Sed doct. nō bene videt equitatem in isto tertio modo bene verum est q̄ capiens potest interficere captum in ipso conflictu & aggressu: sed post q̄ capienti non imminet amplius periculum & alius fugit vel captus est: nō potest licite interficere: ymo nec fugientem quando non plus resistit nec imminet amplius periculum/ergo pariforma: non licet inducere in seruitutem: & sic doct. est huius sentētie q̄ inductio seruitutis p̄ bellum iustum non est iusta/rō est. est possibile q̄ vterq; bellādo iuste operet: puta sūt subditi q̄ tenētur parare suis superioribus nec tenēt inquirere an sit iusta causa bellandi vel nō/ stat ergo q̄ vterq; iuste agat. ergo si sortes accipiat platonem qui non peccat belládo quia non tenetur scire de iniusta causa belli quando est captus non licet eum interficere neq; aliqua pena siue peccato punire. ergo talis inductio seruitutis ex bello iusto nō videt licita. Ecce ergo quomodo seruitus est inducta non iure naturali sed positiuo. Dices/aristoteles dicit q̄ aliqui naturaliter sunt serui & alij naturaliter alijs dominantur. ergo iure naturali est inducta seruitus dico q̄ non dicit q̄ sint iure naturali domini. sed a natura habent quandam inclinatōnem & habitum ad dominandum dominio directo. i. habent naturalem habitudinem per quam possunt alios dirigere/& alij ebetiores & ruditiores optemperant aptioribus spiritu. ¶ Hoc supposito iā videdum est de secundo: vtrum seruus possit cōtrahere matrimonium/aliqui nitūtur probare q̄ seruitus non impedit matrimoniū cōtrahendum. ratio istorum est/dominus

non habet omino dam potestatem corporis serui: sed seruus habet aliquam potestatem sui corporis puta potestatem sustēten di corpus alias non posset comedere/neq; bibere sine voluntate domini/nec potest illa potestate priuari. Arguitur sic/non potest priuari potestate quam habet ad cōseruandum corpus. ergo nec potestate quam habet ad conseruandum speciē/quia illud est naturale. sed talis potestas nō est nisi habendi vxorem & eam cognoscendi. Secunda ratio istorum est/matrimonium ē de lege nature seruitus de iure positiuo. sed positiuum non potest p̄iudiciari naturali iuri. ergo nō pōt seruitus preiudiciari matrimonio ergo seruus potes contrahere matrimoniū Certum est/matrimonium aliquomodo ē de iure/quia iure naturali tenemur conseruare speciem & non potest licite nisi matrimonio/ergo seruitus cū sit de iure pure positiuo non potest derogari iuri naturali/cū ius inferioris nō potest p̄tra ius superioris. imo positiuum non habet robur nisi ppter cōformitatem ad ius naturale. Dicit doct. q̄ iste rationes non sunt efficaces/quia quāuis matrimonium sit de iure nature non tamen deprimario iure nature/sed de multū conformibus iuri nature. & illis aliquādo positiuum preiudicat. Secundo q̄ris matrimonium sit de iure nature/ex aliquo facto potest esse q̄ sit de iure nature q̄ ille nō cōtrahat. Certum est q̄ appropriatio rerum ē de iure positiuo/post q̄ tamen res sunt appriate est de iure nature q̄ non aufferantur ab illo cui sunt appropriate ipso inuito & qui auffert ab illo peccat contra ius nature. nam certum est q̄ hoc preceptum non furtum facies est de iure nature q̄ris talis appriatio sit de iure positiuo. ipsa tamen facta aufferre illam rem appropriatem est cōtra ius nature. eodem modo dicerem quāuis inductio seruitutis sit positiua post q̄ tamē est facta trāsferre potestatem sui corporis i aliquam aliam personam est contra ius nature/quia contra ius nature est trāsferre qd̄ est alterius ipso inuito. & sic argumentum non habet efficatiam q̄ seruus posset cōtrahere propterea/quia matrimonium est de iure nature. & seruitus de iure positiuo. Ad secundum argumentum quilibet tenetur se conseruare in eē & suam speciem. verū est si sit necessitas. & tunc argumētum p̄baret q̄ religiosi & sacedotes tenerentur contrahere matrimonium. vnde si esset necessitas nec seruitus nec votum possent impedire sed cum non obligētur singuli intēdere cō seruationi speciei argumentum nō probat quin seruitus impediat saltem secluſa necessitate. & q̄is non sint rationes efficaces videndum est quid tenendum in ista materia. Dicūt doctores primo q̄ seruitus non impedit quin cōtrahat seruus cum serua & cum libera ex consensu domini & iuito domino. Primo ex cō sensu domini seruus potest contrahere quia quāuis corpus sit domini potest ipse consentire q̄ seruus in alterum transferat. & sic ex consensu domini p̄ trahere. Sed queritur tunc an posset eum vēdere extraneo. ita q̄ nō posset amplius reddere debitum. Regulariter dicunt doct. q̄ non quia consentiendo renūciat omnibus illis in quibus habebat ius que opponūtur illi cui consentit sicut quando dominus cō sentit q̄ seruus ordinetur &c. efficitur liber ex tali consensu: quia seruitus repugnat sacro ordini/eodem modo consentiendo q̄ contrahat licet nō abneget a se omne dominiū in illo tamen abnegat omne illud qd̄ exigitur pro exercendo actum naturalē: sed talis alienatio videlicet q̄ inferatur in terrā longinquam repugnat omnino exercitio coniugali: preterea quando dominus consentit q̄ contrahat non potest in longincā transferre regionem nisi vxor secum vadat Dico secundo q̄ contradicēte domino potest cōtrahere/patet sic: seruus nō est sic domini q̄ semper oporteat eum esse in aliquo opere pro domino suo: alias non liceret ei dormire/ergo non sic est domini quin alī quando sit ei potestas exercendi actum coniugalem vt sit sortes seruus & bertaque est libera cognoscit sortem eē seruum & q̄ nō

habet omnimodam potestatem super corpus suum sed aliqualem/& vult trãferre potestatem sui corporis pro illa quam habet sortes: cõtractus ille est iustus, nam sicut dictum est, xv. distinctione quãdo sunt duo contrahentes/ vt habeo pannum & sortes habet vinum/ pannus meus nõ tantum valet sicut vinum sortis, & ille bene cognouit nec habet errorem nichilominus vult ꝓmunicare ex sua libertate vinum suum cum pãno meo/ talis contractus est iustus postq̃ non est deceptio neq; error: quia volenti & consentienti non fit iniuria, eodemmodo libera contrahens cum seruo quem scit seruum esse/ nec errore/ nec deceptione/ inducta, talis contractus valet & sic inuito domino, dũmodo non sit error istius cõditionis potest seruus contrahere cum libera vt expresse habetur de coniugio seruorum Sed est questio/ vtrum tũc posset dominus seruum suum alienigenis vendere, glo. in primo capitulo videtur dicere ꝙ non/ sed doct. aliter sentit/ & meo iudicio melius/ nam certum est ꝙ in domino ante contractum matrimonialem erat potestas transferendi & alienandi seruum etiam extraneis sed nullus absq; culpa sua & sine consensu proprio priuatur iure suo, & iste dominus non consensit ꝙ contraheret, ergo ex illo contractu domino inuito non priuatur dominus tali facultate/ & per consequens in illo casu sicut poterat ante contractum alienare etiã potest post matrimonium. ideo si contrahat domino inuito cum libera dominus potest eũ inuita vxore mittere ad alienam patriam & vendere, ymo si seruus vnius & ancilla alterius domini contraherent inuitis dominis suis potest dominus serui vendere eum gallis & dominus ancille eã affricanis. & sic erunt omnino impossibilitati ad actum matrimonialem/ & nõ est inconueniẽs si cõtraxerũt dissentiẽtibus dñis. Dico tertio ꝙ error istius conditionis puta seruitutis impedit matrimonium. vt sortes liber contraxit cum ancilla/ si ipse sciret verissimile ẽ ꝙ nõ transferret totalẽ ptãtem sui corporis in illam, ergo talis contractus non est liber libertate sufficiente. Dicunt ergo doc. ꝙ talis error seruitutis impedit. Sed vtrũ impediat ex natura contractus vel ex illegitimatõne ecclesiastica & statuto ecclesie Dicit depalude ꝙ error psone impedit ex natura cõtractus/ & error conditionis ex illegitimatione ecclesiastica. Sed videtur mihi probabilius ꝙ impedit ex natura cõtractus/ certum est ex natura cõtractus si quis emat auricalcum credens aurum & eo precio quo venditur aurum contractus est nullus & q̃ vendidit tenetur ad restitutõnem precij, ergo eodem modo qui dat potestatem plenam corporis pro semiplena in illo cõtractu est inequalitas & iniusticia, ergo contractus nullus/ dico ergo ꝙ ex natura ꝓtractus error conditionis persone. i. seruitutis impedit matrimonium q̃admodum error persone. ¶ Secunda questio, vtrum etas puerilis impediat/ dico ꝙ etas cum qua est impotentia ad actum carnalem impedit/ quia si ẽ impotens non potest tranferre potestatem ad illum actum. Sed illa impotentia cum discretione non impedit sponsalia, nam põt promittere potestatem sui corporis protẽpore quo habebit &c.

¶ Distinctio. xxxvij

INquirit de alio impedimẽto matrimonij. vtrũ sacer ordo ipediat matrimoniũ contrahendum & dirimat contractum. Arguitur ꝙ non: quia dicit Paulus prima thimo. iij. loquens de episcopo/ oportet ipsum esse irreprehensibilem vnius vxoris virum. ergo licebat episcopo habere vxorem, & capit ibidem epm pro sacerdote. In oppositum capitulo placuit. xxij. distinctione vbi prohibetur presbyteris/ dyachonis/ & subdyachonis/ habere vxores. In hac questione conclusio ẽ certa. s. ꝙ sacer ordo impedit contrahendũ & dirimit contractum/ hoc est/ constitutus in sacris si tentet contrahere peccat. & sic impedit contrahendum. Secundo si tentet cõ

trahere nichil facit, & sic dirimit contractũ Vnde dirimere contractum nõ est facere de contractu qui fuit ꝙ nichil amplius teneat quia solum votum solempne hoc facit/ sed est facere ꝙ si tentẽt contrahere nihil fit & dirimere contrahendum, & si quis attentet peccare & illicite agere. Ideo sacer ordo dirimit contractum & impedit contrahendũ ¶ Sed difficultas est vtrum hoc sit ex statuto ecclesie/ vel ex statuto christi. Qrtum ad dyaconatũ & subdya. est solum ex statuto ecclesie/ quia aliquando in talibus ordinibus contrahebant, & illi ordines non erãt sacri. Illi sacri vocantur quibus annexa erat castitas. Sed de presbyteratu vtrũ dirimat contractum & contrahendum ex solo statuto ecclesie vel christi. Dicit doctor ꝙ secundum non videtur probabile, ratio in primitiã ecclesia sacerdotes erãt vxorati, & hoc verum est sed vxorati erãt anteq̃ ordinarẽt & licuit vxorato ordiari & suscipere sacros ordines. Sed vtrum aliquando licuerit presbytero contrahere est difficultas/ & videt ꝙ non, imo apud grecos si quibus sacerdotes sunt vxorati/ non licet presbytero post sacros ordines vxorari. & qd plus est mortuo sacerdote: vxor non potest amplius cũ secundo contrahere, ideo nõ est vndiquaq̃ certum/ an sit ex statuto ecclesie vel christi ꝙ sacerdos non possit contrahere. Multi doctores tenent ꝙ est ex statuto christi & licet non habeatur in euangelio/ tamen habemus ex traditione apostolorum & semp vsq; nunc obseruatum est. S. tho. & doct. in materia de voto dicunt ꝙ est solũ ex statuto eccleie. & sic practicatũ est nup in ducatu normanie. Et dicit. S. tho. ꝙ papa potest dispensare in voto sollempni quod fit in sacris ordinibus sed non in voto sollemni de ingressum religionis/ & videt multũ probabile ꝙ est solum ex statuto ecclesie ꝙ presbyter in sacris non potest contrahere. Sed vtrum hoc sit propter votum quia suscipiens ordines vouet sollempniter propterea non potest contrahere/ vel an sit solũ quia ecclesia precipit ꝙ nõ contrahat/ cum talis sacerdos non sit ipossibilitatus ad cõtrahendum ex precepto diuino sed humano solum/ de hoc sũt due opiniones quas impugnat doct. non potest dici propter primum/ ratio doct. Nullus vouet aliquid qui simpliciter & absolute itẽdit facere oppositum & nunq̃ adimplere votum/ quia votum importat propositum de aliquo faciendo cum intentione se obligandi ad illud faciendum, sed sic est ꝙ aliquis suscipiens sacros ordines stat ꝙ non intendat seruare chastitatem, imo stat ꝙ intendat oppositum & proponit ꝙ nõ seruabit, ergo apparet ꝙ nõ qlibet suscipiens sacros ordines de facto vouet/ cum votum importet actum animi interiorẽ qui est propositum de aliquo faciendo vel non faciendo in futuro/ ille ergo non vouet hoc q̃ intẽdit nũq̃ se facturum hoc &c. Vnde aliquis suscipiens ordines cum intentione non seruandi chastitatem/ talis intentio non ipedit quin suscipiat caracterem ordis, ergo non oportet ꝙ suscipiens voueat. Item certum est ex doctore ex supradictis/ ꝙ episcopus attendens paruulum carentem vsu rationis ordinarie de facto ordinat/ & tamen ille puer non vouet, imo non est capax voti: quia de ratõne voti est ꝙ sit actus liber, ergo nõ est propter votum ꝙ non potest contrahere. Tertio/ sit aliquis qui metu cadentei cõstantem virum ad suscipiendum sacros ordines/ ille realiter suscipit & in eo imprimitur caracter sicut patet in capit. de iudeis ꝙ suscipiens baptismũ per metum realiter est baptisatus/ eodẽmodo de illo dicendũ q̃ suscipit ordies. sed sic est/ ꝙ nullus põt obligari ex voto per metum cadentem in constantem virum ex torto: vt patet de his qui vi metu causa fiunt &c. ergo non est precise ꝙ non potest contrahere quia vouet sollempniter castitatem. propterea aliqui dicunt ꝙ hoc est/ quia ecclesia phibet cõtrahere matrimonium existenti in sacris propterea non potest. & iste modus dicẽdi nõ est sufficiens/ patet matrimonium contra interdictum ecclesie vt est matrimoniũ clã-

destinum similiter factum tempore prohibito vt in temporibus ab ecclesia prohibitis est verum matrimonium/& tamen ecclesia prohibet ne fiat. nō potest ergo dici q̄ si presbyter attentet contrahere q̄ non cōtrahit propter prohibitionem ecclesie. Ideo illa rō nō sufficit. & ideo ponit opinio doc. que semper visa est michi probabilior q̄ p̄sbyter non possit contrahere hoc non ē qa vouet sollempniter: quia si vouet hoc est interpretatiue solum. Sed hoc ideo est quia ecclesia illegitimat. vnde ecclesia prohibet aliquando contractum matrimonij fieri vt in clandestino & extra tempora debita/ verumtamen cū si attentēt contrahere realiter ꝓtrahūt. & hoc qa licet ecclesia phibeat nō tñ illegitiat ꝓtrahētes vt post votū de castitate phibuit ne contrahant tamen si attētent contrahunt. Non valet ista consequētia. ecclesia prohibet talem cōtractum. ergo taliter contrahentes illegittimat ad contrahendum/sed bene valet ediuerso/ecclesia illegitimat illas personas. ergo prohibet cōtractum inter eas. ideo dico q̄ tota ratio q̄re constitutus in sacris ordinibus non potest contrahere est illegitiatio ecclesie/sicut tota ratio quare in tertio & quarto gradibus non fit contractus matrimonij ē qa ecclesia illegitimauit tales psonas. & non ē tota ratio quia ecclesia prohibuit. eodēmodo ecclesia illegitimat constitutos in sacris ne contrahant cū quacunq̄/& si attentēt nichil faciunt/& istius illegitimationis est cā rationalis propter eorum officiū ad qđ deputati sunt/quia ad illud peragendum req rit actiuitas itellectus & vis cōtemplatiua. Sed actus matrimonialis maxime ista impedit/& sic ecclesia rationaliter illegitimauit. ergo est tota ratio secundum doct. quia nō possunt contrahere. Dico vltra/ecclesia nō potest vxoratum impedire qui suscipiat ordinem si attentet: quia ecclesia nō habet potestatem super sacramenta q̄ sacramenta nō sūt ꝓtractus facere q̄ si conferantur a ministro ydoneo quin operentur/vt nō potest ecclesia facere q̄ si baptismus alicui paruulo applicetur quin habeat suum effectum & imprimatur caracter. eodē modo de ordine tamen sacramētum matrimonij est cū hoc contractus & quia contractus depēdet a superiore eorum qui contrahunt. propterea ecclesia potest facere q̄ talis contractus inter cotrahentes sit nullus. & sic facit de eo qui suscepit sacros ordines in ordine ad quemlibet mulierem. Arguitur sic/aliquando licuit dya. & subdya. ducere vxorē ita q̄ ducendo nō peccauit nec̄ peccat/& erat verū matrimonium/capio illud tēpus illius prime illegitimationis ab ecclesia/tūc arguit sic. Iste qui erat subdya. ante illam illegittimationem qui nunq̄ contraxerat efficiebat illegitimus ita q̄ postea non poterat contrahere. tūc arguitur sic. Ecclesia non ꝓt aliquem obligare ad opera consilij nisi ex aliquo facto aut peccato eius sed sic est q̄ talis qui erat dyacho. anteq̄ fieret talis illegitimatio ab ecclesia non tenebatur ad opera consilij ante illam illegitimationem/ nec est aliquod opus eius post vel tunc per qđ obligetur ad castitatem / quia nō suscepit ordinem de nouo/nec vouet nec commisit culpam propter quam debeat obligari ad castitatem ab ecclesia. Vnde ocham in tertia parte dyalogi ait/nunq̄ ecclesia potest alicui iniungere consilium ipso cōtradicente vel saltem nisi faciat opus exterius cui sit ānexum votum castitatis/ vel nisi pro peccato. hic est q̄ propter peccatum iniungit aliquando ingressum arctissime religiōis. sed talis dyaco. non commisit &c. imo dissentiebat illegitimationi. ergo ecclesia nō potest eum ligare. & sic ista illegitimatio non ligat omnes dyaco. & subdyaco.

Quantum ad hoc diceretur q̄ statutum nō extēdebatur ad eos qui ante statutum erāt in sacris constituti. quia statuta non se extēdunt ad preterita sed ad futura/ ergo videtur q̄ statutum solum extendebatur ad eos qui erant suscepturi sacros ordines. Dicetur facile q̄ extendebatur ad futura. vt subdyaconi siue ante siue post quin sūt in tēpore futuro contracturi non cotrahant. quia

constitutio illa se extendit ad omnes cōtractus futuros. Contra/ergo ecclesia obligat ad opus supererogationis absq̄ consensu & peccato. dico q̄ sic pro aliq̄ rationabili causa. Dico secundo q̄ ecclesia non potest iniūgere certe persone sine cōsensu eius aut peccato opus supererogationis & nō obligentur alij/sed ecclesia bene potest imponere castitatem alicui toti statui. & per illud statutum quo ecclesia impoit alicui vni toti statui non certe persone singulari stat aliquem esse obligatum ad castitatem non ex consensu nec ratione alicuius facti ab ipso post illud institutum/nec̄ ratione peccati: sed quia est illius status cui imponit ecclesia illud statutum. & sic dya. & subdya. post statutum non poterant cōtrahere/sed qui prius contraxerant inter illos erat verū matrimonium.

Et hic finit (cādide lector) clarissimi doctoris theologi magistri Iacobi Almain senonensis perutilis in quartum lectura quā vltra arduis interceptus negotijs protendere non valuit: a quodam suo discipulo ipso legente excepta & in presentem formulam fideliter redacta.

¶CLARISSIMA ET ADMODVM vtilis acutissimi doctoris Theologi magistri Iacobi Almain Senonensis Expositio: circa questionũ decisiones magistri Guillermi de Occã/sup ptãte summi põtificis.

¶De diuisione potestatis i ecclesiasticã & secularẽ & earũ diffinitionibus. CA.I.

AD PETITIONEM cuiusdã venerabilis viri: inceptor has octo q̃stiones de ptãte summi pontificis edidit. Et primo querit. vtrũ potestas sup̃ma spũalis: & potestas suprema secularis siue laica: intantũ ex natura rei distinguãtur: ꝙ simul in eundem cadere nõ possint/hoc est ꝙ nõ possit vnus & idẽ homo illas duas potestates habere. Sed antequã materiã questionis aggrediamur: veniunt termini declarandi. Primo videndũ est quid sit potestas. Secũdo eam diuidendo in spiritualẽ & tẽporalem. Vnde potestas in genere. nihil aliud est q̃ facultas quedam propinqua ad exercẽdam aliquã operationẽ in aliquo supposito. Exẽplũ/domificator habet potestatẽ domificãdi. i. facultatẽ qua in propinquo potest exire in talem operationẽ. Ignis habet potestatẽ calefaciendi. verũ in proposito nõ capitur ita generaliter sed pro potestate iurisdictiõis. Et potestas iurisdictionis: est facultas propinqua dicẽdi ius. i. ferẽdi sententiã etiã in inuitũ. vt dicit Marcilius de padua in secũdo suo tractãs hanc materiã de origine potestatum: ꝙ iudex proprie est ille qui habet facultatẽ propinquã ferendi sentẽtiam/& potestatẽ precipiẽdi vt illa sentẽtia demandetur executioni/& ptãtem ferẽdi penã cõtra nõ facientes vel repugnantes. & sic illa tria sunt in iudice. verbi gratia/iudex siue preses habet potestatẽ dicẽdi ius inter psonas altercãtes/& ferẽdi sententiã inter illas & dicto iure habet percipere vt sentẽtia ab eo lata demandetur executioni. hoc facto potest imponere penã secundũ exigẽtiã negocij nõ demãdãtibus suã sententiã exe cutioni vel cõtradicentibus. iam doctor presupponit ꝙ sunt due tales potestates: vna laica siue tpalis/& alia spiritualis siue ecclesiastica. Et primo videndũ est de ecclesiastica tanq̃ de nobiliori. Ptãs ecclesiastica iurisdictionis: vt dicit de Gersono/est potestas a Christo/aplis/discipulis/& eorum legitimis successoribus supnaturaliter & specialiter tradita ad edificationẽ ecclesie militãtis scdm leges euãgelicas/pro psequutione felicitatis eterne. Primo ponit ptãs loco generis. & tangit causa efficiens huius ptãtis: cum dicitur a Christo. nam ante aduẽtum Christi nõ erat potestas ecclesiastica coherciua secundum multos: q̃is secundum alĩ quos in antiqua lege Moysi excõmunicabant. tamẽ dico ꝙ illo modo excõmunicari: erat extra synagogã eijci. qcq̃ sit de hoc nõ habebãt talẽ potestatẽ ecclesiasticam sicut nunc habemus in lege gratie. Tangitur etiã causa materialis & qui sunt habẽtes talem potestatem/in ista partícula apostolis &c. Et causa formalis in isto verbo secũdũ leges euãgelicas: quia qui sunt tali potestate prediti/in dicẽdo ius debẽt vti legibus euangelicis ecclesiasticis & non ciuilibus. Vltimo tãgitur causa finalis in vltima partícula. Sed potestas laica siue secularis/est potestas a populo ex successione hereditaria vel ex electiõe alicui vel aliquibus tradita regulariter ad edificationẽ cõmunitatis q̃tum ad res ciuiles secũdum leges ciuiles/pro consequutione habitationis pacifice. Primo tangitur causa efficiẽs & origo huius scilicet a populo regulariter. & licet aliq̃ãdo deus specialiter dederit aliq̃bus hãc potestatem laicã/vt Sauli primi regũ. x. & Dauidi secundi regũ. v. & aliq̃bus qui vtebantur ista ptãte sup̃ Israel/ vt patet Iudicũ primo. tamẽ regulariter neminẽ deus instituit. ¶Hac occasione queritur. Vtrũ talis potestas laica sit a deo. Et videtur ꝙ sic. ad Ro. tertio. Omnis aia sublimioribus potestatibus subiecta sit: & sequitur in textu. nõ est potestas nisi a deo. Ideo talis ptãs laica est eq̃ bene a deo: sicut potestas spiritualis.

Quid potestas.

Ptãs ecclesiastica.

Ptãs laica.

An ptãs laica sit a deo.

¶Pro solutione dicit Durandus in primo de origine iuris/ q̄ ptās tēporalis siue laica est a deo q̄tum ad debitū: sed frequēter nō est a deo q̄tum ad acqsitionē & vsum. Primum probatur, nā scdm dictamē rectū: debitum est talē ptātē esse. Naturaliter ēm iudicant hoies: q̄ oportet eos subdi alicui q̄ eis iudicium & ius siue iusticiā administret ergo secūdum iudiciū rectū naturaliter nobis insitum/ debitum est talē ptātē regiam seu secularē esse. Ex ordinatiōe enī insitum est nobis tale iudicium naturale: vt conformiterad ipsum viuamus: & hoc a deo. nam signatū est lumen vultus tui super nos: hoc est lumen vultus nobis inseruit lumen est deus naturaliter nobis inseruit lumen vltus sui/ hoc est vnū iudicium quo naturaliter iudicamus oēs polytice adinuicē viuētes debere subiectos eē alicui vel aliq̄bus q̄bus incūbat ex officio facere mutuā iusticiā ergo quo ad debitū ipsa potestas secularis siue laica est ex ordinatione diuina. sed nō est a deo regulariter ad istū sensum q̄ alicui deus cōicauerit istā iurisdictionē laicā: q̄a nunq̄ alicui regulariter imediate deus cōicauit hanc ptātē/ nec dedit speciale precept̄um vt alicui cōicaretur. Ideo nō est a deo q̄tum ad istū sensum. Et sic tangitur prima differētia inter has duas ptātes: q̄a ecclesiastica est imediate a Christo instituente. sed laica q̄uis a deo sit ex ordinatiōe q̄tū ad debitum: nunq̄ tñ est a deo regulariter & imediate instituta. Et in primo sensu capit Paulus, nō est ptās nisi a deo. &c. Scda differētia. Potestas spūalis fundatur in dono spirituali & supnaturali: alia vero non. igit̄ ex parte fundamēti differūt: spūalis ēm fundatur in caractere. vtrū in fide difficultas ē: sed oēs concedunt illā fundari in caractere baptismali/ hoc est in illo dono supnaturali & spūali/ sed potestas laica nō fundatur in illo: q̄a etiā ipsa est apud infideles. Ex hoc segtur q̄ fuerunt baptisati apostoli ante cenam: q̄a valde verisimile est q̄ instituti sunt a Christo sacerdotes sicut nunc instituūtur. sed mō nō possunt instituī: nisi prius fuerit baptisatī. Igit̄. Tertia differētia sumit̄ ex fine imediato & ppinquo ordinationis ptātis ecclesiastice vt ducātur hoies mediāte ipsa ad felicitatē eternā: sed finis alterius est vt ordinētur hoies ad pacificā cohabitationē & sic multipliciter differūt ille due ptātes: scilicet ex pte instituētis fundamēti & finis.

¶De muultiplici ptāte ecclesiastica. Ca. II.

COnsequēter videndū quotuplices sunt tales ptātes ecclesiastice. de Alyaco post Ioannem de Parisijs assignat sex ptātes ecclesiasticas imediate a Christo traditas. Prima ē ordinis: hoc est sacerdotalis ptās/ & est eēntialiter ipse caracter sacerdotalis: & talis fuit instituta a Christo vt postea videbit. Vnde regulariter dicitur q̄ fuit instituta in cena q̄n dixit apl̄is, hoc facite/ hoc est accipite ptātē hoc faciēdi hoc est p̄secrādi. Armachanus dicit q̄n vocauit eos apl̄os. Scda est ptās ad ministrādi sacramēta populo & p̄cipue sacramentū penitētie: & regularius dicitur q̄ fuit instituta i die q̄n insufflauit dicēs. Accipite spiritū sanctū. & ad hāc spectat prās baptisādi. & licet oēs possint baptisare in casu necessitatis: soli tñ sacerdotes possunt ex officio. Tertia ptās est iurisdictiōis: quā diffiniuimus supra: & est in foro exteriori. i. potestas corrigēdi & inferēdi penā in ptumaces etiā inuitos. & fuit tradita apl̄is. Mathei. xviij. in istis verbis. Si peccauerit in te frater tuus. Et habeā tandē ibi. Sit tibi tanq̄ ethnicus & publicanus. Similiter quecūq̄ solueritis & ligaueritis &c. etiā ligamie excōicationis. Quarta est ptās instituēdi ministros/ distribuēdi beneficia & dignitates ecclesiasticas: & q̄n ista fuerit collata & quibus est difficultas. Dicit Occam q̄ fuit data petro Ioan. primo. Tu vocaberis cephas q̄a ad caput spectat distribuere officia membris/ sed hoc nō est verisimile. q̄a imediate subdit q̄ cephas interpretatur Petrus: sed opinio cōior & probabilior est q̄ fuit collata per illud verbū, pasce oues. nā ad officiū pascendi non solum spectat q̄ audiat confessiones & ministret sacramentum penitentie sed etiam q̄ possit alios instituere

super determinatas regiones & populos ad eos pascendos & erudiendos in necessarijs ad salutē. Ideo petro fuit data potestas etiā instituēdi ministros ad pascendū & instituēdū & distribuēdū ceteras dignitates ecclesiasticas sicut episcopatus curas &c. ¶Quinta potestas est apostolatus seu p̄dicationis quod idē est. hāc ptulit apostolis Christus Matthei & Marci capitulis vltimis. Ite p̄dicate euāgeliū omni creature. Vltima potestas ecclesiastica q̄ oritur ex supradictis/ est potestas accipiēdi & etiā exigēdi a subditis temporalia pro necessitatibus victus & vestitus istituta a Christo q̄n dixit/ dignus est operarius mercede sua. Notandū q̄d dicit Occam in tertia parte dia. lib. ij. cap. iij. q̄ duo sunt hoim genera/ & hoc habet ex beato Hieronymo in capitulo duo sunt in decretis. Sunt ēm homines spūales & laici. Item/ rerū quedā spūales & quedā tempora les seu seculares. Res spūalis vt est euangelium doctria sancta: sacramēta &c. Res pure seculares vt sunt bona tpalia. Item peccatorū quoddā seculare: & quoddā spirituale. q̄a in hac diffinitione q̄ritur ad, que ptā se extēdat potestas illa. dicit Occam q̄ secu

Quid secularē peccatū

lare peccatū est q̄d secluſa quacunq̄ reuelatione diuina & i lege nature stādo esset peccatū/ tale dicit̄ p̄tm̄ seculare vt homicidiū: q̄a secludēdo quācunq̄ legē diuinā adhuc

Quid peccatū spūale

est peccatū. Sed p̄tm̄ spūale est q̄d est de directo contra euangeliū q̄d nobis ex reuelatione diuina traditū est vt peccata cōtra sacramēta p̄missa: sicut illa que p̄mittūtur cōtra legē nature vocātur secularia. Itē negociorū quedā sunt spūalia & quedā tpalia. Exemplū primi vt celebratio missarū exhibitio sacramenti/ p̄iunctio matrimonialis &c. Exemplū scdi vt vēditio/ emptio/ locatio. Item causarū quedā spūales & quedā tēporales seu seculares. Seculares q̄ sunt de negocio seculari vt de emptiōe/ de furto &c. Spūales seu ecclesiastice: q̄ agūtur de re spirituali vt de simonia/ matrimonio &c. Itē iurisdictio quedā ecclesiastica: & quedā secularis. Item iudicū quidā ecclesiasticus & quidā secularis &c. Patet/ q̄d potestas laica & q̄d ecclīastica/ & de differētijs earū tā ex parte instituētis q̄ ex parte fundamenti: q̄a vna est instituta imediate a Christo/ alia a populo. Et vna fundatur in prudētia & in bonis naturalibus. Alia vero in bono spirituali & supnaturali scilicet in caractere baptismali. Similiter ex parte finis differūt & sic patet triplex eorum differentia.

¶De fundamēto ptātis spūalis siue ecclīastice i quo videlicet fundet̄. Ca. III.

NVnc consequenter mouēde sunt quēstiones. Et primo circa ptātē ecclesiasticā: vtrū fundetur i charitate/ vel in fide/ vel solū in caractere baptismali. ¶Pro solutiōe sit pria propositio. Potestas ecclesiastica nō fundatur in charitate. oppositū huius fuit error pauperū de Lugduno Valdensiū q̄ē postea reuocauit Io. Vicleffis & vltimate condēnatus p̄tra bohemos in cōcilio Basilien̄si. Apparentia pro ipsis erat q̄ anteq̄ Christus daret hanc ptātē petro premisit signū scilicet diligis me/ & signū erat q̄ āteq̄ posset illā habere regrebatur charitas/ alias frustra quesiuisset diligis me. Sed p̄batur oppositū & sit p̄batio prime propositionis. q̄a seq̄retur q̄ totus ordo ecclesiasticus esset incertus & instabilis. Patet primū/ q̄a secūdum hunc modū dicēdi nullus auderet firmiter asserere se eē episcopū aut curatū &c. Patet/ nullus est de cōmuni lege qui auderet firmiter asserere se esse in gratia: q̄a nescit homo vtrū odio aut amore dignus sit. ergo si requiritur de necessitate charitas tanq̄ fundamentū vt aliq̄s fungatur ista ptāte ecclesiastica: nullus esset certus an haberet illam: q̄a de cōmuni lege nullus est ita certus quin possit a gratia sepius etiā in die cadere ergo si eoipso q̄ cadit p̄datur potestas ecclesiastica esset multum incertus &c. quod nemo habet p̄cedere. Vltra dicebāt Bohemi q̄ potestas ecclesiastica nō solū fundat̄ in gratia gratū faciēte: sed in gratia p̄destinationis: sed hoc est multo maius periculū q̄ asserere q̄ in grīa gratū faciēte vt iponit eis

Positio.

quidam doctor/dicebāt ꝙ gratia predestinationis facit hoiem eē mēbrum ecclesie & non gratia gratū faciēs: sed ad hoc sequere tur maior incertitudo: quia est magis incertum aliquē esse predestinatū q̄ eē in gratia. ¶Secūda ꝓpositio quā ego ꝓbabiliorē reputo ga eius opposita nō est dānata. Ptās ecclesiastica nō fundatur in fide ex iure diuino q̄is aliq tenuerūt oppositū vt Occā de thure cremata. Sed Gerson est eius opinionis ꝙ nō necessario regitur fides vt qs habeat hanc ptātē. Patet/ q̄is nō esset ita incertus ordo hierarchicus tñ remaneret incertus adhuc. Patet/ qa nullus pōt certitudinaliter scire an habeat fidē infusā. Secundo, nullibi in euāgelio reperitur passus ad hoc. ergo nichil est asserendū circa hoc nisi habeatur passus expressus. Sed apparētior ponitur ratio: & suppono ꝙ ꝓferre beneficia spectat ad forū publicū ecclesiasticū. tūc accipio episcopū vel curatū simoniacū mē talē. & vt apparentior sit ratio: capio papam hereticū mentalē qui habeat errorē in intellectu cum pertinacia in volūtate ita ꝙ nullum sit signū exterius per qd̄ possit conuinci ipsum esse hereticū: secundū hāc opinionē non esset amplius papa. Patet/ nullus pōt fieri denō papa summus pontifex nisi altero istorū trium modorū. scilicet ꝙ eligatur ab ecclesia/ vel a ꝓsilio gerente vices ecclesie/ vel ab aliq̄bus gerentibus vices ecclesie vel ꝓsilij/ puta á cardinalibus: vel nisi sit specialiter a Christo talis potestas papalis collata imediate: sed nullo istorū modorum talis efficeret papa: ergo illatū verū. & non pōt seipsum ꝓstituere papā. nec teneē in illo casu in foro exteriori reuelare suum pctm̄: neq̄ se diffamare. igitur tā ecclesia exponeretur magno piculo scilicet ꝙ nullus esset papa. Ideo ꝓbabilius est ꝙ potestas ecclesiastica iure diuino nō fundatur in fide infusa. Dubitatio/ an heretici sint priuati ista ptāte ecclesiastica eo ipso facto quo incidunt in heresim: vel q̄n incipiūt manifestare suā heresim. & videtur ꝙ nō pdāt illam: nisi q̄n incipiunt manifestare suā heresim p capitulum. Audiuimus de hereticis. Dicit ꝙ anteq̄ incipiāt predicare suā heresim: adhuc si ꝓfinxerunt eo ipso ꝙ incipiunt neminem dānare possunt. Sequtur ex hoc ꝙ antē q̄ manifestarent suā heresim: poterāt dānare & vti tali potestate ecclīastica. ¶Pro solutione huius/ dico ꝙ habentes hāc ptātē correctionis seu ptātē a Christo collatā nō solū hñt ptātē instituendi penā pro peccatis preteritis: sed etiā instituere possunt cōtra peccata futura aliquos canones sententie late in quā incidūt trāsgressores sine aliqua alia sententia. Prima pars patet de se. Scda probatur/ multi sunt canones sententie late vt patet de pcutiēte clericū: ergo ecclesia habet hāc ptātē. Itē notū est ꝙ non repetēs rē suam certo tpe/ talis res p authoritatē ecclesie puta p prescriptionē vel vsucapionē efficitur alterius: talia sunt iura canonica sententie late q̄tū ad ꝓscriptiōes vel vsucapiones scdm̄ leges: q̄ aliq̄ sunt etiā sententie late. ergo hñs potestatē ecclesiasticā pōt edere canonē pro peccato futuro ita ꝙ trāsgredi ens incidit in penā illius canonis: eo ipso facto ꝙ transgreditur in capitulo quicūq̄ de cōcubinarijs i pragmatica: eo ipso ꝙ notorij sunt cōcubinarij priuātur fructu futuro beneficij ꝓsemestre. i. per sex menses. ergo sicut ecclesia pōt aliquē ꝓbatū hereticū destituere a suo beneficio per sententiā latam ab hoie: ita potest edere canonē: ꝙ quicūq̄ incidet in heresim manifestam quo facto cadet in illā: erit sua potestate ecclesiastica priuatus. ¶Scda propositio/ ē multū apparēs ꝙ ita ecclesia edidit canonem sententie late quo ad priuationē beneficiorū & ptātis ecclesiastice ꝓtra hereticos. Patet sic/ sunt expressi textus ad hoc. xxiij. q. prima in cap. didicimus oēs oīno scismaticos & hereticos nullā habere potestatem ecclesiasticā. ergo est multū apparens & ꝓbabile ꝙ ecclesia ita instituerit canonē sententie late quo ad priuationē oīs ptātis iuris ecclesie cōtra hereticos. & causa est/ quia sunt i periculo maximo ouium sibi commissarum. igitur. ¶Tertia ꝓpositio. Iurisdictio ecclesiastica

Scda ꝓpositio.

Tertia ꝓpositio.

quelibet fundat i caractere baptismali iure diuino: ita ꝙ nullus ē capax illius nisi habeat caracterē baptismalē. Ex hoc sequitur ꝙ non baptisatus nō potest alia sacramēta recipere ecclesiastica. Ista tertia ꝓpositio non potest euidēter ꝓbari p sacras litteras: neq̄ per aliq̄d antecedēs deductū ex illis: sed expresse est determiata p ecclesiā. De presby. nō baptisato. cap. si quis. Vbi dicit ꝙ si nō baptisatus videatur recepisse ordines baptisetur/ & postea reordinet. ergo signū est ꝙ caracter baptismalis de necessitate ꝓsupponitur anteq̄ aliq̄s recipiat hāc ptātē ecclesiasticam. nam baptismus est oīm sacrāmētorum ianua: & nullus efficitur membrū ecclesie nisi prius fuerit baptisatus. ergo in nullum talē non baptisatū habet iurisdictionē summus pōtifex. ergo nō pōt talē ordiare q̄tūcūq̄ attētet. vltra nō pōt talē ordinare: ergo nō est capax talis ptātis ecclesiastice.

¶An potestas ecclesiastica sit equalis in omnibus sacerdotibus. Ca. IIII.

Veritur consequenter vtrum in quolibet sacerdote sit equalis potestas ecclesiastica: vel maior i vno q̄ in alio. Et non q̄ritur vtrū sit maior scdm̄ institutionē humanā: sed secūdum institutionē Christi primariā & diuinam / hoc est vtrum ipsa potestas ecclesiastica ex primaria institutione diuina sit equalis in oibus sacerdotibus. ¶Pro solutione sit prima ꝓpositio. Omnis potestas pure ecclesiastica est a solo Christo instituta. & in ista parte tangitur scda differētia inter has duas potestates. pro cuius declaratiōe supponit illud qd̄ habet Henricus in suo tractatu de ptāte/ ꝙ aliud est instituere potestatē/ & aliud instituere aliquē in aliqua ptāte tali. Vnde instituere potestatē est facere ꝙ in aliqua cōitate sit illa potestas ad regendum talē cōitatē. Sed istituere aliquē in tali potestate est alicui dare authoritatē vt in suppositā illius cōitatis illa potestate vtatur. Et inter ista duo vnū potest eē sine alio: & vnum est prius alio. Nam prius est instituta potestas q̄ aliquis instituat in illa

Prima ꝓpositio.

quia potest esse dato ꝙ nulli supposito detur/ & si non tēpore saltē prius natura. sed sic est ꝙ Christus potuit instituere ꝙ in cōitate Christiana eēt aliqua potestas qua posset aliqs alicui subdi & arceri a malis: & qua peccantes posset punire/ puta per excōicationem & cetera anteq̄ dederit alicui auctoritatē vtendi tali ptāte. Nā Matthei. xviij. Instituit auctoritatē & potestatē excōmunicandi. Si peccauerit in te frater tuus &c. Sed pro tunc nulli supposito ecclesie dedit potestatem vtendi tali potestate scilicet excōicandi: sed solū Ioannis vltimo quādo dicit Petro Pasce oues meas. ergo institutio talis potestatis prefuit anteq̄ esset aliquis qui haberet authoritatē vtendi tali ptāte. Simēliter in ciuilibus potest institui potestas aliqua vel aliquod genus cruciandi & puniēdi malefactores anteq̄ sit aliquis habens potestatē & authoritatē vtendi tali potestate. ideo opinio cuiusdā doctoris videt vera/ ꝙ q̄is Christus nullum instituisset papā puta Petrū nihilominus ecclesia potuisset aliquē instituere papā & supremū Hierarcham. Patet: anteq̄ petrus esset papa institutus/ auctoritas papalis erat iam instituta. ergo per electionem potuisset fieri ꝙ aliquis habuisset ptātē vtendi tali ptāte in subditos ecclesie sicut nūc eligitur papa. Istis suppositis. Patet prima ꝓpositio / videlicet ꝙ potestas ecclīastica est imediate a solo Christo instituta imo istituibilis. Patet/ nō pōt institui potestas ad regendū aliquā cōitatē nisi ab illa cōitate vel a superiori illius cōitatis/ quod probatur. Non potest aliqs obligari nisi per consensum suum vel ex precepto & voluntate superiorum: quia non est nisi iste duplex modus obligandi. sed ista potestas ecclesie est ad regendam cōmunitatem Christianam. ergo non potest instituí nisi a Christo superiori huius communitatis vel a communitate Christiana/ & non potest assignari superior cōmunitatis Christiane nisi Christus vel papa/ sed non pōt institui a papa nec a tali cōitate xp̄iana ergo solū ab ipso Christo/ ꝙ non a papa.

Patet/priusnatura eſt eſſe poteſtatē papa-
lem q̄ ſit papa.igitur.Similiter nullus pōt
ſe inſtituere in aliqua cōitate ſupiorē.ergo
q̄ non a tota cōitate.Patet/poteſtas aliqd
includens qd̄ ſupat & excedit oēm faculta-
tem humanā nō pōt inſtitui a cōitate hūa-
na.ſed poteſtas eccleſiaſtica aliqd includit
oēm poteſtatē humanam excedens ſcilicet
poſſe penam relaxare in purgatorio/& ali
quē excludere a ſuffragijs eccleſie puta per
excōicationē.Similiter includit poſſe con-
ſecrate corpusChriſti q̄ quidē excedūt oēm
poteſtatē humanā.ergo minor vera.Hoc
argumēto vtuntur doctores ad pbandū q̄
eccleſia tota non potuiſſet inſtituere aliqd̄
ſacramentū:qa ſacramentū aliqd includit ſci
licet conferre gratiā qd̄ tota poteſtatē hūa
nam ſuperat & trāſcendit.ergo nō poteſt
inſtituia ptāte hūana.¶Scda ꝓpoſitio/po
teſtaseccleſiaſtica ē in ſingulisſacerdotibus
equalis.Patet/qlibet ſacerdos quālibet ma
teriā pſecrabilē pſecrare poteſt/nec poteſt
quicūq; alter quācunq; aliā pſtitutionē fa
cere quin pſecret:ergo quilibet tantā habet
poteſtatē pſecrādi ſicut alter. Vnde nō pōt
facere papa q̄ ſi ſacerdos attentet conſecra
re panē triticeū quin pſecret.ſimiliter & vi
num:ergo q̄tum ad pſecrationē qlibet tan
tam habet ptātē ſup corpus Chriſti & ſan
guinē ſicut alius. ¶Tertia ꝓpoſitio/de ſe
cunda ptāte eccleſiaſtica ſcilicet adminiſtrā
di ſacramēta fidelibus eſt cōtrouerſia inter
doctores an in oibus ſit equalis vel non.&
hoc circa tria puncta.Primū eſt de adminiſ
tratione ſacramēti penitētie/vtrū ex inſti-
tutione Chriſti ſeclusa pſtitutiōe hūana ſit
tāta poteſtas in quocūq; ſacerdote ſicut in
quolibet alio/qd̄ eſt querere vtrū ſimplex
ſacerdos habeat tantā poteſtatē quēcunq;
fidelē abſoluēdi ſacramentaliter ſicut papa
ſeclusa pſtitutione hūana. Scdm punctū ē.
Vtrū ex inſtitutiōe Chriſti qlibet ſacerdos
habeat ptātē adminiſtrandi ſacramentū cō
firmatinois. Tertiū.vtrū quilibet ſacerdos
ex inſtitutiōe Chriſti habeat authoritatem
pferēdi ſacros ordines vel nō.Q̄ tū ad pri
mum duplex eſt modus dicēdi. Vnus quē
recitāt cōiter doc.& quem tenet Armacha-
nus & Durādus/q̄ oēs ſacerdotes ex inſti-
tutione prima Chriſti ſecluſa pſtitutiōe &
ptāte humana hūt equalē ptātē vnūquēq;
fidelē abſoluendi. Patet/ꝓcurrentibus oi-
bus q̄ ſunt de neceſſitate ſacramēti ſcdm in-
ſtitutionē xp̄i eſt verū ſacramentū & diſpo
ſito ſuſcipiēte/ talis ſuſcipit verū effectū ſa
cramēti:ſed ad ſacramētū penitētie neceſſa
ria ſūt miniſter/materia/& fōa.miniſter eſt
qlibet ſacerdos ex inſtitutione xp̄i/qa qlibet
ſacerdoti dictū eſt Ioan.xx.quorū remiſeri-
tis &c. Materia/ſunt pcta pfeſſa. Forma/ē
ipa abſolutio verbalis.abſoluo te &c. Diſ
poſitio ſuſcipiētis eſt ipa cōtritio. Tūc ar-
guitur ſic.ſcdm inſtitutionē Chriſti qlibet
ſacerdos eſt miniſter & accepit ptātē pferē
di hoc ſacramētū/& pcta pfeſſa ſunt mate-
ria/ ergo qñ iſta tria ꝓcurrūt verū eſt ſacra
mentū penitētie.Scdo probat.& multum
appareter/qlibet ſacerdos in extrema neceſ
ſitate vnūquēq; diſpoſitū realiter de facto
abſoluit.ergo realiter & de facto vnūquēq;
abſoluendi habet authoritatē. Patet/qa ſi
non haberet: in nullo caſu abſolueret.qa
non dat ſibi noua poteſtas ꝓpter nouū ca-
ſum ſupueniente.Item ſcdm multos alios/
nunq̄ fuit data iuriſdictio niſi qñ dictū eſt
Petro.paſce oues meas.& tñ erant ſacerdo
tes.ergo q̄tū ad abſolutionē ſacramentalē
qlibet quēlibet habet ptātē abſoluēdi.Pre
terea vt dicit Durādus/ſacerdos reuelās cō
feſſionē punitur nō ſolū tanq̄ reuelās ſecre
tum/ſed tanq̄ reuelās pfeſſionē: etiā dato
q̄ reuelauerit pfeſſionē nō ſui ſubditi ſecū-
dū pſtitutionē eccleſie.Preterea ſit ſortes q̄
ignoret pſtitutionē q̄ qlibet teneat ſuo pro
prio curato pfiteri & pfiteat alteri nō ſuo
nō ponēs obicē recipit verū ſacramentū.er
go talis ſacerdos miniſtrat ſacramentū. er-
go habet ptātē & authoritatē.Itē ſit ſortes
peccator credēs platonē eſſe ſuū curatū qui
de facto non eſt:ex tali ignorātia pfiteī illi
platoni & nō ponit obicē.talis recipit ve-
rum ſacramentum & rem ſacramenti.igi-

Prima opinio de ptāte ad miniſtrādi ſacramenta.

Cōtra p mā opi.

Scda ꝓpoſitio.

Tertia ꝓpoſitio.

tur.Plato illū realiter abſoluit.& ſic ſcdm
hāc opinionē qlibet ſacerdos ex inſtitutiōe
diuia & Chriſti habet tantā poteſtatē quā-
tum ad illā iuriſdictionē in foro interiori/
ſicut alius & ſicut papa/nec pōt papa face-
re quin abſoluat ſi attentet dūmodo alius
nō ponat obicē. ¶Contra hoc arguit ſic.
bene ſequtur.Iſte de facto qui cōfiteī alieno
& ignorat pſtitutionē de nō pfitendo alie
no eſt abſolutus.ergo ſi poſtea ꝓueniat ad
eius noticiā q̄ alter nō erat eius curatus nō
tenebitur amplius cōfiteri. Patet.nullus q̄
confeſſus eſt ſua peccata & eſt abſolutus ab
illis abſolutione ſacramētali teneat amplius
illa cōfiteri nec poteſt de nouo obligari ad
illa confitenda:ſed talis eſt abſolutus ſacra
mentaliter: ergo non poteſt iterū de nouo
obligari ad illa confitenda.Patet/nō eſt in
poteſtate pape q̄ fuerit realiter abſolutus
& ſacramentaliter & obligare eum denuo
ad confitendū.& hec eſt ꝓpoſitio Gerſon.
Nam imprimis cōfiteri peccatū eſt vnū ex
grauiſſimis & difficillimis preceptis legis
noue.ſed eccleſia non pōt obligare nos ad
ea que ſunt difficilima puta ad igreſſum re-
ligionis & ad perpetuam cōtinentiā.ergo
ſi ſum iam cōfeſſus peccata mea/eccleſia nō
poteſt me obligare ad illa eadē confitenda
Sed conſequēs ꝓpoſitionis predicte videt
falſum.puta q̄ talis qui cōfeſſus eſt p igno
rantiā ſacerdoti quē credebat ſuū curatū eē
qui tamē non erat nō teneatur iterū illa pec
cata confiteri. Patet/quia qlibet ſemel in an
no tenetur oia ſua peccata cōfiteri proprio
ſacerdoti.Scdo arguit Gerſon. Capio pec-
catorē adultū qui multa peccata pmiſit an
te baptiſmū:poſt baptiſmū eccleſia nō pōt
eum obligare vt pfiteat illa ante baptiſmū
cōmiſſa.Ratio eſt/qa illa ſunt ſacramētali-
ter dimiſſa per baptiſmū. ergo ſimiliter di-
cendū eſt in caſu pdicto.Itē multi dicunt vt
Scotus in quarto/q̄ pcta ſemel pfeſſa & ab
ſoluta ſacramētaliter nō ſunt amplius mate
ria pfeſſionis & ſi pfiteantur iterū/non erit
abſolutio ſacramētalis nec ſacramentū nec
aliqd opabitur in eo q̄ iterū illa confitetur.
hoc eſt nō pferet gratiā.& eſt probabilior
opinio q̄ oppoſita. Et ego pcedo cū Gerſo
no q̄ talis nō tenebitur amplius pfiteri ſua
peccata q̄ fuerunt ſacramentaliter dimiſſa.
Vñ dicit Gerſon in lectionibus ſup Marcū
q̄ eccleſia nō pōt aliquē obligare ad pfitē-
dum peccata a q̄bus eſt ſemel abſolutus ſa-
cramentaliter.& pcipue innititur iſti ratio-
ni.nō pōt eccleſia imponere onus vltra qd̄
impoſitū eſt a Chriſto & ex difficillimis.er
go cū iam adimpletū eſt iuxta pceptū Chri
ſti/eccleſia nō pōt amplius obligare ad ite
rum pfitendū.& talis ſi omiſit aliqd̄ pecca-
tum a tēpore pſentis abſolutiōis pfiteatur
proprio ſacerdoti. ¶Prima igit opinio eſt
q̄ poteſtas abſoluēdi ſacramētaliter a pcīs
eſt in oibus ſacerdotibus equalis.& ſi atten
tarent abſoluere abſoluūt:niſi pfitēs ponat
obicē/nec poteſt facere papa qn abſoluant
ſi attentēt:qa nō poteſt facere papa q̄ poſi-
tis neceſſarijs ad ſacramentū quin ſit ſacra-
mentū illis tribus ſupradictis poſitis.ergo
nō pōt facere qn ſuſcipiēs recipiat gratiam.
¶Scda opinio eſt/q̄ ex inſtitutiōe Chriſti ē
maior poteſtas eccleſiaſtica q̄tum ad admi-
niſtrationē ſacramēti penitētie in vno q̄ in
alio.hoc declarās Gerſon pſideratione qn-
ta ait q̄ anteq̄ aliquis poſſit abſolui ab alte
ro duplex requritur ſubiectio.vna ſpōtanea
qua qs ſe ſubijcit libere in tali foro ſecreto.
Scda ſubiectio eſt iuriſdica q̄ ſcilicet nō eſt
ex ſpontanea ſubiectiōe ſed ex authoritate
ſupioris facta/ iō dicit iſta opinio q̄ anteq̄
aliq̄s abſoluat alterū ſimplr ſi tēnet requritur
illa duplex ſubiectio ſcilicet ſpōtanea & iu
riſdica. Vltra dicūt doct.q̄ ex inſtitutione
xp̄i in nullius fuit ptāte niſi in Petro/ita q̄
xp̄s nullos hoies vnq̄ ſubdidit alicui niſi pe
tro qñ fecit eū curatū vſis eccleſie illo verbo
paſce oues meas/tūc xp̄us ptulit ptātē iuriſ
dicā Petro /& cūctos xp̄ianos ſignatos ca-
ractere baptiſmali fecit ſubiectos Petro ſub
ſubiectiōe iuriſdica. Vltra dicūt q̄ ētē veri
ſimile q̄ ex inſtitutiōe hūana epatus diuiſi
ſunt a petro vel a ſucceſſoribus eius/vel ab
epīs.nā q̄ ſit vna cura hic & alia alibi ñ iſti

Reſolutio prime opinionis

Secūda opinio.

tuit Christus: sed institutum est ab ipso cui collata est potestas a Petro vel a successore eius hoc instituendi & diuidendi curas & episcopatus, nam alijs dedit authoritatem iurisdicam & quibusdam certum populū, tunc dicunt q nullus dato q attētet absoluit nisi i illo sit illa duplex subiectio. & hec opinio potest suaderi apparēter. Primo/si ex institutione Christi qlibet posset in quē libet vti ista potestate clauis: sequitur q sicut papa non potest impedire quin degradatus & suspensus consecret si attentet/ita non poterit impedire quin etiam absoluat & sacramentaliter in foro conscientie si tentet absoluere. antecedēs patet/qa papa nō potest imutare quod est ex institutione diuina. sed ex institutiōe diuina habet authoritatem consecrandi. eodē modo si habeat potestatem absoluēdi ex institutione diuina absoluet. sed cōsequēs est falsum. qđ patet. qa qui absoluitur ab excōicato non est absolutus in capitulo ad probandū de sententia & re. iudi. hoc argumētū facit de palude: sed non est multū ad propositū/quia loquitur de sententia in foro exteriori/sed probatur apparētius p capitulū oīs vtriusq; sexus. dicitur q si aliquis iusta de causa alie no voluerit cōfiteri sacerdoti petat licentiā a pprio alias nō poterit absolui ab alio vel ligari. ergo si iste qui nō est suus curatus si attentet illū absoluere non absoluet. & q hoc sit de iure diuino videlicet q nullus possit eligere pfessorē sine licētia sui curati vel superioris. patet p capitulū si episcopus de penitētijs & remissionibus lib. vj. vbi dicitur q nulla psuetudine introduci potest q aliqs posset eligere pfessorē preter licentiā superioris. tūc bene sequitur nulla consuetudine introduci potest q aliquis posset eligere pfessorē qui possit absoluere per liberam subiectionem: ergo q iste alteri non possit: est de iure diuino/qa contra qđlibet ius pure humanū aliqua cōsuetudo introduci potest. patet p prescriptionē imo magis statur cōsuetudini quādo est ptra ius pure positiuum qđ nihil habet de iure diuino vel naturе admixtū. Ex quo sequitur q i papa est maior potestas ad ministrādi sacramentū penitentie q̄ in quocūq; alio/quia iure diuino. ergo quicūq; se subijcit libere absoluitur a papa & nō a quocunq; alio. Ex quo sequitur secdo q quicunq; pfitetur alteri non curato quē credit iuincibiliter esse suū curatū licet absoluatur propter ignorantiā nihilominus illa absolutio nō est sacramētalis. Patet/ibi nō est materia sacramenti penitētie que requiritur iure diuio scilicet subiectio illa iuridica/sed in tali casu est tantūmodo subiectio prima que nō sufficit. igitur. Cōtra hāc opinionem sunt apparētie magne/ quoniā secundum hāc opinionē sequitur q papa a nullo posset absolui sacramentaliter. Patet/quia nō est alicui subiectus nisi prima subiectione scilicet voluntaria & nō iuridica. quia papa nō habet superiorē preter deū ergo nō est subiectus alicui ista secūda subiectione. ergo si regritur ista duplex subiectio papa non poterit sacramētaliter ab aliquo absolui. Itē sacramētū penitentie institutū fuit Ioan. xx. quorū remiseritis, in die resurrectionis sero cum itroiuit ianuis clausis postea fuit dictū Petro. Ioan. xxj: pasce oues meas/tūc arguitur sic. In illo tēpore intermedio fuerūt plus q̄ octo dies intermedij a rēpore institutionis sacramēti penitentie anteq̄ diceret Petro pasce oues meas In quo verbo fuit data illa subiectio iuridica. ergo simpliciter ex institutione diuina nō regritur ista scda subiectio sed solū pria. Solutio

Q Ctum ad primū argumentū sequitur q papa anullo &c. nego ꝓnam. quia papa ē vel potest esse peccator/ergo pōt obligari vt cōfiteatur. ergo pōt alicui pfiteri sacerdoti qa anteq̄ pfessio sit sacramentalis regrit duplex subiectio de necessitate. dicit Durādus in quarto di. xix. q est verū in oibus alijs a papa/dans tale cām q clauis ista q̄vocatur potestas iurisdictiōis i foro penitētiali q̄tū est de se ē respectu oīm hoīm & pctōrū & ē primū eius dictū q in institutione illa quorum remiseritis, nulla fuit facta exceptio. Dicit vltra q talis potestas clauis fuit facta

Petro respectu aliorum a se ita q non est iclusus in illa nec̄ successores eius quia Petrus nec eius successor potest seipsum absoluere. igitur a quolibet sacerdote absolui potest. ideo in illo non requiritur talis secunda subiectio iuridica, secus est de alijs qui non possunt absolui sacramētaliter nisi sint subiecti ista duplici subiectiōe. Quātum ad secundum cum arguitur sacramentum penitentie fuit institutum anteq̄ diceretur Petro, pasce oues, ergo in illo tempore intermedio confiteri potuit, & tunc nulla erat subiectio secunda. ergo talis non requiritur anteq̄ quis possit hoc sacramentū conferre & alius recipere. Dico q cōsequētia non valet/hoc sacramentum erat institutum anteq̄ &c. ergo poterat conferri ab aliquo puro homine. nam Christus instituit sacramentum eucharistie anteq̄ essent instituti ministri & sacerdotes. ideo non sequitur/est institutum ergo potest conferri ab aliquo puro homine/quia stat q nondum sit institutus minister illius sacramēti. Alia difficultas circa hanc materiā & arguitur multum apparenter. in extrema necessitate quilibet sacerdos quelibet absoluit sacramentaliter etiam a quocunq; peccato/& tamen non habet iuridicam auctoritatem super personam illam sed solum per liberam subiectionem. ergo illa iuridica auctoritas non requiritur. Quantum ad hoc dico q habet auctoritatem iuridicā ex pmissione, quia auctoritate ecclesie vel pape. Nā papa quelibet sacerdotē cōmittere potest vt quelibet absoluere possit. Alia difficultas quā tractat de palude i. iiij. Sortes est i extrema necessitate vel i maxio periculo mortis nullum habet sacerdotem preter sacerdotē excommunicatum vtrum teneatur illi confiteri. videtur q non, quia non debet participare cum excommunicato/a fortiori nec cum illo in sacramentis. Similiter videtur q talis sacerdos excommunicatus/non potest illum absoluere. quia sententia lata ab excommunicato nulla est/Dicit de palude q tenetur confiteri illi & potest illū absoluere, quia illa necessitas equiparatur ignorantie ideo excusatur. & talis necessitas nō habet legem. Nam participare cū excōmunicato qui ignoratur excommunicatus/ nō est peccatum/in capitulo ad probandū de sententia & re iudicata, si est publice excōmunicatus sententia est nulla. ergo per argumentum a contratio sensu si est secrete/ sententia est bona. Item certum est q teneor participare cum excommunicato in necessitate corporali. ergo a fortiori in spirituali & anime. vt si non possum sacramentaliter ab alio absolui teneor petere absolutionem ab excommunicato. & dicit de palude q iste excommunicatus nō possit/est solum de iure positiuo. sed necessitas non subijcitur legi positiue. q̄is semper subijciatur diuie. cum ergo necessitas non ē subiecta legi positiue. ergo potest cōtra rigorem iuris positiui non autem contra intentionem. Ideo relinquitur satis probatū q secūdū hāc opinionem oēs sacerdotes sunt impares quantum ad hanc secundam potestatem. An quilibet sacerdos confirmare possit

Ani ca⁹ sua aliquis teneat cōfiteri excōmunicato

Q Alia difficultas. vtrum oēs sacerdotes sint equales in administratione sacramenti confirmationis. Dicit Armachanus & Marcilius q omnes sunt equales in collatione sacramentorum & quilibet potest de facto q̄is non possit de iure: sed opinio communior est q solus episcopus est minister huius sacramenti confirmationis & ordinis. patet de consuetudine ca. quanto. Quarta positio.

Q Quarta positio. quantum ad hāc materiam non omnes sacerdotes sunt equales puta quantum ad ecclesiasticam potestatē iuridicam & publicam que respicit forum exterius ad quam spectat peccata punire/ conferre beneficia/cōstitutiones edere/excōmunicare/degradare/indulgentias cōferre. & q̄is ista propositio non possit ex sacris litteris deduci/est tamē firmiter tenēda ita q in vno est maior potestas q̄ in alijs patet sic. quia opposito dato sequitur q ordo Hierarchicus esset omnino inordinatus & confusus/quia quando vnus ligaret esset in potestate alterius soluere. Item se

quitur ꝙ nullus presbyter haberet potestatem super alterum q̃tum ad hanc potestatẽ coarctiuam/quia par in parem nullum habet imperium. vnde papa oẽs potest punire & nullus ipsum. ergo sequitur ꝙ ex institutione Christi non omnes sunt omnino equales. Item si episcopus attentet excommunicare non suum/talis non est excõmunicatus. ergo non habet auctoritatem diuinam a iure diuino. Item arguitur apparenter Christus fuit sapiẽtissimus quia plenus sapientia & ꝙ instituerit optimam polytiã sed optima polytia debet regi regimine regali vt dicit Aristoteles in polyticis/ hoc ẽ ꝙ sit vnus qui in vnum quemcꝫ habeat auctoritatem punitiuam & nullus alius in alium. ergo verisimile est ꝙ in spiritualibus Christus instituerit superiorem qui habeat quemlibet coercere & nullum super eum. ideo vni. s. Petro & successoribus eius data est vniuersalis potestas constituendi canones & conferendi beneficia/ dignitates ecclesiasticas/per totum vniuersum orbẽ & nulli alteri. Ipse enim in vniuerso orbe habet preuentiones & potestatem conferẽdi indulgentias plenarias in toto orbe & nullus alter hoc facere potest. hic dicit Scotus ꝙ papa potest aliquem auctoritate a Christo sibi collata excommunicare maiori excõmuncatione. & ratio sua est quando est aliquis excommunicatus maiori excõmunicatione quilibet tenetur talem vitare. sed episcopus in diocesi alterius nõ potest hoc prohibere neqꝫ ligare maiori excommunicatione ideo sequitur ꝙ est maior potestas secundum institutionem Christi in vno q̃ in singulis. imo in vno est suprema & in quibusdam alijs est solum potestas iferior ad illam que est suprema/& talis vocatur potestas papalis & est libera facultas propiqua vtendi potestate ecclesiastica in quemlibet Christianum. Ideo resolutorie dicendum est ad istam secundam questionem ꝙ quantum ad iurisdictionem que respicit forum exterius ꝙ non est in singulis sacerdotibus equalis sed est vna suprema scilicet in ipso papa etiam ex institutione Christi & non solum humana.

Quid sit ptãs papalis. Resolutio secunde opinionis

¶An suprema potestas ecclesiastica possit duobus simul ex equo cõferri. Capitulum quintum.

COnsequenter videndum est vtrũ ista suprema potestas que est suprema in vno possit duobus simul ex equo conferri ita ꝙ polytia Christiana que ẽ regalis possit commutari in aliam speciẽ puta in aristocratiã vel thymocratiam & hoc lege euangelica stante propter aliquam legitimam superuenientem causam. & videtur ꝙ sic. nam aliquando fuerunt duo quorum quilibet erat papa ex equo. vnde hic vnũ quod supponitur verisimile est ꝙ Petrus vsqꝫ ad mortem exclusiue fuit papa sed simul cum eo ipso adhuc viuente fuit Clemens etiam papa habens plenitudinem huiusmodi potestatis. ergo illa potestas aliquãdo fuit duobus cõmunicata ex equo/ maior est nota quia Petrus habuit illam a Christo instituente ipsum sed minor patet in capi. Si Petrus. viij. questione prima dicitur ꝙ Petrus Linum & Cletum adiutores assciuit dãs normam apostolicam: & potestatem ligandi non contulit Lino sed tantum Clementi qui beato Petro tradente sedem apostolicam meruit obtinere. habet ex illo capi. ꝙ talis potestas ligandi & soluendi Petro viuente fuit i Clemẽte & hoc habetur in hystorijs summorum pontificũ ꝙ Petrus fecit Clemẽtem papam & hoc ipso adhuc viuẽte. Item arguitur. possunt esse duo episcopi ex equo in eodem episcopatu/similiter duo curati i eadem cura. ergo & duo pape. consequentia tenet: quoniam papa nichil aliud est q̃ curatus vniuersalis ecclesie. Probatur antecedens. Nam augustinus accessit Valerio Hyponensi episcopo & factus coepiscopus. ergotã Valerius q̃ Augustinus in solidum quilibet erat episcopus hyponensis. ergo i vtroqꝫ erat potestas illa ex equo. Item possunt simul esse

duo imperatores quorum quilibet est imperator/ex capitulo nunc autem. xxj. distinctione dicitur tempore Maximiani & Diocletiani Augustorum. ex hoc verbo augustorũ sequitur ꝙ quilibet erat augustus ergo erant tunc duo imperatores. Item supponitur ꝙ omnis verus successor Petri habet eãdem vel tantam potestatem ex institutione Christi/quantam habuit Petrus. Itẽ tũc arguit sic/si sit possibile duobus istã supremam potestatem communicari vt Lino & Cleto querit an Linus possit ligare Cletum vel non/si sic ergo Cletus non est papa/cum habeat superiorem i spiritualibus scilicet Linum immo implicat ꝙ papa habeat superiorem in spiritualibus & potestate ecclesiastica & sit papa/si non: ergo ista positio falsificatur de successore Petri/ tibi dabo claues & quodcũqꝫ ligaueris super terram &c. quia non potest ligare illum ergo non habet tantam potestatem quantã habuit Petrus ex institutione Christi/& non loquor de ligatione i foro interiori sed exteriori coerciuo/implicat ꝙ papa iuridice ab vno ligetur (non dico a cõsilio) & si talis non potest ligare ergo non est papa. nã

Ptãs papalis secũdũ nicolaũ de Lusa

Nicolaus de Cusa dicit ꝙ papalis potestas est libera super alios a se ligandi & soluendi facultas. sed in isto casu Linus non esset papa/quia non posset ligare Cletum. & sic videtur ꝙ polytia regalis Christiana non potest mutari in aliam speciem. & hoc querit Occã in secunda parte dyalogi libro secundo capitulo a vicesimo vsqꝫ ad vicesimum octauum. ¶Pro veritate elucidanda termini prius declarandi sunt. nam politia regalis non est nisi polytia in qua quidem vnicus recte dominatur ad vtilitatem totius communitatis. Aristocratica est quãdo pauci dominantur ad vtilitatem communem. Timocratica quando valde multi dominantur ad vtilitatem communem. Hoc declarat Aristo. viij. ethi. ca. x. dicens ꝙ triplices sunt reipublice species & totidẽ trãsgressiones. s. regnum optimorũ potestas & tertia censupotestas. & inter has sũma & optima est regnũ. Infima autem cẽsupotestas/& media est potestas optimorũ/& species oppositę siue transgressiones sunt regni trangressio/ tyrãnis. optimatũ potestatis/paucorum potentia. & censupotestaris/popularis potestas. vltra supponitur ꝙ nulla est polytia pure ciuilis & nulla est regalis quin possit mutari i aliam speciem puta Timocraticam vel Aristocraticam. quelibet talis est instituta iure pure positiuo. ergo quelibet potest in aliam mutari. Istis suppositis fit prima propositio. i nullo est suprema potestas spiritualis quin ipso viuente alteri conferri possit. patet. nullus habet istam plenitudinẽ potestatis qui possit libere cedere adueniente legitia causa/quo facto alteri poterit conferri. maior patet per capi. quoniam libro. vj. de renũciatione. Similiter habetur de Marcellino qui cessit marcello. Similiter de Clemente qui cessit Lino/ ergo nullus habet plenitudinem huius potestatis quin simpliciter cedere possit sicut dicitur in illo capitulo prealligato. quia difficultas erat vtrum papa possit papatui cedere/hoc est renunciare illi potestati quam nunc habet Dominus de Gerſono allegat tres rationes pro vna parte. sed glo. illius capi. dicit ꝙ non/quia ois renunciatio debet fieri in manibus superiorum. sed papa non habet superiorem. igit. rationes Gerſon & valentiores sunt iste. notum est ꝙ quando papa consentit electioni facit votum de regenda vniuersali ecclesia sicut monachus de obseruãda regula. tũc sic. nullus potest dispẽsari a voto nisi a superiore/sed papa nullum habet superiorẽ a quo possit dispensari super tali voto emisso de regenda ecclesia/nec potest i melius commutari. ergo non potest cedere papatui. Secunda ratio/quia est verum matrimonium spirituale intet papam & ecclesiam. sed sicut in matrimonio carnali non fit solutio nisi causa fornicationis. ergo similiter nisi papa fuerit hereticus non poterit cedere a potestate illa. tamen non obstantibus illis rationibns fuit cõclusum ꝙ papa

Prima positio.

potest cedere & renunciare inducti exẽplo illo sanctorum qui ita cesserunt. Cõtra/ nõ fit renunciatio nisi in manibus superiorum Dico q̃ verum est si talis habeat superiorẽ Ad aliud papa emittit votum, sed quilibet tenetur obseruare votum nisi dispensetur ab isto habente auctoritatem hoc faciendi sed nullus est qui hoc possit facere. Igitur, dicit Gerson q̃ quãdo votũ vel emissio & obseruatio voti vergit in detrimentum salutis vel in peiorem exitum puta in periculum mortis corporalis non est obseruãdũ, vt si vouerem toto isto anno manere i hoc loco & vigeret pestis non tenerer illud obseruare, vide in capi. de iureiurãdo/ sed q̃n potest haberi superior recurrendum est ad illum vt declaret illud votum non obligare, ideo quando tale votum pape vergit i peiorẽm exitum salutis non amplius obligatur per illud sed vbi est sufficiens nõ debet cedere nisi sit alius q̃ valde notabiliter sit sufficientior. Quantum ad tertium dicit q̃ aliud est matrimoniũ corporale & spirituale, nam matrimonium corporale denotat matrimonium inter Christum & ecclesiam presentialiter sed non significat ita presentialiter matrimonium iter papã & ecclesiam quod non est ita idissolubile sicut corporale, resolutio ergo est q̃ papa potest alteri cedere talem potestatem supremã. ¶ Secunda propositio, non potest duobus ex equo ista potestas spiritualis stãte lege euãgelica conferri ita q̃ quilibet habeat plenã hoc est q̃ ipsa remanente in ipso alicui alteri conferatur, ista propositio ponitur i glosa/ nona, q. i. in ca. nõ autem, nam ista duo non stant q̃ in isto remaneat plenitudo huius potestatis & alteri conferatur & ponat q̃ sint duo, s. a & b habentes talem plenitudinem potestatis spiritualis ex equo, tũc vel a potest ligare b vel non: si non & prius potuit ergo diminuitur eius potestas. Si primum videlicet q̃ possit ipsum ligare ergo b non habet istam supremã potestatem. glosa allegat multas rationes/ pria est q̃ ecclesia catholica est vna, patet, habetur in vno articulo credo in vnam sanctam ecclesiam, & non est vna nisi vnitate capitis & contra illum articulum non potest fieri dispensatio, ergo non potest talis potestas simul duobus conferri. Secũda ratio, Christus instituit vnicum caput ecclesie & non potest ecclesia cõtra institutionem Christi, igitur. Item tertia ratio apparentior/ ecclesia est vnum corpus mysticum cuius papa est caput, ergo si essent duo ex equo tũc illud corpus haberet duo capita non subordinata, ergo esset corpus monstruosum q̃uis habeat duo capita vnũ alteri subordiatum, s. papam qui Christo vero & principali capiti ecclesie subordinatur. cõsequẽs est falsum: ergo secunda propositio vera. & ad rationes in oppositũ de Petro & Clemente secundum hystorias cum dicitur q̃ Petrus instituit Clementem papam, dico q̃tum ad hoc q̃ non est euidens ex sacris literis q̃ petrus sẽp fuerit papa vsq; ad mortem, fortasse videns petrus q̃ erat propinquus morti & q̃ non posset ecclesia neq; fideles ipso mortuo facile congregari p eligẽdo successore voluit vtilitati ecclesie cõsulere & cessit, vnde dicit Occã q̃ non regulariter papa potest instituere successorẽ sed solum in casu puta quãdo sequitur magna vtilitas ecclesie & periculum est in mora tunc potest cedere & alterum constituere. Secundo dicit q̃ in illo capitulo prealegato nõ habetur q̃ Petrus instituerit clemẽtem papam: sed solum q̃ dederit illi potestatem ligandi & soluendi sicut suo vicario sed tamen dependenter sicut episcopus potest instituere vicarium & tantum operabitur q̃tũ ad hoc q̃d est ligare & soluere, sicut propriꝰ episcopus sicut sunt episcopi suffraganei: sed tamen dependẽter quia poterit retrahere quando voluerit. Dico etiã q̃ Petrus instituit Clementem vicarium/ sed tunc est difficile saluare quomodo clemens successerit papatui nisi fuerit electus post mortem Petri. Quantum ad secundum argumentum/ stat in eodem episcopatu esse ex equo duos episcopos vt patet de Augustino & Valerio in ca. non autem. glo. dicit q̃ Augustinus nõ erat adeo principalis episcopus vt Valerius/ sed Valerius retento titulo administrationem dedit Augustio tanq̃ idoneo ac suffraganeo retenta tamen dignitate episcopali: verũtamen dato q̃ possint esse duo episcopi ex equo tamen non sequitur q̃ duo summi põtifices. & ratio est, nã q̃ in episcopatu Hyponensi vel alio sint duo episcopi hoc nõ est ex institutione diuina & Christi sed humana. sed q̃ sit aliquis q̃ habeat regere totã Christianitatem est ex institutione Christi: & q̃ aliquis regat hunc episcopatum ẽ ex institutione humana/ ideo potest cõmitti duobus ex equo/ alia vero que est ex institutione Christi nõ potest/ neq; aliquis potest contra talem constitutionẽ q̃ ex equo duobus conferatur, ideo consequentia nõ valuit videlicet possunt esse duo episcopi in vno episcopatu, ergo & duo summi pontifices. Ad secundum cum dicitur possunt esse duo imperatores ex equo/ trãseat nam imperium non est dominium a iure diuinum introductum, sed solum a iure positiuo, ideo dominiũ regale potest mutari i Aristocraticũ vel Timocraticũ, sed ipsa potestas papalis suprema i spiritualibus est potestas ex iure diuio introducta a Christo immediate instituta, ideo non põt mutari i aliud genus dominij aliud ab illo qd̃ Christus instituit. Habet ergo resolutorie q̃ plenitudo illius potestatis in aliquo existente non potest ex equo alteri cõferri ita q̃ quilibet eorum seorsum habeat illam. Similiter non potest aliquibus conferri ita q̃ nullus eorum seorsum habeat: sed q̃ illi copulatim habeant secluso concilio generali nam concilium id est illi de cõcilio simul iuncti possunt facere ea que sunt iurisdictionis & nullus eorum seorsum nisi ex cõmissione plurium sicut in Aristocratico dominio vel Timocratico. Similiter dico q̃ ista plenitudo potestatis non potest esse pluribus ita q̃ nullus seorsum habeat. q̃ si hoc posset fieri ponatur in esse videlicet q̃ duo habeant illã & nullus seorsum sine alio q̃tũ ad exercitiũ. & sit Linus & Cletus iam queritur vel Linus est verus papa vel non. si nõ ergo Linus potest excommunicari. queriꝰ ergo a quo ferret sententia excommunicationis super Linum, non a solo Cleto/ quia non solus habet illam potestatem quia Linus habet etiam illam. & non cõsentiet q̃ non potest Linus nec participaliter nec totaliter ferre sententiam super seipsum. Similiter dicẽdum est e diuerso q̃ Linus nõ posset excommunicare Cletum, ergo videtur michi q̃ hoc repugnet videlicet q̃ aliquibus duobus copulatim conferatur/ ita q̃ nullus eorum seorsum habeat illam sed illi simul iuncti. Igitur soli vni potest cõferri & talis põt pro rationabili causa cedere sed ipso sedente necesse est q̃ vnico supposito conferatur.

Secũda Positio.

Resolutio

¶ An supreme due potestates scilicet ecclesiastica & laica in eadem persona cõcurrant. Capitulum sextum.

VIsum est in precedẽtibus quid potestas suprema ecclesiastica quomodo illa non potest duobus ex equo conferri sed de necessitate ex institutione diuina residet in vnico supposito non tamen quin aliquando possit stare in nullo supposito vt quando papa est mortuus, sed si ipsa sit oportet q̃ de necessitate sit in aliquo determinato & non in duobus. Queritur nunc vtrum ista suprema potestas spiritualis & suprema potestas laicalis in eadem persona concurrãt. ¶ Circa hanc questionẽ ponũtur tres opiniones, sed anteq̃ accedamus ad illas prio notandum ex Ioanne de Parhisius, vij. capitulo tractatus q̃ ista duo differunt scilicet habere dominium seu proprietatem in rebus temporalibus & habere iurisdictionẽ i ipsis, nam habere dominium proprietatis in aliquibus rebus temporalibus nichil aliud est q̃ habere facultatem propinquam vtendi/ disponendi/ alienãdi/ retinẽdi/ illas res

pro libito sicut habet vnusquisq; laicus in rebus quas labore proprio aut successione acquisiuit sibi/& hoc regulariter. sed habere potestatem iurisdictionis est habere facultatem propinquam dicendi ius & sententiandi quid iustum/aut quid iniustum & auctoritatiue sententiandi que res ad vnum & que ad alium spectet. vnde i rebus meis habeo potestatem dominij: sed non potestatem iurisdictionis sed ipse princeps vel substitutus a principe. nam certum est q; potest perturbari pax & respublica per hoc q; alius vsurpat alienum. vel per hoc q; aliquis nimis amat que sua sunt & nult pro vtilitate reipublice communicare. hic est q; a populo constitutus est princeps qui habeat auctoritatiue sententiare quid huius vel illius & quid faciendum pro reipublice vtilitate & pro tuitione ipsius aliquid exigere. ¶ Ex istis infero correlaria. primum q; tria sunt de integritate potestatis iurisdictionis i rebus temporalibus. primū est potestas seu facultas propinqua quod idem est auctoritatiue sententiandi quid ad vnū spectet vel quid ad alterum & hinc orta disputatione inter duos dicētes hoc est meum hoc est tum recurritur ad principem vt recte sententiet. Secundum est potestas iniuriantē alterum penis condignis ad eius peccatū afficiendi. Tertium est potestas ab vnoquoq; secundum debitam proportionem tributa et vectigalia exigendi. hinc est q; in principibus est potestas iponendi pedagia & tributa. Secundū correlarium. ista duo simul stant iste habet potestatem supremam iurisdictionis & iste est pauperrimus qtū ad potestatem dominij aut proprietatis in rebus temporalibus. patet. si esset aliqua cōmunitas in qua esset vnus pauper abundans sapientia potest illa communitas illum constituere eorum principem. tunc arguit sic. Ex ista electione iste habet potestatem iurisdictionis/hoc est sententiandi quid vnius & quid alterius/exigendi ab eis/& eos penis condignis afficiendi & talis est pauperrimus. ergo correlarium secundum verum

Pulchra correlaria

Primū

Secūdū.

Tertium correlarium est q; talis ex iure naturali habet ius ab vnoquoq; exigendi secundum debitam proportionem ad condecentiam sui status. patet. si seminet inter eos ius debet eorum temporalia secundū decentiam sui status metere. ergo iure naturali tales illi obligātur. Quartum correlarium q̄is habeat potestatem etiam in homines illi tamen non sunt eius serui: sed manent liberi. Vnde Aristoteles dicit q; rex ē qui dominatur aliquibus tanq̄ liberis: sed dispotes est ille qui dominatur aliquibus tanq̄ seruis & talem ponit differentiā Aristoteles inter dispotem & regem. vnde de ratione regalis dominij est q; rex dominet aliquibus tanq̄ liberis. & de ratione dispotis q; dominetur aliquibus tanq̄ seruis. Primum correlarium. multū refert de Christo querere an habuerit potestatem dominij i singulis rebus temporalibus vel an habuerit potestatem iurisdictionis in singulis rebus temporalibus. patet. quia multum differunt habere potestatem dominij aut iurisdictionis. Vltimum correlarium probabile. non repugnat fratri minori habere supremam potestatem iurisdictionis i rebus temporalibus q̄is ei repugnet habere sup̄mam potestatem dominij aut proprietatis in ipsis. prima pars probatur & apparēter nam si aliquis frater minor eligatur in papam habet potestatem dicēdi ius in illis rebus temporalibus aut terris que immediate quo ad temporalia subduntur iurisdictioni pape. hoc est habet potestatem & auctoritatem sententiandi duobus altercātibus de re hoc tuum & non illius/& hoc est habere potestatem iurisdictionis in temporalibus. ergo non repugnat professis habere potestatem iurisdictionis i temporalibus. q; autem repugnet ipsis habere dominium patet ex voto. Istis suppositis sit pria propositio. Summus pontifex vel ille qui habet supremam potestatem in spiritualibus non habet in singulis hominibus & singulis rebus temporalibus supremam potestatem dominij seu proprietatis (quod idē ē)

Tertium

Quartū

Rep. ad.

Dispotes

Quintū.

Prima propō.

ex institutione diuina. patet sic. lex Christiana ex institutione diuia est lex maxime libertatis in ordine ad legem Mosaycam q̄ dicebatur lex seruitutis in ordine ad nouā sed si summus pontifex haberet supremam potestatem dominij i singulis rebus/ esset lex intollerabilis: & nullo modo libertatis patet. quia quilibet esset seruus pontificis & posset de rebus cuiuscunq; disponere ad libitum & ipsis inuitis res suas in omnium alterius transferre/sed hoc esset intollerabilis seruitutis. ergo ex institutione diuia nō habet supremam potestatem dominij i singulis hominibus & rebus ipsorum. imo dicere oppositum vt dicit Occam est multū hereticale & pernicios um: quia aliqui voluerunt dicere q; erat dominus quantū ad proprietatem rerum & poterat disponere de ipsis dum modo non esset contra legem diuinam vel naturalem: sed hoc sapit heresim. Qantum ad id quod tactum est in probatione huius propositionis notandū q; lex Christiana est lex supreme libertatis precipue in ordine ad veterem legem. patet Iacobi primo capite. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis. & ad Gal. iiij. Sumus filij libere & non ancille: vbi comparat legem nouam ad vetetem &c. ¶ Secunda propositio i qua iacet difficultas totius materie que est de intentione ipsius Occā est: q; summus pōtifex ex institutione christi non habet supremam potestatem iurisdictionis in rebus temporalibus. patet. ille qui possidet res tēporales iure alterius puri etiam hominis nō habet in illis supremā potestatem iurisdictionis: imo alter cuius iure possidet habet maiorem potestatem i illis: sed summus pontifex est huiusmodi: ergo/patet minor ex Augustino & ponit i capitulo quo iure octaua distinctione. dicitur quo iure defendis villas ecclesie (loquitur de temporalitate) & vocat ius humanū ciuile. ideo querit quo iure an diuio vel humano. statim probat q; non iure diuio qa domini est terra. ergo iure imperatoris dicitur hec villa est mea hec est tua: ergo seqū

Secūda propositio

manifeste q; iure imperatoris dicitur hec villa vel hic seruus dicitur esse ecclesie: ergo iure alterius papa possidet terras ecclesie. Itē ille non habet supremam potestatem iurisdictionis in rebus temporalibus qui p cursum rerum temporalium habet alterius legibus vti. sed papa est huiusmodi. igitur. maior est nota quia iste cuius legibus vtit/ habet maiorem potestatem & proprietatē minor patet. in capitulo cū ad verū distin. lxxxxvj. vbi ponuntur due dignitates distincte & vnaquaq; indiget altera. Item tertio ille non habet supremam potestatē (loquor ex iure diuino) contra quem i temporalibus potest fieri prescriptio: quia in his que debentur iure diuino non potest fieri prescriptio. sed cōtra papā in tēporalibus pōt fieri p̄scriptio. igitur. Nota q; nūq; potest fieri prescriptio contra ius diuinū hinc est q; nunq̄ potest fieri prescriptio de obedientia que debetur pape &c. sed cōtra res temporales pape saltem centum annorum potest fieri prescriptio. & iste sunt rationes satis apparentes q; summus pontifex non habet supremam iurisdictionem i rebus tēporalibus/& hoc potest probari per auctoritates scripture. nam habetur Matthei. xx. Principes gentium dominantur. vos autē non sic: dicebat Christus apostolis. Similiter videtur q; Christus non habuerit hanc potestatem: quia duobus litigantibus sre spondit quis me constituit diuisorem inter vos ¶ Tertia propositio que magis de mente doctoris est q̄ opposita. & ponitur contra opinionem prius tactam q; iste due potestates ex natura rei non ita repugnant quin in eodem supposito possint inueniri. patet multipliciter. nam ad habendam iurisdictionem supremam in temporalibus satis est habere prudētiam de rebus temporalibus per quam iudicandum ē qd agendum vel non agendum in illis & iustitiam per quā possit aliquis sentētiare quid vnius & quid alterius. sed ista duo non repugnant illis que requiruntur ad potestatem in spiritualibus. igitur. Item probatur

Tertia p positio

secundo, vt dicit Durandus de origine iurisdictionis, nam i Moyse erat suprema potestas iurisdictionis in temporalibus quia ad ipsum erat recursus pro iustitia habēda sed in ipso eodem fuit suprema potestas in spiritualibus, maior ē ex Pēthateuco Moysi: sed minor probatur. nam Moyses consecrauit Aaron in presbyterū, ergo erat superior. Similiter ipse Moyses obtulit sacrificium domino: ergo in ipso erat suprema potestas tā spiritualis q̄ laicalis. Similiter Machabei habuerunt supremam potestatē iurisdictionis in temporalibus & erant sacerdotes. Igitur suprema potestas & vtraq; tā in spiritualibus q̄ in temporalibus non repugnat eidem suppositō. Similiter matrimonium ex natura rei non repugnat in spiritualibus. Item habens ducatum qui efficitur episcopus non perdit iurisdictionē quā prius habuit: ergo si aliqua potestas particularis in spiritualibus & tēporalibus nō repugnat eidē nec suprema. Resolutio huius est, papa non habet supremam potestatem dominij aut proprietatis in hominibus aut rebus earum. Item non habet supmam potestatem iurisdictionis in temporalibus: & tertio habetur q̄ iste due supreme potestates ex natura rei non repugnant ita q̄ non implicat cōtradictionem eas eidem suppositō conuenire.

¶De suprema potestate laicali an iure diuino sit annexa spirituali. Capi. vij.

QVeritur consequenter circa secundum capitulū quod ponit Occā in prima questione. vtrum suprema potestas laicalis ex iure diuio & ex institutione Christi sit annexa supreme potestati spirituali. In isto secundo capitulo allegatur opinio contraria secunde ppositioni prius posite. vnde opinio pria fuit q̄ ex natura rei iste due potestates sunt ita distincte q̄ eidem suppositō competere non possunt. Secunda opinio q̄ de facto cadunt in eūdem hominem. s. in summum pontificem non ad istum sensum q̄ summus pontifex sit laicus/ sed ad istum sensum q̄ super res temporales & homines tanta vti potest potestate quanta quicunq; alius etiā imperator vel rex: & vltra addunt aliqui de ista opinione q̄ papa habet tantam potestatem in rebus temporalibus & spiritualibus q̄ quicquid attētet facere circa illas dū modo non repugnet iuri naturali vel diuino quātuis repugnet iuri ciuili vel canonico ipsum factū tenet q̄uis ipse peccet faciendo/ vt puta si tentet transferre rem meam in dominium alterius q̄uis peccet hoc faciendo tamen ipsum factum tenet. Similiter si tentet me obligare ad aliquid faciendū q̄ non repugnet directe iuri naturali vel diuino q̄ sim obligatus q̄uis peccet me obligā do & vt dicit Gerson ista fuit opinio adulatorum pape & fundamentum huius opinionis videlicet q̄ suprema potestas laicalis residet in summo pontifice habetur vt dicunt ex multis auctoribus scripture etiā ex institutione Christi, primo probatur. ille qui habet potestatem ligandi quencūq; si tētet aliquē ligare de facto est ligatus: sed summus pōtifex habet potestatē vnūquēq; ligandi & soluendi. ergo, patet minor. dictum est Petro pro se & successoribus suis. Quēcūq; ligaueris &c. Similiter tibi dabo claues regni celorum, in istis verbis fuit facta promissio summo pontifici, ergo aliqñ Christus illam promissionē impleuit & nichil excepit dicens q̄cunq; &c. Hoc argumento vtit Innocentius in capitulo solite de maioritate & obedientia volens ostendere potestatem ecclesiasticam maiorem laicali. Item arguitur: ille qui a Christo constitutus est super reges & regna habet supremam potestatem in temporalibus: sed papa ex ordinatione diuina sic constitutus est, ergo habet supremam potestatem i tēporalibus/ consequētia certa est. sed minor patet, nam dictum ē Hieremie qui nō erat supremus sacerdos & misit dñs manū suā & tetigit os meū & dixit ad me. Ecce dedi verba mea i ore tuo ecce pstitui te hodie super gētes & regna vt euelles & plātes Hieremie prio, ergo a fortiori illi q̄ erat supremus sacerdos. Item tertio ille qui habet in tēporalibus & secularibus iudicare, & nullus alius super ipsum habet supremam potestatem in secularibus & tēporalibus: sed summus pontifex est huiusmodi. Patet/ ad Corin. vj. dicit Paulus/ angelos iudicabimus quāto magis secularia: ergo summus pontifex ex institutione Christi habet secularia iudicare. ¶Quarto arguit. Christus habuit supremam potestatē in temporalibus: sed sic est q̄ omnis potestas quam habuit Christus collata fuit Petro suo vicario & successoribns: alias nō fuisset plene vicarius Christi. Patet maior, dicit enī ipe Christus/ data est mihi omnis potestas in celo & in terra. ergo habuit suprema potestatē in quibuscunq; temporalibus. vnde misit demones in porcos & submersi sunt. Marci. quinto. & maledixit ficulnee & arida facta est, ergo si nō habuisset potestatem in illis/ damnificasset proximum. ergo habuit supmam in temporalibus/ & per consequens successores eius, sed de hoc postea videbit.

¶Consequenter Occam allegat tertiā opinionem in tertio capitulo cuius principiū est tale. Alia ē opinio quodāmodo media/ & in illo tertio capi. allegat primum dictū huius secunde opinionis. q̄ iste due potestates non ita repugnant ex natura rei q̄ eidem non possint cōuenire de facto. ¶Secūdum dictum/ non cadunt de lege in eundē ex institutiōe diuina. Primum dictum probat cum tertia propositione supra posita in sexto capitulo aliquibus rationibus ipe Occam. Prima/ suprema potestas laicalis non repugnat ordini. ergo neq; supreme potestati in spiritualibus. Patet antecedēs/ aliqua potestas in temporalibus q̄uis non sit suprema non repugnat ordini. ergo nec snprema/ quia non videtur maior ratio de vno q̄ de alio. Assumptū patet/ si vnus comes vel dux efficiatur episcopus vel sacerdos remanet dux. ergo habet potestatem iurisdictionis/ quia de ratione comitis vel regie potestatis hoc habet. Similiter sunt multi episcopi duces vt sunt illi qui dicuntur pares in francia/ ergo habent potestatē iurisdictionis, immo non repugnat fratri minori. ergo nullo modo repugnat supreme potestati in spiritualibus. Sed quātum ad secundam partem puta q̄ de lege nō cadant in eundem hominem imo ex ordinatione diuina non debent cadere quātuis eis non repugnet ex natura sua. Patet/ ille qui habet supremam potestatem in temporalibus debet se temporalibus implicare. qui vero habet supremam in spiritualibus minime debet se implicare negocijs secularibus. ergo ille due potestates non debēt cadere in eundem hominem. Maior pro prima parte patet: quia ille est finis sue potestatis scilicet mutuam pacem conseruare. ergo debet illis se implicare. Alia pars patet/ nemo militans deo debet se negocijs secularibus implicare secūde ad Thimo. secūdo. Similiter Petrus in canonica ait/ non sis fideiussor &c. vide alias auctoritates ad hoc propositum quas citat ipse Occam capitulo quarto. ¶Secundo ad idē arguitur/ ille due potestates que diuersis actibus & dignitatibus sunt a Christo institute non debent eidem persone competere: sed ille due supreme potestates sunt huiusmodi. Patet. lxxxxvj. distinctione capi. cum ad verum. Dicitur q̄ sicut imperator non debet sibi assumere summum pontificis honorem ita nec summus pontifex imperatoris honorem. Ratio/ quia Christus illa distinxit distinctis actibus/ & distinctis personis competere voluit. Item qui habet supremam potestatem in temporalibus debet vel potest sanguinem fundere vel iubere q̄ sanguis humanus fundatur a ministris suis pro iusticia seruāda vnumquemq; plectendo pro peccatis: sed hoc non licet illi q̄ habet supremam in spiritualibus/ licet in vniuersali possit innuere maleficos esse puniendos: sed non in particulari scilicet accusando vel condemnando. ergo illa suprema potestas in temporalibus non debet conuenire illi qui habet supremam in spiritualibus. & iste sunt rationes apparen-

tiores quas latius in capitulo quarto ipsius Occam videbis si vis.

¶An Christus habuerit suprema potestatem in temporalibus. CA.VIII.

VISIS TRIBVS OPInionibus/ quarū prima fuit ꝙ suprema potestas spiritualis: & suprema laicalis ex natura rei ita distinguntur: ꝙ in eandem cadere nō possunt personam. Secunda ꝙ cōcurrunt in eandē personam. Et tertia ꝙ nō distinguntur ita ex natura rei quin possint in eandem concurrere personam: verūtamen non concurrunt nec debent. His positis doctor precipue nititur impugnare secūdam opinionē in qua facet tota difficultas. vnum motiuū secunde opinionis fuit ꝙ qui habet supremam in spiritualibus est vicarius Christi/ sed Christus habuit supremam in temporalibus quemadmodum & i spiritualibus data est michi omnis potestas in celo & in terra. ergo qui habet supremam potestatē in spiritualibus habet etiam in temporalibus: sed papa habet supremam potestatem in spiritualibus cum sit verus vicarius Christi: ergo habet etiam supremam in vtraq; & sic habet supremam in temporalibus. Occasione huius ratiōis talis mouetur difficultas. ¶Vtrum Christus habuerit suprem̄ dominium in quibuscunq; rebus tēporalibus. Supponitur primo ex prehabitis ꝙ aliud est quererē an Christus habuerit in singulis rebus tēporalibus proprietatē: vel an habuerit potestatem iurisdictionis. Secundo supponitur ꝙ quando queritur an Christus habuerit supremam iurisdictōnem ꝙ dupliciter hoc intelligi potest. Vel secudum diuinitatem vel secundum humanitatem/ & queritur de vtroq;. Secundum diuinitatem non est difficultas quia domini est terra & plenitudo eius Psalmi. xxiij. Ideo secundum diuinitatem habet potestatem vnamquāq; rem in dominium alterius transferre ad libitum eius sicut patet de vasis argenteis Egyptiorum & de terra promissionis que trāstulit in filios Israel. Ideo secundum diuinitatem habet proprietatem rei & potestatem iurisdictionis. solum ergo restat difficultas an secundū humanitatem. Et supponitur tertio ꝙ aliud est quere de Christo secundum humanitatem/ vtrum habuerit in singulis rebus temporalibus proprietatem & potestatem iurisdictiōis iure hereditario matris vel patris putatiui. Vel vtrum habuerit ab aliquo priuilegio sibi a deo collato/ puta ꝙ deus trāstulerit ei quo ad humanitatem verum dominium cunctarum rerum: & potestatem iurisdictionis. Quarto supponitur ꝙ aliud est querere de Christo existente in mortali vita vel post resurrectionem. Istis suppositis non queritur vtrum Christus habuerit in temporalibus proprietatem aut potestatem iurisdictionis secundum diuinitatem/ sed secundum humanitatem. & in isto sensu dupliciter intelligitur/ vel vtrum iure hereditario tanquam verus heres Marie/ vel vtrum habuerit: quia diuinitas in eum trāstulit. ¶Pro solutiōe huius questionis. Sit prima propositio. Christus secundum humanitatem habuit proprietatem in aliquibus rebus temporalibus iure hereditario. Patet sic. Notissimum est ꝙ Ioseph pater Christi putatiuus/ cuius Christus erat verus heres legalis & successor habuit dominium in aliqua re. & verissimile est immo tenetur communiter ꝙ Ioseph mortuus est antequā Christus pateretur. Similiter virgo Maria cuius secundum humanitatem fuit verus heres habuit proprietatem in aliquibus rebus. ergo cum Christus fuit verus heres ipsorum verisimile est ꝙ habuit dominium proprietatis in aliqua re cuius erant proprietarij. ergo Christus iure hereditario non solum potestatem iurisdictionis: sed etiam habuit proprietatem in aliquibus rebus/ immo male sonare videtur ꝙ Christus fuerit mendicus. Quandoquidem dicitur vere mendicus qui solo titulo

Pria p. positio.

indigentie petit aliquid. vere & realiter talis dicitur mendicus/ & notum est quāuis Christus nō habuisset proprietatem in aliquibus rebus habuisset tamen ius petendi. quia semiabat & docebat. ergo non solum titulo indigētie petebat. ergo nō fuit vere mendicus. sicut rex administrans iusticiam subditis & communitati petens & exigens ab illis pro manutenētia sui status non est mendicus/ quia non titulo indigētie petit sed administrationis. sic de beneficiatis potest dici. Patet igitur ꝙ Christus non fuit mendicus sed habuit non solum aliquarū rerum vsum: verū etiā proprietatem in illis rebus. Sed difficultas est/ an habuerit in regno Israel veram proprietatem/ hoc est an habuerit potestatem iurisdictionis iure hereditario in regno Israel precipue in regno iude. Primo nō est difficultas de toto vniuerso ꝙ nō habuit supremam potestatem iurisdictionis in toto vniuerso iure hereditario. Patet/ nullus parentum eius fuit verus monarcha totius mūdi nec Dauid/ nec Salomon. igitur. Sed difficultas est vtrum habuerit in regno iuda veram potestatem iurisdictionis iure hereditario/ ita ꝙ fuerit verus rex iuda nō solum priuilegio concesso a deo. Respondet Armachanus in quarto ca. xvj. ꝙ Christus fuit verus rex iuda secundum humanitatem iure hereditario. & quāuis hoc nō possit euidenter probari tamen assumit id quod habetur in Deutero. ꝙ sim antiqua domo nō sit masculus/ filia est heres bonorum paternorum & mater/ norum: & sic non erat ita in regno iude & francie. Vltra supponit vnū qd verū est scilicet ꝙ ipsa virgo Maria realiter descendit ex Dauid & non solū Ioseph. Patet/ si nō descendisset virgo ex Dauid Christus non deberet vocari in scripturis semen & filius Dauid/ quia non est realiter filius Ioseph sed virginis. ergo si virgo non realiter descendisset ex Dauid nō fuisset filius Dauid neq; semen eius. Sed quādocūq; in lege antiqua non erat masculus filia succedebat. ergo viro cessante in domo Dauid ad virginem deuoluebatur successio. & sic virgo Maria habuit verum ius hereditarium in regno Iuda: & ex ꝓsequenti Christus filius eius. ¶Quantum ad hoc/ vtrum iure hereditario spectaret verum regnum iude ipsi Christo: apparet michi ꝙ non pertinet ad eum regnum iude secundum humanitatē. Et ratio que me mouet contra Armachanū est/ quia vt notū est Machabei vere & realiter dominati sunt in regno iuda: & non erant tyranni. ergo realiter habebant potestatem iurisdictionis in regno iude/ & tamen ipsi Machabei erant de genere Leui/ & si descendebāt ex domo Dauid hoc erat per matres & feminas/ quia erant sacerdotes. ergo de domo Leui/ & sic longo tempore antequā virgo maria nasceretur erat ablata potestas a domo Dauid. ergo ipsa virgo Maria non habuit potestatem iurisdictionis in regno iude. ergo credendum est ꝙ Christus non habuit potestatem in illo secundum humanitatem. ¶Resolutio ergo quātum ad tria puncta est. Primum/ certissimum est ꝙ Christus iure hereditario habuit proprietatem i aliquibus rebus Secundum punctum quod est ambiguum Christus iure hereditario non habuit potestatem in regno iude. Tertium quod est certissimum/ Christus iure hereditario secundum humanitatem nō habuit potestatem iurisdictionis in vniuerso orbe siue in singulis rebus cum nec Dauid nec aliquis eorum a quibus descendit illam habuerit/ ergo nec ipse Christus. Restat modo difficultas inter doctores cum Christus non fuerit verus monarcha iure hereditario/ an fuerit per priuilegium sibi collatum a deo verus monarcha. Aliqui dixerunt ꝙ Christus non habuit illam potestatem iurisdictiōis eo tempore quo viuebat in carne secundū humanitatem. Rationes habent multum apparentes. Primo habetur Luce duodecimo. Venit aliquis ad Christum dicens ei. Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatē. At ille dixit ei/ homo qs me ꝓstituit iudicē aut diuisorē iter vos. q. d. nullus

Tunc ex illo arguitur sic/Christus non habuit ptātē diuidēdi hereditatem inter istos duos frātres. ergo non habuit supremam potestatem iurisdictionis in temporalibus Et hoc argumentum est multum apparēs. Nam qui cūq; habuit supremam potestatē iurisdictionis in temporalibus habuit potestatē diuidendi & dicendi ius/puta quid iustum & quid iniustum in quacunq; re temporali quo ad omnia. ergo videtur ex dicta auctoritate ꝙ Christus nō habuit ex priuilegio a diuinitate concesso secūdum humanitatem talem potestatem iurisdictionis in omnibus rebus temporalibus. Item dixit/regnum meum non est de hoc mundo. ergo non habuit potestatem regiam in hoc mundo. & per consequens non habuit supremam iurisdictionis potestatem in temporalibus. Vnde quattuor dicit hec opinio. Primum/Christus secundū humanitatem non habuit proprietatem & potestatē in singulis rebus. Patet/volucres celi nidos habent/filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Secūdū/iure hereditario non habuit potestatem iurisdictionis in singulis rebus temporalibus. Tertiū/iure hereditario nō habuit potestatem iurisdictionis i regno iude. Quarto/nō habuit illam in rebus temporalibus ex priuilegio sibi a diuinitate concesso. Sed contra hanc sunt multi textus. primum ꝙ deus fecit illū heredem omnium. ergo ex priuilegio habuit potestatem in omnibus. Vnde dicit sanctus Tho. de regimīe principū/ꝙ Christus ex concessione a deo secūdum humanitatē habuit supremā iurisdictiōis potestatē in singulis rebus temporalibus/ideo elicitur ex dictis sanctus Tho. ꝙ secūdum hūanitatem nō iure hereditario: sed concessione a diuinitate sibi facta habuit supremā potestatem iurisdictionis in singulis rebus temporalibus. Similiter habetur in apocalipsi in cuius semine. i. humanitate rex regū &c. Tunc bene sequitur Christus secūdum humanitatē habet potestatem super reges. ergo habet potestatem super singula que habent reges: sed ipsi reges habent potestatē in tēporalibus ad minus iurisdictiōis q̄uis non habeant in singulis proprietatem dominij: tamen habent iurisdictionem. i. dicē di ius & diffiniendi de vnaquaq; re temporali. & dicto iure tenentur subditi obedire/quod si non fecerint habent potestatem rebellantes & contumaces iustis afficiendi penis. ergo Christus secūdum humanitatem ex cōcessione habet potestatem iurisdictionis in singulis rebus temporalibus. Similiter habentur multe auctoritates in Esaia & in euangelio faciētes ad hoc. Propterea dicit Thomas/ꝙ monarchia Christi incepit a conceptione. & ꝙ habuit supremam potestatem in temporalibus/ & iurisdictionē in singulis rebus. Et probatur a signo. Reges adorauerunt eum tanq̄ subiecti temporaliter. ergo signū erat ꝙ erat verus dominus & monarcha in singulis rebus temporalibus. Et pro ista opinione facio talem rationem. Christus habuit potestatem secundum humanitatem ex cōcessione a diuinitate sibi facta obligandi homines etiam ad mortale. & Christus secūdum humanitatē nō potuit errare. & qlibet alius ei sedm humanitatē tenebat credere & exeq̄ qd̄ Christus sedm hūanitatē ei asseruisset & ꝓcepisset: sed si Christus asseruisset sententialiter de aliqua re tpali: hec res ē istius & nō alterius tūc alter fuisset obligatus reddere illā rē illi cui Christus adiudicasset. & illā reddere secundum Christi sententiā. ergo erat in illo superioritas & auctoritas iurisdictiōis etiā erga quoscūq; hoies. imo habuit potestatē vnūquēq; regē priuare & oppositā legem instituere damnatis gratiam facere & eos liberare. habuit igitur iurisdictionis potestatem sedm hūanitatē & oēs illi parere tenebantur & ratione subiectionis ad illius sententiā adimplendā obligabant. & hec opinio est ꝓbabilior. Pō t etiā suaderi hoc mō Nā Paulus habuit ptātē petēdi tpalia pro seminatiōe spūaliū q̄uis nō usus fuerit illa. Similiter Christus habuit potestatē in singulis rebus q̄uis non sit usus illa potestate.

Iam queritur cū sit ꝓbabile ꝙ habuerit istā potestatem in singulis rebus tēporalibus & fecit papam vicarium suū an concesserit successoribus suis istā supremam potestatē iurisdictionis in tēporalibus. Respodēt cōmuniter doctores vt dicit Ioannes de parisius ꝙ nō oportet Christum oēm potestatem quam habuit in tēporalibus cōtulisse petro. Nam potestas Christi secūdum hūanitatem non fuit alligata sacramentis. Nā secundum humanitatem habuit potestatē remittendi peccata etiam absq; sacramentis sed papa non habuit potestatem illā remittēdi peccata sine sacramētis. ergo Christus non ꝓtulit Petro & eius successoribus omnem potestatē quam habuit. ergo hoc dato ꝙ Christus habuerit supremam potestatem iurisdictionis in temporalibus secundum humanitatem non pōt inferri ꝙ totā illam contulerit petro. Similiter habuit potestatem faciendi miracula. & quis illā contulerit Petro: nō tamē omnibus successoribus eius. Similiter non cōtulit petro potestatem instituendi sacramenta. ergo q̄tum ad ista tria non cōtulit oēm potestatem iurisdictionis quam habuit in rebus tēporalibus Petro & successoribus. ¶ Alia difficultas. Cum ergo summus pontifex nō habeat supremā potestatē laicam iurisdictionis: nec in corpora nec in res hominū queritur an ipse & ecclesiastici sint supreme potestati laicali subiecti vel sint ex institutione diuina exempti/& hoc q̄tum ad iudicium coherciuū quo ad bona & sua corpora. Procuius declaratiōe supponitur ꝙ qui habet iurisdictionem temporalē nō solum habet illam super res: sed etiam super corpora. Secundo supponitur ꝙ habens illam non solum homines pro demeritis iustis potest afficere peius: sed etiā ab eis exigere aliqd̄ tributum personale sicut ecclesiastici habēt ius decimas petendi non solum prediales sed etiā personales/ita ad istam potestatem supremā laicam iurisdictionis nō solū spectat eos punire sed etiam tributum personale exigere. Nam licite potest princeps pro republica & substentatione sui status rationabilis tributū petere. Hoc fecit Cesar qd̄ approbauit Christus cum dicit reddite que sunt cesaris cesari. Similiter dictum fuit discipulis Magister vester nō soluit didrachma. & verissimile ē ꝙ didrachma erat tributum personale. Istis suppositis queritur an ipsi prelati ecclesiastici sint iure diuino ab ipsa potestate laica coherciua exempti/ita ꝙ ille qui illam exercet nō possit ecclesiastici corū peccata punire nec ab illis tributa exigere. ¶ Q̄tum ad hoc sit prima propositio. Ecclesiastici q̄tum ad ꝑdia sua & res immobiles nō sunt iure diuino a iurisdictiōe laica coherciua exēpti. & loquor de oibus ecclesiasticis vniuersaliter. Patet/ecclesiastici iure diuino nullā habent talē potestatē/sed ex iure diuino habēt ius petendi decias q̄uis ius sit immobile: tamē ipse res puta decime sunt res mobiles. Preterea notum est ꝙ aliquod predium aliquādo donatur ecclesiastico & stat ꝙ sit obnoxium alicui principi q̄tum ad redditus annuos/quo facto si transferatur in dominiū ecclesiastici transit cum onere suo. i. cū obligatione ad soluendum tributum vel cēsum annuū illi domino laico. ergo non sunt iure diuino exempti a tributo quo ad res immobiles. Item possident illas res solum iure principum/quia tenent illas in feudum a regibus & principibus. ¶ Secunda propositio/ecclesiastici non sunt subiecti potestati laice coherciue quātum ad eas res que eis competunt iure diuino puta quātum ad decimas. ita ꝙ nichil ab eis exigi potest. Patet duplici ratione. Nam laici exercētes potestatem laicam tenentur ipsis ecclesiasticis soluere. ergo ecclesiastici ad nihil tenentur eis. Item quādo cunq; quis possidet aliquid lege vel auctoritate superioris in illo quod possidet lege superioris non obligatur inferiori: sed ecclesiastici habent decimas & ius in illis immediate auctoritate dei qui ē supremus sup oēs reges exercētes iurisdictionē laicā & coherciuā. ergo q̄tū ad hoc nullo mō obligātur illis exercētibus iurisdictionē coherciuā

1. ꝓpō.

2. ꝓpō.

ā ecclesiastici sīt iure diuino exēpti apotestate layca q̄ad iudiciū coherciū.

¶Tertia propositio/in qua iacet difficultas inter doctores. An ecclesiastici quãtum ad personas eorum sint exempti iure diuino a potestate coherciua laica/ita ꝙ laici iudices nõ possint ꝓ demeritis ecclesiasticos punire nec ab eis tributũ personale exigere Dicit Marcilius i secũdo ca. quarto ꝙ nõ. Oppositũ tenet Carlerius in quibusdã tractatibus quos edidit post concilium basilien se de gestis in illo. Dicit Marcilius qui multum exaltauit potestatẽ laicã ꝙ ecclesiastice persone sunt a deo iudicio laicali coherciuo subiecte. Et ad hoc ꝓbãdũ adducit tres ratiões precipuas ex sacris litteris. dicit notum esse ex priuilegio ipsos ecclesiasticos esse exẽptos: sed q̃tum est ex institutione diuina sunt iudicio coherciuo laicali subiecti ad Ro. xiij. Omis anía subiecta sit potestatibus sublimioribus. Dicit glo. ꝙ in verbo omnis nullus excipitur & nullus excludit. Omnis aia scdm glo. i. oĩs homo. Itẽ que a deo sunt ordinata sunt. Et qui potestati resistit ordinatiõi dei resistit. Et subdit/reddite ergo oĩbus debita cui tributũ/tributũ cui vectigal/vectigal: cui honorẽ/honorẽ: tñ non expresse videtur seq ꝙ persone ecclesiastice sint subiecte q̃tum ad corpora eorũ ad tributa. ¶Secũda auctoritas habetur prime Petri secũdo. Subditi estote omni hũane creature propter deũ siue regi quasi precellenti siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad vindictã malefactorũ/laudẽ vero bonorũ quia sic est voluntas dei. ergo videt ꝙ pso ne ecclesiastice sint subiecte q̃tum ad corpora eorum ad tributũ. ¶Tertia ratio est que magis est apparens. nã habetur actuũ. xxv. ꝙ Paulus declinauit iurisdictionẽ sacerdotum legis & appellauit ad tribunal Cesaris a quo (vt inquit) oportet me iudicari: sed certum est ꝙ Paulus erat ecclesiasticus imo episcopus & non est mentitus/nec timore pene hoc dicebat imo pro veritate mori decreuerat/& iudicari volebat a Cesare. ergo persona ecclesiastica nõ est ex iure diuino a laicali iurisdictiõe exẽpta nec q̃tum ad corpus nec q̃tum ad tributũ. & hec est opinio Marcilij. Sed oppositum tenet Carlerius quondã regalis collegij nauarre socius meritissimus in quodã tractatu quẽ edidit cõtra Bohemos ꝙ ecclesiastice pſone ex iure diuio sunt exempte quo ad corpus a iurisdictiõe coherciua laicali/& fundat se Mathei. xvij. venerũt exactores q didrachmã accipiebant & dixerũt Petro. Magister vester nõ soluit didrachmã, ait. Etiã. Et cum intrasset in domũ preuenit eũ Iesus dicens. Quid tibi videt Simon: Reges terre a quibus accipiũt tributũ vel censum a filijs suis an ab alienis: Et ille dixit. ab alienis. Dixit illi Iesus. ergo liberi sunt filij. vt autẽ non scandalisemus eos vade ad mare & mitte hamum & eum piscem qui primus ascenderit tolle. & apperto ore eius inuenies statherẽ illum sumẽs da eis pro me & te. Ex isto textu videtur ꝙ non soluerit ex debito. Dicit Carlerius ꝙ per liberos intellexit ecclesiasticos. ergo exemit ecclesiasticos a tributo ꝓsonali soluendo laicis. Et hoc est probabile/ꝙ eoipso ꝙ aliquis esset effectus ecclesiasticus/potestas laica nullam habet in illum potestatem: quia est effectus filius & liber. Et ista opinio videtur probabilior.

¶Caput nonum in quo soluuntur rationes prime opinionis recitate a doctore Occam in primo ca. sue prime questionis.

VISE SVNT TRES opiniones/& doctor ad tertiam se resoluit/que probat duo. Primum ꝙ ex natura rei non habẽt repugnantiam ille due supreme potestates. Secundum est ꝙ nõ debẽt de facto in eandem personam ꝓcurrere Restat modo soluere rationes prime opiniõis quas adducit in primo capitulo sue prime questionis iam soluit illas in suo quinto capitulo eiusdem questionis. Prima ratio erat/illa q̃ ex opposito diuiduntur habent repugnantiã quia nõ possunt omnimode cõuenire: sed potestas laica & ecclesiastica ex opposito diuiduntur. ergo. Dicit doctor ad maiorem ꝙ quisque ex opposito distinguãtur tanq̃ ꝓtraria ex natura rei non possunt idem subiectum primum habere/licet possint cadere in diuersas personas eiusdem subiecti: tamen sepe ista que distinguũtur ex opposito tanq̃ diuerse species aut aliquo mõ ex opposito inter se distincta. & ideo licet non secũdum idem tamen possunt cadere in eandem personam immo nõnunq̃ in idem subiectum. Dat doctor duo exẽpla. Primũ/ordo sacer & ordo nõ sacer quodãmõ ex opposito diuidũtur: & tñ in eundẽ hoiem cadũt. Scdm exẽplũ bonũ honestũ & delectabile ex opposito diuiduntur: & tñ in eundẽ cadũt.

¶Secũdo arguit/ille ꝓtates q̃ duo capita cõstituũt simul in eodẽ eẽ nõ possũt/qa tũc vnũ corpus haberet duo capita vel duo corpora idẽ caput: sed ille due ꝓtates sunt huiusmodi vt patet. igit. Dico ꝙ laici & ecclesiastici sunt vnũ corpus mysticũ/ qa oẽs insigniti caractere baptismali/qui habẽt caritatem sunt mẽbra illius corpis sana. & qui habent fidẽ & nõ caritatẽ sunt mẽbra illius corporis: sed nõ sana. & qui carent vtroq̃ sunt mẽbra arida: & sic dico ꝙ est vnũ corpus. Vnde dicit Gerson ꝙ nõ est possibile de lege posita ꝙ in solis laicis remaneat fides/vel ꝙ i corpore mystico ecclesie sint soli laici/quia tũc esset possibile de lege posita ꝙ ab ecclesia cessarẽt sacramenta oia preter baptismũ: sed hoc ẽ falsum. ¶Tertio & apparẽtius arguitur/potestas suprema laica includit dñationẽ: nã principes gentiũ dominãtur terre: sed spũalis excludit illam dñationẽ coherciuã auctoritate Petri. Pascite qui est in vobis gregẽ nõ dominãtes/ ergo ecclesiastica excludit illã dñationẽ. & sic videt ꝙ ita ex natura rei distinguãtur ꝙ in eodẽ ꝓuenire nõ possunt. Dico ꝙ dupliciter intelligitur ꝙ potestas ecclesiastica excludat dñationẽ. vno mõ ꝙ de ratione potestatis ecclesiastice & integritate eius sit ꝙ habens eã dñetur dominio coherciuo quo dñatur princeps laicus. & sic dico ꝙ excludit illã dñationẽ. Alio mõ ꝙ de ratiõe ipsius nullã habeat potestatẽ dominãdi. & sic falsum est/nec excludit oĩmodã dñationẽ Dat doctor exemplũ/lex euãgelica dicitur lex libertatis. i. nõ est de ratione legis euangelice ꝙ aliqs sit seruus: quia nullũ facit seruum. Similiter potestas euãgelica de ratione sua nullũ facit dominantẽ. & est egregiũ verbũ Occam & bona similitudo de seruo. Patet ex dictis quomõ suprema gerarchia spiritualis nõ habet plenã potestatẽ in temporalibus: & quomodo ex opinione Carlerij pſone ecclesiastice q̃tum ad personas eorum sunt exẽpte a potestate laica coherciua. Possunt adduci alie ratiões ad hoc probandum de Constãtino cui obtulerũt libertatẽ. Dicit autẽ Constantinus ꝙ erat supmus gerarcha in tẽporalibus. Vos autẽ ab hoĩne iudicari nõ potestis. ergo ipse ꝙ erat verus imperator asseruit se nullam habere potestatem super ipsos episcopos. ergo verisimile est ꝙ ecclesiastice persone q̃tum ad earum personas sunt a laicali iurisdictione exẽpte. Item quãdo Ioseph reddidit terram subiectam pharaoni/terra sacerdotum mansit libera. & sic valde apparenter probat Carlerius suã opinionẽ. Modo veniũt soluende rationes Marcilij. prima erat auctoritas pauli ad Corin. xiij. omnis aia &c. Et per sublimes potestates intelligit imperatores & reges: quia subdit non sine causa gladium portat. Q̃tum ad hoc Delira soluit sic. omnis aia. i. hominis qlibet pura laici laicis/& ecclesiastici ecclesiasticis/nihilominus quia per sublimes potestates videntur intelligi pricipes seculares. Alias exposiciões dat Carlerius. Prima/omnis anima id est omnis homo animalem. i. ciuilẽ vitã ducẽtem. Nam hominum quidam animalẽ id est ciuilem alij spiritualem ducunt vitam & vocantur illi animales. Isti vero spirituales. & hanc ponit Paulus/ spiritualis homo omnia diiudicat & a nemine iudicatur. & sic nulli est subiectus quo ad istã potestatem laicam coherciuam. Secũda exposicio ex intentione textus & glose ꝙ est ibi distributio accõmodata. Omnis aia: hoc ẽ oĩs homo. i. de aliquo statu hoĩm aliqs hõ

est subiectus potestatibus sublimioribus. Ad secūdū argumentū marcilij & auctoritatem prime Petri secundo. Dupliciter exponit Carlerius. nā dicebāt boemi ꝙ prici pe negligente punire clericos/ꝙ populus poterat sine peccato eos interimere. Prima expositio Carlerij est ꝙ loqtur laicis cū dicit subditi estote omni creature. Primo loqtur seruis vt sint subditi dñis/& filij parētibus/quia statim subiūxit de filijs/seruis/& vxoribus. Secūdo dicit glosa ꝓmunis: subditi estote per humilitatē propter deū (& ē concilū) nō subiectione iuridica: sed humili subiectiōe. ¶ Ad tertiam auctoritatē fortissimā de paulo qui declinauit iudiciū sacerdotum videtur ꝙ erat subiectus cesari iuridica subiectione. Primo istud verbum pauli/a quo me oportet iudicari: sic primo exponitur. hoc est a quo iudicabor. qa fuit condēnatus a Cesare: nō ꝙ habuisset potestatem iudicandi: sed ꝙ eū iudicabit. Secundo appellauit Paulus Cesarē: nō ꝙ esset superior eius: sed quia erat supior iudicibus volentibus cōdemnare Paulū. quia habebat potestatē decernādi ꝙ male iudicabāt paulū: & vt declareret eorū iudiciū nullum & sic soluuntur auctoritates quas adducit Marcilius. ¶ Alie sunt auctoritates: scilicet nullam haberes sup me potestatē nisi data esset tibi desup. Illa intelligitur de potestate ꝓmissa. Nā Pilatus iudicauit Christū de facto nō de iure. Relinquitur opinio Carlerij probabilior q̄ altera: imo altera videt condēnata in cōcilio basilien̄si. ca. x. in quo ostenditur quenā potestas data fuit Petro per ista verba/quodcūq; ligaueris sup terrā ¶ Doctor in secūdo ca. sue prime q̄stionis adducit rationes aliquorū quibus nititur probare papam habere potestatē plenariā tam in spiritualibus q̄ in temporalibus ad quas respondetur in hoc septimo cap. eiusdem questionis. Prima fuit Matthei. xiij. Christus illam plenitudinē potestatis promisit petro per illa verba/quodcūq; ligaueris. ergo promisit potestatē vnūquēq; ligādi nullū excipiendo. & circa hoc argumentum mouebūtur quattuor bone questiones. Et pro intellectu notādū primo ꝙ cōtingit hominē dupliciter solui. Vno modo ab aliquo precepto: quo prius obligabatur. & illud vocabatur dispensatio. Iam difficultas est/an per ista verba qdcunq; ligaueris &c. promisit Petro potestatē vnū quēq; a quocūq; precepto soluendi. Similiter contingit hominē ligari multipliciter. ligari. i. ad nouū quid obligari vt si voueā paupertatem ligor de nouo. i. ad nouū qd obligor. Secūdo contingit hoiem ligari. i. ad certam penam obligari in foro iteriori. & ista verba qdcunq; solueritis & ligaueritis nō intelligūtur de ligamine peccati. qa papa non posset vnū facere pctōrem: sed de ligamine ad penam soluēdam ratione peccatorum. Alio modo cōtingit aliquem ligari ligatione excōicationis. Vtrum Christus promiserit Petro hanc potestatē ligandi pro quacūq; re. Dicit doctor hāc auctoritatem dans duas solutiones. Prima/ꝙ per talia verba quodcūq; ligaueris solum promisit & dedit duas potestates petro. Prima est/potestatem absoluendi hominem peccatorem a peccato non ꝙ ipse remittat peccatum vel det gratiā & gloriam eternā. Secūda est data Petro auctoritas penā in tali foro secreto taxādi: nō ꝙ habeat potestatem cohercendi ad penā sustinendā: & est opinio Marcilij de Padua: ꝙ nec pape nec clerico dedit potestatē coherciuam. Sed dicit doctor ꝙ vltra illas duas potestates adhuc dedit Petro potestatē coherciuam qua vnūquēq; fidelē ea que sunt necessaria pro cōsequutione felicitatis eterne cogeret ob seruare & si vel omitteret punire. ideo data est potestas cohercīua Petro vnūquemq; fidelem cohercendi ad diuina precepta seruanda: & non obseruantes excommunicādi. Vnde nunq̄ papa habuit potestatē coherciuam ad consilia sed bene ad precepta. Dicit doctor saluis iuribus & libertatibus eorum qui non meruerūt quia nunq̄ dedit Christus auctoritatem Petro aliquē regem temporalem a iurisdictione sua deponēdi.

ergo i ista auctoritate. quodcūq; ligaueris/ promisit potestatem absoluendi sacramentaliter & taxandi penā & potestatē coherciuam ad obseruationem mandatorū dei & non ad consilia/& nō dedit potestatem laicos suis proprietatibus & dominiis priuā di: nisi in casu si contingeret principem secularem abuti re sua in pernitiem christiani tatis vel fidei ita ꝙ ille abusus esset i maxio nocumēto pro consecutiōe felicitatis eterne. non negat quin in tali casu papa possit eum deponere & si alij docto. hoc negent q̄is habeat potestatem declarandi ipsū ee deponendū. Patet/qa esset occasio ꝙ ratione talis potestatis papa efferretur i maximā superbiam. & illa plenitudo potestatis eēt multum dānosa subiectis. Ideo illa eēt nociua pape & subiectis & sic non est verisimile ꝙ Christus ei talem contulerit. Dicessi nemine excepit quomodo audes aliquē excipere ¶ Respōdetur ꝙ Christus verbo/& exemplo & apostoli docuerūt aliqua excipienda. Reges dominantur vos autem non sic. Similiter exemplo quando voluerūt eū facere regem auffugit. Et sic patet quo modo contingit multipliciter hominē ligari. primo ligamine peccati. i. esse in mortali. Secundo ligari. i. ad penam obligari. Tertio ligari ligamine excomunicationis que est obligatio ad non ptic̄ipandum in sacramentis eccleſie & cum fidelibus. Quarto ligari. i. obligari ad aliquam operationē faciendam vel omittendā. Similiter quadruplic̄iter itelligi potest ꝙ petro data fuit potestas soluendi. Primo soluendi. i. absoluēdi a peccato per sacramentum penitētie. Secundo soluēdi. i. a pena debita peccatis per indulgentiarum largitionem. Tertio soluendi ab excommunicatiōe. Quarto soluēdi. i. dispensandi in preceptis. Circa predicta mouetur difficultas. vtrum petro fuerit collata potestas vnūquēq; fidelem pro quocunq; peccato mortali ligandi ligamine excōmunicatois. Apparet ꝙ sic quia dicūt est indifferenter si peccauerit inter fratres tuus &c. nō distinguēdo de quocūq; pctō sit tibi tanq̄ ethnicus. i. excōmunicatus: sibi est collata potestas excommunicādi. ergo videtur ꝙ pro quocūq; peccato possit excōmunicare. ¶ Secundo ad idē data est ois potestas pro regimine fidelitū ad consequutionem felicitatis eterne/sed a quocūq; mortali exire necessarium ē vnicuiq; fideli pro consequutione vite eterne/ergo potestatē habet summus pontifex vnūquēq; peccatorem pro quocūq; mortali excommunicandi cum excommunicatio sit ei medicinalis. ¶ In oppositum arguitur quia tunc vnus malefactor posset a duobus ex equo puniri pro eodem peccato. hoc est incōueniēs igitur. Pro solutione Primo supponitur ꝙ non loquimur de veniali/qnia nullus potest excommunicari pro veniali: immo nec corrigi fraternaliter nisi sit de proximis mortali. nō eni perdit aia per veniale/ideo veniale non est materia cohertionis. Secundo supponitur ꝙ mortalium/quedam cōsistunt in actu interiori qui ex natura rei ē incognoscibilis hominibus sicut est volitio occidendi: vel odium quod nondum progressum est in opus: & illud peccatum est incognoscibile hominibus. quia solus deus est qui intuetur cor. ¶ Aliud est peccatū qd ē pgressiuū ad opus/vt furtū/per cussio clerici &c. & est multiplex. primum ꝙ q̄is sit cognoscibile nō potest tamen pter defectū testiū cognosci iuridice. vt cū sortes occidit platonem & ipsi soli erant. Aliud est peccatum exterius quod pōt iuridice probari & constare hominibus iuridice. Peccatū vero quod cōsistit in opere exteriori primo modo est multiplex. Nam ē aliquod sic se habens ꝙ nec potest probari peccatum nec peccās/hoc est nec factum nec factor/vt aliquis dat alapā alteri & nullum ex illa restat vestigiū: hoc factū nec reus huius facti probari potest/aliquando factum & actor facti probari possunt. ¶ Supponitur tertio ꝙ peccatorum/quoddam ē spirituale quoddam vero temporale. Spirituale quod de directo est contra legē euāgelicam & contra sacramenta ita ꝙ seclusa

Duplex ē peccatū.

Duplex ꝑcm̄ .s. spūale z seculare.

lege euangelica non foret peccatum. Aliud est temporale seu seculare quod secluſa quacunq; reuelatione diuina & euangelica ſtando in lege nature adhuc eſſet peccatum. exemplum primi vt ſunt peccata commiſſa contra ſacramenta. exemplum ſecūdi vt peccata contra p̄cepta decalogi. ¶Quarto ſupponitur q̄ in temporalibus contingit dupliciter peccare. vno modo peccato erroris ſiue oppoſitionis: hoc eſt iudicando de peccato quod cōmittitur circa tēporalia non eſſe peccatum: vt iudicando furtum non eſſe peccatum. Similiter homicidium &c. Alio modo contigit peccare peccato vendicationis. i. vendicando ſibi vel retinendo quod eſt alterius. ¶Iſtis ſuppoſitis reſpondetur ad. q. cum queritur vtrū petro fuerit collata poteſtas vnūquēq; fidelem pro quocunq; peccato excōmunicare. Et ſit prima propoſitio. Nec Petro nec ſucceſſoribus eius nec iudicibus eccleſiaſticis eſt collata poteſtas excommunicandi peccatorem pro peccato interiori. & hāc tenēt oēs theologi. patet ex euāgelio Matthei. xiij. ex parabola de zizania/phibuit zizaniam eradicari ex frumēto. per zizaniam intelligit malum hominem/eradicari. i. excōmunicari propter duas cauſas. prima propter deffectū cognitionis. Secunda propter periculum inquietatis ſeu perturbationis reipublice. propter hoc prohibuit ſaluator zizaniā. i. malum hominē ab agro. i. ab eccleſia eradicari. i. excommunicari. ergo ex tali parabola apparet q̄ non eſt collata poteſtas iudici eccleſiaſtico p̄ tali pctō q̄nullo modo cognoſci poteſt excōmunicandi ¶Item probatur/de pe. di. prima. cogitationis penam nullus patiatur ſuple ab homine: ſed ab illo qui cognouit corda. Breuiter dicunt cōmuiter doct. q̄ ſummus pōtifex nō habet poteſtatem ſuper actus interiores: ſed ſolum exteriores. ¶Sed tenentes oppoſitum adducunt aliquas rationes Prima argumentum glo. in clementina de hereticis/quia ſecundum illam gloſam excommunicātur inquiſitores fidei q̄ omittunt inquirere ergo. ¶Item precepto pape & eccleſie homo tenetur ſemel in anno cōfiteri (ſed precepto diuino ſemel in vita) ergo habet iuriſdictionem ſupra peccata ſecreta. ¶Similiter in clementina multorum excommunicātur pro negligētia. Dico q̄ illa negligentia eſt aliquid exterius & ſicut opus exterius probari poteſt ita & ipſa omiſſio exterior poteſt probari. ¶Quantū ad ſecundum dicit Durādus i. iiij. q̄ verū ē q̄ tenemur confiteri ſemel in anno precepto humano & non diuino/ergo habet iuriſdictionem ſupra ſecreta cordium. Diſtinguo vel de per ſe negaf. vel de peraccidens concediť. Nam ſumere ſacramētum euchariſtie eſt opus exterius & ſuper tale opus exterius habet eccleſia iuriſdictionē de per ſe & quia nō poteſt aliquis digne illud ſacramentum ſuſcipere niſi prius contritus & cōfeſſus fuerit ſecreta cordis & ſic deperaccidens precepit eccleſia illa confiteri in q̄tum eſt vnum neceſſarium ad opus exterius qđ de per ſe precipit: alias uullo modo poſſet precipere illam confeſſionem interiorem.

Pria p̄poſitio.

¶Secunda propoſitio iudex eccleſiaſticus vt ſupremus pontifex habet poteſtatem infligendi penam pro exteriori peccato manifeſto q̄uis peccator ſit ſecretus. Aliqui tū dicunt oppoſitum vt Godofredus in quo libetis. probať iſta ſecūda ppoſitio. habeť j. q. pria de quodā qui edidit libellū diffamatoriū qui erat ignotus. Dicit. Gre. niſi talis confeſſus fuerit ipſum priuamus perceptione corporis & ſanguinis: & ſi ſumat a corpore eccleſie ſit diuiſus: ergo q̄uis peccator ſit occultus & peccatū publicum pōt feriri ſentētia excommunicationis ſi peccatum ſit publicū & iuridice probatum in capitulo quidem malignus ſpūs. v. q. prima. Et illud eſt vnum argumentum q̄ ſi ſeculariſ iudex non poteſt exercere ſuam iuriſdictionem coherciuam in illum peccatorē qa ſecretus eſt/eccleſiaſticus debet ſuam exercere in illum/Tertia propoſitio difficilis & probleumatica iter doct. Si vtrūq; ſit ignotum an talis poſſit feriri ſententia excōicati

Secunda ꝓpoſitio.

onis. Dicunt multi q̄ non. primo habetur ex iure diuino parabola. Secūdo de proceſſu euangelico. Tertio quia excommunicare eſt actus iuriſdictionis. & tria requirūtur anteq̄ quis poſſit excommunicare. Primo iuriſdictio ex parte ferentis. Secundo conuictio & pax ſalua/ergo ſententia lata nulla eſſet in illo caſu. Primum habetur expreſſe i capitulo ſicut in tuis litteris de ſymonia conſtat eos in tantum culpabiles q̄ ſi exceſſus eorum eſſet eccleſie manifeſtus venirēt ſēntia excommunicationis feriendi / ergo per oppoſitū quod eſt fortiſſimū argumētum in iure ſi exceſſus non ſit manifeſtatus non ſunt feriendi cenſura eccleſiaſtica. ergo vbi nec peccatum eſt publicū nec peccator non poteſt quis excommunicari. xxxij. di. tua nos. Alij dicunt oppoſitum ex ca. ſi ſacerdos pria. q. j. q̄ ſi ſacerdos aliquem cognouerit reum etiā ex confeſſione ſolum q̄uis non poſſit iuridice probari tenetur illū excommunicare: ipſo qui paſſus ē dānum petente q̄uis tenetur nō nominare. nā neq; peccatum neq; reus eſt notus iuridice/quia talis ſacerdos cognoſcēs in confeſſione ſcit vt deus/ ergo poteſt aliquis feriri ſentētia excommunicationis q̄uis actor & peccatū ſint ſecreta. ¶Pro iſta difficultate ſupponitur q̄ contingit aliquē multipliciter feriri iſta pena ſpirituali. ſ. excommunicatione. Vno modo q̄ excōmunicetur ſententia lata a iure quando ſcilicet facit contra preceptum iuris quod datum ē cum additione pene/ & iſti canones ſententie late non dātur niſi pro peccatis futuris/ & nūq̄ pro preteritis: ita q̄ ante canonem latum ſi quis ſuadente &c. quis pereuſſiſſet clericū non fuiſſet excommunicatus. Aliquando contingit aliquem excommunicari ab homine & hoc fit e contrario puta pro peccatis preteritis. & adhuc ab homie dupliciter/ vno modo nominatim hoc eſt q̄ nomietur in prolatione ſententie. Alio modo non nomiatim ſed excommunicatione generali. Q̄ tū ad iſta cū queritur quādo peccatū eſt ignotum & actor etiam an poſſit excommunicari ſupposito q̄ peccatū ſit exterius. ¶Dico primo q̄ poteſt feriri ſentētia lata a iure vt percutiens clericum q̄uis hoc probari non poſſit non eſt dubium quin ſit excōmunicatus. ¶Sed vtrum poſſit excommunicari ab homine. Dico q̄ non nominatim p ca. ſi ſacerdos. ſi ſit ſecretum certum eſt q̄ nō debet nominari nec poteſt. ſed ſi feratur ſēntia iſto modo/quicūq; fecit hoc ſit excōmunicatus. Dicunt pleriq; q̄ talis non eſt excommunicatus niſi factum fuerit iuriſdice probatum/& eſt opinio multorū in theologia. & vtrūq; eſt probabile vel q̄ pōt/ vel q̄ non poteſt. ¶Ad auctoritates prohibuit Chriſtus zizaniam eradicari anteq̄ cognoſceretur. Dicūt qui tenent oppoſitum q̄ prohibuit ſolum excommunicari nominatim. Similiter ad proceſſū quē Chriſtus predixit. Matthei. xviij. Eodēmodo dicūt nominatim/ad capitulū de ſymonia ex tuis litteris. Si exceſſus eſſet manifeſtatus eccleſie eſſent excommunicandi / verum ē nominatim: Ideo q̄uis exceſſus nō ſit manifeſtus veniunt excommunicandi ſententia generali. Sed tenendo oppoſitum difficultas eſt q̄ non debent abſolui. Dicūt q̄ in foro cōſcientie abſoluuntur ab illa excommunicatione. immo ſi nō poſſint ſe ſeparare a fidelibus niſi prodendo ſuum crimen tenentur non ſe ſeparare quia tenentur non ſe diffamare & ſcandaliſare: ſed ſi poſſint ſe ſeparare ſine ſcandalo tenētur ſe ſeparare.

Pria req̄rītur an req̄ aliq̄ poſſit excōicare.

¶Capitulo. xj. An ex ordinatione diuina ad papam ſpectet de quolibet peccato ordinarie cognoſcere.

Conſequenter queritur. Vtrum ſit conceſſa ex inſtitutione Chriſti petro regulariter poteſtas pro omni mortali excōmunicādi etiam ſupposito q̄ actor & peccatum nota ſint. Supponuntur q̄ iam dicta ſunt. quō duplex eſt peccatum. ſ. ſeculare & ſpirituale. ſimiliter peccatum ſeculare eſt duplex. ſ. erroris & vendicationis. ¶Iſtis ſuppoſitis

1. pō. sit prima propositio. Ad iudicem ecclesiasticum vt est papa episcopus officialis &c. spectat ordinarie cognoscere de quocunq; mortali etiã oppositionis & erroris in rebus secularibus ex ordinatione diuina. Et ista ppositiõe coincidũt omnes doct. & loquor de mortalibus semper. Patet nullum est mortale nisi quia cõtra legem dei vt patet ex diffinitione peccati data ab Augustino. Peccatum est dictum factum vel concupitum contra legem dei: sed sic est q; ad iudicem ecclesiasticum quia ecclesiasticus est secundum hanc considerationem de omni quod est contra legem dei spectat ordinarie iudicare an sit contra legem dei vel non Ex ore enim eius legem requiram/ ergo ad iudicem ecclesiasticum ordinarie & iudiciarie spectat cognoscere de omni peccato erroris vel oppositionis in rebus secularibus: vt si quis diceret furtum non esse peccatum. immo si cum pertinatia diceret talis esset hereticus: sed notum est q; hoc spectat ad iudicẽ ecclesiasticum de talibus cognoscere. ¶ Secunda propositio regulariter ad iudicem ecclesiasticum nõ spectat ordinarie cognoscere de vendicatione rerum secularium puta cuius sint/ aut cuius nõ sint. patet nã q; ista res sit istius & illa illius hoc est ex iure ciuili ex capitulo quo iure supra allegato/ ergo hoc debet iudicari secundũ leges ciuiles: sed ad ecclesiasticum vt ecclesiasticus est nõ spectat cognitio iuris ciuilis in capitulo quo iure & capitulo nouit de iudicijs. Non intendimus de feudo iudicare/ quia ad ipsum spectat. i. regem vel imperatorem. in criminibus non in possessionibus vestra potestas est. Et istud apparenter deducitur ex sacris litteris. nã sũmus põtifex non habet maiorem auctoritatẽ quã habuit Christus secundum humanitatem: sed Christus secundum humanitatem non habuit hanc auctoritatem discernendi de feudis & de rebus secularibus/ & de vendicatione rerum secularium. nam ipse. q. negãs a se auctoritatẽ illã respõdit iuueni interrogãti eum vt iuberet fratrem suum diuidere hereditatem: quis constituit me diuisorem inter vos. ¶ Cõtra hanc auctoritatem sunt due auctoritates que videntur expresse sonare oppositum. Prima habetur. xj. q. j. c. quecũq; dissentiones oriuntur inter Christianos ad ecclesiasticos sunt defferende & ab eis terminande/ ergo etiã dissentiones q̃ oriuntur de venditionibus. Dico q; istud capitulum expresse poitur a palea. & ideo nec approbatur nec reprobatur: immo nullius est approbatois. ¶ Alia auctoritas habetur prime ad Corinthi. vj. angelos iudicabimus q̃to magis secularia. ergo magis ex officio/ quia clerici sunt: spectat de secularibus iudicare. ¶ Quantum ad hoc Occã optime soluit. Reprehendebat enĩ paulus fideles qui conueniebant sese mutuo corã iudicibus infidelibus/ admonebat enim eos vt componerent inter se anteq̃ adirent iudicium/ & si non: q; ex consensu partium aliquos deligerent arbitros: si autem non/ recurrerent ad ordinarium/ & ita debet facere quilibet bonus iudex. Vnde nos angelos iudicabimus supple iudicio approbatois approbando beatitudinẽ bonorum & dãnationem malorũ/ q̃to magis secularia iudicabimus iudicio supple approbatois approbando illud esse tuum &c. Vnde istis duabus propositionibus concordat maior pars doctorum. ¶ Iam difficultas est/ nam notum est hoc esse meum & illud esse sortis: nichilominus sortes detiet/ & sic notum est ipsum peccare detinendo me inuito: & illud peccatum sortis est peccatum seculare & non spirituale: quia non est de directo contra sacramenta. querit modo vtrũ ad summum pontificem vel iudicem ecclesiasticum spectet ordinarie tale peccatum punire vel solum ad iudicẽ laicum. ¶ Quãtum ad hoc sunt tria dicta. Primum. Non spectat ad summum pontificem quemlibet de quolibet tali peccato etiã quod noscit esse peccatum ordinarie iudicare seu punire. & hoc conceditur ferme ab omibus doct. Patet non spectat ad summũ põtificẽ de tali peccato punire infidelem purum ordina

Secũda positio.

Primũ dictum.

rie. patet antecedens. prime ad Corithi. v. Non est michi cure de his que foris sunt. i. de infidelibus hoc est nullã habeo potestatem coherciuã super eos. Hoc dato de peccato puri ifidelis quod sit notum & quod ipse concedat realiter alienum detinere adhuc ad pontificem vt pontifex est non spectat istum de tali peccato ordinarie punire/ quod maior pars doctorum concedit & hoc satis paulus innuit q; postq̃ idolatras ebrios maledicos rapaces sp̃misit stati subiunxit/ quid enim mihi de his que foris sũt iudicare: ¶ Panormitanus in capitulo nouit de iudicis tenet oppositũ. videlicet q; summus pontifex in peccatis que sunt contra legem nature potest infideles excõmunicare & cohercere censura ecclesiastica: sed communis sententia doct. tenet oppositũ. ¶ Ex isto dicto sequuntur aliqua correlaria Primum infidelis non tenetur vitare excommunicatum fidelem. Ratio est quia sũmus pontifex non potest obligare illũ ad vitandum. quia nullam habet iurisdictionem in ipsum. Secundo sequitur q; fidelis excommunicatus non tenetur vitare infidelem. Nam in excommunicatõne sunt duo. excommunicatus enim tenetur vitare fratres suos Christianos & illi ipsum: & vltra tenetur se a sacramentis abstinere. Tertium quod sequitur est q; vitare excommunicatum q̃tum ad collocutionem & q̃tum ad illa que sunt mere ciuilia non videtur esse de iure diuino. vt dicit Occã in dya. sed solũ de iure positiuo: tamen videntur aliq̃ auctoritates oppositum sonare. Difficultas ẽ vtrum vitare excommunicatum sit preceptum diuinum vel humanũ. Dicit Occã q; est solum humanum. Ratio est quia si esset diuinum nulla indigẽtia etiã extrema posset aliquem excusare de participando cum excommunicato. quia propter nullam indigentiam etiã extremã sunt precepta diuina frangenda sed indigentia extrema excusat de participando cum excommunicato/ ergo illud est solum iure humano prohibitum. & hoc argumentum est multum apparens: ideo vitare illum q̃tum ad ciuilia ista: & non sacramenta est solum de iure humano & non diuino. ¶ Secundum dictũ in quo non est difficultas/ q; ad pontificẽ spectat ordinarie iudicare vnũquẽq; pro crimine quod est pure spirituale puta pro peccatis contra sacramenta vel articulos fidei commissis. Patet/ ad ipsum spectat noscere ius diuinum & alijs manifestare & inobedientes aliqua pena punire igitur/ sola igitur est difficultas in hoc puta sit sortes fidelis qui peccat mortali peccato quod solum est seculare peccatum: vtrũ ad summum põtificem ordinarie spectet iudicare de tali crimine vel ad laycũ. Apparentia ẽ q; solũ ad laycũ. quia pro eodẽ peccato nullus debet puniri diuersis penis: sed talis puniet a iudice laico: igitur. ¶ Quantum ad hoc ẽ difficultas in qua aduersantur doct. Durãdus in tertia. q. de iurisdictione ecclesiastica tenet q; ad iudicem ecclesiasticum spectat ordinarie de omni actione humana cognoscere presertim si consideretur per modum iniurie aut peccati: & sic vnũquemq; p omni peccato mortali pena ecclesiastica punire. & loquitur sẽper de fidelibus. Patet multis argumentis & faciam duo apparentiora. Primum est/ cuius est considerare finem semper est considerare media ordinata ad illum finem. quia semper media sumunt rationem a fine. & illa propositio videtur satis nota: sicut medicus cuius est considerare sanitatem considerat ea que inducunt sanitatem & que impediunt ipsam/ sed sic est q; corpus est propter animam: & temporalia propter spiritualia: & q̃liber actio humana debet ordinari in vltimum finem. i. beatitudinem. ergo cuius est ordinarie cognoscere de spiritualibus & fine vltimo & de spiritu eiusdem est cognoscere de omnibus ordinatis ad illa/ & presertim de actionibus humanis q̃ ponũtur sub ratione cõuenientis vel impedimenti ad illũ finẽ. Et ipse Durandus vocat hanc rationẽ irrefragabilem. Secunda ratio que est apparẽtior sũpta ex auctoritate Christi Matthei. xvii j.

Secũdũ dictum.

Durãdus

Argumẽtũ primũ Durandi

Si peccauerit in te frater tuus &c. nam si detineat mea vel percutiat me peccat in me/tãdem ex processu dicit dic ecclesie. i. prelato ecclesie potestatem habenti illum excõmunicare pro quocũq; peccato quod est in fratrem commissum. & hoc est multum apparens & probabile q; ad summum pontificẽ & ecclesiasticos iudices spectat ordiarie iudicare de omni actione humana proposita vel constituta sub ratione iniurie vel peccati & vnũquẽq; pro tali peccato pena affice re precipue pro peccato cõtumatie. ¶ Aliter dicit Iohan. de parisius & Occã/q; summus pontifex regulariter non debet iudicare seu aliquem punire pro peccato quod ẽ pure seculare (quod dico propter adulteriũ quod non est pure seculare. immo contra matrimonij sacramentum / Similiter vsura non est peccatum pure seculare) sed solum in tribns casibus / exemplum iudex ecclesiasticus nõ debet punire furãtẽ p furto nec homicidium pro homicidio supposito q; sit laicus. ¶ Tũc dicit augustinus super Amos propheta quedã sunt peccata ita enormia q; non veniunt a iudice ecclesiastico punienda sed a seculari. Vltra dicit Occam in fine dya. q; papa i tribus casibus potest/cui concordat Gerson. Primus quãdo peccãs est iuridicialiter subiectus iurisdictione layca summo pontifice. potest tunc ipsum punire. ¶ Secundus est quando in terra in qua talis peccat non est aliquis dñs temporalis vel si sit pernitiose negligit peccatorem punire. Patet per ca. licet de foro cõpetenti vbi expresse ponitur talis casus. ¶ Tertius/ quãdo iudex secularis nullã penam potest infligere vt in casu cum peccator est occultus: nam pena temporalis non infligitur nisi persone cognite. Ideo in istis tribus casibus ad summum pontificẽ & iudices ecclisiasticos spectat punire de tali crimine pure seculari/ sed illis exceptis dicit Occã non spectat ad summum pontificem ipsum laycum de crimine pure layco regulariter punire. Quid ergo respondebit Occam ad argumentum Durandi. Dicit Io. de parisius ad maiorem/ cuius est iudicare de fine eiusdem est iudicare suple innuitiue. i. inuere que sunt media necessaria ad illum finem consequendum & que impedimẽta/ & hoc verum est q; spectat ad ecclesiasticum / quia ad eum spectat ostendere quod est necessarium ad felicitatem consequẽdam. Sed si intelligas cuius est iudicare de fine eiusdẽ est iudicare iudicio coherciuo & correctio de quolibet necessario ad illum finẽ/ negatur/ immo illa est falsa vniuersaliter cuius ẽ iudicare de fine illius est iudicare de medijs iudicio coherciuo & hoc ordinarie de quo libet necessario vel impediente respectu talis finis. ¶ Etiam dico q; summus pontifex non iudicat de beatitudine eterna isto iudicio de quo loquimur sed p modũ doctrine & incitamenti ostendendo de medijs necessarijs ad salutem. Regulariter ergo ciuilia ad laycos pertinent. ¶ Ad secundum si peccauerit in te frater tuus non excludit aliquod peccatum neq; spirituale neq; tẽporale/ ergo ecclesiasticus super q̃libet peccatũ habet auctoritatem. ¶ Dicit Occã prio si peccauerit dic ecclesie q; per ecclesiam nõ intellegitur ecclesiasticus solũ sed quecũq; communitas fidelium siue sint soli ecclesiastici/ siue soli layci siue vtrũq; simul iũcti & hoc modo exponere dic ecclesie. i. tali communitati puta tali parrochie. Dicit secũdo q; per illam auctoritatẽ non datur potestas coherciua iudici ecclesiastico sed solum datur eadem potestas que datur ipis testibus/ nam dicitur adhibe duos testes & non datur testibus auctoritas excommunicãdi sed increpandi & admonendi. ideo dicit q; similiter non datur iudici ecclesiastico potestatem excommunicandi sed declarandi ipsum esse excommunicatum. Verum videt Durandi opinio probabilior & conformior processui euangelico q; quicunq; de aliquo certum est quod est mortale saluo ordine iuris puta saluo processu de correctione fraterna tandẽ p contumatia venit excõmunicandus. quia nult desistere ab illo peccato. ¶ Hanc deffensat & ad longũ nititur

Triplices casus

Solutio primi articuli dubitandi.

Ad secundum.

probare carlerius ponens vltimum suum correlarium tale. q; afferere iudicem ecclesiasticum non posse cogere laicum ad soluẽdum debitum quando certum est quod ipse debet illud vel ad cedendũ bonis est errare in materia clauium. Habetur ergo resolutoire quãdo de aliquo exteriori facto certo quod est peccatum põt iudex ecclesiasticus seruato ordine iuris de quocunq; tali ordinarie cognoscere & in foro exteriori publico peccantẽ censura. i. excõmunicationis ecclesiastica punire & precipue si fuerit cõtumax. Et hec opinio est sacris litteris cõformior.

Resolutio.

¶ Capitulo. xij. An papa possit aliquid pcipere cuius trãsgressio iducat mortale pctm

Consequenter videndũ ẽ de secũdo ligamine. vtrũ papa vnũquemq; ligare possit ligamine precepti obligantis ad peccatum Hoc ẽ vtrũ Petro & successoribus eius fuerit i illo verbo/ quodcũq; ligaueris &c. a christo collata vel promissa potestas vnicuiq; aliquid precipiẽdi sub pena peccati. ¶ Arguitur primo q; non. nam non est peccatũ nisi contra legem dei. Patet per diffinitionem peccati ab Augustio datam. ergo nullus legislator humanus habet potestatem precipiendi sub pena peccati. ¶ In oppositũ arguitur. habetur in sacris litteris. vt pria Petri capi. ij. obedite prepositis vestris etiam discolis. Similiter habetur. qui vos audit me audit. Cõmuniter habetur circa hoc controuersia inter doctores. Degerson o i quarta parte de vita spirituali anime dicit. Nulla transgressio legis naturalis aut humane ea ratõne qua est naturalis aut humana ẽ peccatum mortale/ & hec propositio est conformis ad dicta durandi. Dicit notãter ea ratione qua naturalis vel humana. qa eadem lex potest esse naturalis & diuina. vnde voco legem naturalem illam que omnibus ratione vtẽtibus ex iudicio rationis communis est secluso quocunq; signo sensibili exteriori. ¶ Vnde dicit gerso q; mortale est quod operatur reatum ad penã eternam. i. obligatõnem ad penam eternam si ue de acceptationẽ. His suppositis si carguit/ legislator non potest condere legem cum adiectione pene quam non potest infligere. Nam legislator ciuilis frustra conderet legem de aliquo faciẽdo sub pena excõmunicationis quia illã non potest infligere nec exercere. Similiter legislator ecclesiasticus frustra conderet legem sub pena suspendij quia illam non posset exercere/ sed sic est q; nullus legislator humanus potest infligere penam eternam que debetur mortali nec de ea cognoscere in suo foro/ ergo nullus legislator humanus potest condere legem quo ad adiectionem pene eterne. ergo non potest obligare sub pena peccati mortalis capiendo mortale pro illo quod operatur reatum ad penã eternam alias legislator posset cõdere legem cum adiectione pene impossibilis. Vnde dicit Durãdus q; legislator non potest condere legem de actibus interioribus. quia de illis non põt aliquid cognoscere in suo foro/ nec eos punire/ sed solius dei est penã eternã cognoscere & eam infligere ergo non spectat ad legislatorem humanum &c. Hoc est nullus prelatus aut ciuilis aut canonicus siue ecclesiasticus potest subditis aliquid precipere sub pena peccati mortalis. ¶ Ex ista prima propositione sequitur secunda correlaria. q; aliquis potest satisfacere & adimplere p̃ceptum humanum per mortale peccatum sicut & aliqs potest mereri transgrediẽdo p̃ceptum humanum. Patet primum de illo qui ieiunat propter appetitum vane glorie Actus interior non subiacet imperio hominis & per illum interiorem dum modo impleatur exterior non transgreditur precep tum humanum. Exemplum secundi. patet de illo qui aliquã mulierem despõsauit clãdestine per verba de presenti/ post modum cum alia contrahit in facie ecclesie cogitur habitare cum secunda que non est sua vxor sub pena excommunicationis talis nolẽdo

Correlariũ prie propositionis.

Pria propositõ de persona

Lex naturalis

cohabitare secum propter deum meretur. & transgreditur preceptum humanum & ista est suma opinionis de Gersono. ¶Sed pro opinione opposita que videtur rationabilior sit prima propositio. ¶Non solū papa sed quilibet sacerdos virtute clauium in foro penitentiali & secreto ei in tali foro subecto ex vi precepti potest ipsum subiectum obligare ad aliquam penam quam teneatur acceptare & facere sub pena peccati q̄ secluso suo precepto nullo modo peccaret transgrediendo. & hec est etiam opinio. s. Thome q̄is Scotus oppositum dicat. Ratio est/vnusquisq; iudex ordinarius suum subditum conuictū & accusatum de peccato cuius cognitio ad suū forum spectat potest punire & certam penam imponere quā tenetur sufferre. Hinc dicit. s. Tho. q̄ iuste condemnatus ad mortem etiam si pateat ei locus fuge tenetur obedire illi sententie & si affugiat peccabit/ sed sic ē q̄ iste sacerdos est ordinarius q̄tum ad forum penitentiale & secretū & alter subditus q̄tum ad illū forum & sufficienter conuictus & accusatus/ quia sua confessio est sufficiens cōuictio cū in tali foro idem sit reus testis & accusator/ ergo pōt illi indicere & ponere penā quā teneat sufferre/ & secluso tali p̄cepto de illa pena sufferenda q̄is fuisset confessus nō fuisset obligatus sub pena peccati/ verūtamē (apud Tho. & apparentia est) superueniente tali precepto sacerdotis cui se subiecit tenetur illam ferre & non potest renuere dūmodo ipsa pena sit rationalis. immo teneā sub pena peccati adimplere illam penam. ¶Vnde auctoritas illa/ quodcūq; solueris intelligitur a peccato & ligaueris suple ad penam erit ligatum &c. videtur hoc sonare/ ergo ex vi precepti sacerdotis ordinarij penitens sub pena peccati tenetur illam implere. & hec opinio videtur probabilior q̄ opposita. Scotus dicit q̄ si subijciat se ad vtrūq; tenetur. ¶Secunda propositio pcilium generale q̄tum ad forum exterius (qa per se non habet potestatem super actus interiores/ nam non potest audire confessiones) pōt aliqd precipere sub pena mortalis quod secluso p̄cepto non foret peccatum stando precise in lege diuina. & cōmuniter doct. satis concordant in hoc. ¶Patet/ concilū generale est tante potestatis sicut erat in primitiua ecclesia/ sed i primitia ecclesia poterat condere legem & statutū cuius trāsgressio erat mortale peccatū/ ergo. & nunc. Patet maior/ tempore apostolorum Actuū .x. Visum est spiritui sancto & nobis nichil vobis imponere preterq̄ hec necessaria vt abstineatis ab immolato & suffocato sanguine & fornicatione. Licitum erat gentibus ante & post conuersionem suffocatū in sanguinem. i. occisum sine emissione sanguinis comedere & hec prohibebāt in lege moysi que non obligabat gētiles/ & abrogata iam est q̄tum ad ceri monialia nichilominus in tali concilio fuit eis prohibitū sub pena peccati vt abstinerent ab immolato & suffocato & erat eis necessariū promutua cōuersatione. Similiter fornicatio erat simpliciter phibita & sic trāsgressio erat peccatū. ergo potest concilium aliquid prohibere sub pena peccati. ¶Preterea est preceptum sub pena excommunicationis (quenō potest ferri nisi pro peccato) sumere semel in anno eucharistiam. Similiter potest concilium generale ipsam ecclesiam obligare ad aliquid ad quod prius non erat obligata quia concilium gerit vices ecclesie & representat totam ecclesiam/ ideo potest ipsa ecclesiā obligare. ¶Tertia propositio quā pono secundum hanc opinionē/ summus pontifex in foro exteriori potest aliquid p̄cipere ratione cuius transgressio erit mortalis que non esset tali precepto secluso. pro cuius suasione dicit Gerson q̄ si medicus expertus & scientificus diceret michi iste cibus est pestifer/ si ex illo comedas morieris teneor non comedere non vi precepti medici/ sed vi huius precepti non occides. iqa teneor non me occidere. Similiter quando prelatus dat aliquod preceptum michi: teneor illud adimplere non vi precepti prelati sed vi precepti diuini & superioris.

Pria propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Dico vltra/ q̄ potest pontifex virtute potestatis sibi date condere preceptum cuius actio contraria erit peccatum & adequate contra tale preceptum summi pōtificis/ ita q̄ non erit contra preceptum diuinum directe neq; contra aliquam alteram legē preterq̄ contra legem summi pontificis. Patet sic/ summus pontifex obligat ex vi precepti eius cōsanguineos in quarto gradu nō contrahere/ ita q̄ illegitimi reputantur in gradu vel statu prohibito geniti/ vt habetur extra de clandestina desponsatione cum inhibitio. Sint ergo sortes & berta cōsanguinei in quarto tunc obligantur non contrahere ad inuicem/ ita q̄ si contrahant peccabunt mortaliter & non erit matrimonium/ & adhoc non obligātur virtute precepti diuini quod notificetur nobis p̄ preceptum summi pontificis/ ergo ex precepto summi pontificis obligātur. & vltra ex precepto summi pontificis obligātur. Igit talis trangressio est peccatum ex hoc solū/ quia contra preceptum summi pontificis & non solum diuinum. Similiter si post istam obligationem factam a summo pontifice in quarto & tertio gradibus sortes cognosceret bertam carnaliter grauius peccaret q̄ faceret secluſa tali illegitimatiōe/ quia committeret incestum/ ergo illud peccatū efficitur notabiliter grauius in esse peccati mortalis q̄ foret sine tali cōstitutione summi pontificis. igitur talis constitutio ligat ad mortale. ¶Item possunt adduci ad hoc suadendum multe rationes & auctoritates variorum auctorum. Nam ponit Okam in fine prime partis dyalogorum. & circa tertiam/ q̄ summus pontifex ratione delicti prius commissi in foro exteriori potest aliquem detrudere in monasterium & ligare eum vt seruet perpetuam castitatem/ ita q̄ si attentet contrahere peccabit & secluso precepto pontificis posset contrahere. ergo potest aliquem ligare ad liquid cuius trāsgressio inducit peccatum mortale. Preterea ante preceptum de non participando cum excommunicato nullus peccabat cōmunicando cum illo. ergo potest pontifex in foro publico & exteriori ratione clauis sibi date a Christo aliquem ligare ad mortale. Similiter ratiōe delicti/ potest precipere penam in foro exteriori. & ille cui precipit illam tenetur adimplere. Ideo quātum ad penam soluēdam potest ligare sub pena peccati. Item in sacramentis vt in matrimonio potest aliquem ligare sub pena peccati mortalis vt visum est de non contrahendo in tertio & quarto gradibus. Similiter quantum ad specificationem preceptorum dei potest ad aliquid ligare sub pena peccati mortalis/ nam ex iure diuino teneor confiteri & suscipere eucharistiam: sed non est ex iure diuino specificatum tempus quando teneor nisi ex vehementi probabilitate q̄ nunq̄ postea daretur oportunitas: & summo pontifici data est auctoritas a Christo certum tempus determinare in quo quilibet fidelis christianus rationis compos sub pena peccati mortalis teneretur. vt dictum est in lectione quarti in allegatione & declaratione illius capituli omnis vtriusq; sexus de penitentijs & remissionibus. & sic in istis tribus casibus se extendit potestas summi pontificis ad arctandū fideles ad aliquid sub pena peccati mortalis. Primus ratione culpe/ quia habet potestatem punitiuam. Secundus in sacramentis precipue matrimonij/ quia potest materiam illegitimare. Tertius/ precepta diuina ad certum tempus limitando. ¶Ad rationes domini Degersono. ad primā que precipua est iter alias. nullus legislator potest condere legem cum adiectione & appositione alicuius pene quam non potest i suo foro infligere/ vt argutum est de laico qui non potest statuere aliquod statutum ob/ seruandum sub pena excommunicationis. Distinguo: vel si talis legislator nōn habeat auctoritatem ab aliquo qui possit eam infligere in suo foro. verum est/ sed vbi ha-

bet auctoritatem ab illo qui potest cognoscere discrimen & penam condignam illi infligere negatur. Vnde dico q̄ summus pontifex quia est vicarius Christi habet auctoritatem ab illo cognoscēdi in suo foro de crimine & aliquid precipere sub obligatione ad penam eternam. Et non est simile de prelato ciuili puta rege vel alio temporali iurisdictionem habente in temporalibus / cum talis non habeat potestatem aliquem obligare ad aliquid cuius transgressio inducat penam eternam. quia non est immediate vicarius Christi sicut summus pontifex cui potestas immediate ab ipso Christo commissa & collata est. igitur.

Capitulum tridecimum an papa possit dispensare in preceptis

VISVM EST DE PRIma pte auctoritatis quomodo papa potest vnūquēq; ligare / puta ligamine excommunicationis pro peccato. Secundo ligare potest / id est ad penam obligare pro culpa precedente. Item ligare potest ligamine precepti ad aliquid faciendum vel omittendum. ¶Iam videndum est de secundo membro auctoritatis. Vtrum summus pontifex auctoritatea Christo sibi collata immediate possit vnumquemq; fidelem soluere. & non loquor an pontifex possit vnumquemq; soluere fidelem a ligamine excommunicationis / quia notum est q̄ sic. Similiter non querimus an papa possit soluere a ligamine peccati quia certum est q̄ sic / si sit presbiter (non presbyter in papam electus habet auctoritatem in foro exteriori) nec est difficultas an papa possit soluere a pena post remissionem culpe / puta per indulgentiarum largitionē. difficultas ergo precipua est. Vtrum papa possit vnumquemq; christianum ligatum ligamine precepti / id est obligatum soluere / id est deobligare. & hoc est querere an possit dispensare a precepto. ¶Secundo supponitur q̄ inter precepta / aliqua sunt pure naturalia iuris pure naturalis. & illa sunt que vnicuiq; vtenti ratione nota sunt / vel saltem ex eis deducibilia immediate. primavocantur principia & secunda conclusiones. ¶Alia sunt precepta positiua que vnicuiq; vtenti ratione non sunt nota neq; deducibilia ex eis in cōsequētia euidenti: sed forte multum eis conformia & propter illam conformitatem ab ipso superiore precepta. & ista sunt duplicia / nam quedam sunt diuina. altera vero humana. Exemplum primi / vt precepta a Christo data pro lege euangelica / puta q̄ vnusq; baptisetur / confiteatur &c. quāuis sint diuina sunt tamen positiua / quia non sunt de lege naturali sed ex tempore posita & non sunt necessario vnumquēq; obligātia. Exemplum secundi / vt sunt multa precepta humana. ¶Tertio supponitur q̄ duplici homo obligari potest. Dupliciter homo obligari potest. Nā est quedam obligatio qua obligatur homo absq; omni consensu eius etiam ipso inuito. & ista obligatione obligatur homo ad omnia precepta que a deo sunt data. Ex quo sequitur q̄ quilibet homo obligatur ad susceptionem baptismi & talis obligatio nō dependet a consensu libero hominis. Alia est obligatio que ortum habet a cōsensu obligati & secluso tali consensu nunq̄ oriretur talis obligatio / vt obligatio qua obligatur religiosus seruare obedientiam & castitatē Nam per liberum consensum suum ad hoc se obligauit & per promissionem liberam. Similiter sit sortes maritus berte: obligatur illi quātum ad actus matrimoniales ex libero consensu & promissione illius. Istis suppositis queritur an papa possit aliquem soluere a prima obligatione vel secunda. Tertio supponitur q̄ isti sex termini differunt scilicet reuocatio legis / & abrogatio eiusdem / dispēsatio in lege & derogatio illius / interpretatio legis & epikeya. Nam

reuocatio & abrogatio in hoc conueniunt q̄ lex totaliter auffertur quantum ad omnes & q̄tum ad conditionē legis etiā in ordine ad quodlibet tempus vt lex Moysi est reuocata & abrogata quantum ad cerimonialia & iudicialia / quia nullus manet obligatus ad illa. Sed differunt / quia reuocatio fit a legislatore vel superiori / & abrogatio a cōsuetudine / & in hoc solū differunt. Reuocatur lex quando cassatur obligatio illius ab ipso qui illam condidit vel a superiore / sed abrogatur quando cassatur eius obligatio omnimode per consuetudinem oppositam. ¶Ex quo sequitur q̄ lex diuina nullo modo potest abrogari quāuis possit reuocari: sed lex humana potest & abrogari & reuocari. Item dispensatio & abrogatio in hoc conueniunt / quia dispensatio & abrogatio nō aufferunt totaliter legem sed solum in ordine ad quādam certam personam / vel in ordine ad certum tempus / vt data est sorti potestas copulandi in tertio gradu cum berta / cum tali est facta dispensatio in lege / quia non nisi ad certam vel certas personas. Sed differunt quia dispensatio fit a legislatore & abrogatio a consuetudine. Item interpretatio & epikeya differunt / quia interpretatio fit a legislatore & precipue vbi lex habet duos sensus Sed epikeya est quando occurrit casus particularis in quo seruare legem esset contra rationem legis. & iudicare in tali casu legē non esse obseruandam est vti epikeya. ¶Istis suppositis est nunc questio terminanda qua queritur. Vtrum summus pontifex ex auctoritate a Christo sibi collata habeat potestatem vnūquēq; obligatum tam preter consensum q̄ ex cōsensu suo ab illa obligatione soluendi. ¶Quod ad illud sit prima propositio. Papa non potest in lege pure naturali aut diuina dispensare aut reuocare. & sic neminem nec totam communitatem a debito illius legis potest ipse soluere. Patet sic. Quando cunq; sunt duo superiores & inter illos est ordo / quia vnus superior / si talis superior precipiat aliquid vni tertio / & inferior oppositum vel prohibeat / obediendum est superiori neglecto precepto vel prohibitione inferioris. ergo cum deus sit superior in ordine ad omnes precipiens aliquid vel prohibens contra illud non potest papa nec dispensare nec reuocare nec oppositum precipere vel prohibere. Nam ita est inter homines / puta si imperator aliquid precipiat / & dux oppositum / obediēdum est imperatori / a fortiori erit inter deum & homines. Ista propositio patet manifeste ex vigesimosecundo capitulo apoca. & vltimo. Si quis apposuerit ad hec apponet deus super eum plagas scriptas in libro isto. & si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius auferet deus partem eius de libro vite & ciuitate sancta. & de his que scripta sunt in libro isto dicit qui testimonium perhibet istorum / ergo summus pontifex nullo modo potest dispensare in his que sunt de lege euangelica. & ista propositio ponitur in multis capitulis. xxv. q. prima. Omne quod actū est contra legem naturē / aut euangelicam irritum habeatur. Ideo ferme cōceditur ab omnibus q̄ non potest papa obligationē ortam a iure diuino vel naturali. Etiam in inuitum aliquo modo reuocare nec in ea dispensare. Aliqui tamen iuriste tenent q̄ oppositum istius propositionis. Panormitanus in capitulo licet de feris / q̄ papa potest dispensare in lege diuina in preceptis affirmatiuis saltem. Patet de sanctificatione sabbati. & hoc est contra preceptum diuinum. Similiter hoc tenet Angelus i summa. Nam Martinus quintus consilio maturo habito dispensauit inter aliquos in secundo gradu consanguinitatis qui est lege diuina prohibitus. Similiter temporibus nostris papa dispensauit cum aliquo q̄ haberet duas sorores vnam post alteram contra legem dei / quia habetur Non reuelabis turpitudinem vxoris fratris sui. vt patet in rege portugalie q̄ successiue duas habuit sorores imo nūc tenet sedam. & rege anglie q̄ cepit vxorē fratris defuncti. ergo pōt papa

1. ppō.

dispensare in illis que sunt lege diuina prohibita. Item contra legem nature est non maleficos punire. Nō patiaris maleficum viuere: sed princeps laicus sepe condonat vitam malefactoribus. ergo dispensat contra legē nō solū diuinā sed nature. Ad tū ad primum nego ꝙ papa dispenset in preceptis diuinis. & cum arguitur de dispensatione sabbati. dico ꝙ nō dispēsat sed declarat. Aliquando capitur dispēsatio pro iuris declaratione & sic potest: sed non potest dispensare. i. ius diuinum relaxare. & cum dicitur de iure diuino est nullum opus seruile exercere. Dico ꝙ in antiquo testamento erat ꝙ nullum opus seruile die sabbato exerceretur: sed illud erat cerimoniale: & nō ē de iure diuino euangelico multum tamen conforme iuri diuino euangelico: sed non est simpliciter de iure diuio sed p̄cise humano. Item i antiquo testamento q̄is eēt prohibitum nullum opus seruile exercere: tamen si fuisset necessarium erat eis licitū puta extrahere bouē de puteo. & hoc ostēdit Christus iudeis reprehendentibus discipulos euellentes spicas die sabbati. & non loquitur hic de seruitute peccati/quia talis omni tempore iure diuino est prohibita &c. Itē fuit licitum Machabeis pugnare. ideo dispensare in illo est solum ius declarare & nō reuocare siue relaxare. Vnde papa permittit piscari & capere aleca die festo/& in hoc ius declarat & nō relaxat. Ad aliud de affinitate in secundo gradu affinitatis. Dico ꝙ non habetur ꝙ sit prohibitū iure diuino. & si de facto ita esset dico ꝙ nō erat dispensatio sed dissipatio. & ad auctoritatem non reuelabis turpitudinem vxoris fratris tui: Dico ꝙ illud in veteri testamento erat cerimoniale. ideo non manet in lege euangelica. Sed instatur/quia ecclesia tenet esse de iure diuino non contrahere in illis gradibus affinitatis/& licet hoc nō reperiatur in sacra scriptura tñ dicit hoc tenere verbotenus ab apostolis/sicut tenet formam sacramētorum que tñ nō reperitur in sacra scriptura & est de iure diuino. solutionē querat rex portugalie qui successiue duxit duas sorores. ¶Ad aliud de laico precipue qui multis malefactoribus dat gratias & condonat. Dico primo ꝙ de lege nature ē maleficum punire. Secundo dico ꝙ nulla determinata pena de lege nature determiatur isti malefacto. Tertio dico quando non punire non cedit in detrimentum rei publice non est contra ius naturale non punire: sed vbi punire est necessarium ad tranquillam conuersationem rei publice & non punire cedit in detrimentum reipublice & in perditionem: tunc est de iure naturali punire/& tunc nec̄ rex nec̄ princeps potest legitime malefactori dare veniam. Ex dictis relinquitur prima propositio manifesta.

¶Secunda propositio. Papa auctoritate a Christo sibi imediate collata potest obligatum obligatione pure humana soluere etiam quāuis non habeat ortum a suo consensu scilicet obligati. Patet per illud commune/cuius est legem condere illius est reuocare: sed summi pontificis est legē cōdere obligantē christianos (habet enim a Christo auctoritatem constituendi canones & precepta) ergo ipse habet auctoritatem soluēdi ab illo ligamine obligationis Vnde papa nō est sub iure: sed supra ius sup̄le canonicum. Illud quod est institutum pro caritate & communi vtilitate non debet contra caritatem militare: sed leges humane sunt tales ꝙ i aliquo casu obseruatio illarum esset in detrimentum caritatis aut communis vtilitatis. ergo in tali casu apud legislatorem est auctoritas remouendi talem legem. ¶Difficultas prima. vtrum sine causa quacunq̄ sed ex sola volūtate sua papa possit legem canonicam reuocare vel dispensare. Exempli gratia/vt nulla est causa nec̄ vtilitas magna ꝙ sortes capiat consanguineam in tertio gradu/an papa pro suo beneplacito possit dispensare ꝙ illam ducat: & ꝙ vterq̄ tam papa q̄ ceteri cū quibus dispensauit sint securi in sua ꝓscientia. ¶Occam in dyalo. ponit decem & nouem casus in quibus papa non potest/& eiusdē

Secunda ꝓpositio

sententie est Durandus de origine iuris. Et bonauentura affert rationem/quia non potest licite & sine causa rationabili legem obseruata reuocari vel cassari a quocunq̄ legislatore vel successore eius: & precipue quando affert detrimētum reipublice eius reuocatio vel cassatio. ergo non potest reuocari vel cassari nisi tantum vtilitatis vel plus afferatur reipublice quātum ex reuocatione vel cassatione eius aufferatur. Patet antecedens/consuetudo multum valet ad obseruationem legis humane: & que contra consuetudinem fiunt quāuis minus mala grauiora tamen estimantur. Nam cōsuetudo mala peruertit intellectum quod facit iudicare illud quod est peccatum non esse peccatum. Ideo lex que diu obseruata fuit & consueta obseruari in aliquo populo si reuocetur vel aufferatur aliquid detrimenti reipublice illius afferet. cōsuetudo enim multum confert ad obseruationem legis.

¶Alia difficultas/an papa possit soluere ab obligatione ortum habente a statuto concilij generalis. Nam communiter dicitur ꝙ concilium generale est supra papam Gerson decima consideratione de potestate ecclesiastica/dicit resolutorie ꝙ si occurrat casus in quo seruando est contra intentionem concilij ita ꝙ si concilium esset cōgregatum (nam rarissime congregatur) dispensaret in tali statuto/concilium in tali casu reliquit auctoritatem pape dispensandi ideo potest dispensare non tamen regulariter quāuis concilium sit supra ipsum.

¶Capitulum. xiiij. an contra apostolorum statuta possit papa dispensare.

Onsequēter q̄ritur vtrū dispēsare possit ꝓtra statutū alicuius apostoli. & queritur hoc. xxvij. q̄stiōe quarta'. an possit dispensare de bigamia. Nam statuit Paulus ꝙ nullus bigamus eēt prebyter & episcopus. Et apparet ꝙ papa non potest in tali casu. quia post q̄ illud est in sacro canone est de iure diuino & quicqd in illo cotinetur. ergo papa non potest super illo dispensare. ¶Sed in oppositū arguitur/nā q̄tum ad ea que sunt iurisdictionis Paulus erat inferior Petro/ergo papa in illis statutis Pauli/& constitutionibus apostolicis potest dispēsare imo etiam in ꝓstitutionibus Petri. Iuriste dicūt ꝙ sic in cap. auctoritatē. v. q. vj. in glosa habetur ꝙ potest dispensare contra apostolum. Similiter & plerici theologi vt vigesimaseptima distinctione quarti Durandus. sanctus. Thomas/Depalude. qui multas rationes adducunt. ¶Ratio Durandi/in omnibus penis que non sunt de iure diuino vel naturali potest dispensare/quia est supra omne ius positiuum non diuinum: sed irregularitas que sequitur ad bigamiam est vna pena que non est de iure diuino nec naturali. Patet/nihil est de iure diuino positiuo nisi quod est de veritate fidei vel necessitate sacramentorum: sed ꝙ sacerdos non sit bigamus non est de veritate articulorum nec de necessitate sacramentorum: ergo non est de iure diuino. Quantum ad hoc dicit ꝙ apostoli fuerunt reuelatores multarum constitutionum que fuerunt statute a Christo quāuis non sint scripte in euangelio sed scripte in apostolo. & verissimile est ꝙ nunq̄ rettulit Paulus aliquid sub precepto quin habuerit a Christo. ¶De bigamia/apparet mihi ꝙ nō potest consequenter dispensare quia Paulus posuit per modum precepti/& habuit auctoritatem precipiendi toti ecclesie/ideo referebat preceptum illud tanquā acceptum a Christo. Contra/Lucius papa dispensauit cum Panormitano qui erat bigamus. Dico ꝙ si dispensauerit cū vero bigamo q̄ de facto habuit duas vxores non fuit vera dispensatio: sed dissipatio. quia eadem auctoritate q̄ Paulus dicit de episcopo oportere ipsos esse puplicos non vinolētos &c. Eadem auctoritate dicit & vnius vxoris virum: sed illa concedunt omnes dixisse tanquā tradita a Christo. igitur illud est de iure diuino ¶Habetur igitur ex resolutio

ne q̄ papa potest in statutis a puro homie dispensare: sed non sine causa rationabili. Item non potest soluere aliquem obligatū obligatione ortum habente a iure diuino vel naturali. De obligatiõe autem que oritur ex iure positiuo etiam sine consensu obligati potest dispensare & soluere ab illa obligatiõe. ¶Restat difficultas de illa obligatione que oritur ex consensu obligati: qua scilicet non pdtest obligari iuuitus vt obligatione que oritur ex iuramento/voto/promissione/matrimonio/&c̄. Nam nullus obligatur ad castitatem anteq̄ consenserit/neq; ad aliquid quod iurauit se facturum priusq̄ libere cõsentiat & iurauerit. & ista est duplex difficultas. Prima/vtrum papa possit dispẽsare in obligatiõe que oritur ex voto simplici. Secunda/an in obligatiõe q̄ oritur ex voto solẽni. ¶Q;tũ ad primum/conueniunt doctores omnes in hoc q̄ papa potest dispensare seu soluere hominem ab obligatione que oritur ex consensu proprio per votum simplex. ¶Sanctus Thomas secunda secunde. q. lxxviij. articulo decimo. dicit q̄ dispensatio voti intelligenda est ad modum dispensationis q̄ fit in obseruantia alicuius legis. Nam lex fertur vel ponitur a legislatoribus respiciẽdo ad id quod est vt in pluribus bonum/sed cum contingit in aliquo casu non esse bonum: oportuit per aliquem determinari in illo particulari casu legem non esse seruandam/& hoc proprie est dispẽsare in lege. Similiter qui vouet quodãmodo statuit sibi legem obligãs se ad aliquid quod est secundum se & vt in pluribus bonum/potest tamen contingere q̄ in aliquo casu sit vel simpliciter malum vel inutile vel maioris boni impedimentum: quod est contra rationem eius quod cadit sub voto. & ideo necesse est q̄ determinetur in tali casu votum non esse seruandum. & siquidem absolute determinetur votum aliquod nõ esse seruandum dicitur esse dispensatio voti: si autẽ pro hoc qd̄ seruãdum erat aliquid aliud imponatur: tũc dicitur ꝓmutatio voti. Vnde minus est votum commutare q̄m in voto dispensare vtrũq; tamen in potestate ecclesie consistit. hec Thomas. Cõtra hoc est diffi cultas totius materie/nam ex deductione sancti Thome sequitur q̄ papa non potest dispensare in voto capiendo dispẽsare pro relaxare ius/id est soluere ab obligatione: sed solum videtur q̄ potest dispẽsare/id est ius declarare. Patet consequẽtia/ex illo discursu papa non dispẽsat nisi pro casu in quo illud de quo est votum est malum vel maioris boni impedimentum: sed in tali casu votum prius emissum non obligat amplius. ergo in tali casu non dispensat id est non relaxat: sed ius declarat. Patet minor/nullum votum periculosum est obligatorium (& hoc conceditur ab omnibus) sed in casu illud est pernicioſum. quia vouere aliquid malum/est pernicioſum. Similiter vouere aliquid non malum: sed maioris boni impedimentum est etiam pernicioſum. Tũc bene sequitur/istud est nũc malum vel saltem maioris boni impedimẽtum. ergo votum de illo est incautum vel pernicioſum. & per consequens non obligatorium. Dices si nunc emitteretur votum de illo verum est q̄ esset malum & incautum: sed pro tempore quo fuit emissum non erat malum nec maioris boni impedimentum. ergo. Cõtra/est maxima doctoris. & hanc ponit Bonauentura in tertio circa finem talis. Quando cunq; est votum de aliquo q̄ in casu obseruare vergit in peiorem exitum vel impedit profectum maioris boni & in casu non: superueniente casu in quo vergit non obligat pro tũc. Propterea dicit sanctus Thomas in quarto. Illud quod si presens esset impediret votum ne fieret si post votum supueniat aufert obligationem/ergo q̄uis casu in quo emittebatur votũ tale nõ fuisset icautum/si tamen superueniat casus in quo de nouo emittere esset incautum & incaute vouere: votum prius emissum nõ obligat. & sic videtur q̄ papa non dispensat. id est relaxat sed declarat. ¶Dicit Bonauentura q̄ in

nullo voto potest papa dispẽsare id est ius relaxare sed tantummodo declarare. Ratio eius est/post q̄ votum est emissum non est a iure positiuo q̄ oriatur obligatio sed a iure naturali vel diuino q̄ remaneat talis obligatio: sed papa nihil potest super dispositione iuris naturalis aut diuini/quia inferior nichil potest super dispositione iuris superioris. ergo quãuis emittere votum sit quid liberale & supererrogatiõis/post q̄ tale emissum est oritur obligatio a iure diuino & naturali de obseruatione illius qui vouit. Nam obligatio voti ex duobus que sunt de iure naturali consurgit. Primũ q̄ homo sit verax in promissis. Secundum q̄ non possit impediri per suam obligationem liberã a profectu maioris boni/vel ab aliquo quod cedit in diuine maiestatis honorem. ideo post q̄ emissum est & non accidit casus in quo &c̄. nec ẽ maioris boni impeditiuum a iure naturali oritur & continuatur obligatio. & sic nullo modo potest papa pro tunc dispensare. Sed si accidat casus q̄ obseruare sit malum vel maioris boni impedimẽtum ad pontificẽ spectat declarare talem non esse obligatum in tali casu. ¶Aliter dicũt sanctus Thomas i quarto. & Richardus/q̄ papa potest ipam obligationem soluere & non solum declarare: sed etiam ius relaxare. ¶Ratio sancti Thome que apparens est sic ponitur. Votum non potest esse de illicito/ergo per votum non potest aufferri ab aliquo illud q̄d̄ suũ est. quia illud esset illicitum/incautũ/& pernicioſum. & cum quilibet Christianus teneatur ad obedientiam respectu summi pontificis/sequitur q̄ per votum non potest fieri quin superueniente causa ratiõabili teneatur vouens summo pontifici precipiente oppositũ illius de quo emissũ est votum obedire. Obedientia enī ptinet ad summũ pontificem/& in casu potest aliquid mihi precipere & teneor illud adimplere. ergo quãuis prius emississem votum de tali/ipsi pontifici teneor obedire precipienti oppositum: alias aufferrem pontifici quod suum est. Nam in tali casu si alteri precepisset fuisset alter obligatus parere. ergo & ego qui votum emisi. ergo summus pontifex non tantum ius declarat sed etiam relaxat/id est per suam operationem facit q̄ nõ sum amplius obligatus/& secluſa sua operatione manerem obligatus. ¶Ratio Richardi est talis/papa habet potestatem tãtam vel maiorem super fideles/sicut prelatus religiosus super religiosos sibi subiectos. sed prelatus religiosus dispensat in votis extrinsecis hoc est que non sunt de essentia religionis. ergo papa in voto extrinseco potest dispẽsare (dicuntur enim vota extrinseca respectu votorum que emituntur i baptismate) & ista opinio videtur securior/q̄ papa nõ solum potest ius declarare sed etiam relaxare. nam post quã votum emissum est quãuis illud obseruare esset vouenti bonum & non impedimentum maioris boni/& sic nondum cassata esset obligatio voti/si tamen sit vehemens probabilitas & suspitio q̄ talis infringet votum propter causã apparentem/ita q̄ est valde difficile eũ obseruare q̄n frangat illud nisi papa dispẽset cum tali/in tali casu nõ solum potest iusdeclarare/sed etiam relaxare. Illud enī q̄d̄ est institutũ pro caritate nõ debet militare cõtra charitatẽ. vñ recta ratio naturalis dictat vnicuiq; q̄ in ecclesia debet esse aliquis loco dei qui inspectis periculis & personis & cõmotibus earum possit prouidere vtilitatibus/infirmitatibus/& damnis. & sic adueniente casu quo obseruatio voti verget in malum & detrimentum vouẽtis potest papa cum tali dispensare vt euitetur malum quod alias magnum accideret cõmunitati sine tali dispensatione. Vnde differentia est inter opinionẽ sancti Thome & Bonauenture/quia Bonauẽtura diceret q̄ papa non potest dispensare de voto simplici nisi in casu in quo de facto votum efficit pernicioſum & non amplius obligans. & hoc est tantũmodo declarare ius. hoc est declarare q̄ tunc votum nõ obligat. Sanctus Thomas vltra hoc diceret q̄ non solũ in il-

lo casu sed aduēiēte causa ratiōabili cū qua tamen de facto adhuc votum tenet & obligat /papa potest dispensare pro illa causa ratiōali.& hoc est ius relaxare/quia ibi nō declarat sed cassat obligationem.¶Ad rationes alterius opinionis q̄ postq̄ votum emissum est oritur obligatio nō iure positiuo sed diuino naturali.quia de iure naturali est q̄ homo sit verax in promissis & super ius diuinum aut naturale nihil pōt papa.Dicunt aliqui q̄ in omni voto intelligitur conditio explicite vel implicite:puta si superiori placeat.sed vt dicit sanctus Thomas/talis solutio nihil valet.quia si postea pape non placeret q̄ obseruarem nō essem amplius obligatus: quod est falsum. Et ratio sancti Thome est/sunt aliqua in quibus sumus liberi. & dato q̄ papa illa prohibeat possumus licite illa facere vt seruare castitatē si papa mihi prohiberet illam seruare possum oppositum facere. & ipso prohibente possum vouere & illam seruare.
Et ad argumentum/ex iure naturali oritur obligatio voti.ergo de iure naturali est q̄ obseruetur. verum est quousq̄ obligatio a superiore gerente vices dei pro causa rationabili sit ablata & nō alias. Ad aliud si fortes promittat aliquid quod potest facere& non facit mendax est.Similiter si iurat periurus est:sed papa non potest dispēsare:nec in periurio nec in mendacio. Verum est remanente obligatione:sed quando est ablata vel soluta obligatio nec est mendax nec periurus.¶Resolutio est ergo q̄ papa potest soluere aliquem ab obligatiōe voti simplicis:& sic ius relaxare & nō tm̄ declarare.

¶Capitulum .xv. an papa possit dispensare in voto solenni.

QVantum ad secundam partem de qua est maior dificultas. Anvidelicet papa possit soluere ab obligatione voti solennis. hoc est dispensare in voto solēni. Dicit.s. Tho. q̄ nō/& hoc non rōne obiecti seu materie de qua est votū q̄ nō possit recōpensari in melius sed rōne solēnitatis.qa q̄ semel deo sāctificatū est amplius ad humanos vsus trahi non debet. Alia est opinio aliorum cōmuniter tenentium oppositum .videlicet Durandi/Richardi/& aliorum q̄ quando emittitur votum de aliquo & postea superuenit casus in quo esset incautū & pernicio sum vouere de nouo votum prius emissū non amplius obligat. Et hoc fatetur etiā sanctus Thomas. Sed potest accidere talis casus sorti in voto castitatis perpetue.ergo votum prius emissum a sorte de castitate perpetua non amplius obligat. & sic in tali casu papa potest dispensare adminus ius declarare.vt patet in casu quo regnum adueniret filio regis vnico religioso & est verisimile q̄ regnum exponeretur maximis bellis & discriminibus nisi capiat illud.& videtur q̄ plus tenetur ad seruandum bonum communeq̄ ad castitatem. & hoc argumentum videtur mihi apparētissimum q̄ nō possit emitti votū solēne de quocūq̄ bono de cōsilio vt de castitate q̄tūcūq̄ solēne quin possit accidere casus in quo papa possit dispensare.i.ius relaxare. Et arguit contra Tho.sic solēnitas voti est solum ex institutione ecclesie & non ex iure diuino aut naturali /sed i casu aliquo in omni iure positiuo humano potest papa dispensare vel saltem ius declarare/ergo in voto solēni castitatis cum votum solenne nichil importet vltra simplex nisi aliquid pure positiuū ex institutione ecclesiastica sed in omni positiuo iure & humano potest dispensare saltem epy keisare.ergo si potest in voto simplici castitatis potest in solemni.votum duplici tantum modo solemnisatur scilicet per professionem religionis & per sacri ordinis susceptionem. Sed cōtra hoc est argumentum fortissimum pro parte sācti tho.Arguit sic/votū sollemne saltem religionis dirimit matrimonium cōtractum ratum & non cōsummatum & nō dirimit iure humano/ergo diuino. & vltra ergo a fortiori iure diuino impediet matrimoniū futurum/ergo iure diuio illegitimat hāc personam ad contrahendum:sed papa in

Ponit positio.

personis illegitimis iure diuino dispensare nō pōt.ergo papa i voto solēni nō pōt dispēsare.qd autē nō dirimat mrimoniū ratū iure humāo sed diuio patet/p illd̄ quos deus cōiūxit hō nō sepet.ergo papa nō habet potestatem separandi matrimonialiter coniūctos.& matrimoniū per ius humanū non dirimetur si sit contractum prius.hinc dicunt communiter doct. q̄ gentiles in tertio gradu contrahentes & qui contraxerūt si conuertantur ad fidem debent manere in tali matrimonio/ quia illud est verū matrimonium & non potest solui iure positiuo humano.ergo. minor satis probata q̄ tale votum non dirimit matrimonium iure humano sed diuino.¶Quātum ad hoc argumētum est diuersitas inter doct. nam dicit depalude in quarto duo que non videtur coherere & stare simul.primū q̄ ista mors ciuilis que fit per votum sollemne religionis dirimit iure diuino matrimonium ratū non consummatum. Secundum est q̄ ista mors impedit contrahendum.dicit solum esse iure humano & solum ex illegitimatione humana. Sed arguitur contra hoc.ex dictis suis ista simul starent matrimonium ratum dirimitur /& tamen si postea attentet contrahere sine causa legitima cōtrahet de facto. Patet illa simul stabant anteq̄ esset talis mors puta si esset abrogatum illud ius illegitimatōnis/tunc si tentet cōtrahere de facto contrahet/ergo stando precise in lege diuina posset desponsare duas viuentes absq̄ morte. Item postq̄ contraxit cum secunda vtrum ad dirimendum illud matrimonium sit necessarium aliud votum sollēne de nouo.nō ē apparētia q̄ sic/ergo difficile est dicere q̄ votum sollēne diuio iure dirimat matrimonium ratum & tamen iure positiuo solū impediat cotrahendum.
¶Dicūt iuriste aliter/q̄ papa potest dispēsare in matrimonio rato. Item q̄ potest statuere q̄ per secundum matrimonium rūpatur primum. Vltra vt habetur in quadam glosa/quidam princeps queliuit dispēsatōnem a papa & allegauit pape vnam glo.dicentem q̄ potest. Respōdit illi papa/male dictus q te docuit illā glosā.q.d.possū qui dē sed nō possū nisi p magna necessitate/ita q̄ illa glosa dicit q̄ papa potest relaxare obligationē mutuam que oritur ex mutuo consensu ante cōsummationē matrimonij Et ad auctoritatem quos deus ꝓiunxit &c. verum est quando ē cōiunctio corporum & animorum simul. Istud tamen videt mirabile q̄ papa possit dissoluere matrimonium ex beneplacito eius & q̄ possit statuere q̄ per secundum matrimonium rumpatur primum. quia tunc aliquis posset oēs mulieres desponsare. Videtur mihi dicendum q̄ tale votum solēne religionis iure diuio dirimat matrimonium ratū:& impedit eodem iure matrimonium contrahendum.
¶Soluit doctor in libro argumenta Innocentij quibus nitebatur probare plenitudinem potestatis in temporalibus cōpetere sūmo pontifici ex verbis Christi Quodcunq̄ ligaueris &c. Dicit Innocētius q̄ ly quodcūq̄ nihil excipit. Soluit auctoritatē Innocētij q̄ non solum est falsa:sed hereticalis & q̄ multa verba Innocentij sapiunt heresim. Postea mitius agendo cum Innocentio diceretur q̄ nihil excepit:sed postea excipienda docuit. Vel aliter nihil excepit quod sit necessarium ad consequutionem felicitatis eterne. Alia auctoritas Hieremie primo.Constitui te super omnes gentes& regna.Ostendit doctor quattuor rationibus illam esse sophisticam. Primo /quia hieremias non erat sūmus sacerdos/& hoc dato q̄ fuisset dictum fuit illi tātummodo sicut prophethe.Doct.nō multū curans de auctoritate Innocētij dicit illam auctoritatem qua fundat se in hieremia non esse multum curandā.nam Innocentius in eodē capitulo dicit q̄ extra ecclesiam nullum ē verum dominiū sed tantum modo permissū. sed dicit doct.q̄ hoc est hereticale & circa hoc mouebuntur due questiones.¶Iam doct.in .xij.c. soluit.rōem positāi.ij.c.cū arguit pbādo q̄ papa habeat supmā potestatem & plenitudinem in temporalibus.

Ille qui habet temporalia seu secularia iudicare sine exceptione habet plenã potestatẽ in illis sed papa est huiusmodi, ergo consequentia est certa cum maiore / sed minor probatur prime ad Corinthi. vj. angelos iudicabimus q̃to magis secularia. Hoc dicit sine exceptione, ergo. Respondet doct. negando minorem. & ad auctoritatẽ pauli dicitur q̃ paulus nõ dicit hoc in sua propria persona / quia loquitur i plurali / neq; erat papa / neq; loquebat in psona pontificis sed dicit hoc loquens de toto cetu fidelium volens dicere q̃ inter fideles esset aliquis constituendus a fidelibus siue laicus siue clericus & adhuc magis laicus q̃ clericus qui haberet causas temporales & seculares inter ipsos diiudicare saluo tñ iure iudicis infidelis. Vltra dicit doct. q̃ nõ vult dicere paulus q̃ sit constituendus iudex in secularibus qui in rebus temporalibus habeat omnimodam plenitudinem potestatis in ipsis quia hoc cesset pernitiosum reipublice posset enim me priuare bonis meis sine culpa. sed est aliquis constituendus in rebus temporalibus qui habeat dicere ius puta hoc est iustum vel non / hoc est tuum vel alterius / nõ q̃ habeat omnimodam plenitudinem potestatis neq; omnium dominium. Dicitur tamen saluo iure infidelitũ. nã tempore pauli & apostolorum erant multi conuersi Christiani qui nullam habebãt iurisdictionem quorum iurisdictio temporalis erat apud infideles. neq; phibuit paulus fidelibus q̃ non agerent causas coram infidelibus superioribus. sed fecit paulus vt quilibet bonus iudex debet facere. primo incitauit partes vt concordarent inter se sine strepitu iudiciali & si nõ: caperent arbitrũ ne eorũ malitia cognosceret ab infidelibus. Vltra dicit doct. q̃ fidelis potest i quibusdam casibus litigare corã infideli. & Paulus noluit omnino precipere q̃ nullo modo litigarent coram infideli: sed prius componerent si possent: q̃dã aliquibus casibus est licitum. Primus casus quando infidelis conuocat fidelẽ ad infidelem iudicẽ habentem ordinariam potestatẽ super eum vt sortes fidelis habitat in regno infidelium quocatur ab infideli coram iudice infideli / tenetur parere. Secundus casus / si alter fidelis q̃is malitiose trahat ad iudicem infidelem habentem potestatem iurisdictionis inter eos oportet q̃ se deffẽdat. Tertius casus / si sortes fidelis est actor & tenetur rẽ propriã recuperare pro tunc / & nõ potest nisi corã iudice infideli in hoc casu tenetur partẽ cõuocare corã iudice ifideli. Paulus ergo nõ vult dicere q̃ sit illicitum litigare coram infideli iudice: sed dicit q̃ in p̃mitiua ecclesia debebat potius contumeliam aliquã pati q̃ litigare corã illo. Veniendũ est nũc ad solutionem quarte rationis que tangitur in secundo capitulo que solutio tãgitur in. xij. capitulo ibi ad quartam allegationem.

Arguit q̃ papa habeat supremam potestatem laicam in temporalibus. nam in anti quo testamento sacerdotes semper fuerunt superiores regibus / ergo habebãt maiorem potestatem q̃ ipsi reges. patet de Samuele qui vnxit Saulem in regem & dedit ei potestatem regalem. & cum nullus dat quod non habet / sequitur q̃ habebat potestatem regalem adminus eminenter. Similiter quarti regũ. xviij. cõstituit Ioas regem. Item patet de Carolo magno & Constãtino impatore q exhibuerũt sp reuerẽtiã sũmis põtificibus. & sic patet q̃ tã in veteri testamento q̃ apud gentiles & Christianos sacerdotes vnxerunt reges & deposuerunt eos a regno. vt dictũ est de samuele qvnxit saulẽ & eũ deposuit. Quantũ ad hoc est solum difficultas in exponendis sacris litteris. nam primi regũ. viij. quesiuerũt filij israel a Samuele qui erat eorum iudex regem & consuluit dominium. Dicit ei dominus constitue super eos regem. Respondet doctor q̃ Samuel non constituit super eos regem tanq̃ habentem auctoritatem constituendi sed fuit promulgator cõstitutionis dei / & hoc est satis conforme illis textibus nam Samuel nõ habebat potestatẽ regiã. Tenet dealyaco q̃ deus erat imediatus rex

filiorũ israel anteq̃ esset cõstitutus rex saul & samuel erat sicut sunt domini de parlamẽto sub rege / ita q̃ Samuel erat ministe regis exercendo actus potentie regie tanq̃ minister. Patet. viij. ca. primi regũ. Ipsi nõ tespreuerunt sed me ne regnã super eos. ergo Samuel erat solus minister & deus verus rex eorum. Vltra dicit doct. q̃ Samuel non habebat potestatem instituendi regẽ / sed solum habuit ministrationem illius qui habuit potestatem instituendi regem scilicet dei. & ratio / nõ enĩ pstituit Samuel Saulem regem auctoritate sua sed auctoritate illius cuius mãdato tenebat parere tanq̃ minister. neq; samuel eũ deposuit sed deus nam dicitur in textu. quia abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne regnes amplius / ideo fuit solum sentẽtie deponẽtis insinuator & promulgator. Ideo q̃tum ad primum argumentum / nego q̃ Samuel instituerit & deposuerit sed fuit minister / sicut domini de parlamento proferunt sententiam de deponendo aliquem a ducatu non auctoritate quam habeant in se sed regia. Non potest hoc etiam dato q̃ Samuel fuisset summus sacerdos. nam non omnes de genere leui erant sacerdotes licet bene essent leuite sed soli de domo Aaron erant sacerdotes. Quãtum ad aliud dicitur q̃ Ioiada fecit Ioas regẽ hoc negatur. immo erat Ious filius regis qui remãsit & erat tutor & custos Ioas veri regis / post ea mandauit otholidã occidi sed ex hoc nihil potest iferri. Quod autem Alexãder magnus exhibuit reuerentiam summis sacerdotibus. Dico q̃ etiam reges debent hoc facere. nam potestas ecclesiastica est preferenda regali non i temporalibus. ideo alexander non exhibuit reuerentiã Ioiade supremo sacerdoti tãq̃ q̃ supremus i temporalibus esset sed tanq̃ maiori eo i altero genere potestatis Pariter dicẽdũ est de Carolo magno. Ex dictis patet quomodo Samuel non contulit potestatem regiam Dauidi eo q̃ potestas regia fuerit collata a sacerdotibus immo Samuel non erat sacerdos quia nõ erat de domo aaron. Nã doctores attribuẽtes pape plenitudinem potestatis i temporalibus in hoc se fundabant q̃ in antiquo testamento fuit collata potestas regia regibus per ipsos sacerdotes / sed hoc solutum est. Doct. iam in duodecio capitulo ibi qd̃ vero p̃dicti & c. nitit probare q̃ iste allegationes sunt contra allegantes & q̃ Iustinianus Cõstãtinus & Carolus magnus non recognouerunt sacerdotes tanq̃ superiores i temporalibus Primo pater de Constãtino qui dedit temporalia summo pontifici / ergo illa nõ erãt summi pontificis sed ipsius constãtini ante donationem. Item non legitur q̃ Constantinus resignauerit potestatem imperialem tanq̃ non suam / & post ea habuerit eam ex dono pontificis. legitur tamen q̃ ipse temporalia dedit ex capitulo Constãtinus. di. xcvj. ergo hoc erat suũ igitur non recognouit papam suum superiorem in tẽporalibus. Non est difficultas apud opinionem communiorem ante Constantinum magnum papa non habebat auctoritatem imperialem. & sic eam non habuit auctoritate dei vel ex institutione Christi. Difficultas est inter doct. an post illam collationem factã silueſtro pape habuerit papam illã auctoritatem imperialem. videtur q̃ sic per illa duo capitula Constantinus. vbi dicitur q̃ Constantinus coronã & auctoritatem imperialem dedit apostolicis. ergo ex resignatione facta iam supremus pontifex habet supremam potestatem in temporalibus saltem in regionibus occidentibus. Itẽ ex secundo capitulo habetur q̃ consilio sacrapum omnem potestatem imperialẽ constituit sedi apostolice. ergo. Dicitur q̃ in capite illorum capitulorũ ponitur palea tãq̃ non habentium auctoritatem. Dicunt cõmuniter doctores / q̃ nunq̃ legerunt in historijs auctẽticis q̃ Constantinus resignauerit imperium. Legitur bene q̃ Constantinus fũdauit ecclesias rome & eas dotauit sed q̃ resignauerit imperium occidentale nunq̃ legitur. Vltra dicunt plerique docto. q̃ q̃is nisus fuerit resignare hoc tamẽ nõ

potuit. nam dicitur imperator Augustus ab augendo potest enim augere sed nō diminuere & nō habet auctoritatem neq; potestatem dandi neq; regiones illius alienādi. Sicut Rex Francie non habet auctoritatem resignandi regnum neq; prouintiam datam fisco alteri dare. Regnum enim non est regis sed cōmunitatis & ipsa potestas regia est ipsius communitatis ideo non potest ad libitū alteri resignare. De patrimonio potest sed non de regno/ita dicunt de Constantino. Vnde donatio videtur quedam lex esse mō vnus imperator non pōt condere legem que successorem liget & obliget. ergo non potest q̄tum ad ea que sūt imperij donationem facere q̄ obliget sequentes. Dicunt tertio supposito q̄ Constantinus habuerit potestatem dandi adhuc propter hoc non potest argui q̄ papa habeat auctoritatem super regnū Francie quia illud non erat subiectum Constantino. nunq̄ enim rex Francie habuit superiorem in temporalibus & dato q̄ aliquando tyrannice occupatū fuisset nūq̄ tñ pacifice. Patet p̄ capitulū venerabilē q filij sūt legi. & glo. in illo capitulo corrumpit textū. neq; quadrat cū textu. ¶ De iustiniano expresse dicit doct. & bene ex verbis suis i legibus positis habetur q̄ ipse non recognoscebat papam suum superiorem in temporalibus immo inferiorem. Patet/ille nō recognouit illum suum superiorem in temporalibus qui cōdidit leges quas vult ab illo obseruari super dispositione tēporaliū sed iustinianus edidit leges sup dipositiōe tpaliū quas volebat etiam a sūmo pontifice obseruari Patet / edidit legem q̄ contra Ro. pō. nō curreret prescriptio nisi cētenaria. per hoc enim fatebatur se habere supremam iurisdictionem in temporalibus sup pōtificem. q̄is recognoscat se simpliciter inferiorem. quia potestas spūalis est exellētior temporali & potest excōmunicari & absolui. ergo est simpliciter inferior/sed q̄tum ad res temporales non recognouit superiorem. similiter dicendum est de Karolo magno q̄ non recognoscebat superiorem in temporalibus.

Ad quintam allegationem.

¶ Arguit quinto & circa hoc mota est questio Christus habuit supremam potestatem in temporalibus sed papa est eius vicarius/ergo habet supremam in temporalibus. & Innocētius tertius adducit pro se q̄ imperator accepit a papa ensē & eam vibrat ad denotandum q̄ habet potestatem illam a papa vti ense. Dictum ē de Christo quo ad diuitatē q̄ habuit supremū dominium/& vtrum quo ad humanitatem dictū est ample supra. Iam difficultas ē an habuerit supremam iurisdictionis potestatem in temporalibus. Non habuit a patre nec a matre an a deo. Aliqui dicūt q̄ non vt mē dicantes & q̄ Christus fuit vere mendicus sed quidē doct. hoc reputat hereticum. Dico q̄ illā habuit tñ non sequitur/Christus habuit supremā iurisdictionis potestatem in singulis rebus tēporalibus/ergo & eius vicarius. non valet consequentia/nā Christus secundum humanitatem maiorem potestatem habuit q̄ papa habeat puta instituē di legem euangelicam/neq; habuit potentiam alligatam sacramentis. poterat eni cō donare peccata sine applicatione sacramētorum. & vicarius eius non habet illā sed solum illam que explicatur in suo vicariatu. nā dedit ei potestatem remittendi peccata/predicandi/ instituendi ministros ecclesie excommunicandi/dandi indulgentias sed nullibi reperitur q̄ dederit ei potestatē instituendi & destituendi reges temporales. Ideo ex collatione sibi facta a Christo non habet potestatem supremam iurisdictionis in temporalibus. An Christus illā habuerit a deo/credo q̄ sic/ data est enim mihi quit mihi summa potestas in celo & in terra. & aliquando illam exercuit videlicet q̄n misit demones in porcos alias intulisset dānum proximo. similiter quādo acceptis funiculis eiecit vēdentes & emētes de tēplo. ¶ Ad sextam/cum sic arguitur sicut se habet anima ad corpus ita spiritualia ad corporalia: nam gratia est preferenda cuicūq; bono temporali. Item sicut corpus regit per animam ita corporalia regi debet p̄ spiritualia & per illos qui potestatem spiritualem habent/& tales debēt impedire ne habentes temporalia vtantur illis contra legē dei & eos cohercere. Dico q̄ corpus q̄tū ad aliquas rationes non subicit aie vt in desensu & multis alijs operationibus. Eodē modo dico q̄ habentes administrationē rerū temporaliū q̄tum ad aliq̄id non subiciuntur habentibus iurisdictionem spūalē vt in istis contractibus/emptione/venditione/& multis alijs/Ideo est aliq̄tulum simile & aliq̄tulū dissimile/quare nichil ex hoc comcludi potest. ¶ Quantum ad septimū arguitur sic ille qui est omnibus legibus solutus habet potestatem supremā & ciuilē/ sed papa ē huiusmodi/ negatur mior papa nōē lege diuia solutus sed est bene solutus legibus humanis aliorum pontificum/nā sicut ille qui edit & constituit legē nō obligat seipsum ita nec suos successores. An sit solutus legibus conciliorum vniuersalium. Dico q̄ est obligatus illis imo vouet obseruare leges conciliorum/sed hoc infra tractabitur. Dico etiam q̄ aliquibus legibus ciuilibus nō est solutus vt patet in p̄scriptionibus imo papa fatetur cōtra se currere legem prescriptionis/immo si sint alique leges deliberatione & iure alterius tenetur obseruare/ vt si aliquis transtulerit rē suam in papam cum aliqua conditione tenetur ad illam conditionem (prelati secula res sunt capaces donorum temporaliū secus de regularibus) vt si rex aliquā ciuitatē donaret ecclesie Ro. cū conditōne desoluēdo tributo vel recognitione honorū illa lege pontifex obligat. quia res transiit cum conditione apposita perdantē / ideo falsū ē q̄ sit papa oibus legibus humais solutus ¶ Ad octauum/ille cui est obediendum in omnibus habet supremam potestatem in omnibus/papa est huiusmodi nego q̄ vniuersaliter sit pape obediendū in omnibus (immo si preciperet papa q̄ contraherē matrimonium non teneor obedire) sed in omnibus necessariis ad consequendum felicitatem eternam & ad obseruationem legis euangelice. Sed quis iudicabit hoc esse necessarium. Dico q̄ docti viri iudicabūt doctrinaliter & papa auctoritatiue. similiter & concilium generale potest auctoritatiue iudicare. sed si papa falsē iudicaret/ad prudentes spectat iudicare illum male iudicasse & talis non obediendo est tutus dūmodo sit apparens q̄ male precipit. sed in dubijs semper est ei obediendum. ¶ Ad vltimam allegationem arguunt pro secunda opinione. ille ē supremus in tēporalibus a cuius iudicio in quacunq; re non licet appellare nec de eius iudicio iudicare/sed papa ē huiusmodi/igitur. Minor patet per textū. xc. q. iij. negatur minor/imo papa in tribus casibus iudicari potest. Primus pōnitur distin. xl. capitulo si papa ceteros iudicaturus a nemine iudicabitur nisi in crimine hereſis vel fidei. ergo per illud capitulum papa tenetur subijcere iudicium humanum i materia hereſis. Dicit tamen doct. q̄ contigit papam de facto esse hereticum siue interiori hereſi siue exteriori/contingit secūdo non esse hereticum sed de hereſi diffamatū vel suspectum. Si autē fuerit hereticus qualicunq; hereſi siue mentali siue exteriori nō est amplius papa & est opinio doct. quā tenet hic & in primo libro dyalogorū. q̄ quicunq; cadit in hereſim siue manifestam siue occultam tam iure diuino q̄ humano ē ecclesiastica potestate priuatus. & hoc de potestate ecclesiastica iurisdictionis secus ē de ordine. Adducit doct. vnam auctoritatem & vnam rationem. Auctoritas est ad thymo. iij. hereticum hominem post primam & secundam admonitionem deuita & ex hoc sumitur argumētum/nullus obligatur suum caput & supremum deuitare/ immo tenetur eum sequi/sed quilibet Christianus cognoscens summū pontifex esse hereticum post primam & secūdam monitionem deuitare tenetur. ergo de facto non ē amplius summus pōtifex. vnde dicit glo.

in primo capitulo. xxiiij. q. j. dicit si scirem meum prelatum hereticum & excommunicaret me non dimitterem celebrare in secreto non tamen in publico. ¶ Secundo arguitur sic/ille qui non est membrum ecclesie non est caput ecclesie/sed hereticus qualicunq; heresi non est membrum ecclesie q̄uis sit membrum putridum vel aridum nō est tamen simpliciter membrum & ablata fide nulla est coniunctio ad Christū. ergo non est amplius membrum corporis mistici. s. ecclesie/ergo non est caput q̄uis ecclesia existimaret eum papam/quia potest tota ecclesia errare in facto non autem in iure tamen non est amplius papa neq; caput ecclesie si sit vere hereticus. & ē opinio doct. Sed posito q̄ non sit de facto hereticus sed solum diffamatus de heresi. Dicit doc. q̄ tenetur subire iudicium humanum. Sed quis iudicabit eum. Respondet q̄ episcopus loci in quo tunc est papa & si non sit episcopus tunc episcopi vicini debent eum indicare/& supposito q̄ tales episcopi nolint audire accusantem & denuntiantem/& per consequens neq; eum iudicare. tunc quilibet habens potestatem coherciuam vt rex vel imperator vbi non potest aliter iudicari possunt violenter eum capere. Sed si sit aliquis eum accusans vel plures & non sit hereticus verūtamen tenetur subire iudicium humanum puta concilij. & si non sit cōgregatū debēt cōgregari episcopi propinquiores. ¶ Secūdus casus in quo deber subire iudicium humanum quādo est diffamatus de peccato publico notorio in predicto capitulo si papa in glo. vt si sit notorius fornicator & frequēter caritatiue correptus & nolit emendari & precipue si tale crimen cedat in pernitiem ecclesie. Dicit glo. q̄ pertinatia equiualet heresi & eodem modo de eo iudicium fieri debet sicut de heretico.

¶ Tertius casus quando pontifex aliquid detinet quod est alterius vt aliquam regionem vel prouitiam alicuius ducis debet subire iudicium humanum. sed quis eum iudicabit. Dicit doct. vel ille cuius bonum detinet habet superiorem vel non. Si non vt ē imperator debent excommuni cōsensu dare potestatem arbitro iudicandi. Sed si papa nolit se subicere tūc armis ille poterit recuperare res suas & mouere arma contra sūmū pontificem posteq̄ ipse fuit inuasor. Si autē ille cuius possessionē detinet habet superiorem recurrere debet ad illum & eius auctoritate potest mouere bella & arma cōtra ipsum. quare mouetur talis questio sequens circa istud capitulum.

¶ Capitulum xvj. An a sententia summi pontificis possit appellari.

UTrum a sententia summi pontificis possit appellari & an sit altera potestas super potestatem sūmi pontificis quod est querere. Vtrū sūmus pontifex in sua potestate alteri potestati etiam ordinarie subiciatur etiam manendo summus pontifex. Arguitur q̄ nō in capitulo nemo. ix. q. iij. nemo iudicabit primā sedem. i. apostolicam/neq; a clero/neq; ab augusto/neq; a regibus/neq; a populo iudex iudicabitur. ergo non est potestas que sit ordinarie superior ad summum pontificem. ¶ Oppositum arguitur. ex deductione Constanti. & Basili. cōciliorum cui concilio quilibet Christianus etiam papali dignitate constitutus obedire tenetur. ergo. Pro cuius declaratione videndum est quid sit concilium generale. Communiter diffinitur sic & precipue a Iohāne de Gersono. Est congregatio auctoritate legitime facta ad aliquē locum ex omni statu gerarchico nulla persona fideli petente audiri exclusa ad tractandum ea que cōcernunt publicam ecclesie vtilitatem & mores ipsius. Ex prima particula sequitur q̄ omnis congregatio nō legitime vocata & cōgregata non est concilium generale. & generaliter auctoritas. legitima est auctoritas pontificis. Verūtamē in tribus casibus sine eius auctoritate potest concilū p̄gregari. Primus casus si papa sit mortuus vel morte ciuili vel naturali. nā aliquando vacauit duobus ānis sedes apostolica tūc sine eius

Diffinitio cōcilii gñalis

In trib⁹ casib⁹ cōcilū gñale pōt cōgregari sine sūmi pōti. auctō.

auctoritate potest generale concilium cōuocari. ¶ Secundus casus si requisitus legitime renuat conuocare. Tertius quando tēpus & locus fuerūt assignata per cōciliū p̄cedens sicut in concilio Basilien̄si assignatū futurum concilium fuit Iugduni. & infra septēnium/& in primis duobus casibus non reffert quis cōuocauerit. tamē in primis recurrēdum est ad cardinales. Dicitur ex omi statu gerarchico. nam sunt duo status gerarchij i ecclesia. s. status prelatorū superiorum & inferiorum. vnde in tali concilio debent interesse singuli episcopi. Simili liter ex parte cleri. & curatorum de singulis episcopatibus aliquis debet interesse & tales habent vicem & auctoritatem deliberandi in concilio. Deinde dicitur nulla persona fideli petente audiri exclusa ad tractandum ea que concernunt ecclesiā & mores ipsius/& quia ecclesia nō potest tota cōgregari in vno loco concilium generale representat illam. Queritur nunc vtrū tale generale concilium rite congregatum ordinariam habeat iurisdictionis potestatem supra papam. Respondetur q̄ hoc pōt dupliciter itelligi. Vno modo q̄ papa teneatur obtemperare statutis & decretis per cōciliū sub pena peccati/alio modo q̄ si non obtēperauerit q̄ concilium habeat auctoritatē & potestatem feriendi papam etiam ipso remanēte summo pontifice pena ecclesiastica. i. excommunicatione. Supponitur vltrius q̄ sex sunt potestates ecclesie que tacte sunt prius. Prima super corpus Christi verum. Secunda super corpus Christi misticū Item potestas apostolica cohercendi/instituendi prelatos ecclesie/& sexta sumendi necessaria vite. Istis suppositis sit prima p̄positio. Conciliū generale legitime congregatum imediate a Christo habet potestatem illam coherciuam in foro exteriori & publico. Loquit enim de potestate que respicit forum exterius. nam concilium generale non habet potestatem consecrandi neq; absoluendi sacramentaliter/cum non sit sacerdos/est solum modo questio de potestate iurisdictionis in foro exteriori illam auctoritatē habet a Christo imediate & nō a papa: vt dicunt iuriste. Patet propositio Mathei. xvj. loquebatur dominus ad Petrum imediate. Si peccauerit in te frater tuus &c. tandē dicit si non audierit ecclesiam sit tibi tanq̄ ethnicus & publicanus/postea subiunxit in plurali quecūq; solueritis &c. ergo Christus dedit auctoritatem ecclesie cognoscēdi per hoc q̄ dicit dic ecclesie/& sic vt bene dicit Gerson non dicit dic ecclesie. i. prelatis ecclesie. quia loquebatur petro qui nō potest esse accusator & testis & iudex/ideo ibidem nō capitur ecclesia pro aggregatiōe prelatorū. dedit ergo potestatem ecclesie cognoscendi. ergo concilium gñale imediate representans vniuersalem ecclesiam quia constituitur ex cuiuslibet ecclesie partiale membrum habet potestatem cognoscendi super quēcūq; fidelem & cognitione habita sententiandi & contra nō parentes exercere penam & censuras ecclesiasticas. Ex illa auctoritate fundant se doct. q̄ conciliū generale habet imediate a Christo potestatem iurisdictionis cohercīuam. ¶ Habitum est supra quomodo potestas ecclesiastica iurisdictionis saltem que respicit forum publicum est toti ecclesie a Christo imediate cōmunicata. qd̄ patet Mathei. xvj. si peccauerit in te &c. statim subdit dic ecclesie in quo verbo est auctoritas data cognoscendi de crimine. quia frustra fuisset dicere ecclesie nisi ecclesia auctoritatem haberet. & si ē data ecclesie potestas cognoscendi & per consequens puniendi. i. excommunicandi. ergo ex institutione prima Christi est ecclesie auctoritas cōmunicata iurisdictionis & per consequēs concilio generali ecclesiam vniuersalem representāti quia constituitur ex aliquo membro cuiuslibet ecclesie particularis. ¶ Circa hanc propositionem que est multum vniuersalis ponuntur alique particulares de actibus iurisdictionis ecclesiastice. vnde multi sunt actus in risdictionis ecclesiastice seu effectus potestatis ecclesiastice quos exercere pōt p̄ciliū

Pria p. positio.

generale.s. edere canones/dare indulgentias/excommunicare.& sub excommunicatione continent siue intelligunt alie pene quas ecclesia exercere potest ratione criminis vt interdicere/degradare &c. Et vltra potest dispensare istis sunt quattuor effectus potestatis ecclesiastice quos exercere potest concilium generale.& similiter omnes similes actus qui respiciunt iurisdictionem excepta absolutione sacramentali/& qui sunt actus iurisdictionis exterioris põt exercere. Et quantum ad istos actus ponit aliquis doct.aliquas propositiones/pria

Pria p positio

positio.Concilium generale potest ex hac auctoritate a Christo sibi immediate data edere canones punitiuos. Patet sic prio/cõcilium Basiliense edidit canones punitios contra sacerdotes publice fornicarios q̃ p trimestre fructibus suorum beneficiorum priuantur & si recidiuarent & non corrigerentur perpetuo priuarẽt beneficio.lxxxiij in capitulo presbyter dicit textus de presbytero qui dedit litteras quibus docet de possessionibus ecclesie. Dicit concilium Gargan se q̃ ille tenebitur restituere damnum q̃ incurrit ecclesia propter celationem illarũ litterarum vel perditionem/& q̃ priuaretur p ceptione sacri corporis & sanguinis/ideo concilium generale ex illa auctoritate põt

Secũda positio.

edere canones punitiuos. Secunda propositio/concilium generale potest dare indulgentias.& hoc fuit practicatum in concilio basili. Nam greci excusabant se q̃ propter paupertatem non poterant venire ad concilium/tunc concilium dedit indulgentias largientibus bona & pecunias pro expẽsis illorum grecorum pro subleuatione paupt atis ipsorum. ¶Ista secũda propositio sic suadetur. Indulgentie procedũt a claue ita q̃ datio indulgentiarum est effectus clauis ecclesie/sed clauis regni celorum ẽ data petro non tanq̃ psone priuate/sed vt representãti totam ecclesiam.xxiiij.q.in capi.quod cunq̃ fuerũt claues ecclesie petro date non vt singulari persone. Dicit hieronimus sed vt representãti ecclesiam/ergo concilio ge nerale representans immediate totam ecclesiam vniuersalem & immediatius q̃ petrus habet istam potestatem. Item concilium generale potest limitare largitõnem indulgẽtiarum in ipsis episcopis & prelatis. ergo potest largiri. nam si potest limitare ergo eminentius habet illam potestatẽ. Patet antecedens in capitulo cum ex eo de penitentijs & remissionibus. limitat concilium q̃ in dedicatione non dantur vltra annum & in anniuersarijs vltra quadraginta dies. ergo concilium habet potestatem limitandi indulgentias & perconsequens conferẽdi.

Tertia p positio.

¶Tertia propositio/potest cõcilium excõmunicare. patet in verbis Christi Matthei xvj. Si non audierit te sit tibi tanq̃ ethnicus id est excommunicatus. Similiter in capitulo omnis vtriusq̃ sexus quod editum est in concilio generali vbi excommunicãtur nõ communicantes semel in anno & arcentur ab ingressu ecclesie/ergo cõcilium excommunicat eos. ergo concilium potest excõmunicare.

Quarta ppositio

¶Quarta propositio cõciliũ generale potest dispensare in capitulo presbyter.lxxxiij. distinctione est editus canon q̃ presbyter fornicator deponatur. & ab illo dispensatum fuit in concilio Garganli q̃ p mitteretur in ordinibus susceptis ministrare post per actam decem annorum penitentiam/ideo contra canones punitiuos põt concilium dispensare. Habetur resolutione. ergo q̃ concilium in istis quattuor supra nominatis potest exercere potestatem ecclesiasticam iurisdictionis & q̃ habet potestatem edendi canones punitiuos dandi indulgentias &c. Similiter talem potestatẽ habet qualẽ papa vt notũ est/põt edere canones/conferre indulgentias/excommunicare/dispensare. Cum ergo in cõcilio & in papa sint iste due potestates vtrum respiciant se ex equo. hoc ẽ an neutra habeat potestatem super aliam ita q̃ vna nõ sit super aliam vel an vna habeat auctoritatem super aliam/vt puta vtrum auctoritas concilij sit super auctoritatem pape. De hoc est controuersia inter doctõ. Pro cuius declaratione notandum est q̃ multa sunt annexa auctoritati alicuius superioris. ¶Primum est q̃ ab inferiori ad superiorem licet appellare vt ab episcopo ad archiepiscopum/ab archiepiscopo ad primatẽ/a primate ad papã. similiter a baliuo ad curiã parlamẽti &c ¶Secundum est/q̃ ille habens auctoritatẽ superiorem potest habentem auctoritatem inferiorẽ iudicare/punire/deponere suas leges infringere. Nam fungens auctoritate superioris habet potestatem coherciuã super illum qui habet inferiorem. ¶Tertium habẽs auctoritatẽ supioris siue supior põt edere leges & ꝓstitutiones & tenebit inferior sedm illas iudicare: ita q̃ si oppositũ faciat de facto suũ iudiciũ erit nullũ ita q̃ potest potestatem inferioris certis legibus arctare ad se conformandum illis. ¶Quartũ/superior vel habens auctoritatem superioris certis de causis aliquos potest eximere a potestate inferioris vt papa multos exemit a potestate inferiorũ siue episcoporum.

¶Istis suppositis est difficultas. Vtrũ a papa ad concilium vel econtra possit appellari vel neutrũ alterum. Item vtrum concilium possit papam deponere & iudicare/vel econtra. vel neutrum alterum. ¶Item vtrum possit concilium aliquos a potestate pape eximere/vel econtra vel neutrum alterum. ¶Item vtrum concilium possit edere canones quibus teneatur papa parere vel ediuerso: vel neutro modo.

¶Est apparentia in multis textibus q̃ papa non possit iudicari a concilio/vt allegatum est supra Nemo iudicabit primam sedem neq̃ a Cesare/neq̃ a clero/neq̃ a regibus &c. ergo concilium non potest iudicare papam ideo non est supra ipsum/& per consequens non est inferior concilio. Similiter in capitulo significasti de electione. Omnia concilia sunt auctoritate sũmi pontificis celebrata. ergo auctoritas concilij dependet ab auctoritate pape. igitur. Item statuta concilij generalis non possunt ligare papam quia de ratiõe superioris est q̃ possit inferiorem suis legibus arctare. ergo ex istis testibus videtur q̃ nullo modo dici possit q̃ concilium sit supra papam/& q̃ auctoritas pape sit sub concilio vel infra cõcilium collocata. ¶Quantum ad ista est conclusio quã tenent omnes doctores parrhisienses & galli/q̃ potestas pape est subiecta potestati concilij. Dico primo q̃ quãtum ad originem seu institutionem potestas pape non est supra concilium neq̃ ediuerso/quia vtraq̃ immediate est a Christo instituta. ergo quantum ad hoc vna nõ est super aliam neq̃ vna dependet ab altera. Sed dicunt communiter doctores omnes parrhisien. q̃ potestas pape est sub potestate concilij quantum ad hoc q̃ concilium potest certis legibus papam arctare/ita q̃ tenetur papa iudicare secundum leges & constitutiones a concilio latas/& quãtum ad hoc est expressa determinatio concilij Basilien. & Constanti. q̃ concilium in spũ sancto congregatũ vniuersalẽ ecclesiã immediate representans immediate habet a Christo potestatem cui omnis christianus etiam papali dignitate constitutus obedire tenetur ergo concilium potest papam certis legibus arctare & cetera. & istomodo quãtum ad collationes beneficiorum est arctata potestas pape in regno francie. neq̃ potest sibi ea reseruare amplius/ergo quantum ad ista est sibi data certa lex/& si faciat contra sua sententia erit nulla. ¶Et apparentia est in ista opininne. Quandocunq̃ sunt due potestates eiusdem generis/& vna est deuiabilis & altera non: potestas que est in suppositio deuiabili: debet dirigi secundum potestatem indeuiabilem. Sed quilibet papa est deuiabilis. & concilium generale rite congregatum est indeuiabile/ergo potestas pape debet dirigi secundum dispositionem concilij generalis. Apparẽtia est in maiore maxima/sed minor est vera. nam papa potest deuiare/immo potest hereticari. Est enim homo non confirmatus & remanet equaliter peccator sicut prius.

Quod autem concilium rite congregatum non poſſit errare. Patet/ſemper dirigitur ſpecialiter a ſpiritu ſancto quãtum ad exercitium ſue poteſtatis. ideo non poteſt errare ſecundum id ſecũdum q̃ dirigitur. igitur. Patet maior/ Actuum decimoquinto. Viſum eſt ſpirituſancto & nobis. preponitur ſpiritus ſanctus quaſi regens concilium & gubernans/ergo ſignum eſt q̃ ſpiritus ſanctus ſemper regit & gubernat concilĩ/ ergo ratiõe indeuiabilitatis nituntur oſtendere q̃ concilium ſit ſupra papam q̃tum ad iſtud q̃ eſt de ratione ſuperioris poteſtatis q̃ certis legibus poteſt arctare inferiorem. ¶Quantum ad aliud quod eſt de ratione ſuperioris poteſtatis q̃ licet ab inferiori ad eum apellare qui ſuperiorem habet auctoritatem. videtur ſatis manifeſtum/q̃ licet a papa ad concilium appellare poſtq̃ papa eſt deuiabilis & concilium non poteſt errare/ergo quantum ad hoc apparet papam eſſe inferiorem. ¶Quantum vero ad aliud videlicet q̃ poteſtas ſuperior poteſt inferiorem iudicare. Vtrum ſcilicet ipſum concilium poſſit papam iudicare/aut deponere a papali dignitate & alium inſtituere. Dico q̃ quantum ad hoc concilium eſt ſupra papam & ipſum iudicare poteſt / & habet auctoritatem imediate a Chriſto/& eſt maxima apparentia cum papa ſit defectibilis q̃ poſſit ab ipſo concilio pro erratis puniri. ¶Dicit dominus de Gerſono: q̃ quemadmodum papa poteſt dare libellum repudij ſponſe ſue id eſt eccleſie/ hoc eſt cedere papatui: eodem modo ſi papa ſit inutilis ſponſe id eſt eccleſie/poterit ſponſa eum repudiare: & ipſum a papatu auferre. ergo quantum ad iſtum effectum iuriſdictionis q̃ ſuperior poteſtas poteſt inferiorem iudicare videtur apparenter & cõcilium ſit ſupra papam. ¶Difficultas/ quantum ad iſtum modum dicendi. an concilium poſſit excommunicare papam manente in papatu. id eſt ipſo exiſtente papa. Hoc poſtea tractabitur. ¶Quantum ad alium effectum ſuperioris poteſtatis/an concilium poſſit aliquos eximere a poteſtate pape/ſicut papa aliquos eximit a poteſtate epiſcoporum. Dico q̃ conclium quantum ad aliquos effectus poteſt aliquos eximere a poteſtate pape. nam poteſt facere concilium q̃ aliquos actus iuriſdictionis nõ poſſit papa exercere in aliquam perſonam ſicut prius potuiſſet ante illam prohibitionem/verũtamen non poteſt q̃tum ad omnes ſic q̃ nõ poſſit poſtea aliquos exercere imo nõ poteſt prohiberi vniuerſaliter ab omnibus actibus circa aliquam perſonam. ¶Dat Gerſon primo exemplum de quodã cardinali reſpectu cuius ihibitum eſt pape ne poſſet pro peccatis preteritis illum punire/ & q̃ remaneret ppetuus legatus: videlicet q̃ papa non poſſet illum priuare perpetua legatione: ſed ſic eſt q̃ papa illos actus iuriſdictionis nõ potuit exercere in illum poſt tale priuilegium. ergo concilium poteſt aliquas ꝑſonas eximere a poteſtate pape quãtum ad certos actus iuriſdictiõis: ſed de peccatis futuris non poteſt concilium facere/ neq; eos eximere a poteſtate coherciua pape niſi concilium eſſet tunc congregatum/ & hoc ſibi reſeruaret. ¶Adhuc reſtat difficultas de illo/an concilium poſſet aliquem omnino eximere a poteſtate pape/ita q̃ papa non poſſet eum excõmunicare/nec pro peccatis preteritis nec pro futuris/vt dicũt aliqui de rege francie/ q̃ papa non poteſt eum excommunicare: ſed credo q̃ concilĩ non poteſt illũ omnino eximere quin poſſit ab ipo papa vere excõmunicari pro cauſa iuſta & pro vera contumacia niſi concilium eſſet tunc cõgregatũ q̃ reſeruaret ſibi talem punitionem.

¶Reſolutio ergo eſt/q̃ poteſtas pape poteſt a concilio certis arctari legibus & ab ipſo ad concilium poteſt appellari & poteſt iudicari a concilio/puta & maxime ſi eſſet hereticus & obſtinatus & in perniciem eccleſie poteſt deponi a concilio & q̃ poteſt eximere certas perſonas ab eius poteſtate

quantũ ad aliquos caſus. ideo quantum ad iſta poteſtas pape eſt ſub concilio & concilium ſuper ipſum papam propter multa. Primo/ratione indeuiabilitatis. Secũdo quia poteſtas cõcilij ad plura ſe extendit q̃ poteſtas pape. Nam ad quẽcunq; effectum ſe extendit poteſtas pape ſimiliter & concilij & cũ hoc ad ipm papam. ideo ratiõe extentionis poteſtas concilij eſt ſupra papã: q̃uis poteſtas pape nõ ſit a concilio ſed imediate a deo ſicut & poteſtas cõcilij non eſt a papa ſed etiã imediate a deo: nihilominus poteſtas pape eſt ſubdita poteſtati cõcilij/ſicut poteſtates baliui & prepoſiti ſũt imediate a rege/tamẽ poteſtas baliui ẽ ſub poteſtate prepoſiti. Propter difficultatẽ ſupra tactam orta eſt queſtio /ſub qua forma deberet poni cõcluſio in ꝓcilijs gñalibus. Nam repit in ſtatutis hoc mõ nos ſacro approbante cõcilio ſtatuimus. Aliq̃n reperit ſãcta ſynodus ſtatuit. Aliq̃n reperitur ſacri concilij auctoritas in cap. de iure iurãdo vbi eſt cluſio ſub iſta forma ſacri auctoritate cocilij inhibemus &c. fuit ergo controuerſia ſub qua forma deberet poni concilij cõcluſio/an noie ꝓcilij/an noie pape. Dicit Dealyaco q̃ melior modus eſt dicere ſic/ſancta ſynodus ſtatuit &c. vel ſic auctoritate ſacri ꝓcilij ſtatuimus. Iſti duo ſũt meliores modi ponendi ꝓcluſiones in ꝓcilijs & non nomine pape.

¶Capitulum decimumſeptimum/an concilium poſſit errare.

Panor.

COntra hunc modum dicẽdi ſunt aliqui in oppoſitũ. & pro ampliori declaratione reſumẽda ſũt aliqua prius dicta. Nam dictum eſt primo/q̃ ꝓcilium eſt ſupra papam ratione indeuiabilitatis. Secũdo/quia poteſt ipſum papam iudicare/& non econtra/& eum deponere pro ratiõabili cauſa. Tertio quia ꝓcilium poteſt poteſtatem pape certis arctare legibus. ¶Circa primum Panormitanus in cap. ſignificaſti de electione & electi poteſtate ponit oppoſitum & dicit/ & pleriq; iuriſte cum eo q̃ falſum eſt q̃ ꝓcilĩ non poſſit errare. Vnde verũ eſt q̃ eccleſia vniuerſalis nõ poteſt errare: ſed ꝓcilĩ non eſt illa & extra eccleſiam nõ eſt ſalus. Quilibet Chriſtianus eſt de eccleſia & non de ꝓcilio/ſemp manet eccleſia & non concilium. quãuis ergo eccleſia vniuerſalis errare non poteſt nihilominus cõcilium errare poteſt in moribus & fide dicit Panor. Ratio huius eſt/ꝓcilium meldenſe errauit. ergo concilium poteſt errare. Patet antecedens. Nã xxxvj.q.ij. duo ſunt capitula/vnum concilij Meldenſis/ aliud Hyeronimi cui ſtãt doc. capitulũ ꝓcilij ẽ tale placuit q̃ raptor non poteſt habere raptam in vxorem/etiã ſi eam dotauerit & parentes conſenſerint. ſed Hieronymus in capitulo tria dicit. tria dico legũtur in ſacris literis matrimonia legitima. Secundum eſt ſi raptor dotet raptã & preciũ eius pudicitie ſoluat ei matrimonialiter ꝓiungat ex ꝓſenſu parentũ. Primũ eſt ſi iuuenis virginẽ deſponſauerit. Tertiũ eſt ſi raptor offeratur &c. Arguit ſic. illud mãimoniũ ſecũdũ eſt legitimũ teſte hyeronimo imo approbat/ ergo ꝓciliũ meldẽſe dicẽs oppoſitũ errauit. & cõiter tenet Hyero. imo videt dicẽ gratianus q̃ auctoritas Hyero. fulcita auctoritate ſacre ſcripture ẽ preferẽda auctoritate ꝓcilij. hoc eſt ꝓcipuũ argumentũ Panor. ad ꝓbandũ q̃ ꝓciliũ poteſt errare. ¶Sed rñdet ad hoc negando q̃ ꝓciliũ errauerit. & ad ꝓbationẽ dico q̃ concilĩ decernit q̃ raptor nõ põt eã habere niſi prius ſubiaceat publice penitentie/ & ita ſoluit Martinus in de tẽpantia in materia de raptu. Bene verum eſt q̃ ſi ſit ſolus conſenſus cũ dote raptor nõ põt raptã habere: ſed ſi cũ hoc ſubiaceat publice penitẽtie cõſentiẽtibus parẽtibus põt illã habere & illd eſt ſcdm legitimũ mãimoniũ qd dicit Hyero. in ca. tria. & ſic nõ ꝓbat Panor. intẽtũ. Itẽ Hyero. fuit ante ꝓciliũ & ꝓciliũ põt ille legitimare ꝑſonas que prius erant legitime. & poteſt eſſe q̃ tẽpore Hyero. ille perſone erant legitime ad ꝓtrahẽdũ: ſed poſtea ſũt

Hyero.

illegitimate a concilio. Et sic resolutorie tenendum est/& est probabilius q̄ concilij̄ rite congregatū nō potest errare in fide & bonis moribus. Vtrum in aliquibus alijs possit errare. Cōmuniter dicunt doc. q̄ sic in his que sunt facti & non iuris. Exemplū si sortes vere contrahat cū berta non in facie ecclesie/postea attentet contrahere cum tiberga in facie ecclesie si materia defferatur ad cōcilium iudicabit ipsum debere manere cum secunda & de facto errabit in illo facto iudicando sortem esse virū tiberge: sed illud est vnum factū & nō vnum ius. ergo in his que consistunt in facto & non in iure errare potest concilium. Vtrum possit errare in canonisando sanctos/est difficultas/quia q̄ iste sit sanctus vel non est vnum factum. Vtrum possit errare i quolibet facto

multiplicia sūt facta.

Dicit Okam q̄ multiplicia sunt facta. quedam que ex sacris litteris elici possūt/exemplum q̄ Christus circuierit per totam iudeam est vnū factū quod trahitur ex sacris literis. Similiter q̄ moyses deduxit filios israel per desertum. Aliud est factum q̄d ex sacris literis non trahitur vt q̄ sortes sit vir berte.

Positio.

¶Istis suppositis sit ista ꝓpositio. Nō potest concilium errare in facto quod potest trahi ex sacris litteris/quia consequenter erraret in his que sunt fidei. Sed i facto quod non potest trahi ex sacris literis conciliū errare potest: sed in fide & bonis moribus nō potest errare/quia in his specialiter dirigit a spiritusancto Actuū. xv. dicitur visum est spiritussancto & nobis. Ponit primo spiritussanctus tanq̄ director cōcilij generalis sed spiritussanctus nō potest errare vel aliquem facere errare neq̄ decipere. ¶Contra ergo spiritussanctus non potest etiam dirigere vel aliquem facere errare errore facti: plusq̄ errore iuris/ideo spiritussanctus nō potest esse director erroris facti sicut nec iuris. Dico q̄ concilium generale dirigit specialiter a spūsancto in oibus necessarijs. Dico etiā q̄ in sententiando q̄ sortes est vir tiberge in casu predicto/cōcilium dirigitur a spiritusancto imo bene sententiat. quia secundū allegata & probata & tenet sic sentētiare: sed non oportet q̄ spiritussanctus sit specialiter director omniū aliorum que sūt in cōcilio puta iuditiorū intellectus speculatiuorum. Nam hoc est vnum iudicium speculatiuū/hic est vir huius mulieris: sed semper spiritussanctus est specialis director quarūcunq̄ sententiarū & iudicioruu latorum per concilium. ¶Q̄tum ad primū argumentum Panormitani dicētis q̄ falsum est q̄ concilium non potest errare. Dico q̄ ista proposio quam assumit est falsa scilicet sola ecclesia vniuersalis errare non potest/& cum arguit sic Panor. sola vniuersalis ecclesia est pro qua Christus orauit ne deficeret fides sua. Dicit enī Petro repsentāti totā ecclesiam/ergo nō potest trahi ex sacris litteris q̄ concilij̄ errare nō potest sed solū q̄ vniuersalis ecclesia. Nego/imo dico etiam q̄ rogauit pro concilio. Vnde dicit quidā doct: q̄uis Petrus repsentet vniuersalē ecclesiam p cap. quidā. xxiiij. q. j. Date sunt claues Petro vt repsentāti ecclesiā vniuersalē. Similiter p̄cilij̄ gñale repsentat vlem ecclesiam imediate/qa pstituitur ex cuiuslibet ecclesie particularis aliquo mēbro/& date sūt claues Petro repsentāti vlem ecclesiā de remote/ergo dicit doc. q̄ q̄uis Petrus sit deuiabilis nihilominus cōcilij̄ generale imediate vlem ecclesiā repsentās errare nō pōt Et ecce q̄tum ad primū. ¶Scdm̄ erat/q̄ cōcilij̄ gñale est supra papā/quia ipm iudicare potest ratiōe ideuiabilitatis & ab ipo ad p̄cilij̄ pōt appellari. ¶Cōtra. nona. q. iij. cap. nemo. Nemo iudicabit primā sedem. Item. xl. distin. cap. si papa. dicitur q̄ papa nisi in materia heresis nō pōt iudicari &c̄. ¶Q̄tum ad cap. nemo Okā optime soluit/nemo iudicabit primā sedē iusticiā tēperate desiderantē hoc ē q̄diu iuste agit nō debet iudicari. Alij textus sunt pstitutiōes pape & pstitutiōes aliorū pontificū q̄ pro se loquebātur: & nemini credendū est i sua causa. Alie sūt meliores appentie. Christus erat sup totum cōcilium & non subiectus p̄cilio: sed pstituit Petrū & eius successores

suos vicarios. ergo petrus & eius successores sunt super concilium. Secūdo nō est difficultas quin Christus instituerit politiam christianam in optimo genere politie alias non fuisset bonus instituens: sed optimum genus politie est politia regalis/puta quādo vnus solus principatur/si ergo concilium principatur super papā/politia christiana esset aristocratica & non regalis/ergo oportet de necessitate fateri q̄ conciliū sit pape subiectum & non ediuerso. ¶Quātum ad primum/non est difficultas quin Christus fuerit super concilium. Concedo etiam q̄ secundum humanitatem fecit papam suum vicarium/tamen consequentia non valet: ergo papa est super concilium. Nam non est difficultas quin Christus fuerit super infideles & tamē papa non habet potestatem super illos/ergo consequentia non valet Christus fuit super cōcilium generale & fecit papam suum vicarium/ergo papa est super cōcilium generale/sicut nō valet Christus fuit super ifideles & fecit papam suum vicariū/ergo papa est super infideles. ¶Ad secūdum/optimum genus politie est regale/ergo politia christiana est regalis. Concedo/quia dicit vos estis genus electum regale sacerdotium: sed illa dicitur regalis quando vnus solus dominatur: & non plures. Verum est regulariter. nam in ciuilibus non dicitur politia regalis ex eo q̄ nulla ꝓgregatio sit supra regem/nā congregatio nobilium politie ciuilis imediate esset supra regē & pro indoneitate possūt deponi reges/vt patet de Zacharia. Non vocatur ergo regalis eo q̄ nulla congregatio sit super illū qui gubernat: sed in communitatibus est congregatio semper regēs & semper manet in esse cōgregationis: sed in politia regali non sic est quia nō est semper congregatio nobilium cōgregata que sit semper super regem. sic est de ecclesia vniuersali/semper est vnus papa regulariter: sed tale concilium generale quod est cōgregatum ex omnibus alijs prelatis vel eorum vicarijs non semper est qui semper gubernet totam christianitatem. Hinc est q̄ politia christiana est regalis & non aristocratica vel thymocratica. Cōcilium politicum est supra regem & ipsum iudicare & deponere potest pro indoneitate & certa culpa. Similiter non est aliqua cōgregatio que regulariter maneat que sit supra papā: sed nihilominus tota congregatio prelatorum esset super papam: & nihilominus politia christiana est regalis. & est argumentū precipuum de ture cremata q̄ politia Christiana est regalis & per consequens papa est super concilium. & q̄ Eugenius papa poterat dissipare concilium: sed satis visum quo modo soluitur argumentum. ¶Ad alias apparētias. Potestas pape est immediate a Christo instituta & nō a concilio/neq̄ potest instituí a concilio: sed a solo deo est instituibilis. Tunc arguitur sic. quādocunq̄ est aliquis institutus in aliqua potestate super aliquā communitatē que potestas non est ab ipsa cōmunitate super quam cōstituitur instituta: sed solū ab aliquo q̄ est supior ad illā totā cōitatem ille nō potest aufferri nec deponi ab illa tota cōitate/secus est de ptāte regali & ciuili q̄ est instituta ab ipso populo & p populū alicui cōicata: sed potestas papalis nō est cōicabilis nec instituibilis ab aliquo de cōitate humana nec dissolubilis. Nam illā papalē auctoritatē concilium nō potest instituere nec dissoluere/imo a solo deo papalis illa dignitas instituí potest. ¶Dico primo q̄ ecclesia nō potest auferre potestatē papalē: quia nō potest illam instituere. & vnūq̄dq̄ dissoluitur per easdem causas ex quibus cōponitur/vt habet regula iuris. Sed difficultas est/an possit illa dignitas auferri ab isto. quia anteq̄ habeat illā ptātē papalē aliquid cōitatis requiritur puta q̄ ab ipsis cardinalibus eligatur & quo facto est electus psequitur illā dignitatem papalē non ab illa cōitate eligentium sed ab ipo deo. Nam datur analogia/baptismus ē vnū requisitū ad gratiā & gratiā dō deo est & nō a baptismo. ergo videt q̄ cōitas nō pōt auferre ptātē papalē ab isto.

Ctum ad hoc/argumētū haberet magnā apparentiā niſi eſſet ab illo qui inſtituit poteſtas collata auferēdi: ſed eſt collata a deo poteſtas eccleſie auferendi ſi peccauerit ſup quācunq; & illa poteſtas eſt collata in edificationē eccleſie & nō in deſtructionē. imo a ſupiore cōitatis collata eſt i edificationē. Hinc eſt q; apud cōitatē relicta eſt poteſtas ſi in detrimentū eccleſie agat ipſum auferēdi. & per pñs ꝓcilium ime diate a Chriſto habet auctoritatē iuriſdictionis exterioris ſuper quālibet chriſtianū. & argumētū de facto haberet bonā apparentiam niſi deus illam poteſtatem deponendi conſilio reliquiſſet. Et hec de prima queſtiōe ſufficiāt.

¶SECVNDA QVESTIO.

Capitulum primū de ſuprema poteſtate temporali.

IN PRIMA QVESTIone viſum eſt an ſupma poteſtas laycalis & ſupma ſpiritualis in eādem perſonā cadere poſſint/ & quid ſit poteſtas ſpiritualis & in quo eſt ſubiectiue/ & qui ſunt actus illius poteſtatis. qa omnis poteſtas dicitur poteſtas in ordine ad actum propterea viſum eſt qui ſūt actus illius poteſtatis ſupreme i ſpiritualibus: & tandem viſum eſt an papa ſit ſubiectus concilio generali. ¶Iam queritur in hac ſecunda queſtione vtrum poteſtas ſuprema layca ſeu temporalis proprietatē ſibi proprie propriam habeat immediate a deo. Vnde viſum eſt quid ſit poteſtas in tēporalibus. Et poteſtas in propoſito capitur pro poteſtate iuriſdictionis quod nihil aliud eſt q̄ facultas propinqua dicendi ius. i. ſententiādi quid iuſtum & quid iniuſtū. ideo poteſtas in tēporalibus eſt poteſtas dicendi ius in temporalibus & ſuprema poteſtas in tēporalibus eſt ſuprema poteſtas dicendi ius in temporalibus/ & ab illa ad alteram non eſt appellatio neq; ab altera iudicari poteſt ¶In primo capitulo circa queſtionem motam ſunt due opiniones. Vna dicentium ſupremam poteſtatē in temporalibus proprietatem proprie propriam habere non immediate a deo ſed a papa. & fuit recitata in ſecūdo capitulo prime queſtionis q̄ papa habet ſupremam poteſtatem iuriſdictionis in temporalibus/ ſed hoc repudiatum fuit multis argumentis. ¶Alia opinio ponit aliquas diſtinctiones. Prima / pprietas alicuius dicituralicui proprie propria dupliciter. & quelibet poteſtas tam laica q̄ ſpiritualis habet ſuas proprietates proprie propias. Nam proprietas ſpiritualis proprie propria eſt poſſe excōmunicare/abſoluere indulgentias cōferre & alias poteſtates de q̄bus actū eſt prius. Sunt enī pprietates proprie illi poteſtati ſpirituali. Sed poteſtas ꝓprie propria poteſtati laicali eſt diſcernere de poſſeſſionibus cuius ſint iudicare cōdēnare hominem ad mortem ciuilem ſeu abſoluere a morte ciuili/poſſe a populis ſubditis tributa exigere pro neceſſitate reipublice. Vnde tripliciter intelligi poteſt q̄ aliqua proprietas dicatur alicui proprie propria. Vno modo q̄ ſit illi ppriſſime ppria ita q̄ illi ſoli conueniat ſic q̄ nulli alteri. Alio modo dicitur alicui pprie propria ſic q̄ licet nō ſit ei ppriſſima nihilominus inter omnes proprietates magis illi cōuenit/ & ſic reſpectu iſtius dicitur proprie ppria q̄ q̄uis alicui ꝓueniat tamen iſti magis proprie q̄ cuicunq; alteri. ¶Secūda diſtinctio/ aliquid eſſe immediate a deo dupliciter intelligitur. Primo modo q̄ illud ſit a deo ſine quocunq; ſigno creato & ſine quacūq; diſpoſitione creata preuia/ita q̄ nullum ſignum creatum precedit vt hoc fiat a deo. & iſto modo Moyſes habuit ducatum populi iſrael imediate a deo quia ſine quacūq; diſpoſitiōe preuia deus per ſemetipſum cōtulit ducatum Moyſi. Secūdo modo q̄ ad illud ſolum deus ꝓcurrit: tamen aliqua diſpoſitione preuia vt cū ſortes baptiſāt gratia que infunditur ſorti eſt imediate a deo: ſed non eſt a deo niſi preſuppoſito ſigno/ & diſpoſitione preuia. Similiter cū aliquis eligitur in papā/illa poteſtas pontificalis

Aliquid eſſe imediate a deo dupl̄r intelligitur.

eſt immediate a deo quia non eſt inſtituibilis a creatura. verūtamen deus iſti non illā confert niſi aliqua electione preuia. Similiter anima ratiōalis eſt immediate a deo ſed non creatur niſi aliquo diſpoſito ad illam ſuſcipiendam. ¶Iſtis diſtinctionibus poſitis eſt queſtio vtrum talis poteſtas ſit a deo videlicet q̄ nō ſit a deo niſi preſuppoſito miniſterio alicuius creature preuio. Vel queſtio poteſt intelligi. vtrum a ſolo deo videlicet q̄ concurſus creature nihil faciat verūtamen inſtituit miniſterium creatū anteq̄ illam conferat. Pro cuius declaratione primo eſt inquirendū in quo fundatur illa poteſtas layca. Vtrum in gratia gratum faciente vel in altero dono ſupernaturali gratuito vel in fide vel caractere. ¶De iſta queſtione fuerunt controuerſie inter doctores Armachanus in tractatu de pauptate Chriſti tenet/ q̄ omne dominium ſeu originale ſeu ciuile ſeu principiatiuum quod dicitur iuriſdictionis fundatur in gratia gratum faciente ita q̄ q̄cito peccator perdit gratiam q̄cito perdit dominium. ¶Hanc propoſitionē nititur aliquibus rationibus probare. Prima Geneſis primo dicitur/ faciamus hominē ad ymaginē & ſimilitudinem noſtram vt dominetur oībus beſtijs terre. ergo dominiū ipſius Ade fundabatur in charitate/ergo & quodlibet aliud dominium. quod autē fundet dñium Ade in charitate patet per hoc quod dictum eſt faciamus ad ymaginē ſuple p collationē gratuitorū anteq̄ dñetur/ergo ſignū eſt q̄ illa diſpoſitio requiritur ad dominiū. Item Abel habebat dñium in aliquibus rebus Geneſis quarto Obtulit dño de gregibus ſuis. Sed Caym de fructibus terre. ergo per hoc quod dicit ſuis gregibus/ſignum eſt q̄ Abel habebat dominiū & ipe Caym nō: qa erat peccator. ¶Tertium argumentū/ vſus rerum neceſſarius ad vitam cōſeruandam fundatur in charitate. ergo a fortiori dominium fundatur in charitate. Patet antecedens primi regum ca. xxj. cum Dauid peteretur famem petijt panes propoſitionis/ cui reſpondit Abimelec, mundi ſunt pueri. Signum erat q̄ niſi eſſent mundi non potuiſſent veſci illis panibus. ergo cum minus ſit vti q̄ habere dominium ſi talis vſus fundetur in charitate/ergo & dominium. ¶Quarto/iuſte viuere eſt homagium deo debitum propter dominium nobis impenſum/ergo ſi non iuſte viuit homo perdit dominium rerum quēadmodum vaſſalus propter ingratitudinem & ſcelus contra dominum perdit feudum. ¶Quinto & vltimo/peccator nō eſt dignus pane quo veſcitur. ergo quilibet peccator eſt dignus morte/ ergo eſt indignus vita. immo a fortiori eſt indignus his que neceſſario requirūtur ad ſuſtētationem vite ſcilicet comeſtibilibus & potu.

Queſtio in quo fūdat ptās laica.

Opi. Armachani

Propter has ratiōes tenet Armachanus/ q̄ omne dominium tam ciuile q̄ originale fūdatur in gratia gratum faciente. ¶Quantum ad hoc Dealyaco ponit multas propoſitiones. Prima conſequēter ad Okam dicit tria. Dominium ciuile vel temporale ſiue poteſtas lyaca nō fundatur in gratia predeſtinationis. Secundo/non fundatur in gratia gratum faciente. Tertio/nec in dono ſupernaturali creature infuſo. Patet primū euidēter: qa tūc nō poſſet eſſe certitudo in mundo de dñio alicuius. Patet ſequela nō poteſt eſſe certitudo q̄ iſte ſit predeſtinatus. Nemo ſcit an odio vel amore dignus ſit. igitur. Si dicas/ hoc auffert certitudinē dominiorū pure ciuilium. & ponit quēlibet poſſeſſorem alicuius rei in ſtatu peccati mortalis. Patet/quia quilibet habet dubitare de qualibet re an ſit ſua. Vltra dicit/ & bene q̄ tale dñium nō fundat in gra gratū faciente/hoc eſt nō requiritur gra gratū faciens ad hoc q̄ aliquis ſit dñs alicuius rei. Precipua ratio habetur i Exodo/ Dñs fecit domos lutheas obſtetricibus egyptiacis/ quia ad mandatum Pharaonis non interficiebant pueros iudeorum: ergo ille domus erant earum: ſed ille obſtetrices non erant in charitate immo erant ydolatre. Ideo dicit Gregorius/ q̄ illud obſequium remūerauit dñs bono tēporali quod alias

Dealya. 1. ꝓ̄.

remuneraſſet bono eterno. ideo nō ſolum falſum eſt ímo hereſim ſapiens dicere q̄ dominium ciuile fundetur in gratia gratū faciente. Infert Dealyaco cōtra Armacanum q̄ ſi rex peccaret mortaliter deuoluereť regnum ad filiū. Similiter ſi rex habeat duos filios: & iunior priusbaptiſetur q̄ regnū deuoluereť ei. Patet/merebatur illū habere & non perdit propter peccatum/vt ſuppono. igitur. & multa alia infert abſurda. Dico vltra q̄ nec fundatur in fide nec in caractere nec in aliquo dono ſupernaturali. Nam apud gentiles fuit verum dominium ciuile anteq̄ chriſtus veniret: ſed in ipſis nō fuit caracter nec gratia gratum faciens quā uis haberent gratias gratis datas. igitur. ¶Vnde ſupra cū aſſignabantur differētie inter dominium ſpirituale & ciuile dictum eſt i vna illarū q̄ ſpūale fundabať in dono ſupernaturali & nō ciuile dñium. queritur ergo ín quo fundatur? Dicit Alya. q̄ í duobus cōmuniter ſcilicet in aliquo titulo creato. Secundo in approbatione diuina. nam antequā aliquis ſit alicuius rei verus dominus oportet de neceſſitate deum approbare/id eſt deum velle q̄ illo dominio ſiue illa poteſtate potiatur. Ratio eſt/quia deus ſupremus eſt dominus omniū/quia domini eſt terra. Ceteri vero dñi ſunt ſolū ſub ipſo. ergo anteq̄ aliquis ſit dominus oportet de neceſſitate approbatio domini ſuperioris. ſicut eſt impoſſibile cām ſecūdam agere ſine prima/ita eſt impoſſibile dominū inferiorem habere iuſtum dominiū vel poteſtatem niſi ex approbatione diuina. Hoc dicit apoſtolus Non eſt poteſtas niſi a deo/ ergo nullus habet poteſtatem iuriſdictionis niſi ex approbatiōe diuina: ſed deus cōmuniter approbando habet vel vtitur aliquibus titulis creatis mediātibus q̄bus approbat / ſcilicet vel titulo ſucceſſionis hereditate vel venditione vel donatione vel aliqua permutatione. ¶Tota ergo reſolutio de Alya. eſt q̄ dominium ciuile nō fundatur ín gratia predeſtinationis nec ín gratia gratum faciente nec ín fide aut caractere ſiue aliquo dono ſupernaturali: ſed ín ſola approbatione diuina fundatur quecunq̄ poteſtas iuriſdictionis ciuilis & layce / ita q̄ cauſa efficiens quare iſte eſt dominus huius rei vel habet iuriſdictionem / quia deus vult & approbat illum eſſe dominū illius. ¶Reſtat modo ſoluere argumenta Armachani. Q̄tum ad primum argumentū de Adam q̄ prepoſitus eſt dominus ceteris p dona ſpiritualia. Dico q̄ nō eſt ínconueniens q̄ aliquando deus ſumpſerit pro titulo dona gratuita forſitan ſicut fecit ī Adā & abel: ſed hoc nō requiritur vltra/ímmo eſſet erroneū hoc dicere. Q̄tum ad aliud de Dauid q̄ non poterat iuſte vti panibus propoſitionis ſine caritate. ergo nec habere iuſtum dominium ſine caritate. Negatur conſequentia. nam q̄ nō potuiſſet illis panibus iuſte vti ſine caritate hoc nō eſt q̄ ad dominium requiratur caritas: ſed hoc erat quía panes ſancti erant/ſicut ad hoc q̄ aliquis vtatur euchariſtía hoc nō eſt q̄ ad dominium illius requiratur charitas: ſed hoc eſt ratione diſpoſitionis requiſite ad talem cibum veſcendum. Q̄tum ad aliud/peccator quilibet eſt dignus morte & indignus vita. vtrumq̄ concedo/ nam deus poſſet iuſte abſtrahere ea que requirūtur ad vite peccatoris ſuſtentationem & eum iuſte dare morti ratione peccati & auffere quecūq̄ neceſſaria vite & tamen non auffert / ſicut vaſſallus rebellans eſt indignus feudo quē habet. ergo dominus auffert. Non valet conſequentia. ímo poteſt ſibi relinquere tale feudum. Similiter conſequentia non valet. offendēs deum eſt indignus pane quo veſcitur/ergo deus auffert & priuat talem offendentem tali pane / ſed bene ſequitur ergo iuſte poſſet priuare ſi vellet. & ſic patet quomodo iſta argumenta Armachani nihil concludunt contra concluſionē principalem videlicet q̄ dominium non fundatur ín caritate ſed í approbatione diuia &c.

¶Secundum capitulum. An habēs ſupremam poteſtatē ín tpalibus habeat proprietatē ín aliquibus rebus particularibus,

Soluciones Armachani.

In q̄ fundat ciuile dñium

Reſolutio.

¶Conſequēter doct. ín ſecūdo capitulo ponit duos modos dicendi circa queſtionem videlicet vtrū habens ſupremam poteſtatem laicam ex ratione illius poteſtatis ſupreme habeat aliquam proprietatem ſibi propríe ppriam. ſupponitur quod dictum eſt prius i. i. capitulo quid eſt habere poteſtatē proprie propriam/& quid eſt habere ímmediate a deo. Item dictum eſt prius q̄ q̄is rex vel aliquis dominus temporalis habeat iuriſdictionem ſuper bona mea & corpus meum nichilominus bona mea & corpus meum non ſunt eius. nam nō ſum ſeruus eius ideo non habet dñium proprietatis ī illis. ¶Iſtis ſuppoſitis difficultas eſt vtrū ipſi ſupreme poteſtati layce quía talis ſint aliqua bona quorum proprietas ad eum ſpectet q̄ fungitur tali poteſtate. Dicit doct. in principío q̄ habens ſupremam poteſtatem laycam habet proprietatem ī aliquibus rebus puta quas habebat anteq̄ fūgeretur tali dignitate & poteſtate ſuprema & quas obnet nomine príuato & non nomine regio vel imperatorū/ín talibus habet proprietatem proprie propriā/ ſed difficultas ē vtrū ſint aliqua bona ita cōnexa illi ſupreme poteſtati layce ſeu temporali q̄ q̄tum ad proprietatem proprie propriam ſemper ſint illius qui fungitur tali poteſtate & q̄ hebeat proprietatem in illis rebus/& talis eſt difficultas de curatis & prelatis eccleſie/nam cure paſtorali & epiſcopatui aliquādo ſunt annexa aliqua bona. Queritur inter doct. vtrū talía bona quo ad proprietatem ſint illius qui habet curam talem paſtoralē ita q̄ realiter ſint eius. Similiter íperiali dignitati annexa ſunt aliqua vtrum talía quo ad proprietatem proprie propriam ſint illius qui de facto fungitur dignitate imperiali. Prima opinio dicit q̄ nō ſunt eius/& argumentum huius opinionis eſt. Quādocūq̄ aliqua quo ad proprietatem ſunt alicuius poteſt qualiter cūq̄ vult & pro libito de illis diſponere/& ſi donat de facto tenet talis donatio/ſi prodige exponat (licet peccet) non tenet ad reſtitutionem illorū. ſed ſi imperator diſponat ſic prodige de rebus annexis Imperio non ſolum non peccat ſed tenetur de bonis proprijs reſtituere imperio ergo talía non ſunt eius q̄tum ad dominiū & proprietatem proprie propriam / talía inq̄annexa dignitati imperiali. Similiter dicunt hoc argumēto q̄ epiſcopus prodige exponens bona epiſcopatus tenetur ad reſtitutōnem/quía nō ſunt eius ſed totius cleri/& eſt vt dicunt ſolum adminiſtrator. Itē qui habet ſupremam poteſtatem laycam regalem regit ad vtilitatem publicam & cōmunem & ille non regit qui regit pro ſuo priuato bono ergo ānexa tali regimíni fūt commuitatis & non dominantis. ideo rex non eſt niſi adminiſtrator: & eſt apparētia pro iſta opinione. Alia eſt opinio q̄ habet proprietatem ita q̄ illa fūt eius proprie ita q̄ habens imperium habet proprietatem p prie propriam in aliquibus rebus. & motiuum illius eſt/ille qui habet dignitatem imperialē debet maxie pollere virtutibus politicis inter quas magnificentia & liberalitas ſunt maxime/ſed nō poteſt illis virtutibus pollere niſi habeat abūdantiā rerum /& niſi ſit proprietarius nō poteſt donare/ergo in talíbus habet proprietatem/quando eſt ín tali dignitate cōſtitutus aliqui efficiūtur inimici eius quibus non poteſt facile reſiſtere ſine acquiſitione amicorum & manutenentia & largitione bonorum/ ſed ſic eſt q̄ non poteſt illa largiri niſi habeat proprietatem in illis. igitur. Vtrum ergo rex vel imperator habeat proprietatem in illis bonis que ſunt a communitate deputata dignitati regie vel imperiali vel vtrum ſit adminiſtrator/nam leuātur tributa & pedagía ſallagía &c. ſimiliter ſunt alique poſſeſſiones & vrbes & caſtra data regi non pro perſōa ſua ſed pro vtilitate regni. Q̄ nō ſint eius eſt apparentia quía rex non poteſt alienare regnum neq̄ precipuas vrbes regni in alterum tranſferre.

¶Capitulum tertium. An imperator habeat ſuam poteſtatem immediate a deo vel a papa.

QVantum ad tertium capitulū ſup poſito ꝙ rex vel imperator habeat proprietatem propríe propriā eſt difficultas a quo habet immediate vel a deo vel a papa. Prima opinio ꝙ immediate habet a deo/ q̄admodum quando eligitur ſortes in papam eo facto quo ē electus & electioni prebet cōſenſum deus ſibi confert immediate auctoritatem papalē ſiue ſpiritualem/ & illam non habet ab electoribus/ quia illam non habent: ita eo facto quo aliquis eſt electus imperator & prebuit conſenſum habet poteſtatem temporalem ſupremam a deo immediate. Iſtius opinionis eſt gloſa nonageſima. vj. diſtin. ca. ſi imperator. Ratio iſtorum ē/ quādocūq; aliquis eligitur ad poteſtatem aliquam & non habet illam ab electoribus/ nec a coronante/ nec a confirmante: illam habet immediate a deo. ſed imperator non habet poteſtatem imperialē ab electoribus q̄uis requiratur electio nec a confirmāte/ ergo habet immediate a deo. Preterea dicunt doct. ꝙ papa habet immediate a deo poteſtatem non a confirmāte. quia non indiget & ſi ſit aliqs confirmans eſt ſolum propter pōpā & nō neceſſitatem (ſed epiſcopus requirit de neceſſitate confirmationem/ ideo non habet epiſcopus immediate poteſtatem niſi a cōfirmante & non habet anteq̄ confirmetur & conſecretur) eodem modo dicunt de imperatore q̄cito eſt electus anteq̄ confirmet habet poteſtatem ſupremam laycam iuriſdictionis. & de facto poteſt vti illa & exercere & excertitium tenet/ preterea dicunt ꝙ nec habet a cōfirmatore/ nec ab electore ſed immediate ab ipſo deo.

Secūda poſitio.

¶Secunda opinio ꝙ imperator non habet immediate illam a deo ſed immediate a papa / & mediāte papa ab ipſo deo. Iſta opinio adducit multas rationes. Prima eſt apparentior. quādo ē aliquis in aliqua poteſtate conſtitutus & alteri ratione talis poteſtatis preſtat iuramē-tum fidelitatis videtur habere illam ab illo cui preſtat iuramentum fidelitatis/ ſed ſicē ꝙ imperator preſtat iuramentum fidelitatis pape. ergo habet illam a papa (in gallia epiſcopi preſtant iuramentum regi q̄tū ad temporalia/ & pape q̄tum ad ſpiritualia) Vnde imperator in coronatione vltima p̄ſtat iuramentum fidelitatis pape/ ergo habet illam poteſtatem laycam a papa & nō immediate a deo. videantur alie rationes in doctore. ¶Viſum eſt vtrum imperator habeat proprietatem proprie propriam i rebus appropriatis dignitati impiali quia nō eſt difficultas quin habeat in aliquibus rebus quas habebat anteq̄ eſſet imperator & in rebus poſtea acquiſitis propria induſtria. ſed difficultas erat de rebus dignitati impiali annexis & ſicut dictum eſt/ eſt eadem difficultas ſicut de clericis an habeant pprietatem rerum annexarum beneficio. & hāc difficultatem querit doct. in ſecūdo tract. ſecūde ptis dya. li. ij. vtrum impator ſit dominus omnium rerum & apparet ꝙ ſic. Nā ipator eſt dominus totius mūdi/ ergo & omnium rerum tempalium. Item imperator eſt dominus aliorum hominum a ſe/ ergo a fortiori eſt dominus omnium rerum que poſſidētur ab illis hominibus. ¶Alia apparentia rex quilibet eſt dominus omnium que ſūt in regno ſuo/ ergo impator mūdi omnium que ſunt in mundo. Patet ante cedens primi regum. viij. dicit Samuel ad populū petētem regem. Hoc erit ius regis filios veſtros tollet in curribus & faciet ſibi centuriones/ hoc erit ius regis/ ſi erit ius regis ergo poterat hoc iuſte facere p̄terea filias vras tollet & faciet vnguētarias/ vineas & agros tollet & dabit ſeruis ſuis. Ex illis verbis patet ꝙ rex habet pprietatem & dominium & ꝑſonarum & bonorū/ quia pōt & filios tollere & filias ad ſeruitium ſuum & ad vtilitatem ppriam. Similiter tollet vineas & agros/ ergo vnuſquiſq; rex iure & iuſte habet dominium ſingularum rerum que ſunt in regno ſuo. Pro iſta queſtione ſupponēdum dicta ſupra. ꝙ dominus pōt

An īpeator ſit dominꝰ omnium rerū tēpaliū

importare dominium ꝓprietatis/ vel dominium iuriſdictionis ita ꝙ ſit ſenſus vtrū imperator habeat dominium iuris/ hoc eſt poteſtatem dicendi ius ſuper ſingula que ſunt in regno. vel vtrum habeat proprietatem illarum rerum/ ita ꝙ ſit verum dicere quelibet res regni eſt imperatoris vel regis. Secundo ſupponendū q̄uis ille qui nō habet dominium proprietatis habet tamē dominium iuriſdictōnis in aliquo caſu habet poteſtatem tranſferendi inuito domino p̄ticulari rem ſuam in ꝓprietatem alterius vt ſortes qui de facto eſt verus rex nichilominus nō habet ptātem ꝓprietatis id eſt ꝓprietatem in rebus platonis/ ſed ſolum ptātem iuriſdictionis. Dico ꝙ ſortes rex habet aliq̄n in caſu poteſtatem tranſferendi res platonis in Ciceronem/ & hoc ſpectat ad dominium iuriſdictionis. Nam plato pōt peccare ratione cuius peccati res ſue erūt fiſco applicande quo facto ad ſortem regem ſpectabit non ratione dominij ꝓprietatis ſed ratione dominij iuriſdictionis res platonis in dominium alterius tranſferre. Iſto modo iperatores/ & reges/ per leges vſucap. preſcrip. q̄uis in illis rebus non habuiſſent ꝓprietatē nihilominus tranſtulerūt illas auctoritate iuriſdictionis in preſcribentes & vſucapientes. Notandum vltra ꝙ dominium iuriſdictionis non ſolum ſe extendit ad res poſſeſſas. ſed etiam ad perſonas. Prime ad Ro. xij. non ſine cauſa gladium portat in vindictam malefactorū. Item notandum ꝙ rerum exiſtentium in regno. quedā ſunt imobiles/ alie vero mobiles. Immobiles q̄ non poſſunt tranſferri/ vt ager domus/ mobiles que tranſferri poſſunt/ vt aurum / argentum/ lectus/ vaſa/ &c. & iſtarum vtreq; quedam appropriantur ipeatori ſic ꝙ nulli alteri. Alie vero appropriantur quibuſdā alteris. exemplū primi vt fructus pedagiorum taliarū ſalinarū &c. Similiter caſtra & quedam vrbes ſunt appropriate imperatori vel regi ſic ꝙ nulli alteri. Iſtis ſuppoſitis vtrum imperator ſit dominus omnium rerum ſit prima propoſitio. ¶Imperator nō eſt dominus q̄tum ad proprietatem omnium rerum que ſunt in mundo. immo non eſt dominus omnium rerum que ſunt in imperio/ ſuo & capio imperatorem ac ſi eſſet dominus totius mundi. Patet/ quilibet qui eſt dominus alicuius rei poteſt illā vendere/ ſed non poteſt imperator omnem rē vendere. ergo non eſt dominus q̄tum ad ꝓprietatem cuiuſlibet rei. Iſta ꝓpoſitio ponitur in capitulo eos. i. q. i. habetur ibidē ꝙ omnis dominus rem ſuam vendere poteſt ſi vult ſiue ſeruum ſiue aliquid eorum que poſſidet/ ſed ſic eſt ꝙ imperator nō poteſt ſingulas res imperij vendere ſi vult. Patet non poteſt res meas ad libitum eius vendere ſine peccato/ ergo ipſe non habet ꝓprietatem in illis rebus. Vnde expreſſe habetur. xxiij. q. viij. in capitulo que omnia ſunt imperatorum. Dicit expreſſe glo. non quo ad proprietatem ſed q̄tū ad iuriſdictionem. relinquitur ergo prima ꝓpoſitio vera ꝙ q̄uis eſſet aliquis imperator totius mundi nō eſſet dominus omnium rerum vt ly dominus importat dominium proprietatis. Secundo patet iſta propoſitio. quicūq; dat rem cedit proprietati illius & tranſfert illam in alium & non remanet amplius illi us rei proprietarius. imo hoc eſt donare ꝓprie. ſed imperator multa dat & dedit. ergo non remanet amplius illarum rerum proprietarius. Et iſta propoſitio eſt manifeſta videlicet ꝙ imperator non eſt dominus ſingulārū rerum. Pariformiter Rex Francie non eſt dominus omnium que ſūt i regno ſuo. imo nihil proprietatis habet in agris meis licet habeat proprietatem iuriſdictionis in illis. ¶Secunda propoſitio imperator non eſt dominus omnium rerum vt ly dominus importat dominium iuriſdictionis & non ꝓprietatem/ patet primo. non ē dominus regni Francie/ neq; illorum qui ſunt in illo regno. per capitulo venerabilē qui filij ſunt legitimi Rex Frācie in temporalibus nullum recognoſcit ſuperiorem. Hāc ꝓpoſitionē ponit Demaronis in tractatu quem edidit de re eccleſiaſtica & deducit

Dñius iuris etiā ſe extendit ad ꝑſōas

Prīa ꝓpoſitio.

Secunda ꝓpoſitio

in prohemio pragmatice sanctionis. Apparentia est/multi reges qui nullum recognouerunt superiorem in temporalibus fuerũt optimi viri & canonisati/vt sanctus Ludouicus.& non est verisimile q̃ si habuissent superiores in temporalibus q̃ nõ recognouissent illos.igitur.Et ista ẽ propositio dcto.quã credo veram/videlicet q̃ imperator quãtum ad ea que sunt in regno francie nullam habet potestatẽ iurisdictionis. Secundo/imperator nõ habet potestatem in viros ecclesiasticos p̃cipue in sacerdotes.imo sunt exẽpti iure diuino vt dictum est prius a iurisdictione layca. & hoc expresse habet Innocẽtius in cap. solite de maioritate & obedientia.& cum dicitur.non sine causa gladium portat.Hoc est intelligendum q̃ solum in eos gladio vtitur id est iurisdictione tẽporali qui sunt illi subiecti puta in laicos.Huius opinionis est Innocẽtius tertius q̃ sacerdotes & ecclesiastici nullo mõ potestati.i.iurisdictioni imperiali sũt subditi.& hoc dicit Panor.in capitulo solite. Ergo secunda ꝓpositio vera q̃ imperator non habet dominium iurisdictionis in singulis hominibus & rebus mundi. Consequenter apud doct.dicitur q̃ in rebus mobilibus appropriatis imperio habet dominiũ proprietatis.Patet sic:ille habet dñium ꝓprietatis in aliqua re qui potest illam qualitercũq̃ &ad libitum exponere q̃is aliq̃ peccet exponendo/qui tamen non tenetur ad restitutionem/sed iperator qualitercũq̃ exponat putenus iperij &fructus.i. res mobiles/vt fructus vrbium &c. nullo modo tenetur ad restitutionem quocunq̃ modo exponat hoc est certissimum. ergo q̃tũ ad istas res mobiles imperator habet dominium ꝓprietatis. Eodem modo dicitur de ecclesiasticis q̃ in rebus mobilibus.i.in fructibus beneficiorum qui prouenĩũt ex rebus hoc est agris & possessionibus annexis beneficio habent ꝓprietatem & qualitercũq̃ exponant illos fructus non tenentur ad restitutionem/vt dicit dominus Degersono Similiter imperator q̃tum ad res mobiles si bi prouenientes ratione dignitatis imperialis habet in illis ꝓprietatem ꝓprie propriã Sed q̃tum ad res immobiles dicit Occam in loco preallegato.Si alienatio illarum rerũ immobilium non sit in detrimẽtum iperij tũc imperator potest donare & alienare vt quedam castra/quosdam agros:nõ notabiles.sed si alienatio illarum sit in maximum detrimentum imperij :nullo modo potest alienare pro libito/imo si tentet alienare alienatio est nulla: & tenet restituere. ¶ Resolutio.Imperator siue rex nõ habet dominium proprietatis in singulis rebus regni vel imperij.Secũdo/nõ habet dominium iurisdictionis in singulis rebus nec in singulis personis:sed quantũ ad res mobiles annexas imperio habet proprietatẽ & dominium proprietatis ad libitum eius disponẽdo.q̃tum vero ad immobiles/vt est imperiũ ipsum: vrbes: castra: iura imperialia: ducatus: quorum alienatio esset in detrimentum imperij non habet dominiũ proprietatis/quia vt dictum est non potest pro libito alienare/vel donando vel vendendo vel cõmutando:eodem modo dicendũ de quolibet rege & suo regno. Vnde filiaꝰ regno frãcie succedit in rebus mobilibus sed quãtum ad immobilia ad regnum spectantia vt regnum ipsum & ceteras vrbes que sunt regno annexas nũq̃ succedit.Ratio est/quia nũq̃ fuerũt patri regi appropriata.qa nũq̃ potuisset pro libito disponere neq̃ vti/iõ quantum ad res mobiles habet proprietatem proprie propriam.Similiter quãtũ ad res immobiles que nõ sunt deannexis vel p prijs regni.His dictis restat soluere auctoritatẽ primi regũ.viij.hoc erit ius regis&c. filios.& vineas tollet &c. Q̃tum ad hoc dicit Okam q̃ ibi ius non notat dominiũ proprietatis sed iurisdictionis/nã istud ius scilicet sumere filios & agros erit solum ius illa assumendi in vtilitatem publicam.Nã rex pro vtilitate & ꝑseruatiõe reipu.occurrente necessitate potest accipere homines ad hoc & cuiuscũq̃ hominis bona licite sumere ad tuitionẽ reipublice regni.& ideo

hoc erit ius regis hoc est hanc habebit potestatem vt pro vtilitate cum fuerit oportunum sumat & filios/& vineas/& agros/sed ex illo textu non intelligit q̃ rex illis vtatur pro vtilitate priuata & propria sed publica.

¶ Capitulum quartum in quo recitantur tres opiniones varie quomodo imperium sit a papa.

HAbitũ est de duabus opinionibus.Prima erat q̃ imperator habet proprietatem a deo immediate presuppositio aliquo humano.i.electione.Secunda q̃ habet a papa.& ista diuiditur in tres opiniones. vt patet in quarto capitulo.Prima q̃ papa habet plenitudinem potestatem & omnimodam in rebus tẽporalibus ita q̃ potest absq̃ peccato vnũ quẽq̃ dominũ temporalem remouere sed hoc fuit impugnatum.Secunda dicit q̃ imperator habet illam potestatem a papa/quia petro commisse sunt claues & terreni & spiritualis regni.nam dati sũt petro duo gladii.s.temporalis & spiritualis sed cum aliquis est institutus in illa potestate nõ potest summus pontifex remouere. Ideo ista secũda opinio dicit q̃ potestas imperialis est a papa/& ipse impator electus nihil habet potestatis quousq̃ confirmetur a papa & papa dat sibi summam potestatem in temporalibus/sed ipso confirmato nõ potest papa ipsum destituere nisi ꝓpter duas causas.prima pro delicto sicut priuantur vassalli feudo pro delicto admisso i dominos suos.Secũda ꝓpter necessitatẽ & vtilitatẽ rei publice.puta si talis efficeretur oio in ydoneus ad imperandum/i illis casibus potest imperator destitui a papa. Habet ergo secundum hac opinionem potestatem imperator a papa sicut curatus ab episcopo & q̃ admodum episcopus post q̃ istituit aliquẽ curatum in beneficio/non potest illum priuare beneficio nisi pro certa causa/ita etiam papa non potest imperatorem post q̃ est institutus deponere. Tertia opinio est q̃ imperator sumit potestatem a papa non iure diuino sed iure humano ita q̃ tempore cõstãtini magni ex consensu romanorum cõuocauit ipse Constantinus suos satrapas& nobiles & inito concilio ex consensu communi translatum est ius imperij occidentalis ad papam.Dicit ergo tertia opinio q̃ imperator habet potestatem iurisdictionis a papa sed non est iure diuino puta q̃ christus contulerit pape potestatem constituẽdi imperatorem sed iure humano in q̃tum ipse imperator ex consensu romanorũ trãstulit ius imperij in summum pontificẽ. Et sic resolutio est ista.prima opinio dicit q̃ imperialis potestas est immediate a Christo. Secunda q̃ est immediate a papa. & ista secunda diuiditur in tres modos dicendi. Primus/q̃ papa põt q̃ libito disponere & deponere/secũdus q̃ papa iure diuio põt disponere & istituere iperatorẽ/sed ipso istituto nõ potest deponere sine causa. Tertius/q̃ talis potestas est imediate a papa sed solum iure positiuo puta post collationẽ factam a Constantino.& isti tres modi dicendi ponuntur in quarto capitulo. Resolutio

Casus in q̃b9 põt imperator deponi a papa.

¶ Capitulum quintum. An imperator habeat sibi appropriata immediate a papa vel a deo.

VISVM est in precedentibus de duabus opinionibus & de sub diuisiõe secũde in tres modos dicendi. visum etiã est quo modo imperator est dñs aut q̃tum ad proprietatẽ aut q̃tum ad iurisdictiõnem. De rebus datis imperio puta de immobilibus non habet dominium pinguissimum quia illas nõ potest alienare quod ẽ proprietas dominij pinguissimi in ca.eos prima.q.j.qui potest alienare cum vult habet dominium pinguissimũ sed q̃tum ad fructus perceptos & res mobiles habet dominium pinguissimum. Eodem modo dicendũ est de ecclesiasticis. nam episcopus non habet dominium pinguissimum in rebus immobilibus concess

sis episcopatui. s. in villis/agris/castellis/ illa enim alienare non poterit/sed in fructibus perceptis de illis rebus immobilibus. Opinio communior est q̄ habet dominū pinguissimū & q̄is peccet male vtendo illis fructibus non tenet tñ restituere & pōt illos donare cuicūq; voluerit & donatio tenet licet aliq̄n peccet donādo. Alij dicūt q̄ est solum dispensator. ¶ Consequenter in isto capitulo ponitur tertia opinio quam credo solā veram inter ceteras q̄ dicit q̄ imperator nō habet proprietatem sibi vel nō habet ea dona que sunt appropriata sibi immediate a deo nec a papa prio vel secundo modo habendi sed habet imediate a deo tertio modo habendi. Nam vt visum ē habere imediate a deo primo modo est sic habere a deo q̄ a nullo alio habeatur nec etiā aliquid aliud preuium presupponitur vt illud habeatur a deo sicut habuit Moyses ducatum filiorum israel immediate a deo/ sed habere immediate a deo secūdomodo est habere a solo deo aliquo tamen presupposito. verū habere tertio mō imediate a deo est illud in principio habere ex donatione hominis/sed postq̄ donatum est non tenet quod est donatum nisi adeo ita q̄ postidendo illo possessor nullū recognoscit superiorem preter deum/tunc dico q̄ imperator non habet illa que habet immediate a deo primo vel secundo modis sed tertio modo. Patet q̄tum ad primū nam illa que habet ratione imperij non est dicendum q̄ illa habeat immediate a deo nisi constet vel p reuelationem: vel per scripturam. sed non constat neq; reuelatione/neq; scriptura sacra imperatorem illa que habet habere immediate a deo. ergo non habet immediate a deo primo vel secundo modis habēdi. Vnde quando aliquid potest haberi ab hominibus non est dicendum q̄ immediate habeatur a deo/nisi per reuelatōnem vel per scripturam sacram habeatur notum & constet. sed bona imperatoris possunt haberi ab hominibus. Patet/deus fecit humanum genus dominū cunctarū rerū. Genesi primo/ergo humanum genus potest in alterum transferre aliquarum rerum dominium/ergo illa que habet imperator possunt humanitus vel ab homibns acquiri & non constat q̄ habeāturimediate a deo/neq; p reuelationem. Nam deus nūq̄ reuelauit alicui vel aliquibus q̄ in aliquem transtulerit imperium saltem in istum qui nunc est/nec habetur per scripturam. ergo non est dicēdū q̄ imediate sit a deo. Dices per illud habetur/q̄ sunt cesaris cesari. Dico q̄ per illa verba non habetur q̄ deus dederit aliqua Cesari quia imperatori/sed habetur solum q̄ q̄ dedistis prius & ad que reddenda estis prius obligati ex vō pensu reddite & sic ex illa auctoritate nō potest haberi q̄ imperium sit immediate a deo. Secundum dictum illud est immediate a deo tertio modo. nā postq̄ sortes factus est imperator que sūt data in tuitu sue persone in illis non recognoscit superiorem preter deum. ergo post illam donationem habet illa immediate a deo tertio modo habēdi. s. a deo. & nō est vassalus alicuius/ ideo q̄tum ad ea que habet ratione imperij tenet illa immediate a solo deo/ ideo bene dicit doct. factum est q̄ imperator habeat potestatem in illis & ad regendum communitatem indiget bonis. Ideo sunt assignata quedam que sunt adiuncta dignitati imperialē & hoc ab hominibus/licet post adiūctionē non recognoscat imperator illos homines qui talia dederunt superiores: sed solum in istis habet deum pro superiore quia amplius nullum recognoscit superiorem/sed q̄tum ad donationem tenet immediate a cōgregatione populi vel generis humani. & ista opinio est facilima & verior. videlicet q̄ imperator non tenet immediate imperiū nec a papa/nec a deo/primo vel secūdomodo tenendi seu habendi/sed tenet immediate a deo tertio modo habendi. Nititur iam soluere argumenta in oppositum pro secūda opinione q̄ dicit q̄ immediate imperator habet imperiū a papa. Dicit Nicolaus papa/q̄ deus petro terreni & celestis impij

resoluto.

claues contulit siue commisit/ergo sicut petro est commissa spūalis ptās ita & terrena ergo imperator tenet illam a papa. Vnde Nicolaus & Innocentius maxime loquuti sunt pro potestate pape. Vnde cōmittere claues celestis regni est dare potestatem spiritualem/& terreni est dare potestatem laycam. ¶ Q̄tum ad hoc sane exponenda sūt verba Nicolai pape ne videantur sapere heresim. Vnde dicit nico. i eodē capitulo: q̄ Christus immediate fundauit ecclesiam/& supra petram fidei nascentis erexit hoc nisi sane intelligatur est contra decursum sacre scripture. Nam Christus non erexit immediate super fidem nascentem ecclesiam romanā. Patet quia ecclesia hyerosolymitana & anthiochyana erant prius erecte q̄ romana. ergo illa verba secundum rigorem verborum sapiunt heresim manifestā. Eodem modo ista duo verba q̄ beato Petro claues regni & celestis & terreni commisit nisi exponantur sane sapiunt heresim & maxima incōueniētia sequeret. Primū q̄ Reges frā corum qui nūq̄ recognouerūt superiorem. extra qui fi. sunt legi. capitu. p venerabilem fuissent manifeste heretici. patet quia habuissent assensum firmissimum contra articulum fidei. quia si Christus commisit petro potestatem laycam hoc est articulus fidei q̄ ois illā hns imediate habet ab illo. Sed dico q̄ illa verba Christus p̄misit petro curā celestis & terreni regni dupliciter exponitur: vno modo q̄ celestis regni habeat ptātem/hoc est ecclesie triumphantis & hoc ē falsum/quia non habet papa potestatē sup illos de ecclesia triumphante/sed solum in eos qui sunt i carne mortali. sed per celeste regnum intelligit bonos/& per terrenum malos: & in vtroq; habet potestatem. s. spiritualem que vocatur potestas clauis. Secūda expositio est: q̄ per celeste regnum intelligit eos quorum conuersatio est i celo hoc est qui totaliter sunt dati vite spūali vt sunt contemplatiui & qui non curant temporalia. & per regnum terrenū intelligit eos q se dant vite actiue & terrenis negotijs. ideo papa intelligit per regnum celeste congregationem ecclesiasticorum. & per terrenū congregationem laycorum/ & data est petro a Christo super vtroq; potestas spiritualis. Tertio illa verba possūt sic exponi/cō misit petro claues terreni & celestis regni hoc est dedit ei potestatem super imperatorem qui habet regnum terrenum non q̄ dederit potestatem temporalem sed spūalem que potestas vocatur clauis spūalis. & quelibet istarum expositionū sufficit. Ideo per regnum celeste non debemus intelligere paradisum/nec per terrenum imperium/sed p celeste bonorum: & per terrenum malorū congregatio intelligitur. & tūc fateor q̄ petro data est vtraq; potestas vt visum est nam habet potestatem iurisdictionis spūalem coherciuā super bonos & malos

¶ Ad secūdā allegatōnē/Secūdo arguit sabio est imperium qui est supremus iudex inter mortales & cunctorum mortalium/sed papa est huiusmodi. ergo. Dico q̄ minor est falsa/primo papa nō est iudex infideliū i. c. gaudemus de diuor. Statuta ap̄lica nō ligant infideles. & prie ad Cori. quito. nō est michi cure de his que foris sunt. Secūdo si intelligas q̄ sit iudex cunctorum fideliū ex hoc non infertur q̄ imperium sit a papa. nam imperator/quia impator habet potestatem sup infideles qui sunt in terra imperiali & papa nihil potestatis habet sup illos. ergo impator non habet suam potestatem laycam a p̄pa/sed dico q̄ papa est supmus iudex cūctorum fidelium in spūalibus sed non in omnibus puta in tempalibus: imo impator est iudex pape in tempalibus. Vnde doct. ponit talem ppositionem. Imperator est iudex pape in temporalibus. Patet anteq̄ aliquis efficitur papa impator est iudex eius. ergo postq̄ ē effectus papa. patet cōsequētia ex illo verbo apostoli vnusq;q; maneat i eadē vocatione in qua vocatus ē si fuit seruus non sit ei cure. Tunc arguit sic ius diuinū nullū liberat a seruitute: ergo si sortes sit seruus imperatoris anteq̄ electus in papam post electionem non liberabitur

Propositio

a seruitute iure diuino/ & loquor semper iure diuino/sed si liberatur hoc est solum iure positiuo. Patet ex apostolo vnusquisq; &c. ergo cum papa subdatur impatori ꝙtum ad tẽporalia anteq̃ eligatur ipso electo saltem ex iure diuino nõ liberabitur ab illa seruitute & subiectõne/ideo imperator ꝙtum ad temporalia est iudex supremus sũmi pontificis & ista est sententia doct. ꝙ ecclesiastici non sunt exempti iure diuio sed solum iure humano si sint.

¶ Ad tertiã allegationẽ. Tertio arguit ad idẽ ab oi illo est iperiũ qui potest iperatorẽ deponere sed papa hoc põt/igit. maior ẽ certa quia cuius est constituere eiusdem est destituere & ediuerso. sed papa potest constituere imperatorem/ergo & deponere. Patet i capitulo alius. xv. q. vi. Zacharias papa deposuit regem Francorũ & instituit Pipinũ patrem Karoli. Similiter Innocentius deposuit Federicũ imperatorẽ/ergo papa potest deponere ipsum imperatorem.

¶ Ad primũ respondet doctor/trãseat maior & ad miorem notat doct. ꝙ imperator potest esse dignus depositione dupliciter Vno modo ppter crimẽ spũale vt ppter heresim quia hereticus & scismaticus & vtitur potestate eius in detrimentum christianitatis. ¶ Alio modo ppter crimen ciuile vtputa negligit administrare iusticiam quã tenetur administrare ex officio vel vtitur sua potestate in vtilitatem ppriam substrahendo bona a subditis pro suo commodo particulari & non communi. Tunc si imperator sit dignus depositione ppter crimen primi generis/ puta ppter crimẽ spũale potest deponi a papa cum habeat plenam potestatẽ in puniendis peccatis spũalibus. Sed si fuerit dignus depositione ppter crimen secundi generis/puta ppter crimen ciuile & politicum non spectat tũc ad papam imperatorẽ deponere sed ad eos ad quos spectat eũ ordinare/hoc est ad communitatem ciuilem vel ad eos qui gerunt vices cõmunitatis ciuilis in quos. s. communitas transtulit suã potestatem. ideo ppter crimen spũale põt a papa deponi impator/ppter vero crimen ciuile ab ipsa communitate &c. ¶ Aliter dicit Io. de Parisius breuiter ꝙ ppter nullum crimen siue spũale siue ciuile spectat ad papam imperatorẽ deponere nisi de paccidẽs. Vnde notandũ ꝙ ad illum spectat iuridice aliquem deponere ab aliqua potestate qui sententia lata de depositione est depositus. hoc est qua sententia lata nichil habet amplius potestatis. hoc supposito dicit quilicunq; crimie irretiatur impator non potest papa ferre sententiam qua lata ipse imperator sit a potestate pstina depositus/ sed paccidens potest. quia potest excommunicare ipsum p crimine & singulos cum eo pticipantes & sic inhibere subditis ne pticipent cum illo: & p illã excõmunicationẽ illos cogere ad depositionẽ ipsius impatoris/ideo non spectat ad papam(dicit) sententialiter deponere ipsum licet spectet sententialiter excommunicare/& finaliter per censurã excommunicationis eos qui habent auctoritatem deponendi cogere vt illum deponãt & sic de paccidens deponit solum modo & non directe. Eodem modo dicit Iohan. de Parisius/ꝙ impator potest papam deponere puta si papa vtatur sua potestate in detrimentum reipublice potest impator sub pena confiscationis bonorum pure ciuilium que tenet ab impatore: vel a rege tanq̃ vassalus ppter huiusmodi sententiam latã ab iperatore illi ad quos spectat cogentur tãdẽ ipsum auferre a sua potestate summi pontificatus sed non potest p se qualicũq; crimie sit irretitus deponere. Verũtñ dicit doct. ꝙ papa potest impatorem deponere in duobus casibus. Primus p crimine pure spũali vt est heresis. Secundus quãdo illi ad quos spectat iure ordinario sunt negligentes ipsum deponere. Vnde dicit doct. tertia parte dya. secundo libro ꝙ vniuersaliter si negligat iudex secularis exercere iurisdictionem laycam p loco & tempore deuoluitur potestas excercendi ad iudicem spũalem. ergo vbi ad quos spectat impatoris depositõ nõ possunt auferre vel negligunt deuoluitur

Io. depositius.

Vtrũ papa possit deponere ĩpatorẽ.

potestas auferendi ad summũ ponti. ¶ Iam respondendũ ad capitulũ alius. & dico ꝙ sic intelligitur. Zacharias deposuit regẽ. i. deponẽtibus psensit. Vnde tũctpis nõ erat adhuc vniuersitas parrhisius/quia tpe Karoli magni fũdata fuit/& sic pauci erãt docti in frãcia/& habuerũt recursum ad papã & sic deposuit. i. psuluit vt possent deponere: & sic nõ deposuit auctoritatiue. Q̃tum ad aliud de Innocentio qui deposuit Federicum imperatorẽ. Dicit doc. ꝙ Innocentius deposuit in pcilio non ꝙ habuerit auctoritatẽ deponẽdi sed pciliũ deposuit & Innocentius tulit sententiã vel loco pcilij a quo acceperat auctoritatẽ deponẽdi deposuit.

Resolutio.

¶ Resolutio doc. in hoc argumento est cũ apparẽtia/ꝙ nunq̃ põt papa principẽ secularem (seclusis suis vassallis) deponere nisi in duobus casibus pretactis.

¶ Ad quartam allegationem.

¶ Papa potest supmũ iperiũ trãsferre de gẽte in gẽtem/ergo ab ipso depẽdet potestas ipialis Patet/papa transtulit imperiũ a grecis i germanos. Dicit doc. ꝙ papa põt trãsferre imperiũ: sed hoc est solum casualiter. Vnde papa potest exercere iurisdictionẽ in pure tpalibus casualiter/hoc est qñ non est iudex secularis/ita si desit ꝓgregatio populi põt papa trãsferre/& hoc casualiter. Secũdo potest pro crimine pure spirituali/ vt si gens illius iperij efficeret heretica vel transferret se ad aliã sectã dimittendo sectã christianam posset propter hoc papa illã gentem priuare dignitate imperiali: & sic transferre in aliam gentẽ: sed hoc non est regulariter sed solũ casualiter. Regulariter potest pro crimine heresis sed non pro crimine ciuili nisi casualiter puta in defectu alterius ꝙ põt vel pro negligẽtia vt dictũ est. ¶ Contra/ ab illo est iperiũ a quo ipator examinatur inungit & coronat: sed post electionẽ imperator futurus electus examinatur a papa/inungit & coronatur. ergo. Nego añs & ratio est/quia p talẽ examinationẽ nihil iuris & potestatis accipit a coronãte vel examinãte sed eo facto quo electus est habet sũmam ptãtem ipialẽ sicut papa electus ante confirmationẽ quis etiã nõ sit sacerdos habet oĩmodã ptãtẽ iurisdictionis in ecclesia. Similiter dicendũ de ipatore isto mõ. Idem argumẽtũ curreret de rege francorũ qui inungitur ab archiepiscopo Remẽsi: & tñ nichil ptãtis ab illo accipit. nã illud est solũ solẽnitatis & nõ ptãtis. Similiter multi fuerunt imperatores qui non coronabantur a papa & erant veri iperatores. nã talis coronatio saltem iure diuio nihil dat ptãtis sed est tantũmõ solẽnitas. ¶ Querit pñter doc. quare iperator presentatur examinãdus papę postq̃ est electus. Dicit vt corrigatur de magnis criminibus a papa si ꝓmiserit. Secũdo & apparentius vt papa cognoscat & declaret electionẽ esse validam. Vnde qñ rex mittit legatũ ad papã/litere presentant parlameto non ꝙ parlamẽtũ aliqd ptãtis exhibeat legato: sed vt parlamentũ declaret potestatẽ esse i tali legato. Similiter postq̃ imperator est electus ꝓsentatur papę vt declaret talem electionẽ fuisse legitimã & auctoritatem imperialẽ esse in electo/& est resolutio doc. q̃is multi textus decretaliũ videãtur sonare oppositũ. in ca. venerabilẽ. dicit papa ꝙ ad ipm spectat imperatorẽ ꝓfirmare ita ꝙ ante ꝓfirmationem nihil habet potestatis. hãc tribuit sibi papa potestatẽ: sed oppositũ est probabilius. & primo dico ꝙ presentet electus papę: est de iure positiuo. Secũdo pñtatur impator non vt habeat auctoritatem a papa. Tertio pñtatur vt declaretur ꝙ talis electio est legitima. Dico ergo ꝙ nihil habet ptãtis a papa sed ab electiõe: & non habet a deo apud doc. & est opinio pbabilior: sed habet a populo & populus põt dare pape auctoritatẽ instituẽdi ipatorẽ ga populus illã habet/& põt in alterum trãsferre. & si sic/hoc est solũ iure positiuo: sed nõ legit passus i quo trahi possit ꝙ populus talẽ ptãtẽ instituendi impatorẽ potuerit pape. ergo. ¶ Ad argumẽtũ/impator tenet pstare iuramentũ fidelitatis pape: sed illud iuramentũ fidelitatis est signũ vassalatus. ergo ipatorẽ vassalus pape/ergo habet

ptãtẽ a papa. Q̃ tũ ad hoc nego q̃ teneat̃ ꝓſtare iuramẽtũ pape. imo potius ediuerſo papa hñs ꝓdia teneť potius ꝓſtare iuramẽta fidelitatis impatori ratione ꝓdiorũ & attributũ ſoluẽdũ. Paulus enĩ ad Ro. xviij. vniuerſis ꝓcepit fidelibus Reddite oĩbus debita cui tributũ tributũ/cui vectigal vectigal. & Chriſtus Mathei. xxij. Reddite q̃ ſũt Ceſaris Ceſari. Secundo fateor q̃ impator preſtat iuramentũ pape nó ratione iperij: ſed q̃ tuebitur & deffenſabit eccleſiã/ſicut rex iurat in curia parlameti ſe deffenſurum regnũ &c. & non accipit poteſtatẽ regiam ab illa curia. Vnde iure naturali inter dominũ & ſubditum eſt mutua obligatio/quia dominus ſiue princeps tenetur ſubditos deffendere & tueri/& ipſi tenẽtur ad tributum ſoluendũ pricipi. Dico ergo q̃ nõ iurat neq; preſtat iuramentũ pape tanquã recognoſcens illũ ſuperiorem in tpalibus: ſed vt dictum eſt.

¶ Ad ſeptimam rationem.

¶ Viſum eſt de quibuſdã rationibus qbus nitebantur aduerſe opiniones ꝓbare imperium eſſe imediate a papa/& allegatũ eſt capitulũ alius. xv. q. vj. ſed difficultas ẽ ex capitulis ſeq̃ntibus. quia dictũ eſt q̃ papa nõ poteſt deponere regẽ niſi i duobus caſibus ſcilicet pro crimine eccleſiaſtico. i. hereſis. quia papa habet plenã poteſtatẽ in illis crimínibus. Secũdus qñ nõ ſunt alij ad quos ſpectat ordinarie & iuriſdice depoſitio. ga ſicut tenet doctor & habetur de foro competenti q̃ vacante ſede impiali/quia nõ eſt tũc iudex ordiarius ius cognoſcẽdi de cauſis impialibus deuoluitur ad penã. Sũt apparentie pro oppoſito. Vnde aliquẽ eẽ regem nihil aliud eſt q̃ habere ſuperioritatẽ erga ſubditos & in ſubditis eſſe obligatio parendi regi & ſententie diffinitiue ipſius q̃tum ad res que ſunt iuriſdictionis. Tũc arguitur ſic/papa poteſt vnũ quẽq; abſoluere a iuramento fidelitatis qd̃ ꝓſtitit regi/ergo papa põt vnũquẽq; regẽ deponere q̃tũ ad illã ptãtẽ regalẽ/& iuriſdictionẽ quam habet erga ſubditos. Tunc beneſeqtur/iſti abſoluũtur a iuramẽto fidelitatis ꝓſtito regi/ergo rex nõ eſt amplius ſuperior eorũ/ſed papa poteſt facere antecedẽs. i. ipos abſoluere ab obligatione iuramenti fidelitatis/ergo poteſt facere etiã ꝓns. puta q̃ rex nõ habeat amplius ſupioritatẽ ſup ipſos & q̃ non ſint amplius vaſſali & ſubditi eius/ergo papa põt facere q̃ nõ ſit amplius rex non ſolum caſualiter ſed etiam ordinarie & vltra/ergo poteſt iſtum ab illa poteſtate deſtituere. Patet añs/ad papam ordinarie ſpectat diſpenſatio in votis & iuramentis/ergo papa poteſtate ordinaria & regulari poteſt iſtos abſoluere ab obligatione iuramẽti & fidelidatis q̃d ꝓſtiterũt principi. & ecce ratio ꝓcipua iuriſtarum ꝓbantiũ ex illa q̃ poteſt dñium tpale auferre ab ipſo principe. Secũdo arguitur ſic/papa põt excõicare dominũ tpalem in ca. nouit de iudicis. vbi ſe oſtendit habere ptãtẽ excõicandi regem francorum: ſed in caſu in quo rex eſſet excõicatus vaſſali eius pro tũc nõ teneret̃ ei prebere obedientiã & pro tunc ſententia lata a rege nulla eſſet/quia ſententia ab excõicato lata nullius eſt efficacie/ergo pro tunc deponit papa dñm tpalem a iuriſdictione quã habet & iſta ſunt duo apparẽtiora argumenta pro parte aduerſa. Q̃ tum ad primum cõceſſo q̃ papa poteſt abſoluere ſubditum a iuramento fidelitatis. negatur añs ſaltem capiendo ſoluere vt tantũ valet ſicut ius relaxare & non ius declarare. & ad probationẽ cum dicitur papa poteſt vnũquẽq; diſpenſare a iuramento ſicut a voto cum ſit eadem obligatio vtriuſq; imo ſecũdũ Hoſtiẽſem iuramentũ magis obligat q̃ votum/ergo poteſt oẽs vaſſalos a iuramẽto fidelitatis ſoluere. ¶ Dico q̃ duplex eſt iuramentũ Quodam eſt quod fit ſolum in fauorẽ dei. Aliud eſt quod fit̃ i fauorem certe perſone alterius a iurante vt ſortes iurans perpetuo ſeruare caſtitatem hoc iuramentum non fit in vtilitatem alterius pſone a iurante. ſed ſolum in vtilitatẽ propriã ipſius iurãtis & reuerentiam dei. Exemplum ſecũdi/ſortes iurat ſe ſoluturum platoni decẽ aureos/iſtud

Solutio.

Arguitur q̃ papa poſſet ꝺe ponere ĩperatorẽ

Duplex eſt iuramẽtum.

iuramentũ fit in vtilitatem alterius perſone a iurante ſcilicet in vtilitatẽ platonis. Similiter iuramentum fidelitatis ꝓſtitum principi a ſubditis fit in vtilitatẽ dñi & nõ ſolum propter reuerentiam dei. his ſuppoſitis.

Q̃ tum ad iuramenta primi generis/papa poteſt diſpenſare cũ ſit vicarius dei/quãtũ vero ad iuramẽta ſecũdi generis nõ poteſt diſpenſare hoc ẽ ius relaxare/quia papa nõ habet poteſtatẽ aliquam faciendi contra ea que ſunt in pernitiem & damnum alterius. Nam nõ poteſt ſoluere ſortẽ ab obligatione qua platoni obligatur vt in caſu predicto. Similiter ſi papa ſolueret vaſſalos a iuramento fidelitatis principis hoc eſſet in perniciem & detrimentum principis & libertatem regis/ideo a quocunq; iuramẽto vel obligatione que obligatio eſt in vtilitatem alterius perſone a perſona obligata nõ põt papa talẽ ab alterius obligatiõe ſoluere. nam faciẽdo de obligato nõ obligatum hoc eſſet in iniuriam alterius perſone: & ſi hoc faceret teneret̃ ad reſtitutionẽ. Et ſic reſolutio eſt/q̃ a iuramento preſtito in fauorem & vtilitatem alterius perſone a perſona que iurauit papa nõ poteſt diſpenſare neq; alterũ ab obligatione ex iuramento prouenięte ſoluere/quare nõ poteſt papa regulariter ſoluere vaſſalum ab obligatione qua obligat̃ ſuo ſupiori. ¶ Ad aliud cum dicitur papa ordinaria poteſtate & regulari poteſt regem & principem excõicare. Cõcedo/nec poteſt aliqs eximi a tali iuriſdica poteſtate niſi p̃ pcilũ vt dictũ eſt ſupra: ſed in caſu quo tẽporalis dñs erit excõicatus vaſſali tũc nõ tenẽtur ei obedire ergo tũc nõ habet poteſtatẽ iuriſdictionis i eos quã prius habebat. ¶ Hoc argumentũ tangit multa ſatis difficilia. nã habetur ex multis textibus & ex practica q̃ familiares excõmunicati poſſũt pticipare cũ eo adminus in rebus ciuilibus/ergo cũ rege excõicato vaſſali & ſubiecti pñt participare cũ ſint quodãmodo ſerui eius/nã obedientiã tenẽtur illi dare & exhibere. Q̃ tũ ad hoc dr̃ in canemo. & in glo. q̃ illa obligatio vaſſali & ſubditi q̃ nõ ẽ ſeruus domeſticus p tpe quo dñs eſt excõicatus eſt ſopita ſed nõ ablata. ĩõ pro tpe excõicationis pricipis ſerui locaticij nõ tenẽtur nõ cõicare ſecũ in rebus ciuilibus: ſed alij ſubditi dicit glo. abſoluũt̃ ab actu obligationis ſed nõ ab obligatiõe & tenẽtur pro tali tempore ſecũ nõ ꝓticipare & nõ obedire: ſed ipſo abſoluto ab excõmunicatione tenẽtur vt prius. ¶ Circa hoc eſt alia difficultas/ſi ſortes ſit excõicatus & plato habet aliquid a ſorte q̃d accepit furto vel mutuo. vtrũ plato teneatur illi pro tũc reſtituere. Si ſic/ergo tenetur ſecũ participare. ¶ Reſolutio glo. eſt q̃ pro tali tempore eſt ſopita obligatio/ita q̃ in tali tpe ſi non poſſit reſtituere aliter niſi participãdo cum eo nõ teneť neq; poteſt licite tũc reſtituere/& ſic reſtitutio aliqñ rõne excõicationis ſopitur. Eodẽmõ dicendũ eſt in vaſſalis q̃ ratione excõicationis principis ſopit̃ eorum obligatio ſed nõ ſoluitur ſimpliciter. Opinio doc. ſimpliciter ꝓbabilior eſt q̃ nec per excõicationẽ necalio mõ poteſt papa principem deponere a ſua dignitate iperiali & regali. Sed arguit doc. ꝓtra hoc in ſeptima rõne/ab illo eſt iperiũ q̃ habet vtrũq; gladiũ. ſ. tã ſpiãlẽ q̃ tpalẽ: ſed papa eſt hmõi. ergo. Patet añs ſupponendo q̃ per gladiũ materialẽ itelligit̃ ptãs regia ad quã ſpectat vti gladio in malos ad Ro. iij. nõ ſine causa gladiũ portat: ſed petro & ſucceſſoribus cõmiſſus eſt vterq; gladius luce. xxij. q̃ſiuit xp̃s an eẽnt gladij. rñdit Petrus. Ecce duo gladij ſũt. & cũ eruiſſet Petrus vnũ illorũ/dicit Chriſtus mitte gladiũ in vaginã/& nõ dicit aufers gladiũ. & p hoc oñditur q̃ phibuit vſũ illius & non ptãtẽ. & ex illo paſſu arguũt q̃ vtraq; ptãs ẽ ꝓmiſſa petro. & iſta ſententia videť eẽ Innocẽtij quarti/q̃ in gremio eccleſie ambo gladij ſũt: & q̃ extra eccleſiã ſunt nullius hñt gladij ptãtẽ. Rñdet doc. negando q̃ vterq; gladius ſit ꝓmiſſus petro: & ad ꝓbationẽ luce. xxij. Dicit doc. q̃ duo ſũt in ſenſu literali/hoc intelligitur de gladijs materialibus & tpe quo Chriſtus hoc queſiuit nundum Petrus erat papa/

sed post resurrectionem factus est/ideo tūc non querebat an haberet gladium spūalē. Bene verum est q̄ in sēsu mīstico potest intelligi p̄ istos duos gladios ista duplex potestas: sed ex sensu mīstico nō potest efficax argumentū ad aliud probandum sumi nisi fuerit palium passum scripture habitum ideo per illos duos gladios non potest inferri q̄ fuerit petro & successoribus cōmissa vtraq; potestas. Secundo ego dicerem q̄ quis intelligatur in sensu literali non tamē sequitur q̄ fuerit cōmissa petro. nam licet in ecclesia sit vtraq; potestas non tamen in eadem persona. nam illa potestas q̄ significatur per gladiū materialem est petro prohibita. Dicit enī Christus Petro mitte gladium in vaginam. Reges gentium dominantur &cetera. Si vero in sensu literali per vtrumq; gladium vtraq; potestas accipere tur solū potest inferri q̄ vtraq; potestas est in ecclesia: sed nō potest inferri q̄ vtraq; potestas sit in ecclesia in eadem persona. Et ad verba Innocēntij si intelligātur q̄ extra ecclesiam nullus habeat legitimam potestatem qua vtatur gladio materiali illa sapiunt heresim. Nā & apud fideles & apud infideles est vera ptās laica ideo parū curandū est de auctoritate Innocentij in ppōsito.

¶Ad octauam rationem.

¶Arguitur sic, ab illo est imperium in ordine ad quē se habet imperator vt discipulus ad magistrum: sed imperator in ordine ad papam est huiusmodi: in capitulo solite de maioritate & obe. ergo i perīū est a summo pōtifice. Item dicitur q̄ quicquid lucis habet luna hoc a sole. ergo a simili quicqd potestatis habet imperator hoc est a papa. Dico q̄ tales eō parationes imperatoris ad papam non fuerūt propter temporalia: sed solum propter spiritualia que suscipit ab ipso papa. Imperator enī est filius pape nō propter tēporalia sed propter spiritualia: & sic ex his nō pōt inferri q̄ ipīū sit a papa.

¶Ad decimam rationem.

¶Arguitur sic/ab illo est imperium quod vacante imperatore habet imperium regere sed mortuo imperatore imperiū habet regi a papa. ergo. Dico q̄ cum deest imperator ex institutione Christi imperiū non debet regi a papa immo ab electoribus imperatoris. & de facto ita est q̄ regitur ab eis/ & tamen si papa ex institutione Christi haberet regere imperiū mortuo imperatore malefacterent rectores si non permitterent eum regere/ & in potestatibus malefactum est cedere iurī suo: sed si papa habeat regere illud est solum ex institutione humana. ideo vacante imperatore qui habent illum instituere debēt illud imperiū regere. Similiter vacante papa qui habent alium eligere & instituere vt sunt cardinales debēt papatum regere. Similiter vacante episcopo canonici qui habent alium prefficere & eligere/ debent episcopatum regere. Et hec pauca circa secūdam questionē dicta sufficiant. accedendum iamiā ad tertiā sequētē questionē.

¶QVESTIO TERTIA.

¶Capitulum. j. an iurisdictionis tpalis auctoritas dependeat a papa & romana ecclesia.

IN PRESENTI QVEstione querebatur an imperator habeat possessiōes quas possidet ratione imperij a papa vel a deo/ & tandem resolutio doctoris fuit q̄ non habet immediate nec a deo nec a papa/ ad istum sēsum q̄ nec deus nec papa immediate ei contulerint tales possessiones: sed habet immediate a populo sic q̄ sūt collate ipsi ab ipso populo/ & post collationem nullū recognoscit superiorem in illis preter deum. Et sic in isto sensu habet immediate a deo illas possessiones. ¶Visum est etiam principaliter de duobus punctis. Primum/ vtrum bona annexa dignitati imperiali sint imperatoris quātum ad proprietatem: & de hoc fuerunt due opiniones. Secundo/ visum est an imperator sit proprietarius oīm rerum imperij/ puta an sit proprietarius in bonis Sortis/ Guillermi/ Ioannis &c̄. Et satis ad

hoc responsum est secundum mētem doc. ¶Iam in ista tertia questiōe queritur. Vtrū papa & Ro. ecclesia habeat cōmittere iurisdictionem imperatori & ceteris pricipibus non recognoscētibus superiorē in temporalibus ita q̄ potestas iudicandi quā habēt tēporales domini cuiuscūq; p̄ditionis fuerint nō recognoscētes superiorem in tpalibus sit a papa ex ordinaria sua ptāte. Hoc est an papa ex ordinaria potestate habeat committere iurisdictionē dīis tēporalibus/ ita q̄ sine tali cōmissione inordinate illam iurisdictionē exerceant. ¶Et anteq̄ aggrediamur questionem: primo supponenda sunt aliqua pro intellectu illius. Primo q̄ imperator vel rex habet multas potestates iudiciarias. Primo/ habet potestatem punitiuā in corpus hominum subditorum & in bonis: ita q̄ potest illos ad mortem condemnare ad mutilationem membri: ad carceres perpetuos: & ad bonorū perditionem. & ista vocat potestas punitiua in corpus subditorum & auferendi eorum bona & libertates. Preter hanc punitiuam habet aliam potestatē iurisdictionis secundū quam potest & tenetur adiudicare vnicuiq; qd̄ suum est. Nā quādo est questio de possessiōe potest rex auctoritatiue diffinire cuius sit & sic iudicando non punit aliquē/ nam per hoc q̄ iudicat hāc rem esse platonis quā sortes nitebatur vsurpare nō punit ipm sortem. ideo illa potestas non est punitiua aut correctiua/ est tamen iurisdictionis. Habet enī potestatem diuidendi dominia in ca. quo iure. viij. distin. Habet etiam potestatem preceptiuam ad quam spectat leges condere/ & potestatem imponēdi talias & tributa pro exigentia boni cōmunis & reipu. regni. Vtrum illas potestates habeat a papa vel Romana ecclesia. Q̄ntum ad primā potestatem scilicet punitiuam & super corpus & membra & bona subditorum sunt difficultates. Prima/ an liceat imperatori & regi siue domino temporali occidere malefi cos. Secunda est/ an liceat principi occidere innocentem. Tertia/ supposito q̄ aliquē iuste condemnare potest ad mortem/ an liceat condemnato fugere si possit/ similiter se deffendere a morte. & iste sunt tres difficultates precipue circa potestatem punitiuam q̄tum ad punitionem mortis. Q̄ntum ad primam difficultatem. arguitur q̄ non/ deus enī vult eos viuere Ezechielis primo. Nolo mortem peccatoris/ ergo cum imperator debeat se conformare voluntati diui ne non debet aliquem morte punire. Oppositum arguitur Exodi. xxij. Maleficos non patieris viuere. ¶Pro solutiōe huius difficultatis aduertendum est duplices esse homines malos in politia. quidam sūt mali solum sibijpsi vt mali malitia cordis & cogitationis/ & non operis exterioris qui non progrediuntur ad opus/ & malicia eorum non est nota. Similiter quāuis aliquādo progrediantur ad opus exterius tñ illud opus nō est perturbatiuum reipublice neq; damnum proximo inferens & prodige exponēs sua bona. Alij vero sunt mali & sibi & alijs vt fures & homicide qui dānum proximo inferunt. Supponendū vltrius q̄ quelibet persona se habet in ordine ad communitatem sicut membrum in ordine ad corpus. Nam sicut corpus hominis constituitur ex pluribus membris. sic corpus humanum politicum ꝓstituitur ex pluribus personis/ & quelibet particularis in ordine ad totam politiam se habet sicut membrum vnum in ordine ad suum corpus. Tertio supponitur q̄ principes imperātes debent intendere bonum commune & nō proprium. Et hoc habetur ex Aristotele ponente differentiam inter despotem & regem siue principem. quia despotes intēdit bonum proprium & princeps bonum cōmune. Nam despotes principatur aliquibus tanq̄ seruis intendendo solum bonum particulare. his suppositis sit prima propositio. ¶Nō licet alicui priuate persone ma- ꝓma ꝓpō. lefic̄um occidere quantumcūq; no ciuium communitati/ & hoc capiendo priuatam personam que non habet potestatem neq; commissariam neq; ordinariam in repu-

¶Ista propositio est Augustini i primo de ciuitate dicentis qui siue auctoritate publica maleficū occidit ab homicidio imunis esse non potest/& ista propositio deducit etiā ad longum.xxiij.q.v.per totū.videlicet ꝙ nō licet cuicūq; priuate persone quēcunq; maleficū occidere. Vnde ratione assignat.s.Tho.q.lxiiij.articulo.iij.nō est licitum quēquē interficere nisi eius vita fuerit cōitati nociua sicut non est licitū membrū abscindere nisi propter vtilitatē corporis/ita nec est licitum membrū cōitatis remouere nisi propter vtilitatem totius cōitatis.ergo solum ad illū spectat interimere maleficum qui habet curam totius cōitatis.nec amore vindicte nec odio persone:sed solum propter bonum publicū & amore iusticie & equitatis/ideo solum qui habet intendere bonum communitatis habet hoc facere: sed huiusmodi nō est persona priuata alias non esset priuata sed publica. igitur &c.

Secunda positio

¶SECVNDA PROPOSITIO RESponsiua ad questionē licet persone publice maleficū occidere cōitati nociuū. Hec patet manifeste & sūt multe auctoritates Augustini in libris de ciuitate ad hoc facientes Et Exodi.xxij.non patieris maleficos viuere imo est preceptū. Verūtamē ratio potest haberi ex supradictis.quilibet homo particularis in ordine ad totā cōitatem est membrum.ergo sicut licet gerenti curam totius corporis abscindere membrum pro sanitate totius corporis similiter licebit gerēti curam communitatis prō vtilitate ipsius reipu.aliquam personam interimere/ideo licet principi regi & habentibus curam cōitatis maleficos interficere.& ad preceptum diuinum non occides/dicitur ꝙ prohibetur occidere auctoritate priuata sed non publica.

Argumē tum ptra pmā p positiōes

¶Circa primā propositionem est difficultas.& ponitur talis casus/sortes cognoscit ꝙ plato vult & potest totam rem publicā destruere & incendio dare nihilominus anteq̄ hoc faciat plato/non potest ipse sortes aliter prouidere reipublice qui est priuata persona nisi platonem interficiat/an in tali casu teneatur sortes qui est priuata persona platonem occidere.& videtur ꝙ sic/qa magis tenetur tueri totam cōitatē q̄ vitā propriam siue personam propriam: sed in casu quo plato inuaderet sortem volendo eum interficere nisi aliter posset euadere q̄ occidendo platonem non male faceret illū occidēdo/quia vim vi repellere licet vt clamātiura/ergo vbi non potest aliter subuenire reipublice nisi interficiendo platonem videtur ꝙ teneatur illum occidere/quia tenetur se morti exponere pro salute cōitatis.ergo licet in casu persone priuate maleficum occidere. ¶Circa secūdam propositionem potest esse difficultas.& arguitur sic/persona publica non habet auctoritatē nisi a personis priuatis/& precipue quādo fit p electionem/ergo persone priuate habent auctoritatem quā dant isti :ergo licet priuatis personis maleficū interficere. Vnde certū est ꝙ vbi rex fit per electionē non habet potestatem nisi a subditis eligentibus/ergo si li habent talem ptātem : & per ꝑs licet eis exequi actum illius potestatis.ergo licet persone priuate sicut publice maleficos occidere. ¶Qūtum ad primum dicūt aliqui precipue Buridanus ꝙ in tali casu potest occidere platonē/& hoc non facit vt persona priuata:sed publica gerente vices cōitatis. Verūtamen dñs de Gersono in tractatu quē facit super isto precepto non occides/dicit ꝙ q̄uis plato sit tyrannus volens totā rempublicam destruere:& sit sortes persona priuata nullam habēs auctoritatem super platonem neq; cōmissionē ordinariā nō licet illi occidere platonē. Et ratio sua est/quia nō sunt facienda mala vt inde eueniant bona/licet ergo teneat sortes destructionē reipublice impedire pro posse suo/hoc tamē est per media licita. Sed argumentum est forte in oppositum & multū apparens/si sortes cognoscat platonem velle ipsum interficere nisi possit aliter euadere q̄ eum occidendo non peccat illum occidendo/ergo a fortiori cum plus teneatur reipublice q̄ propie saluti simpliciter videtur & cetera.

¶Quantum ad hoc argumentum/licet sorti occidere platonē ipm impetentē vbi nō potest aliter euadere:sed est diuersitas inter doctores. Nam tenet de Anchona ꝙ nō licet occidere inuasorem etiā quāuis non pateat euasio nisi per occisionem:imo dicit ꝙ occidendo peccat. Vnde dicit ꝙ tripliciter potest homo occidi. Vno modo odio ꝑsone vel amore vindicte/& prohibetur p illd̄ non occides. Alio mō occiditur amore iusticie/& hoc per illud precipitur maleficos ne patiaris viuere. Tertio mō occiditur necessitate ineuitabili/& hoc pmittitur Exodi xxij.vbi permittitur ꝙ fur nocturnus occidatur. Vnde dicit ꝙ permissio ē de minori malo. & ideo dicit ꝙ nō debemus vim vi repellēdo occidere q̄is non possimus aliter euadere. & ratio sua est/plus teneor diligere aiam ꝓximi q̄ corpus meū : sed occidēdo istum qui me iniuste & malo animo aggreditur perdo aiam eius/quia ipse peccat mortaliter cum sit in actu peccati me interimendo occidere:sed si pmittā me occidere solū perdo corpus meum & nō aiam/ergo lege caritatis plus obligor pmittere ꝙ interficiat me q̄ illum occidere in tali actu peccati. Cū lege caritatis plus teneor diligere animam ꝓximi q̄ corpus meum.nam corpus meum est vltimū in ordine caritatis quod teneor diligere. Adducit ipse de Anchona auctoritates Augustini quē videtur hoc expresse sonare. Nam dicit in libro primo de libero arbitrio. Homo qui inculpata lege aliū aggreditur & occidit qualiter immunis sit a peccato videre nequeo dicit Augustinus. ergo ex auctoritate Augustini talis realiter occidens aggressorē peccat. Tamē ista opinio videtur multū dura & difficilis cū communis oim doct.opinio sit in oppositum. Nam secūdum illā opinionē sequtur ꝙ nullus posset licite in bello iusto alterū occidere/nā si ē iustū ex parte mei tūc ex parte partis aduerse ē iniustū/& ideo scio aduersariū esse in peccato cū iiuste pugnat ptra me. & ꝓpter hoc argumentū dicit de Anchona ꝙ non licet vnq̄ gerenti bellū ex parte sui iustum aduersarios occidere qd̄ tamen videt absurdū. Propterea ab alijs aliter dicitur. Vnde.s.Tho.secūda secūde.q.lxiiij.dicit ꝙ inuasus si intendat inuasorem occidere/ita ꝙ ex intentione occidat de facto peccat: sed si intendat se solum defendere & vitam conseruare & se defendendo occidat nullo modo peccat/ita ꝙ nullo mō intendat occisionē sed ei displicet talis occisio/imo alius seipsum occidit inq̄tum non desistit ab impetitione. & dicere oppositum esset multū durū/& videtur ptra equitatē naturalem pmittere se interficere vbi ꝓt euitare. ¶Ad argumentū qd̄ est fortissimū/licet sorti occidere platonem pro defensione sue vite ꝓprie. Dico ꝙ verū est:sed nō licet intēdere volūtarie. Vnde dico duo. primum/sum certus ꝙ plato aggreditur me & non adhuc aggreditur/nō licet mihi illum occidere:sed quādo est in actu aggrediēdi licet occidere si nō possim aliter euadere. Similiter dico si plato esset in actu oppugnādi ciuitatem licet cuilibet de ciuitate illum occidere quia sunt defensiores:sed quando solum constat de proposito. dico ꝙ nō licet mihi priuate persone illum occidere nunc q̄is ꝓsset mihi certitudinaliter ꝙ cras euertet ciuitatem. ¶Resolutio est/licet priuate persone inuasorem occidere preter intētionem occidendi. Secundo/licet ciuiliter de ciuitate occidere oppugnantem ciuitatem quādo est in actu destruendi : sed non licet quādo est solū in proposito destruendi.

Tripli ter pōt esse occidi.

resolutō.

¶Qūtum ad argumentū ptra secundā propositionem.rex nullā habet ptātē nisi a populo.ergo tota cōitas habet auctoritatem occidendi. Dico ꝙ sic/si nullus esset rex sicut quilbet potest abscindere membrū putridum a corpe suo q̄n non est alius qui abscindat ita similiter tota cōitas pōt &c.sed ista ꝑsona singularis vel illa nō pōt. Vñ sicut rex pōt/ita cōitas a quarex habet auctoritatē:sed particularis ꝑsona non pōt.ideo q̄tum ad primā ptātē correctiōis q̄libet imperator & dñs tpalis habet auctoritatē auferēdi vitā. ¶Qūtū ad secdam q̄stionē qua

querebatur an liceat principi occidere inocentes. Nam viſum eſt quomodo licet principi occidere: nõ tamẽ oẽs maleficos/puta maleficos malicia interiori & exteriori quã do talis malicia nõ perturbat rem publicã &c. Queritur an liceat principi occidere innocentem. & appet q̃ ſic/licet principi exponere vrbem igni & gladio pro rebellatione: ſed in illa ſũt aliqui innocẽtes vt paruuli: ergo licet principi occidere innocẽtẽ. Conſequentia eſt certa/& antecedens quo ad primam partem videtur practicari ſepe. Oppoſitum tamẽ arguitur exodi. xxiij. Inſontem & iuſtum nõ occides. ¶Pro ſolutione dupliciter poteſt intelligi queſtio/vno modo ſic/an liceat principi occidere illum qui realiter eſt innocẽs/eſt tamẽ probatus nocẽs/& malefactor/& princeps vel iudex nõ habet certitudinẽ de oppoſito puta de eius innocentia. Q̃ tum ad hoc nulli doct. eſt dubium quin poſſit princeps vel iudex talem damnare ad mortem/ſed tota difficultas eſt inter doct. Vtrum liceat principi vel iudici qui vt perſona priuata habet certitudinem de innocẽtia iſtius: ſed non poſſet illam probare nihilominus cõuincitur per teſtes nocẽs omni exceptione maiores/an liceat illũ innocentẽ dãnare ad mortem ¶Circa hoc eſt multiplex modus dicendi. Delira dicit duo ſuper illo Exodi. xxiij. Inſontem & iuſtum nõ occides. Primũ eſt: ſi iudex vel princeps eſt certus de maleficio platonis puta q̃ ẽ homicida/nihilominus plato p̃bat innocens corã iudice ab illo facto cuius ſortes iudex habet certitudinẽ de oppoſito nõ licet ſorti occidere platonem Hoc dictum probatur/ſi liceat tunc occidere platonem. vel licitũ eſt ei vt priuate vel publice perſone. Non primum/quia nulli vt priuate perſone licet quẽquẽ interficere. Nec poteſt dici ſecũdum/quia non habet viam conuenientem vt occidat vt publica perſona. quia nõ eſt ei ordine iuris probatus nocens vt publice perſone. ergo in tali caſu nõ licet ſorti occidere platonẽ. & hoc de neceſſitate eſt fatendũ. Habetur de conſecratione diſtinctione. ij. q̃ nõ licet ſacerdoti curato expellere a mẽſa Chriſti illum quẽ ſit peccatorẽ vt priuata perſona. ergo eodẽ mõ hic dicendũ eſt. ¶Secũdum dictũ ipſius Delira eſt/ſi ſortes princeps vel iudex ſciat platonẽ innocentẽ nihilominus p teſtes omni exceptiõe maiores eſt probatus nocens vt puta homicida nõ licet etiã (dicit Delira) ipm ſortẽ damnare platonẽ ad mortẽ vel occidere. & huius ſententie ẽ guillermus odonis ſup libros Ethicorũ. Et ratio precipua eſt ex textu iam allegato Exodi. xxiij. Nam ſi eſt innocẽs. ergo eſt indignus morte ergo occidens & ſciẽs peccat cõtra iuſticiam. Et ſic reſolutio Delira eſt/q̃ iudex nõ tenetur iudicare ſecundũ allegata & p̃bata quãdo habet ſcientiã particularẽ de oppoſito q̃uis nõ poſſit repellere teſtes neq̃ probare innocentiam accuſati/imo tenetur nõ iudicare ſecũdum allegata & probata. & iſta duo dicta differũt/qa in primo caſu nõ habet viã occidendi/& in ſcdo habet viã nõ occidẽdi. ſ. cedẽdi officio Primũ patet/quia quãuis ſciat illum dignũ morte non habet viam occidẽdi/nam non habet viam occidendi tunc niſi vt priuata perſona/ſed non licet ei vt priuata pſona. igitur. Secundũ patet/puta q̃ habeat viã nõ occidẽdi: quia poteſt cedere officio &c. Oppoſite ſententie eſt. s. Tho. ſecunda ſecunde. q. lxvij. arti. ſecundo. Et idẽ dicit Altiſſio. & Richardus & glo. de ſacra. diſti. ij. Et idẽ habetur tertia. q. vij. ca. iudicet in glo. Tenent oẽs cũ. s. Tho. Vnde in tali caſu dicit ſanctus Tho. aut ſortes eſt ſupremus iudex puta impator vel rex non recognoſcẽs ſuperiorẽ in tali poteſtate iuriſdica: aut nõ eſt ſupmus iudex. Si non ſit iudex ſupmus/vel poteſt remittere ad ſupiorẽ vel nõ. ſi nõ/puta quia vel ſupior p̃cipit ei vt cognoſcat de cauſa/dicit q̃ propter hoc tenetur renũciare. Si non poteſt tunc vel poteſt ſine ſcãdalo iniuſticie ipm liberare vel nõ. Nã aliqui ſũt caſus ita enormes q̃ etiã ſupmus iudex nõ poteſt dare vitã ſine ſcãdalo iuſticie. In tali caſu nõ põt nõ occidere imo teneẽ pdẽ

Opi. ſ. Thome.

nare. Reſolutio tho. ẽ. q. allegata arti. ſecũdo. q̃ iudex poteſt cognoſcere aliqua dupliciter. vno modo/vt priuata pſona. alio modo vt publica. ſi vt priuata/nec licet cõdẽnare/nec abſoluere/quia ſecundum talẽ cognitionem nullam habet poteſtatẽ. Sed vt perſona publica aliquid poteſt cognoſcere dupliciter. vno modo in communi. alio modo in particulari. In communi per legem naturalem diuinam aut humanam. hoc eſt per leges publicas diuinas aut humanas contra quas nullas probationes admittere debet. vnde in communi cognoſcit q̃ omis malefactor eſt occidendus quãdo malefactor ẽ perturbatiuus reipublice. Alio modo poteſt cognoſcere in facto particulari vt perſona publica puta per inſtrumẽta & teſtes & alia huiuſmodi legitia documenta que debet ſequi in iudicãdo magis q̃ id quod ipſe nouit tanq̃ priuata perſona. Dicit ergo q̃ in caſu in quo ſortes iudex ſcit platonem innocentem nichilominus probatur nocens & fecit omnem indaginem ad reffellendũ teſtes & non poteſt illum liberare ſine ſcandalo iuſticie in tali caſu licet ſorti iudici platonem innocentẽ dãnare ad mortem/& iſtam opinionem dicit prepoſitinus p̃babiliorem. & hoc intellige ſane puta ſupponendo q̃ non tenetur cedere ex officio. contra id quod dicit Delira & non poteſt remittere ad alterum & ſi nõ cedat officio tenetur cõdemnare. Ratio mea fortiſſima p̃ iſta opinione eſt iſta: capio ſortem epiſcopum coram quo agitatur materia de matrimonio inter ſortem & bertam/nam ſortes probat bertã eſſe ſuam vxorem nichilominus epiſcopus ſcit oppoſitũ ſed non poteſt probare/& plato probat per teſtes omni exceptione maiores q̃ Berta ſit vxor eius/quia eam deſponſauit in facie eccleſie: tunc epiſcopus tenetur ad iudicare illam adherere ſorti & ei reddere debitum. & poteſt caſus poni diſtrictius puta q̃ cauſa agitetur coram papa qui non poteſt cedere papatui niſi ex conſenſu cardinalium & eccleſie & ratione inſufficiẽtie & ſuppoſito q̃ nõ poteſt cedere. ergo oportet de neceſſitate q̃ iudicet & nõ poteſt iudicare q̃ nõ ſit vxor eius. patet per opinãtẽ oppoſitum non poteſt iudicare de aliquo niſi ſciat vt pſona publica/quia ſcia vt pſona particularis non ſufficit ad ferẽdũ indicium. ergo ſaltem in caſu iudex tenetur iudicare contra ſcientiam quam habet vt perſona priuata ſiue particularis. Eodem modo iudex laicus debet facere. nam ſi probaueri hãc rẽ eſſe meam que de facto nõ eſt mea & iudex certo ſcit q̃ non eſt mea tenetur ad iudicare illam rem michi/ſimiliter tenetur condemnare innocentem probatum nocẽtem q̃uis vt perſona priuata ſciat oppoſitum & hoc ſeruato ordine iuris quem tenetur obſeruare/quid ergo ad argumentum Exodi. xxiij exponunt inſontẽ. i. quẽ cognoſcis inſontem & iuſtum vt perſona talis. i. vt perſõa publica non debes condemnare. ſed i caſu iudex non cognoſcit iſtum inſontem vt iudex imo habet ea que ſufficiũt ad oppoſitũ vt perſona publica: ideo in tali caſu poteſt illũ adiudicare morti. Dices nunq̃ licet alicui facere contra conſcientiam/ſed iſte occidendo facit contra conſcientiam: ergo non licet iſtum occidere/. verum eſt q̃ nũq̃ licet alicui facere contra conſcientiam. ſed nego q̃ iſte faciat contra conſcientiam. Cõtra iudicat iſtum eſſe innocentem neq̃ dignũ pena & morte & iudicat eum non eſſe occidẽdum/dico q̃ iudicat eum eſſe occidendũ ſi recte iudicat. vnde iſta conſequentia nichil valet/iſte eſt innocens: ergo nõ eſt dignus morte. vnde dico q̃ ex parte iudicis iuſte occiditur & iſtud iudicium eſſet erroneum in iudice/iſte non eſt iudicandus a me. imo iſtud iudicium eſt verum iſte eſt iudicandus a me & non tenetur illud deponere. Contra/ ergo faciet contra conſciẽtiam nego & dico q̃ facere contra conſcientiam eſt facere contra dictamen practicum de aliquo faciendo vel non faciendo. q̃uis ergo iudicat iudex q̃ eſt innocens & vere/tamen iudicat recte q̃ eſt occidendus. Eodem modo dicendum eſt de littore q̃ cognoſcit cer-

titudinaliter condemnatum ad mortem p iudicem esse innocẽtem debet eum suspendere q̃ scit illum esse indignum morte postq̃ habet mandatum a iudice iuste precipiente & iuste cõdamnãte. & ista opinio videtur probabilior q̃ postq̃ nõ potest ad alterum remittere nec̃ absoluere sine scandalo & concesso q̃ non tenetur cedere (nã esset valde difficile q̃ rex teneretur cedere regno propter istum casum particularẽ) q̃ ipse iudex debet talem innocentem condẽnare. His prelibatis circa materiã tertieque stionis accedendum est ad illam tertiã q̃stionem qua querebatur vtrum talem potestatem coherciuam habeat imperator vel dñs tẽporalis a papa & romana ecclesia. Prima opinio est/q̃ ex institutione Christi habuit talem a papa cuius opinionis fũt qui dicebant in precedẽtibus questionibus q̃ papa habet plenitudinem potestatis tam i tẽporalibus q̃ in spũalibus. & q̃ i vtrisq̃ potest facere sine peccato omne illd̃ quod nõ est cõtra legem nature aut diuinam/ sed papam committere talem iurisdictionem nõ est cõtra legem nature aut diuinã siue euãgelicam. Item qui excercet illam sine commissione summi pontificis iniuste excercet: patet/nisi papa committeret negligẽter faceret opus sibi commissum & nõ potest papa per se excercere: nam data est ei potestas & prohibitum ẽ ei ne illam exerceat. ergo oportet q̃ alteri committat & nisi alteri cõmitteret negligeret opus sibi commissum quod autem exercens sine commissione pape iuste exerceat: patet quicũq̃ assumit honorem nisi ad illum sit vocatus tanq̃ aaron etiam loquendo de honore tam in spũalibus q̃ in temporalibus presumptuose assumit/ & talis est notandus de ambitione & non intrat per ostium. vnde ad prelatũ spectat iuridice & ordinarie prouidere de beneficiis pticularibus /ergo eodẽ mõ cũ ad papam ordinarie spectet istam iurisdictionem committere etiam ex institutione Christi/si aliquis assumat libero suo arbitrio ambitiose assumit. & iste est primus modus decidendi. scilicet q̃ omẽs exercentes iurisdictõnem temporalem habent illam potestatem exercendi a papa. vltra dicit doct. q̃ eiusdẽ sententie debent esse qui tenent q̃ licet papa non habeat illam plenitudinem potestatis de qua dictum est. q. j. ca. j. tamen habet plenitudinem potestatis q̃tum ad omnia q̃ necessaria sunt pro cõmunitate fideliũ gubernanda. sed ad debitum regimẽ fidelium necesse est q̃ sint aliqui exercentes vsum gladij. ergo si papa habet plenitudinẽ potestatis/ita q̃ potest quicq̃d non est contra legem nature aut euangelicam siue dicatur q̃ habet plenitudinem potestatis q̃ teneat prouidere de regimine fidelium tenetur cõmittere istas iurisdictiones temporales.

An liceat cõdemnato fugere.

¶ Tertia questio proposita/in principio huius tertie questionis erat. an condemnato a principe ad mortem liceat fugere si pateat ei locus fuge. Et apparet q̃ nõ per illud qd̃ scribitur. ad Ro. xiij. q̃ potestati resistit ordinationi dei. resistit & loquor de potestate principum/sed non licet resistere ordinati oni dei. ergo non licet resistere principi seculari si igit̃ damnatus ad mortẽ aufugeret resisteret huiusmodi potestati. ergo non licite faceret & per consequens peccaret & iniuste ageret. Oppositum tamen arguitur/ qlibet naturaliter inclinatur ad seruãdum vitam suam/ergo licet seruare quando hoc fieri potest sine iactura alterius puta sine percussione vel lesione alterius vel damno/ vt puta si aliquis haberet damnatum custodire sub aliqua pena non liceret ei aufugere. Pro ista questione aduertendum est: q̃ aliud est loqui de iniuste damnato & de iuste damnato. & iterum de iuste damnato põt intelligi dupliciter vel de illo qui est iuste dãnatus ex parte iudicis & nõ ex parte sui. ex parte iudicis puta quia iudex seruauit ordinem iuris iudicando illum secundum allegata & probata: & tamen ipse de facto est innocens. Aut de iuste damnato & ex parte iudicis & ex parte sui/ quia videlicet seruatus est ordo iuris in damnando ipsum. & realiter merebatur damnari quia nocẽs erat

& malefactor. His suppositis sit prima positio. Iniuste damnatus ad mortem ex pte iudicis puta quia non seruauit ordinẽ iuris vel non habuit probationes sufficientes ad damnandum ipsum potest immo tenet fugere si ei pateat locus fuge/ patet sic q̃ teneatur fugere/ nam iure naturali qlibet tenetur seruare vitã propriam q̃tum potest medio licito/ ergo sortes qui est iniuste dãnatus ex parte iudicis si pateat ei locus fuge & non fugiat peccat contra legem naturalem qua tenetur seruare vitam suam q̃tũ potest/ ergo cum istud mediũ puta fugere sit sorti licitum ad seruandum vitam. imo est ei licitum q̃admodũ esset ei licitũ fugere contra hostes eum iniuste aggredientes & psequẽtes tenetur iure naturali fugere/ alia ratio adducitur ab aliquo doct. que talis est ille iudex ad iudicando illũ morti peccauit ergo dando sententiam executioni peccabit & sortes qua lege. s. diuina tenetur diligere proximum /etiam vitare peccatum in proximo. ergo cũ teneatur vitare in proximo peccatum etiã tenetur fugere si ei patet locus fuge. Dices/ergo martires obligabantur fugere cum multis patebat locus fuge & erant iniuste damnati ad mortem. Dico q̃ quando ex fuga imminebat scãdalũ in fide non tenebantur fugere. immo oportet q̃ iniuste dãnatus maneat precipue si ex fuga illius imineret piculũ i fide.

Prima positio.

Secunda positio.

¶ Secũda positio licet dũato iniuste. istomodo impetere principẽ & rebellare si possit/ita q̃ posset vincere vi sua. patet vnicuiq̃ vim vi repellere licet/ & hoc quando infertur vis iniuste sed in illo casu infertur vis iniuste. ergo in illo casu licet vim vi repellere & occidere cũ moderamine inculpate tutelle. & hoc expresse habetur. ecclesiastici. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem & ad interitũ liberare non cesses/ & loquit̃ de illis qui ducuntur iniuste ad interitum/ & arguitur sic Quilibet tenetur se magis diligere & liberare q̃ q̃tuncũq̃ proximum/ sed sic est q̃ q̃ proximus iniuste ducitur ad mortem quilibet tenetur liberare si possit etiam per vio lentiam. ergo a fortiori si possit ipse illam vim repellere debet. immo ad hoc tenetur.

Tertia positio

¶ Tertia propositio/iuste damnatus ex pte iudicis/tamen iniuste ex parte sui licite põt aufugere si pateat ei locus fuge quia ẽ realiter innocens: patet apud omnes doct. si/a/ possessio sit mea nichilominus plato probat eam suam & per iudicem ad iudicatur platoni si possum sine periculo corporis & fame eam occupare & rapere bene facio. dicitur notanter sine periculo fame quia si eã capiendo reputarer fur & latro non debeo eam capere/ nam bona fama prestantior est bonis fortune/ dicitur notanter etiam sine periculo corporis quia corpus magis ẽ diligendum q̃ fama/ & fama q̃ bona externa: & super omnia ista: vita magis est diligẽda ergo a simili si sortes sit iuste damnatus ex pte iudicis/ & iuste ex pte sui: adhuc corpus suum remanet eius: ergo potest fugere etiã cum periculo fame/ quia corpus magis est diligendum q̃ fama.

Quarta positio.

¶ Quarta propositio i qua est difficultas inter doctos. Si sortes sit iuste damnatus ad mortem ex parte iudicis & sui & pateat ei locus fuge/ an teneat aufugere/ dico q̃ potest licite aufugere & sine peccato & in hoc maior pars doct. conuenit/ hoc tenet Degádauo quolibeto no no q̃ is oppositum imputetur. s. thome tñ nõ legi in ipso/ sed dicit q̃ potest licite aufugere. vt patet. q. lxix. in vltimo articulo in solutione secundi argumẽti. dicit q̃ nullus condemnatur ad manendum i loco vnde ducatur ad mortem. tenetur tamẽ nõ resistere agenti quin patiatur quod iustum ẽ eum pati: sicut etiam si aliquis sit cõdemnatus vt fame moriatur non peccat si cibum sibi occulte ministratum sumat/ quia non sumere esset seipsum occidere. patet sic vnusquisq̃ tenetur seruare vitam suam iure naturali indispensabili dũmodo possit hoc medio licito & sine iactura alterius/ sed i tali casu sortes potest conseruare vitam suã. primo iudex non patitur iacturam ex eius fuga nec̃ custos supposito q̃ nõ seruet eũ sub pena. ergo. Holcot in tertio/ adducit

multas rationes ad istam propositionem/ nam sortes potest postea maius bonum cō munitati facere q̄ mors eius fuisset communitati bona. quia non licet interficere nisi p̄ pter bonum commune/ similiter potest penitere & multa alia bona facere: ergo in tali casu forti p̄ponenti illa bona facere licet aufugere. & hoc satis suadet. s. Tho. in loco p̄ allegato de pdēnato vt fame pereat/ potest comedere si mistretur ei cibus. quia nullus potest condemnari vt seipsum interficiat. imo dicit Degandauo si posset violenter a custode carceris vel quouis alio panem sustrahere licite potest/ quia in tali casu cū sit in extrema necessitate omia sunt ei communia. Diceret aliquis & est apparentia maior que possit haberi pro parte oppositā/ si sortes esset condemnatus ad perditionem bonorum post illam condemnationē non potest illis bonis vti neq̄ retinere. imo cōmitteret furtum quia nō sunt amplius eius. similiter si sortes iusto iudicio condemnetur in seruitutem alicuius non pōt post sententiam latam aufugere ab eo. imo tenetur parere. cuius est seruus. immo si fugiat tenetur de damno domino suo & eū recompensare de iniuria facta: ergo a simili si sortes sit iuste damnatus ad mortem corpus eius & vita non videtur esse ipsius sed reipublice/ ergo si fugiat iniuriam facit cōmunitati cui vita adiudica est. & per consequens ipse peccat: & ista est maior apparentia que haberi potest pro opposito. & hoc assumunt alij docto. tenentes oppositam partem. ¶Quantum ad hoc optime respōdet Degandauo dicens: q̄ dupliciter contigit habere dominium in aliqua re. vnomō q̄tum ad substantiam rei. alio modo q̄tum ad exercitium operationum aliquarum circa illam rem. primo modo/ ille habet dīnium qui substantiam rei alienare potest. Secūdo modo qui locauit equum vel domū habet dominium isto secūdo modo. Hoc suppositō dicit vlterius: q̄ nullus pōt habere dominium in corpore alterius q̄tum ad substantiam preter animam informātē tale corpus vt sit sortes q̄tuncūq̄ seruus dānatus ad mortem nullus habet dīnīū q̄tū ad substantiam corporis eius & vitam preter animam ipsius a deo q̄ q̄tum ad substātiā semper remanet corpus anime eius. ergo anima tenetur regere ipsum/ nutrire & cōseruare ineſſe q̄tum potest/ sed q̄tum ad aliqs operationes exercēdas circa corpus iudex habet dominium vt puta cīrare eum/ puocare/ incarcerare/ mortem inferre. & sic malefactoris corpus q̄tum ad substantiam semper remanet anime eius sed q̄tū ad aliquas operationes exercendas dominium est apd̄ iudicem/ propterea dicit idem Degādauo: & consequenter. s. Tho. q̄ si sortes sit vinculatus non licet ei frangere vincula & carcerem/ quia non habet dominium sui corporis q̄tum ad hoc/ neq̄ rebellare. nā si rebellaret licet principi illum inuadere/ bellū em̄ est iniustum ex parte sortis: ergo illicite rebellat. & est argumentum efficax: quia si rebellat & princeps aggrediatur bellum est iustum ex parte principis: ergo iniustum ex parte alterius/ ergo propositū. Resolutio igitur istius materie est q̄ quis sit sortes iuste condemnatus & non vinculatus/ neq̄ clausus in carcere/ neq̄ datus alteri in custodiam sub pena ita q̄ non immineat alicui p̄sone detrimentum ex eius fuga licet ipsi fugere. Sed est difficultas: vtrum teneatur fugere in tali casu vel solum sit consilium. Dicit Degandauo q̄ satis elici potest q̄ tenet̄ fugere. immo si non fugiat ē homicida sui nichilominus dicit Iohannes de Gersono in tractatu quem fecit de esu carnium q̄ potest licite expectare mortem pro suis demeritis & satisfacere pro peccatis. videtur tam̄ michi q̄ si sit ei licitum fugere q̄ pro tunc etiam tenetur fugere quia iure naturali tenetur seruare vitam corporis/ & quia paret ei medium licitum ad illam seruandam: ergo tenetur. & hoc dicit Degādauo & tho. de illo que est damnatus vt pereat fame tenetur comedere si habeat panē/ quia illud est medium licitum ad seruādam vitā eius. Vnde degandauo ponit differentiam iter

istos quatuor termios necessitas/ fas/ ius/ & licitum/ vnde non solum in tali casu est ius/ fas/ aut licitum sed necessitatis est fugere & ista opinio videtur probabilior vide licet q̄ teneatur fugere.

¶PRO ISTA OPINIONE POTEST sic argui. Habita sūt tria dicta/ primum: q̄ papa habet potestatem committendi iurisdictionem laycam & temporalem/ secūdū q̄ tenetur illam cōmittere quia alias negligeret onus sibi commissum/ tertium q̄ quilibet qui assumit iurisdictionem illam sine commissione pape est arguendus de ambitione: quia assumit honorem non vocatus & intrat non per ostium. Prima ratio huius opinionis/ est necessarium est in oi communitate habere supremum a quo cunctorum iurisdictiones dependeant/ sed tota cōmunitas Christianorum est communitas volentium adiuuicem communicare: ergo oportet esse supremum in illa communitate &c. sed nullus alius potest assignari preter papam. ergo ab ipso dependet iurisdictō omnium aliorum. populus enī si est bene ordinatus vni gubernatori & non pluribus debet esse subiectus prouerbiorū. xj. vbi non est gubernator populus corruet. loquitur enim in singulari & non plurali cū inquit gubernator & non gubernatores/ ergo videtur inuere q̄ vni populo vnus sūpmus debet esse gubernator & non plures: & eū totum genus humanum vnus populus sit qui optima constitutione & institutiōe volentium adinuicem viuere & communicare regi debeat necesse est esse principem sūpmum a quo ceteri dependeant. & illi sūpmo in omnibus pareāt. Precipua ratio iter ceteras ē ista. si non sit supremus aliquis a quo ceterorum iurisdictio dependeat potērūt esse alique in aliqua cōmunitate nō subordinate quarum quilibet illas exercēs erit supremus & nulli alteri subiectus: ergo poterunt esse plures superiores non habentes superiorem/ sed hoc optimo modo regēdi obuiare videtur/ quia si sint plures superiorem non habentes quorum neuter est alteri subiectus vel presunt eidē populo vel diuersis. Si eidem populo/ ergo non poterit populus exhiberi quod est exhibēdum superiori. quia si ambo simul contraria precipiant non poterunt subditis suis superioribus parere: ergo necesse erit vt sint alteri inobedientes & ad impossibile obligati q̄d est impossibile. ergo in communitate bene ordiata nō possūt esse duo principes nō subordinati. Si autem illi duo superiorem non habentes presint diuersis populis. ergo ille communitates non erunt bene ordinate patet inter illos populos possunt esse dissētiones cum natura humana est prona ad dissentiendū & inter diuersos superiorem nō habētes leuiter poterit oriri discordia que p̄ superiorem se dari nō poterit. discordia autem inter maiores superiorem non habētes periculosa est secūdum Aristotelē. vj. politicorum. ca. ix. ergo si non sit aliquis superior ad vtrumq̄ illorum populorum & ad vtrumq̄ istorum qui presit istis duobus populis tales communitates nō sunt bene ordinate. ergo dicit doct. Oportet confiteri q̄ sit vnus alijs omibus superior a quo cunctorum potestates & iurisdictiones dependeant/ & nō videtur alius a summo pōtifice. ergo si iurisdictio omnium aliorum dependet a summo pontifice tūc nec imperator nec alius princeps debet iurisdictionem temporalem exercere nisi sibi a sūmo pōtifice committatur. & hec est summa huius opinionis. s. q̄ ois iurisdictionis auctoritas dependet a summo pontifice.

¶Secundum capitulum. Alia est opinio:

MISVM est de iurisdictione principum secularium ad quos spectat malefícos & in corpore & in bonis punire. & illa est prima iurisdictio que vocatur coherciua & auctoritas publica malefícos dānandi contrahitur a populo. & i primo capitulo fuerūt allegate opiniones. vna q̄ nullus princeps tēporalis potest iuste actum iurisdictionis exercere nisi ex commissione pape & Romane eccleſie nūci isto secundo capitulo ponit se

cunda opinio que diuiditur in tres modos dicendi partiales & vniuersaliter ista opinio dicit ꝙ principes seculares absq; commissione pape & romane ecclesie possūt iurisdictiones seculares licite exercere ita ꝙ nec papa/nec ecclesia habēt ex institutione christi ꝙ debeant illas iurisdictionis illis principibus secularibus cōmittere. Marcillius depadua circa hanc materiam ponit tria dicta. Primum ꝙ papa nullam habet potestatem coherciuam siue coactiuam ex institutione Christi. & ꝙ nullus habet potestatem excommunicandi nisi ex bene placito populi aut principis & nititur hoc deducere ex auctoritate pauli qui excommunicauit fornicatorem conuocato populo. Secūdo dicit ꝙ papa nō est exemptus ab habente potestatem coactiuam/immo ipse subiectus ē principi seculari habenti potestatem coactiuam. Tertiū dictum si delinquat vel in spiritualibus vel in temporalibus a principe venit cohercendus. Sed ista opinio q̄tū ad multa est damnata & scandalosa quod patet per vsum contrarium. nam excommunicare potest papa & quotidie facit sine cōsensu populi. ergo &c. Secūdus modus dicendi est ꝙ papa quantumad spūalia habet potestatem coactiuam per censuras spūales puta per excommunicationem vt in peccatis contra sacramenta & contra euangeliū sed in temporalibus nec habet regulariter nec casualiter potestatem coactiuam ex institutione Christi/sed si habeat hoc est a principe vel populo. Tertius modus dicendi ē papa habet potestatem coactiuam per censuras spirituales in spiritualibus/sed in temporalibus non habet illam regulariter/sed solum casualiter: & videt difficultas ex varietate textuum/an videlicet papa ex institutione Christi in causis pure laycis habeat potestatem discernendi/iudicandi/& cogēdi. Opinio iuristarum q̄tum ad hoc est ꝙ summus pontifex nō habet regulariter sed casualiter/regulariter: hoc est non debet exercere illa q̄ sunt potestatis pure layce. ideo dicunt illum illam habere in habitu sed nō in actu/quia casualiter potest & debet puta in duobus casibus. Primus q̄n deest princeps secularis. Secundus/si princeps secularis nō possit vel negligat illam exercere/i talibus casibus potest immo tenetur papa administrare iusticiam i rebus temporalibus/ideo casualiter orta questione de possessione alicuius ecclesiastici possunt se intromittere nō tñ regulariter/sed in duobus casibus tantū prius tactis. q̄tum ad primum. extra i ca. licet de foro competenti ꝙ vacāte imperio potest papa se intromittere de negotijs temporalibus. q̄tum ad secundum in capitulo ex tenore eodem titulo. Nam si imperator nult causam terminare/papa debet ex institutione Christi illā termiare propterea ex institutione Christi habet iurisdictionem laycam in habitu: sed non in actu. datur simile si duces subiecti regi nolent iurisdictionem administrare/tunc debet rex illam administrare: & illam habet in habitu. similiter dicendum est de summo pontifice. Doct. arguit pro ista opinione & non arguit particulariter pro aliquo istorum triū modorum/sed vniuersaliter pro tota opinione. ille non habet suam iurisdictionem ab illo cuius est dñs: quia nunq̄ dominus habet iurisdictiouem a seruo: sed imperator est dñs pape in temporalibus/nam habetur textus xj. q. capitulo sacerdotibus. vbi papa vocat imperatorem dominum suum: ergo est dominus eius. Secūdo ad idem ratione arguitur ꝙ papa sit subiectus imperatori in qua fundant se doctores que videtur eis peremptoria. Quelibet res que transit de nouo i dñiū alterius trāsit cū onere suo nisi super hoc habeat speciale priuilegiū: sed predia que transierunt de nouo in dominium pape puta per collationem principum vt cōstantini & regis Francie puta in auinione illa erant imperatori & principibus subiecta. ergo transierunt cum tali onere nisi super hoc habeatur speciale priuilegium. ergo papa q̄tum ad illa est imperatori & regibus subditus. vnde dictum est ꝙ principes non solum habent potestatē in res: sed etiā

in personas quia possunt incarcerare & occidere. Dico tamen ꝙ quantum ad istam potestatem que respicit personas est apparentia ꝙ papa sit exēptus ita ꝙ impator nō pōt incarcerare/nec occidere eum q̄is commiserit crimen tali pena dignum sed q̄tum ad ipsas res ꝙ iure diuino sit exemptus nulla est apparētia. ergo dicit doct. adminus habetur ꝙ ratione pdiorum que transierunt cum onere suo in dominium pape que anteq̄ transirent erant subiecta principi q̄tum ad iurisdictionem ratione illorum habens dominium illorum efficitur subiectus alteri habenti iurisdictiōnem super illa. de foro competenti capitulo vltimo. patet hoc/ psona dupliciter efficitur subiecta. vno modo ratione criminis. alio modo ratiōe possessiōis.

Resolutio

¶ Resolutio est/q̄tum ad primum modum dicendi Marcillij depadua erroneum est ꝙ papa non habeat potestatē coactiuam in nullis rebus. Item vterq; duorū secundorum modorum est probabilis videlicet ꝙ papa i rebus pure ciuilibus nullā iurisdictionem/nec regulariter nec casualiter habeat iure diuino & ex institutione diuina/vel ꝙ habeat non regulariter sed casualiter puta i duobus casibus tantū supra muneratis. s. si nullus sit iudex temporalis/ & si non potest exercere vel negligat/ probabile est ꝙ casualiter in illis duobus casibus habeat iurisdictionem temporalem ad ministrandi in temporalibus. Terciū ca.

¶ HIS OPINIONIBVS.

¶ IAM NITITVR soluere vnam rationem opinionis & resolutio doct. est ꝙ papa non habet committere principibus secularibus suam iurisdictionem sed illā habēt a populo. sed arguitur pro parte opposita sic. Communitas volentium adinuicem viuere & in actibus ciuilibus conuersari inter quos potest oriri discordia non est bene ordinata nisi sit aliquis superior qui possit illorum causas & discordētias terminare alias sequerētur bella & multa alia inconuenientia/sed tota communitas omnium est cōmunitas volentium &c. ergo non est bene ordinata nisi sit vnus superior/sed non potest dari talis superior nisi papa/ergo est omnium superior. sed inferiores nō habēt iurisdictionem nisi a superiore/ergo omnes habēt suas iurisdictiones ex commissione pape/q̄tum ad hoc argumentum cōcessa maiore negatur minor puta ꝙ talis supremus non potest esse alius preter papam immo secudum vnum modum dicendi est aliquis alter a summo pontifice ex electione populi & consensu maioris partis aut saniōris cui etiam papa est subiectus saltem in temporalibus. s. imperator/& ista est prima solutio. hoc etiam dicit Marcillius depadua. ¶ Secunda solutio tangitur a doctore/ibi aliter respondetur/& ista secunda solutio ē melior/& dico ꝙ omnium Christianorum est vnus superior qui pōt causas terminare spirituales. vt papa & alter ꝙ potest causas ciuiles vt imperator. Sed quid dicendum si reges non sunt subditi imperatori. Dico ꝙ sufficit ꝙ sint duo vel plures supiores vnus vni parti presidens & alter alteri/vt sortes gallus/& plato hyspanus nullus est amborum superior: sed quilibet habet suum superiorē & orta discordia inter illos actor sequatur forum rei vt gallus conueniat hyspanum coram suo iudice & principe hyspano/& hyspanus gallū etiā coram suo. Ideo non requiritur ꝙ vtriusq; sit vnus superior/sed ꝙ quilibet habeat suum superiorem & dum modo isti superiores sint prudentes poterunt suas communitates optime regere. ¶ Quartum capitulū.

¶ PORRO QVIA ISTA. Videda sūt pertinentia ad bonum principatum/primū ꝙ sit ordinatus in bonum commune & nō in vtilitatem alicuius persone priuate. vnde aristoteles nō solum ponit differentiam boni principatus a tyrāno/sed etiam a despotico licito. quia principatus est ordinatus ad communem vtilitatem. Isto modo Christus instituit principatum sacerdotalem propter vtilitatem communem & nō propter bonum priuatum Petri & successorum. talis autem principatus papalis &

episcopalis est ex ordiatione Christi/quod insinuatū est a Christo cū petrum fecit papam dicendo/pasce oues meas: quasi dicat super oues meas te principem cōstituo vt nō tollas ab eis lac & lanam nisi pro necessitatibus tuis, iuxta illud ad Corithios. ix. quis pascit gregem: & de lacte eius nō manducat ecclesiastici enī habent titulum petē di & exigendi tēporalia pro spiritualibus. vt patet ex illa auctoritate pauli. Pricipatus ergo apostolicus est ordinatus non propter bonum pricipantis sed propter bonū commune subiectorum ad obtinendum regnum celorum. & ideo petrus dicit alijs pastoribus: pascite qui est in vobis gregē dei/ exēntes auctoritatibus habetur manifeste q̄ principatus apostolicus est institutus propter bonum cōmune / propterea si Petrus aliquid instituisset contra libertatem alicuius particularis persone/ vbi non fuisset necessitas aut magna vtilitas/ illa institutio siue preceptio nō obligasset. nam que fiunt a iudice & nō in illa materia in qua non habet potestatem iudicandi nullius sunt efficacie. vnde non fuit data petro potestas nisi in vtilitatem subditorum quare si papa ferat sententiam excommunicationis & nō pro causa vera vel apparēte nō est timēda.

¶Capitulum quintum. Secundo ad optimum principatum.

VISVM est/an principes seculares habeant suas iurisdictiones a papa: & est opinio cōis inter doctos. parisienses q̄ nō. immo anteq̄ esset aliquis sūmus pontifex erant principes seculares habentes suas iurisdictiones. & ille modus est tripartitus vt visum est. nam dicebat Marcillius q̄ papa nullā habet potestatem coactiuam. Alij q̄ habet in spūalibus coactiuam sed non in tēporalibus nec regulariter: nec casualiter. Alij q̄ in temporalibus non regulariter sed casualiter/ & est opinio iuristarum. ca. licet & capitulo exte nore de foro competenti. Item dictū est q̄ ad optimum principatū requiritur q̄ vnus principetur propter vtilitatem communē & hoc fuit deductum in quarto capitulo. i isto quinto capitulo doc. assumit secundū quod cōueniet optimo principatui q̄ principans sit vnus sicut principatus est vnus/ ita q̄ ad optimum principatum de necessitate requiritur q̄ vnus pricipetur qui sit superior ceteris oibus. Pro isto potest multipliciter argui ex mente aristotelis i tertio polyticorum nichilominus doct. adducit precipuam ratōnem aristotelis quā facit loco preallegato volens probare q̄ pricipatus regalis in quo principans est vnus sit melior principatu aristocratio in quo pauci principantur & tymocratico in quo multi principantur. & sub regali principatu cō prehendit omnis principatus in quo vnus solus dominatur siue sit dux comes vel baliuus. Et arguitur sic: ille principatus est melior qui cōseruat subiectos in amicitia/ pace caritate/ & concordia/ prohibendo & ipediendo discordias/ rixas/ & tumultus inter subditos: sed principatu regali ista maxime vitantur/ ergo est principalis inter ceteros & optimus. & ista propositio est manifesta qa omnis principatus est ordiatus ad conseruandā caritatē & pacē inter subditos & ad vitandū dissentiones & rixas inter illos. ergo ille est optimus quo maxime seruantur illa & maxime vitātur ista cuiusmodi est regalis. igitur. quod talis sit optimus qui talia facit patet per multas auctoritates scripture. Vnde & princeps pacis Christus super cuius humerū factus est optimus principatus corporaliter ab apostolis & ceteris fidelibus recessurus ipsis dilectionē & amicitiam singulariter imponebat dicens/ hoc est preceptum meum vt inuicem diligatis. & Ioannis. xiiij. pacem relinquo vobis/ pacem meam do vobis. & xvi. ait in me pacē habeatis. & Matthei decimo dicit apostolis Intrantes domum salutate eam dicentes pax huic domui. Finis ergo principalis principatus cuiuslibet est cōseruatio pacis subditorum & vitatio discordiarū: sed hoc

maxime fuit per principatū regalē/ pro cuius declaratione notādum q̄ dissentio proueniens in regno non potest nisi tripliciter prouenire vel prouenit inter subditos: puta cum subditi dissentiunt inter se. Secūdo vel est dissentio subditorum ad principem vel principis ad subditos. & isti duo vltimi modi coincidunt. Sed in principatu aristocratico vel tymocratico potest prouenire dissentio/ & subditorum ad subditos/ & subditorum ad principantes/ & vnius partis principātium ad alteram partem principantium: sed per principatum regalem facilius cōseruatur pax subditorum & vitatur discordia iter ipsos/ ergo. Insuper dicit doctor quādo dissentiunt subditi inter se/ illa dissentio facile sedari potest per principantem. sed si oriretur dissentio principātiū ad principātes/ etiam ad omnes alios faciliter se diffundet vt testatur Aristoteles politicorum quinto ca. ix. Ideo difficile esset illam sedare/ propterea/ quia subditorū pars adheret vni parti & altera alteri. & segtur dissentio in populo/ ergo dissentio proueniens in pricipatu aristocratico vel tymocratico est multo grauior & pnitiosior q̄ illa que prouenire potest in principatu regali. Resolutio doctoris post Aristotelem & cōmuniter omniū doctorū est/ q̄ ad optimū principatum requiritur q̄ sit vnus principans. ratio precipua Aristotelis est/ quia quando est vnus principans in dissentionibus facilior est recursus ad principantem q̄ quando sunt plures principantes/ ergo regalis est melior. Dices/ dicit sapiens prouerbiorum vndecimo. salus vbi cōcilia multa Sed in principatu aristocratico & tymocratico sunt multa concilia & plura q̄ in regali/ ergo est prestātior regali. Nam princeps ad hoc est ordinatus vt preuideat pericula imminentia & illis obsistat: sed hoc melius preuident plures sapientes q̄ vnus solus. plura enim videt oculi q̄ oculus/ quod vnus non videt alter videt/ & hoc de necessitate requiritur puta preuisio periculorū imminentium/ & eorum que possunt ducere rempu. ad interitum & ruinam. ergo melior est principatus aristocraticus vel tymocraticus q̄ regalis. & hoc est precipuum argumentum partis aduerse tenentis oppositum. Ad hoc respondet sanctus Thomas in libro de regimine principum/ & post eū Egidius de Roma: supposito q̄ omnes homines essent boni non querentes nisi quod iustum est/ & homini & reipublice melior esset principatus aristocraticus vel tymocraticus q̄ regalis. nam duo aut tres querentes bonum commune melius prouident q̄ vnus: sed supposita conditione & peruersitate que iam reperitur iter homines: quia vnusquisq; saltem pro maiori parte querit quod suum est & non bonum commune/ supposita ergo tali peruersitate hominum pro maiori parte/ & etiam quia stultorum infinitus est numerus ex multis principantibus quilibet niteretur acquirere sibi maiores diuitias & honores/ & ex hoc facile oriretur dissentio inter principantes in perniciem boni communis/ ideo supposita cōditione hominum nunc viuentium prestantior est principatus regalis.

Ad optimū pricipatū requiritur q̄ sit vnus principans.

¶RESTAT ERGO INQVIRERE. Visum est quomodo duo requiruntur ad optimum principatum. Primum q̄ instituitur propter bonum commune. Secūdū/ q̄ sit vnus principans. Videndum est que sunt incompossibilia illi principatui optimo/ & que sunt impertinentia. Primo est incompossibile illi principatui inquātum huiusmodi habere seruos proprie dictos/ non dico locaticios/ immo necesse est illos locaticios habere. Ratio est/ nullus est in seruitutem redigēdus nisi propter eius culpam. ergo de ratione optimi principatus repugnat illi habere seruos proprie dictos puta q̄ necessario sint serui tali principanti. & est precipua ratio que maiorem habet apparentiam. Nam secundum Aristotelem primo politicorū melior est principatus liberorum q̄ seruorum/ quia melior est

principatus qui eſt meliorū ſubditorū/ ſicut melior eſt principatus hominum q̄ beſtiarum. liberi autem ſunt meliores q̄ ſerui quare principatus ſeruorum non eſt optimus iudicandus. melius eſt enim principari bonis q̄ malis/ergo iſte principatus qui eſt ſuper omnimode liberos/hoc eſt q non ſunt ſerui empticij eſt melior. & hunc vocat Ariſtoteles regalem. Vnde in pleriſq; locis habentur tales ſerui empticij & abiecti: ſed hoc repugnat optimo principatui: puta q̄ de ratione illius ſint tales ſerui abiecti & additi principanti ſiue ſint boni ſiue mali. Vltra repugnat optimo principatui plenitudo poteſtatis in temporalibus. Patet/illud repugnat quod eſt in damnum & pernitiem ſubditorum: ſed illa plenitudo poteſtatis i temporalibus eſt huiuſmodi. nam eſt in perniciem rei publice q̄ princeps poſſit res cuiuſcūq; priuate perſone in dominium alterius trāſferre pro libito ſuo & hoc poſſet ſi haberet illam plenitudinē poteſtatis de qua dictum eſt prima queſtione capitulo ſecundo

¶Capitulum ſextum.

CONSEQVENTER reſtat iquirere que poſſunt adeſſe & abeſſe optimo principatui. Et breuiter dicitur q̄ ad optimū principatum ſpectat vnicuiq; quod ſuū eſt reddere hoc eſt iuſticiam adminiſtrare/leges condere/iudices inferiores & alios officiales deligere & conſtituere/operationes quarūcunq; virtutū precipere. quilibet princeps ex officio ad iſta tenetur: ſed tamen ad hoc videtur eſſe principaliſſime conſtitutus vt corrigat & puniat delinquētes. Patet. j. ad corinth. j. lex iuſto non eſt poſita: ſed iniuſtis & non ſubditis. precipuum igitur q̄ pertinet ad principem ē peccatorum correctio. Patet/principes ad hoc maxime ſunt creati propter mutuam & pacificam trāquillamq; conuerſationē ſubditorum fouendam/& diſcordias diſſidiaq; ſedāda/& nihil aliud vult dicere in iſto ſexto capitulo q̄ princeps inter cetera magis debet intendere punitioni malorum/ita q̄ actus principalis propter quem princeps eſt inſtitutus eſt delinquētium punitio & correctio. ¶Ex his patet que ſunt optimo principatui neceſſaria annexa. & que incompoſſibilia/& que impertinentia. & dictum eſt q̄ ad optimū principatum neceſſe eſt q̄ ſit propter bonum commune/& q̄ principans principetur liberis & non ſeruis/& q̄ ſit vnus principans & non plures. Item repugnat optimo principatui habere plenitudinem poteſtatis: puta q̄ poſſit ad placitum eius trāferre rem meam in alterum ſine quocunq; meo peccato vel cauſa/& facere quicquid non repugnat iuri nature & diuino. & viſum eſt etiā quomodo precipuus actus principantis eſt malorum punitioni intendere. ¶Iam doctor iſert aliqua correlaria ibi his viſis dicitur. Primū/nō repugnat optimo principatui ſupremo optime ordinato aliquā ptātē iuriſdicā eſſe alicuius vel aliquorum ex iſtis de cōmunitate illa a ſupremo principe eiuſdem communitatis que nullo modo ab ipſo ſupremo principante dependeat nec ſit ab ipſo inſtituta/hoc eſt q̄ non dependeat ab ipſo nec quo ad inſtitutionē nec quo ad deſtitutionem ſaltem regulariter. Patet/dictum eſt q̄ optimus principatus eſt inſtitutus propter bonum cōmune & malorum correctionem. ergo ſi non impediat malorum cohertio/ita q̄ nullus delinquens in illa communitate iuſtā & debitam effugiat vltionem/nō repugnat ſupremo principatui eſſe aliquam talem iuriſditionem que nullo modo dependet ab ipſo ſupremo/nec quo ad inſtitutionē nec quo ad deſtitutionem. Nec etiā talis iuriſditio bono communi repugnat. Patet ſic/vnde cunq; choerceantur malefactores dummodo coherceantur per poteſtatem aliquam vndecunq; ſit talis poteſtas vel a ſupremo vel ab altero non eſt impertinens bono

communi ſi puniantur perpoteſtatem publicam & coherciuam. ergo correlarium verum. hinc eſt q̄ in aliquibus regnis vt fertur in regno Aragonie rex non habet inſtituere iuriſditiones: immo eſt aliqua poteſtas iuriſdica que habetur ex ſucceſſione parentum/ita q̄ poſt patres filij ſunt iudices/& filij filiorū erunt iudices/nec illos rex poteſt deſtituere imo ſunt ſupra regem quantum ad illam iuriſditionē. ¶Secundū correlarium. Non repugnat optimo principatui aliquam perſonam politie eſſe regulariter exemptam ab eius iuriſditione dummodo ſit caſualiter ſubiecta puta ratione criminis ab ea cōmiſſi. dicitur regulariter. quia vt patet in primo correlario/nō repugnat optimo principatui aliquam perſonam habere iuriſditionem que nullo modo dependet a ſupremo principante. ergo illa nō regulariter eſt ſubiecta: ſed bene caſualiter puta ſi peccat talis perſona in rēpu. ad ſupremum principantem ſpectat illam punire.

2m correlarium.

3m. ¶Tertium correlariū. Non repugnat optimo principatui & ſupremo correctionem illius pſone ſic regulariter exēpte ad aliquē alterum vel ad aliquos ſpectare q̄ ad ſupremum principantem. Patet ſic. quicquid nō repugnat bono cōmuni eſt compoſſibile optimo principatui & ſupremo: ſed q̄ iſta perſona ſic exempta puniatur ab aliis q̄ a ſupremo principante non eſt repugnans bono communi & punitiōi malorum. ergo. Vnde ponit iſta doc. volens dicere q̄ papa non eſt ſupremus principans in politia: ſed imperator ſi foret aliquis ex vniuerſali conſenſu totius populi. Vltra dicit q̄ non obſtante q̄ ipſe imperator ſit ſupremus principans/non tamen repugnat quin papa habeat poteſtatem coherciuam: puta excōmunicandi. Similiter papa eſt regulariter exēptus a principe/quia non poteſt eum imperator pro qualicunq; crimine punire/dato q̄ papa cōmitteret crimen quod ſcandaliſaret totam eccleſiam: adhuc regulariter non ſpectat ad ſupremum principantem eū punire: ſed ad concilium generale. ¶Reſolutio ergo talis eſt. Non repugnat optimo principatui & ſupremo eſſe poteſtatem in politia que non dependet ab eo/neq; quo ad inſtitutionem/neq; quo ad deſtitutionem. Preterea non repugnat eē perſonam exemptam a tali principante quantum ad correctionē quin poſſit per alias fieri q̄ per ſupremum principantem.

Reſolutio.

¶Septimum cap. Sane licet.

IN HOC SEPTIMO capite vult dicere doctor q̄ quis ſupradicta de optimo principatu ſint vera tā de principatu vniuerſali q̄ particulari: regulariter nihilominus ille principatus regalis in caſu nō eſſet optimus: imo mutādus in ariſtocraticū: vel tymocraticū. Patet in caſu quo principans eſſet tyrānus: vel quando plures aſpirarent ad principandum & melius ſeruaretur bonum commune per plures principantes. ideo caſualiter alius principatus poteſt eē melior q̄ regius dummodo ſemper ſeruetur prima condictio neceſſario requiſita ad bonum principatum: puta q̄ ſit propter bonum cōmune. Et ſecūda conditio: puta q̄ vnus principetur: caſualiter poteſt eē falſa: puta ſi ille vnicus ad tyranniſandū aſpiraret & declinaret tunc optimus principatus non eſſet ſimpliciter omnibus optimus: imo multis eēt nociuus quemadmodum declarat doctor in preſenti capite. reliqua autem que dicit clara ſunt: quare tranſeo ad aliud in quo ſoluuntur ratiōes probātes q̄ debet eſſe vnus ſupremus principans &c.

¶Cap. octauum. Per ſcripta.

IN HOC CAPITVLO ſoluuntur rationes probātes q̄ debet eē vnus ſupremus principās. Arguitur ſic. in omni communitate alioquorū volentiū cōiōnē hēre ad inuicē & habere cōtractus ratio

ne quorũ pñt oriri dissentiões & discordie: necesse ẽ habere supmũ in illa cõitate a quo cetere potestates & iurisditiones depẽdeãt: sed tota cõmunitas mortalium est ꝓgregatio &c. ergo oportet ꝙ sit vnus supremus a quo &c. sed nullus potest esse nisi papa/ quia potestas eius nõ dependet nisi a deo/ & non a principe vel regibus. ¶ Ad hoc argumentum negatur maior/quia non repugnat optimo principatui eẽ aliquam iurisditionem que non dependeat ab illo vt dictum est in primo correlario. sufficit ꝙ casualiter dependeat & nõ regulariter. Alia ratio precipua. Si sint duo precipientes nõ subordinati & ambo vocent eandem personam iurisdice: talis persona erit perplexa. Exemplum/vt si imperator vocet sortem pro re ciuili/& papa eodem tempore vocet eundem pro re ecclesiastica/si iste potestates sic se haberent ꝙ nulla ab altera depẽderet iam sortes esset perplexus/nam si vadat ad papam contempnit imperatorem & peccat quando res est licita/& econtra si vadat ad imperatorem contempnit papam. ergo politia nõ erit optime ordinata si sint due potestates coherciue in cõmunitate & nulla depẽdeat ab altera. ¶ Doctor respondet negando ꝙ sequatur personã in aliquo casu esse perplexã/quia vel in vocatione ambo explicant causam quare vocant. Si explicant causam vadat ad eum qui vrgentiorẽ explicat causam: vt rex vocat sortem vt defendat ciuitatem quia iminet periculum. Similiter papa vocat illum pro causa nõ tam vrgenti. debet tũc obedire regi ideo debet ire ad illum qui causam vrgentiorem explicat secundum ꝙ vir prudens iudicabit in illis exercitatus. Si vero nullus explicat causam. dico ꝙ necessarium est ire ad supremũ principantem/vt si papa & rex vocant me apparentia est ꝙ debeo ire ad regem. Nam rex habet maius dominium in corpora nostra q̃ papa/quia non dominatur corporibus. Contra/potestas pape a nullo dependet nisi a deo: sed potestas regalis ab alio dependet puta a populo: ergo papa habet potestatem immediate a deo. & per consequens maiorẽ. ¶ Respondeꝯ ꝙ dupliciter intelligit ptãtẽ aliquã depẽdere a deo. vno mõ ꝙ nullus preter deũ illã instituit. & sic potestas papalis dependet a deo. Alio modo ꝙ deus illam conferat nullo requisito creato. & sic potestas papalis nunc non sic dependet a deo quia prerequiritur electio. sed illa que fuit in Petro a solo deo dependebat. Tertio modo ꝙ a solo deo dependeat quãtum ad destitutionem. & sic potestas papalis non a solo deo dependet/quia cõcilium generale potest destituere ipsum papam. ¶ Dico ergo tria. Primũ/potestas papalis dependet a solo deo quantum ad institutionem. Secundum/non dependet a solo deo quãtum ad nouam collationẽ/ quia requiritur electio. Tetium/neq; dependet a solo deo quantum ad destitutionem. Dico vltra ꝙ potestas regalis non dependet a solo deo quantum ad illa tria supradicta. Vnde argumentum bene probat ꝙ potestas papalis est dignior q̃ regalis/ sed non probat ꝙ ipsa sit supra potestatem regiam quantum ad institutionem & destitutionem. ¶ Resolutio ergo huiusquestionis tertie est/potestas iurisditiõis principũ secularium: non dependet nec a papa nec a Romana ecclesia. immo papa illam iurisditionem laicam non habet nisi ex collatione imperatorum & principum aut expresse scriptiõe. Opinio vero iuristarum est communis ꝙ summus pontifex habet eam: saltem in habitu. hoc est si talis princeps qui habet eam regulariter negligat illam exercere/vel nõ possit: ad papam spectat illam exercere. & hoc est habere in habitu in canonit de iudicis.

¶ Questio quarta.

IN PRECEDENTI questione visum est vtrũ principes seculares habeant suas iurisdictiones a summo pontifice vel ab ecclesia Roma. Resolutio fuit ꝙ nõ & / doctor

in questione nihil aliud inquisiuit nisi que requiruntur ad optimum principatum/& que sunt illi repugnantia & que compossibilia & que impertinentia/& presuppone bat summum principatum non esse in summo pontifice: sed supremum principantem si aliquis esset in toto orbe esse laycum &c. Consequenter in ista quarta questione quer it vtrum electio alicuius in regẽ romanorũ eo ipso quo est electus habeat in terris imperialibus iurisditionem & plenitudinem administratiõis/vel eoipso quo est vnctus & coronatus per summum pontificem. & hec materia amplius tractabitur in octaua questione huius. ¶ Duo sunt modi dicendi. & primo supponẽdum est ꝙ postq̃ Cõstantinus cessit imperio occidentali & trãstulit imperium in potestatẽ pape primus q̃ imperauit ab illo tempore in partibus occidentalibus fuit Carolus magnus filius Pipini qui substitutus fuit loco Childerici ab ipso Zacharia papa depositi in cap. alius. xv. q. vj. ¶ Secundo supponendum ꝙ anteq̃ Carolus magnus imperaret erat rex frãcorum iure hereditario proueniente a patre suo Pipino. Item supponitur ꝙ anteq̃ ipse Carolus magnus eẽt imperator vi belli iusti multas terras & regiones acquisiuerat scilicet maiorem partem Italie & Alemanie & Vasconiam/nam qui ibidem regnabant vel erant infideles vel inimici ecclesie: & sic iusto bello acquisiuerat. ideo anteq̃ esset imperator in multis regnis erat princeps. ¶ Istis suppositis dicit prima opinio ꝙ rex Romanorum antequam sit coronatus habet iurisditionem in rebus & prouincijs in quibus Carolus magnus iuste dominabatur antequam esset imperator/ ita ꝙ ista prima opinio dicit duo. Primũ/ ꝙ rex romanorũ eoipso quo rex romanorum antequam confirmetur & coronetur in rebus in quibus Carolus magnus habebat potestatem principatiuam antequam esset imperator habet etiam antequam sit imperator. Secũdum dictum/in rebus occidentalibus in quibus nihil administrationis habebat Carolus magnus anteq̃ esset rex Romanorum nihil habet iuris. ¶ Secũda opinio quam tenet communitas principum Germanie ꝙ eadem est iurisditio penitus & administratio regis romanorum/ & imperatorum. ita ꝙ solum est acquisitio noui nominis in consecratione & coronatiõe/& nõ alicuius noui iuris. ita ꝙ quãcunq; administrationem habet imperator eandem habet rex Roma. & in quibuscunq; terris & regnis/ita ꝙ confirmatio vel coronatio que fit per summum pontificem/ vel legatum eius non dat electo nouam administrationem/sed solum modo nouum nomen/quia vocatur imperator tũc & nõ prius vocabatur. Vnde ista opinio opinatur & supponit/ ꝙ anteq̃ esset aliquis papa institutus erat imperator/& vocabatur rex romanorum. Tunc arguitur sic/rex Romanorum qui nundum est coronatus est successor & heres illorum imperatorũ qui erant ante papam: sed quilibet successor in re succedit in tanta potestate quãtam habebat ille cui succedit/per regulã iuris si quis libro sexto. ergo iste qui nunc est rex Romanorum quãuis non sit coronatus succedit in tanta potestate quantã habebant predecessores eius qui fuerunt anteq̃ vnq̃ esset papa/ergo eoipso quo rex Romanorũ habet tantam administrationem & potestatem quantam habuerunt illi qui precesserunt papam. Doctor in tertio capitulo nititur ponere differentiam inter has duas opiniones. Prima/dicit ꝙ nullus est legitimus rex Romanorum & imperator inter illos qui fuerunt post Carolum magnum ita ꝙ nihil iuris habẽt in regno & imperio nisi inquãtum sunt eiusdem Caroli magni successores eius scilicet successores non solum inquantum fuit imperator: sed etiam inquantum fuit francorum rex hereditate succedens Pipino patri suo qui depositio Childerico rex francorum subrogatus fuit vt ad longum patet in historijs. & inquantum idẽ Carolus magnus per bella iusta & licita sibi multas terras acquisiuit & regno

francorum adiunxit. ¶Secunda opinio vt aliquis ſit rex roma. & ipator non oportet ꝙ ſuccedat Carolo vt regi gallorum: ſed ſufficit ꝙ ſuccedat Carolo imperatori/immo ſuccedunt & ſunt ſucceſſores principaliter primorum imperatorum & regum romanorum quorum nō nulli fuerūt temporibus Chriſti & apoſtolorū/ideo non ſunt ſucceſſores Caroli niſi inquantum ipſe fuit ſucceſſor primorū imperatorum. Patet/nā eſt magis apparens ꝙ Ceſar Auguſtus fuit imperator q̄ Carolus magnus. Eſt enim approbatū ex ſacris literis & ex verbo Chriſti ꝙ fuit verus imperator ipſe Ceſar Auguſtus. Dicit enim Chriſtus reddite que ſunt ceſaris ceſari/& non dicit reddite que ceſar dicit eſſe ſua: ſed que de facto ſūt ceſaris. Ex illo paſſu habetur certitudo ꝙ ceſar erat verus imperator. Similiter actuum vigeſimo Paulus appellauit ad Ceſarem. ergo teſtatur Paulus ꝙ habebat poteſtatem iudicandi ipſum/ergo in iudea habebat ceſar verū dominium iuriſdictionis/ergo ex ſacris literis ſatis habetur ꝙ fuit verus principans. ergo ſi aliquis ſit verus rex romanorum: & princeps eſt magis ſucceſſione illorum qui erant tempore Chriſti/ergo imperator qui nūc eſt: eſt magis ſucceſſorū illorum qui fuerunt tempore illo. vnde non eſt nobis certum de Carolo magno niſi per quaſdā hiſtorias & decreta pontificum: ſed eſt articulus fidei ꝙ alij tempore Chriſti fuerunt veri iperatores. Prima opinio dicit ꝙ nullus eſt verus rex ro. niſi vt ſuccedat Carolo filio pipini & regis gallorum. Secunda opinio dicit ꝙ ſufficit ꝙ ſuccedat Carolo magno vt iperatori: ſed verius ſuccedit vt Auguſto/& vocantur imperatores auguſti. Vltra dicit ſecunda opinio in quo iacet difficultas ꝙ nunq̄ fuit aliquis legitimus rex francorū ante Carolum magnū/ita ꝙ Pipinus & Childericus nō fuerūt veri reges frācorū/ergo Carolus magnus nō fuit verus rex francorum niſi poſtq̄ imperator factus eſt. Patet ſic: nam ſi aliquis fuerit legitimus rex francorum anteq̄ Carolus magnus eēt imperator/vel fuit eo ipſo quō pater eius erat verus rex francorū vel fuit cum ꝓſenſu populi/vel ex eo ꝙ papa illam poteſtatem ſibi contulit: ſed nullum iſtorum eſt dicendum. & ſupponitur ꝙ romani aliquando verum principatum habuerunt in regno francorum. hoc ſuppoſito galli poſt illud ius rebellauerunt imperatori & ſibi regem conſtituerunt. hoc ſuppoſito vult probare doctor ꝙ anteq̄ Carolus magnus eſſet verus imperator fuit aliquis verus rex francorum. Patet/ſi ante vel fuit per hereditariā ſucceſſionem vel per conſenſum populi id eſt electionem veram vel interpretatiuā vel alio modo. ſed nullum iſtorum eſt dicendum. igitur. Vnde primus rex francorum tyrannice regnum occupauit/ſi erat verus principatus regni francorum apud romanos ſicut nullus poteſt modo intrare in regnum francorum & illud occupare niſi ex conſenſu regis vel gallorum niſi intret tyrannice. ergo principium principatus eius nullius fuit efficacie: ergo nec ſucceſſio. forte diceret aliquis ꝙ ſucceſſu temporis preſcripſerunt. Contra/ad preſcriptionem requiritur bona fides/ergo ſi fuit mala fides nō potuerunt preſcribere. Item contra ſupremum principantem non currit preſcriptio/quia nō ſubijcitur legi. ergo ſi regnū francorum primo ſpectabat ad imperatorē non potuit currere preſcriptio. ergo cū prima introductio in regnum francorum fuerit poſt principatum romanorū legitime acquiſitum non potuit aliquis contradicēte romano imperatore intrare niſi tyrannice. Dico ꝙ incepit eſſe legitimus rex in gallia ex conſenſu populi/quia conſenſit populus in aliquem vt regeret. Contra quis populus qui non habet regem per conſenſum ſuum poſſet libere aliquem regem facere. Populus tñ qui habet regē rege nō peccante nō poteſt alterum facere regem: ergo ſi contradixerit iperator qui habebat legitimum principatum in gallos/nullus conſenſus illorū potuit facere/ ꝙ ille q̄ intrauit tyrannice eſſet verus rex gallie. Vñ nō poteſt

populus gallie facere regem nouum abſq̄ demerito illius qui non eſt & non cedente: ſed ſi non haberet regem poſſet inſtituere. Dicit Chriſoſtomus ſuper hoc/ſoluite & adducite mihi ꝙ populus q̄ elegit regē nō poteſt amplius illum deſtituere niſi propter peccatum. Si ergo populus conſenſerit i nouū regē altero ꝓtradicēte nihil iuris habuit/ergo nō potuit eē rex ꝑ talē ꝓſenſū. Nec potuit fieri per donum pape/quia nō poteſt alterum in damnum alterius conſtituere/ergo ſi principatus fuit apud regem Romanorum papa non potuit transferre ſine peccato aut conſenſu/& iſta opinio dicit ꝙ anteq̄ Carolus magnus eſſet imperator nullus fuit verus rex gallorum. Sed nō eſt apparentia quia Clodoneus fuit ſanctus & allata ſunt illi inſignia gallorum.

¶Ad rationes/dico ꝙ imperator intrauit tyrannice in gallia & contradicebat populus/& quāuis fuerit victor nihilominus tyrannice occupauit galliam: & non regulariter. ¶Contra/poſtea populus conſenſit. Dico ꝙ non conſtat de conſenſu populi. Secundo dico ꝙ licet conſenſerit populus ille conſenſus fuit exactus per metum cadētem in conſtantem virum/ergo non dabat poteſtatem &c. Nam ſi aliquis populus eſſet abſq̄ rege & conſentiat per metum cadentem in ꝓſtantē virum/talis in quem cō ſentit non eſt verus rex cum talis conſenſus nō det poteſtatem plenariam. hoc dato ꝙ poſt ea conſenſiſſent Galli non ſequitur ꝙ imperator habuerit ſuper gallos poteſtatem/quia talis cōſenſus fuit per metum qui nō dat poteſtatem. Dico ergo & credo ita eſſe quia galli non fuerunt longo tempore ſine rebellione/ergo ſignum eſt ꝙ non cōſenſerunt: & ſic argumentum nō habet magnam apparentiam. ¶Reſolutio ſecunde opinionis que eſt conformior practice moderne eſt ꝙ rex romanorum non ſuccedit Carolo magno inquantum erat rex francorum quia aliquando fuit Carolus magnus rex francorum & nondum erat rex Romanorum/ſed longo poſt tempore effectus eſt rex romanorum & imperator. igitur rex romanorum non ſuccedit Carolo vt regi francorum: ſed vt imperatori vltra dicit ꝙ rex romanorum poſtq̄ a principibus germanie eſt electus antequā coronetur habet omnem adminiſtrationem in temporalibus quam habet poſt coronationem. Et hanc opinionem tenent iuriſte multi & habent tenere qui ponunt imperatorem non eſſe i temporalibus pape ſubiectum. quod patet. Nam bene ſequitur/iſte in temporalibus nullum habet recognoſcere ſuperiorem/ergo quātum ad iſtam adminiſtrationem que reſpicit temporalia a nulla ſingulari perſona accipit auctoritatem. Nam ſi ab iſta ſingulari perſona acciperet auctoritatem. ergo illa ſingularis perſona haberet vniuerſalem poteſtatē q̄ alius qui ab ea accipit. & eius poteſtas acciperetur ab illa. vnde rex francorum nullam adminiſtrationē ſumit ab archiepiſcopo remenſi quāuis inungat ipſum: ſed illud eſt ſolēnitatis ſolū. Dico ſimiliter ꝙ poſtq̄ rex romanorum eſt rite electus illa coronatio poſt electionem eſt ſolū ſolēnitatis/ſicut ꝓcordāt iuriſte & theologi ꝙ papa poſtq̄ electus eſt habet ſupremam adminiſtrationem i ſpiritualibus & omnimodam iuriſdictionem/& per hoc ꝙ coronatur ad altare ſancti Ioannis Lateranenſis nihil poteſtatis de nouo accipit cū nulla ſingularis perſona poteſtatem ſpiritualem huic cōferre poſſit. Similiter eſt de rege romanorum cum nullum recognoſcat in temporalibus ſuperiorē nullus pōt illā illi cōferre: ſed ꝙ ꝓfirmetur & coroneē a papa hoc eſt ſolēnitatis & nō neceſſitatis ¶Dices practica videtur i oppoſitū/nā imperator iſte Maximilianus fuit electus anteq̄ morereē vltimus & tñ poſt electionē nō habuit adminiſtrationem i temporalibus & imperialem: ergo imperator aliunde ſumit iſtam poteſtatem q̄ ab electione/& nō poteſt dici niſi a confirmatione & coronatione. ergo ab illa ſumit illam poteſtatem imperialem. Si dicas ꝙ electus habeat adminiſtrationem anteq̄ precedens moriatur tunc

duo haberent adminiſtrationem ex equo/ & ſic imperium non eſſet regale quod non eſt dicendum. vnde eligitur vt eo mortuo ſuccedat priori in tali dignitate & poteſtate quam habuit precedēs. Nam qui habent prouidere imperio poſſunt pro rationabili cauſa eligere illū qui debet ſuccedere/ ita ꝙ priori mortuo electus realiter imediate poſt mortē ꝓſequitur actualem auctoritatē quam habebat prius in potentia ſicut rege mortuo proximus maſculus conſequitur poteſtatem regiam in regno francie. Similiter poſſunt qui habent prouidere imperio determinare certam perſonam qui habeat talem poteſtatem/ & ex rationabili cauſa faciunt ante mortem ad euitanda iurgia & bella. Fateor igitur ꝙ anteq̄ moriatur imperator ille qui iam electus eſt in regē romanorum non habet illam poteſtatem imperatoriam. Dices a quo ſumit poſtea. Dico ꝙ ab electione precedente priori mortuo conſtituunt electum in tali poteſtate quem admodum filius eſt heres patre mortuo.

¶Reſolutio doctoris & opinio que videt probabilior inter duas opiniones & communis practica. Sed doctor mouet difficultatem de karolo magno. nam ſicut dictum eſt fuit verus heres Pipini: ſed mortuo Pipinio acquiſiuit karolus magnus multas terras in quibus ante acquiſitionē nihil iuris aut poteſtatis regalis habebat vt in tholoza/ alemania/ Vaſconia/ & Hiſpania. & poſt acquiſitionem habebat in illis poteſtatem non vt heres Pipinij. doctor ſupponit tanq̄ certū ex hiſtoriis ꝙ karolus magnus fuit verus rex gallorum ex ſucceſſione Pipinij. Sed quo iure poſſidebat illas terras in q̄bus prius nihil habuit? Dicit doctor q̄is ante acquiſitionem nihil iuris in illis habuerit. Forte diceretur ꝙ iure belli. nam qui in bello iuſto aliq̄d acq̄rit illud efficitur ſuū. & eſtimandum ꝙ Carolus magnus iuſto bello acquiſiuit multa. Et dicit doctor duo ꝙ quāuis ante acquiſitionem nihil iuris in illis habuiſſet nihilominus aliqui tyranni ce regebant illas in perniciem ſubditorum & in contumeliam dei & fidei/ ideo quilibet poteſt vt Carolus magnus potuit iuſte mouere bellum contra eos & illos terris illis & prouincijs ſpoliare in quibus terris & prouincijs Carolus habuit regiam poteſtatem illo iure quo alij reges in regnis ſuis q̄ poteſtate regia decorantur/ in illis tamen terris vt nōnullis apparet Carolus anteq̄ eſſet imperator nō habuit regiam poteſtatem.

¶Conſequenter ponit aliquos caſus in quibus que capiūtur in bello non efficiūtur capientis & detinētis/ primus quando bellum eſt de rebus repetendis in bello iuſto & tantū acceptum eſt ab hoſtibus ꝙ ſecundum ſanam conſcientiam eſt ſibi ſatiſfactum de omni dāno dato & labore & operibus tam ſuis q̄ ſuorū/ ſi capiatur aliquid vltra q̄ is bellum ſit iuſtum illud non efficitur capientis. ergo nō ſemper in bello iuſto quod capitur ab hoſte efficitur alterius qui capit. Secundus caſus eſt quando ille contra quem geritur bellum iuſtum offert ius & vult ſatiſfacere. Alius eſt caſus quando ille qui gerit bellum iuſtum non habet iuriſdictionem ſuper illos quibus facit bellum iuſtum ſed tantūmodo pugnat & alij eum inuadunt. tunc em̄ licet nec bona nec perſonam aduerſam capere nec inuaſorem detinere: ſed poteſt ille qui iuſte pugnat & repellit iniuriā res quibus ſpoliatus eſt vendicare & recuperare. Alius caſus quando habēs iuſtum bellum capit rem alterius ab hoſte iniuſte detentam. Res enim vel ſeruus innocētis aut etiam innocens homo ſi detinetur ab hoſte: & poſt capiatur a iuſte pugnāte nō trāſit in dominū capientis. Itē ſi ſubditi & vaſſalí alicuius dñi auctoritate ſui domini pugnāt contra inuaſores & detentores rerum domini ſi illas capiant & recuperent non efficiuntur detinentium & occupantium nō propter hoc enim ꝙ bello iuſto illas res capiunt dñs illarū pdit dominium. patent igitur caſus in quibus gerētes bella iuſta non efficiuntur domini rerū quas in illis bellis iuſtis occupant. His ſuppoſitis dicit doct. ꝙ licet Carolus per bella

iuſta occupauerit multas prouintias & terras non potuit tamen per huiuſcemodi bella iuſta facere eas ſuas/ quia pertinebant ad dominium & ius imperatoris. Et forte aliq̄ illarum ad ius & dominium aliorū qui nō poterant per Carolum priuari iure qd̄ habebant in eis verūtamen Carolus poterat illas terras licite occupare & fructus accipere quousq̄ ſibi ſatiſfactum eſſet de laboribus & expenſis & operibus ſuis & ſuorum preſertim ſi veri domini illarum terrarū ipſas modo debito minime repetebant: ſicut autem per huiuſmodi occupationem nō potuit illorum dominium acquirere ſaltē principale ita nec per eam in eis potuit dignitatem regiā adipiſci. Sed poſtq̄ fuit iperator nactus fuit in eis imperialem & regiā poteſtatem/ q̄obrem quia imperatores ſucceſſores Caroli non ſuccedebant Carolo in q̄tū erat rex Francorum/ nec in q̄tum per bella iuſta terras aliquas occupauit. Aliquas aſſignauit imperio vt imperator ſucceſſor ſuus omnes illas eodem iure poſſideret. Aliquas autem attulit cuidam filio ſuo aut nepoti. ideo imperatores romāorum/ ſeu ſucceſſores Caroli eodem iure vel diuerſo poſſident oēs terras ſibi ſubiectas quo poſſidebat Carolus in q̄tum iperator erat & quas poſſidere debent in q̄tum reges ſeu imperatores romanorum. vt autem ſciatur quare dicitur eodem iure vel diuerſo notat doct. ꝙ Carolus & quidā alius imperator non habent omnino idem ius ſeu poteſtatem in omnibus terris ſibi ſubiectis/ nam imperator vel rex aliquibus terris & vrbibus preeſt immediate/ aliſ vero mediate/ dicit preeſſe immediate quando nullum alium recognoſcunt dominum preter illum/ dicitur preeſſe mediate quando alter dñs preeſt immediate qui habet immediatum dominium q̄is talis ſit regi vel iperatori ſubditus. Concludit doct. in fine huius capituli tertii ꝙ Carolus anteq̄ eſſet imperator nō habuit regularem in Italia poteſtatē & ideo italia nunq̄ fuit a dominio regni Germanie regnum quaſi acceſſorium principaliſ preſertim ſi italia comprehendit etiam romam que eſt caput imperii. ſed aliquo tempore tam italia q̄ germania fuit p̄dictis cauſis imperio deputata ad onera imperii ſuſſerenda. & hec ſunt amantiſſime lector q̄ ego ipſo legente excepi nec alias queſtiones legit/ tum quia faciles/ tum legitimo impedimento irretitus/ ceſſauit. poterit ſtudioſus lector quod reſiduū eſt percurrere & errata corrigere & nobis veniam dare. Viſum eſt tamen nobis bonum libellum a ſe compoſitum de auctoritate eccleſie: ſeu ſacrorum cōciliorum/ in calce huius lecture propter materiarum affinitatem poſuiſſe.

EXPLICIT.

¶LIBELLVS DE AVCTORITATE eccleſie ſeu ſacrorum conciliorum eam repſentantiū editus a magiſtro Iacobo almain ſenonenſis diocēſis doctore theologo/ cōtra Thomā de vio/ qui his diebus ſuis ſcriptis niſus eſt omnem eccleſie Chriſti ſpōſe poteſtatem eneruare.

¶Auctoritas eccleſie ſeu conciliorum ad auctoritatem pape comparata.

De auctoritate ecclesie.

¶Reuerendissimo in Christo patri domino Tristando de salezar senonēsi archiepiscopo Iacobus almain humilis doctor Parrhisiensis. Salutem.

QVod imprimis exoptabam reuerendissime in Christo pater domine senonēsis archiantistes michi hoc tempore sorte quadam obtigit argumentum scilicet edendi quidpiam in assentatorias & quasi quodam adulationis illitio summū pontificem sibi nimis blandiendo demerentes doctrinas illius fratris Thome de vio Caietani hominis alioquin eruditi nisi suam eruditionem assentationis macula contaminasset & nisi sacratissima illa concilia Constantiense & Basiliense suis procacibus verbis ifamare & suggilare annisus esset. Cuius rationibus vt Diogenis instar dolium aliquod aut vt Sisyphus saxum voluerem ne vnus inter tot operi intētissimos cessator esse viderer neu desidia aut inerti ocio contabescere atq; in vmbraculis domesticis (alijs ad rem attentissimis) ignauiter consenescere Pro modulo meo vtcūq; respondere instituī & citra cuiuspiam affectationem maledicā q; infamationem suas debilitare ymo quoad potero cōfutare rationes & gallicis (vt aiunt) armis suā arcem oppugnare: at qa hij nostri codicelli parum me autore futuri sunt plausibiles opere precium est amplum aliquod nomen augustumq; pre se ferant cuius velut auspicio freti iamiā prodituri i lucem manusq; hominum venturi ancipitem iudiciorum aleam secure experientur. Eā ei esse libelli nostri rationem facile cognorim vt nisi magno aliquo patrocinio defēdatur vix eum ab calumnia deffendam. At cū mecū ipse animaduerterē cui nā istas nostrarum vigiliarum primiciolas atitularem dicarēq; visus es michi super omnes dignissimus domine Tristande archiantistes senonensis meritissime tum q; es litteratorum hominum fotor precipuus & amantissimus. tum q; elapsis diebus videor michi non spernendo amoris loco apud te semper fuisse ac nunc etiam esse ita vt sperem neq; verbo neq; facto opem tuam quotiens imploraverō nullatenus michi defuturam. Eat igitur & tuo presidio suoq; fulcimento munitus libellus iste in manus hominum quem si tibi vni cordi esse cognouero sum factus voti compos. In animo habens post hac in talibus materijs tractandis & conscribendis ingenioli vires nullatenus intermittere. Vale

¶Ad magnificentissimū/eūdemq; suum tutelarem dominum Senonen̄. archiepiscopum idem.

Hoc cape qui iusti prelum/qui semita veri
Hoc cape qui phebi gloria/cresus opum.
Id placeat/domino res est generosa placere
Id placeat: pura que data mente: placent.
Donum tale meum est/mea sunt hec munera/dos est
Ingenium: vis: ars: littera diuitie
Nulla michi est auri scaturigo: tibi aurea dives
Assyrius mittat munera: mittat arabs.
Sincerum velle: exilis tamen arctaq; res est.
Equentur primis vltima: magna dabo
Velle opibus confer: nam grata est sepe tonanti
Que vel ab exili: victima missa loco.
Rem cape/rem lauda: rem perlege/dives habebor.
Si michi clementi arriseris ore. vale.

De origine iurisdictiōis ciuilis. fo. XLVI.

¶PRIMVM CAPITVLVM
In quo tractatur de origie iurisdictionis ciuilis: vt per eius comparationem notificetur Iurisdictio ecclesiastica.

QVEMADmodum deus nature auctor hominem cōdidit cum naturali Iure seu potestate eaq; sue sustentationi ac conseruationi necessaria sunt sumendi nec non & ea que nociua sunt repellēdi. Super quo iure fundatur potestas eum qui iniuste aggreditur interimendi si seruetur moderamen inculpate tutele q̄is oppositum dogmatiset de ancona in suo tractatu de potestate ecclesiastica cuius rationes nunc omitto cum nō sit hec materia presentis speculatiois. Similiter & communitas quelibet aliquorum adinuicē ciuiliter conuersantium qui iuxta dictum Pauli ad Romanos. xij. velut vnū corpus est cuius singuli alter alterius sunt membra naturalem habet potestatem se non solum inesse verum etiam in esse pacifico conseruandi ad quem spectat eos quorum vita est in perturbationem eius etiam per mortem prescidere. & istud deduci potest ex sancto Thoma secunda secunde questione sexagesima quarta. Omnis pars ordinatur ad totum cuius est pars velut iperfectum ad perfectum/& si saluti totius corporis expediat abscissio alicuius membri: puta quia est putridum aut ceterorum infectiuum: in toto corpore residet auctoritas illud prescindendi. Cum ergo quelibet persona singularis comparatur ad totam commuitatem sicut pars ad totum. Ideo si aliquis si pnicios⁹ i communitate laudabiliter a communitate interimitur. Et istud idē ostendit sic. Cōmunitas confert principi auctoritatem occidendi eos quorum vita in pernictem rei publice cedit: ergo illa auctoritas ē per prius in commuitate cum nemo alteri det qd non habet. Et antecedens notum est cū priceps a se auctoritatem illam nō habeat nec habet eam imediate a deo saltem vt in pluribus. Nam vt dicunt doctores presertim Durandus in tractatu de iurisdictione ecclesiastica. Non est intelligendum q̄ auctoritas regis secularis sit a deo sic q̄ immediate eam alicui commiserit regulariter: sed quia secundum rectam rationem quam deus hominibus indidit est alicui commissa & non videtur cum non sit a deo immediate commissa a quo sit pricipi collata nisi ab ipsa cōmunitate: igitur assumptum verum. Ex ante dictis inferūtur aliqua correlaria. Primū est: primaria potestas iurisdictionis coherci ua etiam vsq; ad mortem infligendam nō est q̄tum ad eius institutionem pure positiua. Quanuis eius communicatio certe persone vt puta regi aut certis personis de cōmunitate paucis aut pluribus qui eam regunt aristocratice aut thimocratice sit positiua. Et istud manifeste ostenditur: qa hoc preceptum non occides cum sit de iure naturali ab eo nullus potest excipi casus per quodcūq; ius positiuum saltem humanū. cum humana potestas supra ius nature nō existat ergo primaria potestas occidēdi nō est positiua humana sed naturalis. Secundum correlarium est. Nulla communitas perfecta hanc potestatem a se abdicare potest sicut nec singularis homo quam habet potestatem ad se conseruandum immo nec ea priuari potest nisi a deo. & huius sententie videtur esse glosa vicesima tercia questione tercia in capitulo ostendit in qua sic dicitur. Populus bene habet iurisdictionem licet dicat lex q̄ transtulit ius suum in imperatorem. Nam si ciuitas vel populus nō haberet iurisdictionem quare puniretur pter defectum iudicis. vt vicesima tertia q̄stione secunda capitulo dominus vbi dicitur. Ciuitas petenda est que vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est vel reddere quod per iniurias ablatum est.

Primū coꝛrela.

Secūdū coꝛrela.

Tertium correlarium tota cōmunitas ptātē habet super principem ab ea constitutum qua eum si non in edificationem sed destructionem policie rex regat deponere potest alias non esset in ea sufficiens potestas se cōseruandi: & ista potestate gallorum communitas quōdam vsa regem suum deposuit non tam pro criminibus q̄ pro eo q̄ tanto regimini inutilis esset vt habet glosa capitulo alius decima quinta questione sexta vbi dicitur q̄ zacharias regem Francorum deposuit: habet glosa id est deponentibus consensit. Hac eadem potestate vsi filij isra el recesserunt a roboan qui erat salomonis naturalis successor eligentes in regem sup se Ieroboan vt patet tertij regum duodecimo & q̄is super aliquem populum a deo acceperunt aliqui iurisditionē ciuilem immediate vt videtur probabile de Saule & Dauid nichilominus semper toti communitati fuerunt subiecti casu quo in destructionem eius regerent. ¶Quartum correlarium nō eo dicitur politia aliqua regalis qa vnicus ei presit qui sit tota communitate in iurisditiōe maior nec ei quouis modo subiectus sed solum propter hanc causam quia vnicus preest qui in quēlibet alterum de cōmunitate iurisditionem habet & est eo superior/ & hoc minime reperitur in policia thimocratica aut aristocrathica/ nec poneniens foret aliquem vnum taliter communitati prefici qui esset ea tota in omni casu superior nisi talis foret indeuialis quēadmodum de Christo censetur qui cōmunitatē regere posset secundum voluntatem & nō secundum legem. & tunc esset policia illa p fecte regalis. ¶Quintum correlarium est. Falsum est illud scoti distinctionis decime quinte questionis tertie quod non licet quēq̄ occidere auctoritate publica nisi i casibus exceptis a deo ab isto precepto nō occides si intelligat de exemptione facta per ius diuinum positiuum qualia erāt iudicialia veteris testamenti sicut videtur pretendere qa tunc tempore legis nature nō licuisset quēq̄ interficere/ cum tunc nondum esset ius diuinum positiuum nec gentilibus tempore legis moysayce licuisset aliquem interimere cum eis illa lex non esset data. Similiter in lege euangelica non esset in principibus licitum aliquem ad mortem damnare saltem nisi pro homicidio/ cum lex vetus sit reuocata & euangelium nullum excipiat casum. nisi dixeris homicidium exceptū fuisse Mathei vicesimo sexto. Omnes qui gladium acceperint/ gladio peribunt. Si autem intelligat de exemptis a deo per ius naturale nō facio difficultatem: sed tunc nulla est eius probatio ad probandum q̄ pro simplici furto non licet interficere. Ex omnibus his facile est videre quomodo potestas qua rex vtit est potestas communitatis: hinc auctoritate publica dicitur agere & hanc ob rem Guillermus parrhisien. dicit dominium principū esse ministeriale. Consequenter facile est videre q̄ principatus regalis & pricipatus aristocrathicus & pricipatus thimocratichus nō differūt inter se qa sint diuerse potestates cū idem obiectum penitus habeāt: sed propter diuersitatem subiectorum. Sed quia de hac potestate ciuili i hoc tractatu nichil itēdo pricipaliter dicere ppterea hec sufficiāt.

¶Secundum capitulum in quo ostendē tur aliam esse potestatē non naturalem nec humanitus institutibilem.

CVm Christi fidelium collectio non sit solū corpus politicum & ad finem naturalem ordiatum qui est viuere secundum virtutem verumetiam est corpus misticū Christi & ad finem supernaturalem vitam scilicet eternā ordinatum ad cuius consecutionē legislator de medio nostri/ suscitatus iuxta vaticinium moysi Christus scilicet legem gratie & libertatis tulit/ quamobrem & potestatē instituit non ad corpora occidenda qualis potestas ciuilis/ quia non querit mortē peccatoris sed magis vt viuat & conuertat. nec venit perdere quemq̄ sed potius singulos viuificare. Sed ad compellendum fideles le

Tertium correla.

Quartū correl.

Quintū correl.

gem euangelicam cōseruare alterius pene metu. s. spiritualis. De cuius potestatis integritate duo sunt. Primum est auctoritatiue posse ius dicere siue diffiniēdo siue aliquid quod conferat multum ad consecutionem finis statuendo. Secundum est posse dicto iure non obseruante aliqua mulctare pena. Hec autē potestas nō est naturalis sed positiua nō ab homine puro aut ab homibus instituibilis sed a deo solo. Pro cuius probatione supponendum est quemadmodū optime declarat herneus in suo tractatu de potestate pape. Aliud est instituere potestatem & institutam alicui persone cōmunicare. & istud manifestum est ex priori capitulo/ cum populus potestatem occidēdi non instituat quia est naturalis sed eam principi communicat. ¶Instituere namq̄ potestatem est ordinare q̄ in commuitate sit aliqua potestas tanta & talis ad tot casus ad talem populum & sic de similibus. Et talis institutio tempore precedere potest communicationem certe persone. Potestas autē talis potest pferri alicui dupliciter. Vno modo q̄ conferatur determinate persone vt eī rex petrum/ aut guillermum instituit alicuius ciuitatis balliuū. Alio modo non determinate persone: sed persone determiate cōditionis vt si rex instituteret aliquam potestatem iurisditionis in aliqua ciuitate ordinando: q̄ quicumq̄ a talibus eligeretur eā consequeretur/ talis electio est dispositio vltimata ex parte recipientis que facit eum capacem talis potestatis ex antiqua institutione principis. Istis suppositis probatur q̄ a solo deo est hec potestas instituibilis. hec potestas non est instituibilis nisi vel a papa vel communitate Christiana vel deo. Sed primo q̄ non possit institui a communitate christiana probatur sic saltem propria auctoritate: quia talis potestas icludit aliquid quod humanam potestatem excedit: puta posse relaxare aliquid de pena debita in foro dei / posse aliquem reddere i capacem q̄tum ad deum suffragiorum ecclesie/ & multa alia, ergo a communitate christiana instituī non potest. Et quod a papa institui nō possit manifeste patet ex hoc: quia prius saltem natura est illam potestatem esse quā aliquem esse papā. Correlarie sequitur q̄ nec ista potestas ab homine puro aut hominibus destituī potest. Secundo sequitur correlarie q̄ potestas ecclesiastica de qua nunc loquimur est potestas coherciua immediate a Christo instituta que valet exerceri i alterum etiam inuitum ad dirigēdum subditos in finem beatitudinis eterne velut in finem proximum & principaliter intentum. Consequēter ex dictis multiplex haberi potest differentia inter potestatem ecclesiasticam iurisditionis in foro exteriori & potestatem laicam. Prima ex parte institutionis cum vna sit naturalis quantum ad instituti onem. Altera supernaturalis/ secūda ex pte finis. Vna ē ad finem naturalem. Altera ad finem supernaturalem. Tertia ex parte penarum que infligi possunt per has potestates / quia per vnam corporalis pena dumtaxat/ per alteram verō spiritualis precise. Quarta ex parte subiectorum/ quia vnius capax est etiam infidelis/ alterius vero nullus capax est nisi sacro baptismate regeneratus. etiam vna. s. temporalis in infideles exerceri potest. altera in solos fideles vt infra patebit. De aliis autem potestatibus ecclesiastici cis a coherciua quas optime declarat Iohannes de parhisius: & consequenter petrus de aliaco in hoc tractatu nichil dicere intēdo. Tertium correlarium deuiauit a fide Marsilius de padua omnem coherciuam iurisdictionē ab ecclesiasticis auferēs vt videre ē in suo tractatu qui in quibusdam volumibus defensorium pacis intitulatur. Quartū correlarium. potestas ecclesiastica in se considerata nullatenus ab hominibus restringi potest. si enim ab ipsis non sit instituibilis nec destituibilis: nec ab ipsis fieri potest qd in aliquos actus non possit i quos poterat prius. Et istud correlarium bene tractat Iohannes de gersono consideratione septia: de potestate ecclesiastica: & quia hec certa sunt non curaui auctoritatum aut rationū

Quid sit instituere ptātem.

numero munire.

¶ Tertium capitulum in quo ostẽditur ad que se extendat hec ptãs.

TAnta est iter doctores cõ trouersia de plenitudine huius potestatis/& ad q̃ se extendat vt pauca sint in ista materia secura. Ita q̃ his temporibus: vt dicit Guillermus occã circa finem prime partis dyalogi. Summe necessarium foret q̃ per sapientes iuramentis & horribilibus comminationibus ad veritatem dicendam arctatos declararentur q̃ ad pleitudinem potestati eccleſiastice spectẽt Quidam enim eam ita ampliãt forsitam adulationis causa vt beneficia & priuilegia obtineant vt omnino absorpta videat principum potestas: nec non ad actus se extendat in destructionẽ ecclesie. Quidam enim eam dilatant vsq̃ ad dissolutionem matrimonij rati & non consummati: vt glo. Iohannis andree in capitulo. q̃ votum devoto & voti redemptione: libro sexto & glo. in capitulo ex publico de conuersione coniugatorum: qui ponit hanc propositionẽ: q̃ summus pontifex posset statuere q̃ per secundum matrimonium rumperetur primum non consummatum sicut rumpitur per ingressionem religionis que quantum periculi cõtineat aduertere põt lector. eiusdem sententie panormitanus in eodem capitulo: & cum ipsis deuiauit magister Thomas deuio in suis opusculis aureis de diuersis ac curiosissimis materijs. Istud est cõtra verbum Christi matthei decionono. quos deus coniunxit homo non separet: nisi fornicationis causa vbi homini potestatẽ dissoluendi matrimonium denegauit. Secundo si dissolui posset sine ingressu religionis non est verissimile quin hoc comperiri posit ex sacris litteris quemadmodum de matrimonio inter infideles altera partium versa ad fidem. Tertio summus pontifex non potest debitorem absoluere inuito creditore. si enim oppositum dicatur creditorum multi ad ipsum currerent pro absolutione: ergo nec potest mulierem ab obligatione qua est obligata viro absoluere. Et hãc ptẽ p indubitata tenet Scotus triceſima prima distinctione quarti. Et petrus depalude viceſimaseptima eiusdem. Sed pro priori parte arguitur vt magis pateat veritas. dissolui tur matrimonium ratum non consummatum per votum solemne religionis: sed voti solẽnitas nõ ex iure diuino sed humano ẽ/ vt patet per capitulum preallegatum q̃ votum in quo dicitur. Voti solẽnitas ex sola constitutione ecclesie est inuẽta: ergo ex statuto humano dissoluitur matrimoniũ. Secundo. si votum solẽne ex statuto diuino dissolueret matrimoniũ nõ cõsummatũ: a fortiori illegitimaret iure diuino ad matrimonium sequens. Minus est enim illegitimare q̃ contractum dissoluere: cum primũ posit ecclesia & non secundum. Sed falsitas cõsequentis ostenditur: quia si illegitimaret iure diuino non posset summus pontifex: nec ecclesia tota dispensare cum illo qui vouit solemniter in quocũq̃ casu cum nõ possint contra ius diuinũ. ¶ Tertio matrimonium contractum & ratum significat solũ coniũctionem Christi & anime fidelis que dissolubilis est: ergo illud matrimonium ẽ etiam dissolubile. Si dicatur q̃ significat etiam coniunctionem Christi & ecclesie indissolubilem. vt dicit magister sententiarũ distinctione viceſimasexta quarti consequenter & Richardus. ¶ Contra sequitur bigamiam contrahi/ si vxore prima mortua ante consummationem contraheret cum secũda vel econuerso. si aliquis aliquã cuius vir mortuus est ante consummationem in vxorem duceret: hoc autem est contra capitulũ debitum de bigamis non ordinãdis. Probatur tamen sequela quia ratio bigamie est defectus sacramenti: quia nõ ẽ vnicus vnius sicut Christus vnus vnice coniunctus ẽ ecclesie. ¶ Ad primum istorum respondet bene verum est q̃ modus per quem solemnisatur votum est ex statuto & determinatione ecclesie: non tñ sequitur effectũ sequẽtẽ

ad votum solemne per quod vouens moritur ciuiliter esse de statuto ecclesie. Ad secũdum q̃ quod est forte ad probandum q̃ i voto solemni non cadit dispensatio. Videtur michi dicendum q̃ votum solẽne iure diuino tandiu illegitimat q̃diu obligat: ita q̃ si tentent contrahere secluso quocunq̃ statuto humano non contraherẽt. Sed quia potest emergere casus i quo amplius nõ obligat & tunc cessat illegitimare: & sic papa nõ dispensat nisi capiendo dispensare vt tãtũ valet sicut ius declarare. ¶ Ad tertium dicitur primo q̃ consequentia prima nichil valet. in statu enim innocẽtie matrimonium cum non esset sacramentum non significaret aliquam coniunctionem indissolubilẽ: & tamen non fuisset dissolubile. Dicitur secundo q̃ antecedens est falsum: imo significat coniunctionem Christi & ecclesie: vt habet magister sententiarũ distinctione viceſimasexta quarti: & Richardus consequẽter. quis tamen apud Richardum non tam perfecte sicut matrimonium p̃summatum. ¶ Dicitur vlterius q̃ consequentia non valet qua infertur bigamiam i illis casibus cõtrahi: & hoc solum quia ecclesia non statuit q̃ contrahatur. Contrahitur enim solum per diuisionem carnis pluribus vel alicui q̃ diuisit pluribus. Aliqui istam potestatẽ extendunt ad infideles. vt Panormitanus in capitulo Nouit de iudicis dicens: q̃ pistã potestatem ad precepta legis nature saltem compelli possunt: sed oppositum istius habetur ex capitulo gaudemus de diuortijs. vbi dicitur eos constitutõnibus canonicis minime arctari: iuxta illud apostoli. Quid enim ad nos de his qui foris sunt iudicare. Arctarẽtur enim constitutionibus ecclesiasticis precipientibus ea que sunt iuris naturalis sub censuris. Secundo cum excommunicatio non sit aliud q̃a consortio fideliũ & participatione sacramentorũ separatõ sequitur infidelem excommunicari non posse. & si in oppositum allegetur illud christi Mathei decimosexto dictum petro cuui ei promissa fuit hec potestas. Quodcũq̃ ligaueris super terram erit ligatum in celis. & quocunq̃ solueris erit solutum in celis. Et illud mathei decimo octauo. Quecunq̃ alligaueritis super tarram erunt ligata & in celo. Et quecunq̃ solueritis super terrã erũt soluta & i celo. In quibus auctoritatibus dicit q̃cũq̃ & quecunq̃ vniuersaliter. Respondetur q̃ vtraq̃ auctoritas de fidelibus intelligenda est. De his auctoritatibus infra magis patebit. Aliqui ad peccata secretissima cordis eam extendi volunt: vt glosa in clementina de hereticis. Oppositum istius ab omnibus ferme doctoribus tenetur: & p maiori elucidatione supponẽdũ est esse quãdam peccatum quod in solo consistit actu interiori cũ scilicet ad nullũ opus exterius fit pgressio. Aliud est pcm̃ ad opus vsq̃ exterius progrediens: & istud est iterum duplex. Est quoddam quod nõ est peccatum ex opere exteriori ad quod progredi/ sed solum ex mala relatione interiori. vt est dare elemosynam propter malum finem. Est aliud quod est peccatum ex opere exteriori quia scilicet prohibitum est. Et istud multiplex est quoddam est quod iuridice probari potest factum esse. ſ. per duos vel tres testes & etiã actor ipsius peccati. Est aliud quod iuridice probari potest: sed actor non vt cum reperitur trucidatum corpus sed cum trucidaretur nullus presens erat. Est aliud quod nec iuridice probari potest nec eius actor propter defectũ testium ad vtrumq̃. Secundo supponendum est q̃ ecclesiastica potestas non solum est ad infligendum penam i pro crimie preterito probato: sed ad statuendum aliquod sub pena quod quidem statutum solum respicit futura. De constitutionibus capitulo cognoscentes eodem titulo capitulo vltio: cuius transgressor eo facto quod trãsgreditur penam illam incurrit: vt videre est in plerisq̃ statutis. ¶ Istis suppositis dicitur primo q̃ ecclesia nichil potest super peccata cordis & que ad actum exteriorem non sunt pgressa. Et addit durandus decimaseptima distinctione quarti. Non solum propter defectũ

cognitionis/sed propter defectum iurisdi-
tionis. ea enim deus suo reseruauit iudicio
qui scrutatur corda & renes: hominibus au-
tem ea que foris sunt dedit iudicare. & sen-
tentia Durandi multum apparentie habet
quia si hoc non esset propter defectū iurisdi
tionis sed agnitionis ecclesia adminus pos
set in illa statuendo sicut in opera exteriora
futura que nunq̄ probari poterūt propter
defectum testium. Pro actu enim exteriori
q̄is occulto incurritur pena iuris: vt regu
lariter tenent doctores nominatim de palu
de decima tertia distinctione quarti: tunc p
batur ista propositio. Primo per parabolā
saluatoris decimotertio de zizania/ vbi se-
cundum expositionem doctorum prohi-
bentur mali sub nomine zizanie eradicari p
censuram excommunicationis quādo a bo
nis intellectis per frumentum cognosci nō
possunt. Secundo per capitulum cogitati-
onis de penitentia distinctione prima. Co-
gitationis penam nemo patiatur vbi glo.
ab hominibus sed bene a deo. Adduci pos
sent ad hoc probandum pleraq̄ capitula/
vt capitulum sicut tuis litteris de symonia
capitulum. Tua nos eodem titulo capitu-
lū Erubescant trigesima secunda questiōe
capitulum Consuluisti secunda questiōe
quinta. ¶Secūdo dicitur si procedatur ad
peccatum exterius. quod quidem opus nō
est malum nisi propter malam relationem
interiorem ad tale peccatum non extendi-
tur ecclesiastica potestas iurisdica. Cum eni
non sunt illa opera prohibita secundū suā
substantiam/sed solum secūdum interiorē
relationem ad quam puniendam non exte
ditur ecclesiastica potestas: nec extendetur
ad illa peccata. Secūdo probatur idem / nō
potest etiam ex natura operis & nō solū ex
defectu testium probari opus illud peccatū
esse nisi de relatiōe probaret. ergo sicut nec
relatio ecclesiastice subijcitur potestati ita
nec peccatum illud. ¶Tertio dicitur eccle-
siastica potestas extenditur ad peccatum iu
risdice notū cuius actus actor iurisdice igno
tus est. probatur per capitulum quidā ma-
ligni spiritus quinta questione prima. vbi
de quodam qui contra castorium notariū
ac responsalem apostolicum nocturno silē
tio in ciuitatis loco contestationē posuerat
in eius crimina loquentem/ dicit Adrianus
papa qui si non exierit: neq̄ publice cōfes-
sus fuerit quisquis ille sit qui hoc agere pre-
sumpserit vel consensum tante iniquitatis
consilio prebuerit ex dei & domini nostri
Iesu christi spiritu diffinimus vt sancti eius
corporis & sanguinis participatione priua
tus sit. & iste est vnus casus apud guillermū
Occā in tertia parte sui dyalogi in quo re-
currendum est ad potestatem ecclesiasticam
in crimine ciuili: ¶Quarto dicitur ad pecca
ta exteriora/ que secundum se sunt prohibi
ta q̄is nō iurisdice possit probari propter
defectum testium nec actor: extenditur hec
potestas statuendo. probatur ex capitulo
porro de sententia excommunicationis in
quo dicitur eos qui manus violentas in fra
tres suos iniecerunt qui non cōuicti sed pri
uatim veniam postulant esse monendos:
vt satisfaciant his quos leserunt/ & apostolī
ce sedi se presentant. cum ab alio sine speci
ali mandato absolui non valeant. ergo illē
sunt excommunicati. Absurdum enim fo
ret dicere eum qui violentas iniecit in cleri
cum manus q̄is secrete non esse excommu
nicatum. & in omnibus istis de iurisdica po
testate loquor que forum exterius respicit.

¶Capitulum quartum in quo po
nūtur obiectōnes ad ista: & soluūt.

COntra primum istorum
quattuor dictorum obij-
citur. habens solum pec-
cata cordis: statuto eccle
sie omnis vtriusq̄ sexus
teneatur in paschate confi
teri ea: & si non confitea-
tur incurrit censuram excommunicationis
vt patet ex dicto capitulo: ergo potestas ec
clesiastica ad illa cordis peccata extenditur.
¶Secūdo/ inquisitor fidei omittens proce
dere contra hereticos sine quocūq̄ actu ex-
teriori incurrit censuram excōmunicatiois:

vt patet in clementina multorum de hereti
cis & glosa ibidē. hic patet aperte q̄ consti
tutio militantis ecclesie ligat crimen omni-
no occultum ad penas suspentionis & excō
municationis. & adhoc inducit capitulum
primum de statu monachorum eodē libro
Paragrapho quia vere. vbi de monachis
discurrētibus per curias principum dicitur
q̄ sivt suis prelatis aut monasteriis dānum
aliquod inferant ad dictas curias se transfer
re presumpserint excōmunicationis senten
tiā eos incurrere volumus ipso facto/ hic nō
excommunicantur pro eo q̄ ad curias prin
cipum se transtulerunt/ sed quia intendunt
prelato aut monasterio damnū iferre/ & sic
pro solo actu interiori. ¶Tertio arguitur.
Si ecclesia alicui precipiat sub pena excom
municationis q̄ aliquam accipiat in vxorē
eam scilicet cum qua prius contraxerat spō
salia & proferat illa verba exterius: & non
cōsentiat interius/ videtur excōmunicatus
cum non accipiat eam in vxorem: & hoc est
propter omissionem solius actus interioris:
ergo etiā pro solo actu interiori excōmuni
cari potest. ¶Deinde arguitur cōtra tertiū
& quartum dicta primo per capitulū sicut
de tuis litteris de symonia in quo dicitur.
Illos autem qui dederūt pecuniam vel etiā
receperunt in tantum constāt esse culpabi-
les q̄ si eorum excessus esset ecclesie manife-
stus que non iudicat de occultis pena cano
nica essent feriendi: ergo si non sit manife-
stus non sunt feriendi. & in capitulo erube
scant/ trigesima secūda distinctiōe in quo de
presbyteris: diacōis: & subdiaconis: qui mu
lierculas non abiecerunt dicit q̄ sunt ex-
cludendi a suorum graduum dignitate/ sta
tim subiungitur: de manifestis aūt loquor:
secretorū aūt deus & cognitor & iudex est.
¶Secundo arguitur. Mathei decimooctā
uo: vbi institutus est hec potestas ecclesiasti-
ca datur forma secundum quam sit ea vten
dum: sed sic est q̄ ibi precipitur reum esse
ecclesie denunciandum & conuincendum
per duos vel per tres testes/ ergo non exten
ditur hec potestas ad ea peccata exteriora
que probari non possunt. ¶Ad primū istō
rum dicitur primo q̄ cōfiteri est actus exte-
rior. & sic per preceptū illud non fertur im
mediate & per se super actū interiorē q̄is
feratur super exteriorem qui est de actu inte
riori. dicitur secūdo secūdum Durādum q̄
preceptum ecclesie principaliter fertur sup
cōmunicatione quā constat actum exterio-
rem esse & in foro exteriori cognoscibilem
& quia ad digne cōmunicandum iure diui
no prerequiritur omniū mortalium cōfes-
sio. & sic preceptum ecclesie non fertur su
per actum illum confessionis sacramētalis:
sed solum per accidens. ¶Ad secundū dici
tur q̄ ingressitor fidei nō excōicatur pro actu
interiori sed p omissione actus exterioris q̄
iurisdice sicut actus cuius est priuatio. q̄tū ē
ex se p̄bari pōt: ¶Ad tertiū dicit q̄ i illo ca-
su nō incurrit sententiā excōicationis cūni
chil agat nec omittat qd̄ iudicio ecclesiasti-
co subsit: eodēmō sicut nec ille q̄ in paschā
te sumeret eucharistiā nō preuia sufficienti
dispositione nō veniret arcendus ab ingres
su ecclesie secundū tenorē illius statuti Oīs
vtriusq̄ sexus. ¶Ad primū argumētū p tra
vltimū dictū dicit q̄ illa capitula intelligē-
da sunt de pena ab hoie inferēda. Sūt eni ca
nones q̄dā q̄ nō sunt snie late sed ferēde qui
bus. s. trāsgressoribus nō infligit eo facto
pena sed declarat infligēda p iudicē: & ho-
rū trāsgressores nō subijciūtur illi pene nisi
notorij sint. Et q̄is glo. ex cap. Erubescāt
fundet argumentū pro opinione eorū q di
cūt q̄ occultū delictū nō irrogat irregulari
tatē. Oppositū huius opinionis satis deter
minatū ex ca. Quesitū de tēporibus ordinā
dorū. Vbi dicit si pposita crimia puta adul
teriū: piuriū: homicidiū: falsū testimoniū:
ordine iudiciario cōprobata vel alias noto
ria nō fuerint nō debēt hi preter reos homi
cidij post penitentiam in iam susceptis or-
dinibus impediri: ergo homicide incurrūt
irregularitatē q̄is nō sint notorij. ¶Ad se
cundū ex textu euāgelico eodē mō dicēdū
est q̄ processus ille intelligit de eo q̄ p iudicē
& noiatim feriēdus est pena ecclīastica. Ista

regrerēt maiorēpcessū:sed qa solū accidētia sunt & nō essentialia principali proposito omitto. ¶Quintum capitulū de his qui nimis restringunt istam potestatem.

AB ALIQVIBVS MIrumimmodum restringitur hec potestas. Dicunt enim aliqui eam solū extēdi ex institutione Christi ad puniēda peccata in rebus pure spiritualibus:puta que propria sunt legi euangelice vt sunt peccata pmissa cōtra articulos & sacramenta/& non ad peccata que sunt cōtra legem nature saltē nisi casualiter. & huius sententie videtur esse Guillermus Okam circa finem sui dialogi: etiam in prima parte eiusdem libri libro sexto capitulo octauo. vbi dicit. Spiritualia sunt illa q̄ religioni Christiane sunt propria que i nulla alia secta sunt reperta: nec ad legem nature spectantia/sicut que pertinent ad sacramēta ecclesiastica dispensanda & ad causas fidei terminandas. Eiusdem sententie est Ioannes de iarsono lectione quarta de vita spirituali anime: vbi dicit q̄ terris subiectis imediate summo pontifici quantū ad temporalitatem pro peccatis commissis cōtra legem nature non sunt homines feriendi pena ecclesiastica:sed laica. Videtur mihi tamē saluo meliori iudicio hanc potestatē ad quecūq̄ mortalia notoria iuncta ptumacia extendi. Probatur primo ex cap. Nouit de iudicijs: vbi dicit Innocentius tertius scribens prelatis per Franciam constitutis. Non enim intēdimus iudicare de feudo cuius ad ipsum scilicet regem spectat iudicium:sed decernere de peccato cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura quam in quēlibet exercere possumus & debemus. Et notum est q̄ ibi loquitur de peccato cōmisso ex detentione rei aliene. Secūdo probatur ex auctoritate Christi Mathei decimooctauo. vbi sicut infra probabitur fuit instituta hec potestas ecclesiastica / si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipsum solum:si te audierit lucratus es fratrem tuum. &c. In qua auctoritate nulla fit distinctio huius vel illius peccati:sed indifferenter de omni mortali loquitur. & q̄ solum de mortali loquatur satis notum est per hoc q̄ subditur/si te audierit lucratus es animam eius/ per veniale enim nullus est perditus. ergo pro omni mortali si ad fraternam correctionem non emendetur:est denunciandus ecclesie:& si ecclesiam non audierit excōmunicandus. & per consequens ista potestas ex ordinatione Christi ad quecunq̄ peccata mortalia saltem notoria extenditur / & meo iudicio multū ponderanda est illa auctoritas. ¶Tertio arguitur / quia Paulus excommunicauit fornicarium publicum. prime ad corinthios quinto. & in eodē capitulo dicit si quis nominetur inter vos fornicator/aut auarus/aut idolis seruiens/aut maledicus / aut ebriosus / aut rapax / cum huiusmodi : nec cibum sumere. ¶Quarto arguitur ex ratione quam sumit Durandus ad hoc probandum. & etiam ea vtitur sanctus Thomas in libro de regimine principum. Cuius est considerare finem eius: est iudicare de his que debent ordinari ad finem/quia ratio eorum que ordinantur ad finem sumitur ex fine. debet enim intendēs aliquem bonum finem eligere ea que sunt congrua fini/ & tollere ea que finem impediunt: verbi gratia medicus considerat sanitatem corporis/& suum est considerare de his que conseruant sanitatem/& de his que impediunt:sed omnes actiones humane debent ordinari ad consequendam vitā eternam. cuius ergo vel quorum est cōsiderare de salute anime & de spiritualibus eorum est iudicare de quibuscūq̄ actionibus per quas deuiant aut deuiare possunt a salute sua circa quamcunq̄ materiam. & istius sententie est Carlerius in tractatu quem compilauit contra quosdam errātes in materia clauium vltimo correlario: vbi dicit q̄ extenditur clauis ecclesiastica ad cogendū pure laicū ad soluendū debitū vel cedēdū bonis. ¶Segtur correlarie ex dictis q̄ ex

tenditur hec potestas ad cognoscēdū eum qui vendidit vltra iustum precīū q̄is non vltra dimidiū iusti precij vt restituat. Quis dubitat talem venditorem esse obligatum ad restituendum:& sic non restituēdo peccat in fratrem,& per consequens cū eo procedendum est secundum preceptum euangelicum:si peccauerit in te frater tuus preallegatum. ¶Istud correlarium est de mente Panormitani in capitulo. in ciuitate de vsuris vbi dicit. Potest compelli clericus ad restituēdum id quod habet vltra iustum precium in foro contentioso. & statim subdit idem puto de laicis saltem i foro ecclesiastico. & ibi loquitur de eo qui habet vltra iustum precium sed citra dimidium iusti precij: vt satis patet legendo. Et si contra ista dicat aliqs:sequeretur quēlibet peccare qui conueniret proximum coram iudice laico de actione in qua consistit peccatum mortale. Consequentia tenet / quia quilibet talis contrauenit huic precepto : si peccauerit in te frater tuus. ¶Secūdo sic/correlarium illatum in fine est contra capitulum. Cum dilecti de emptione & venditione in quo videtur dici emptionem minus iusto precio tenere dūmodo non sit minor dimidio iusti precij. Ad primum negatur sequela. dico enim quālibet partem illius precepti si peccauerit in te frater tuus (Continet enim tria partialia precepta)eē precepti affirmatiui: & obligat solum pro tempore pro quo nō potest aliter retrahi frater a peccato:& sic si possit retrahere per conuentionem coram iudice laico pure laicum nō obligatur pro tunc ecclesie denunciare. Propterea ecclesiasticus non debet attentare vsum huius potestatis in pure laicū pro peccato ciuili quādo iudex laicus est paratus exercere suā potestatem in illum ne videatur hec potestas introducta esse in grauamen principum laicorum. Sed quādo deest laicus iudex aut si non desit non potest/aut si possit non vult ex precepto Christi ad potestatem ecclesiasticam recurrendum est. Ad secūdum dicitur q̄ in illo capitulo nō dicitur emptionē citra iustum precium: sed supra dimidium iusti precij esse validam:& non esse cogendum emptorem ad supplēdum iustum precium sed solum dicitur emptionem citra dimidium iusti precij esse rescindendā aut emptorem cogendum esse ad supplendum iustum precium :ex quo non sequitur q̄ si sit supra dimidium iusti precij non sit cogendus. Notandum est tamen q̄ hac potestate non est vtendum in aliquam personam nisi tribus istis cō currentibus quemadmodū optime deducit Carlerius in tractatu de punitione criminum publicorum ecclesiasticorum contra boemos. Primum est iurisdictio. Secūdum est conuictio. Tertium pax salua. & istud tertium satis patet ex parabola saluatoris Mathei decimotertio de zizania & frumento.

¶Sextum capitulum in quo ostenditur quibus immediate sit collata suprema potestas ecclesiastica a Christo.

CONSEQVENTER VIDENdum est quibus sit immediate collata hec potestas ecclesiastica. & sit prima propositio. Immediate a Christo collata est petro primo summo pōtifici. probatur primo:quia Mathei decimosexto postq̄ Petrus Christo scisciranti vos autem quem me esse dicitis respondera-
rat:tu es Christus filius dei viui : aliquibus interpositis dicit ei Christus/ dabo tibi claues regni celorum:quodcunq̄ ligaueris super terram erit ligatum & in celis:& quodcunq̄ solueris super terram erit solutum & in celis. ergo Christus cum fidelis sit & seipsum negare non possit aliquando contulit claues regni celorū beato Petro:inter quas ponitur potestas illa coherciua. ¶Secundo patet/quia a Christo dictum est beato Petro. Pasce oues meas/pasce agnos meos Ioannis vltimo. super quibus verbis dicit glo. ord. pascere est Credentes ne deficiant confortare / terrena subsidia si necesse est prouidere/exempla virtutum prebere: aduersarijs obsistere: peccantes corrigere. & istud vltimum notum est ad hanc coher

ciuam potestatem spectat. & in hoc cõue niunt satis singuli docto res dicentes Chri stum tunc eum fecisse suũ generalẽ vicariũ: & ad hoc adducũt innumeras auctoritates ¶Secunda propositio: Christus hanc po testatem imediate contulit ecclesie: capien dõ ecclesiam pro collatione omnium fide lium siue pro collatione omnium prelato rum maiorum & minorum qui succedunt apostolis & discipulis/siue pro cõcilio ge nerali ecclesiam representãte. Probatur per illud Christi Mathei decimooctauo preal legatum. Si peccauerit in te frater tuus &c. vbi precipit Christus nolentem corrigi ad fraternam correctionem denũciare ecclesie: & si ecclesie monitioni non obtemperet ex communicandum: & dat ecclesie auctorita tem excommunicandi dicens quecũq; liga ueritis &c. & quod de ecclesia prout ẽ plu rium collectio intelligatur. Patet / ex eo q̃ postq̃ dixit dic ecclesie & si non audierit ec clesiam sit tibi sicut ethnicus & publicanus Statim subiunxit pluraliter/quecunq; liga ueritis super terram &c. ergo non capit ibi ecclesiã pro vnico suppositio: sed pro pluri bus. & q̃ non intelligat de ligatione & so lutione in foro secreto & penitentiali: vt di cit de Palude in suo tractatu de ista materia manifeste patet ex precedentibus. Nam in foro secreto nullus debet peccatum alteri us deferre seu reuelare nisi quando esset pec cati proprij circũstantia mutans speciem & non posset proprium confiteri sine reuela tione alieni. Sed Christus iniungit ibi alie num peccatum deferri & reuelari: & eũ cu ius est peccatũ ligari aut solui: ergo loqui tur de ligatione & solutione in foro publi co & exteriori. Secũdo probatur per illud quod scribitur actuum decimoquinto. in quo capitulo narratur quomodo in conci lio apostolorum & seniorũ proposita fuit questio de cessatione legaliũ: & an conuer si ex gentibus circũcidendi essent. Placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis: & mittere antiochiam cum Paulo & Barnaba: Iudam qui cogno minabatur barsabas & Sylã. Viros primos in fratribus scribentes per manus eorum a postoli & seniores fratres &c. & aliquibus interpositis subiũgitur conclusio illius cõ cilij. Visum est spiritui sancto & nobis ni chil imponere vltra vobis oneris q̃ hec ne cessaria: vt abstineatis vos ab immolatis si mulacrorum: & sanguine suffocato: & for nicatione. Vbi non dicitur Petrum hoc im posuisse quis esset presens/sed totũ aposto lorum & seniorum concilium: ergo penes ecclesiam est potestas statuendi seu precipi endi que ad potestatẽ iurisditionis spectat. Tertio probatur auctoritate Gregorij que ponitur in capitulo sicut sancti. Sicut sancti euangelij quattuor libri: sic quattuor conci lia suscipere & venerari me fateor: Nicenũ: Constantinopolitanum: Ephesinũ: & Cal cedonẽse. & in fine redditur causa: quia dũ vniuersali sunt cõstituta consensu se & nõ illa destruit q̃squis p̃sumit absoluere quos ligant: aut religare quos absoluunt. Nõ di citur enim quia dum petri aut summi pon tificis consensu constituta sunt: nec dicitur quos summus pontifex ligat: sed quos pa tres ligãt. Ad hoc est capitulum Decreuit octuagesimaoctaua distinctione: vbi dici tur Decreuit sancta synodus: & non dicitur Decreuit summus pontifex: ad denotandũ q̃ auctoritas diffinitiua apud synodum re sidet. & capitulum Nimis de iure iurando: vbi summus pontifex auctoritate sacri con cilij: & non auctoritate ppria/ne clerici per sonis secularibus prestare iuramentũ fidelí tatis cogantur a quibus nil temporale obti nent. Quarto/ecclesia potest elargiri indul gentias quod spectat ad claues fori exterio ris: ergo ecclesia habet illas claues. pbatur antecedens. Dantur indulgentie de thesau ro ecclesie & non de thesauro pape: ergo ec clesia a fortiori potest eas dare q̃ papa. Item potest cõcilium representans ecclesiam cõ dere canones sententie late depositionis & excommunicationis: vt patet de carthagi nensi concilio octauo. vt scribitur in cap. Pla cuit. viij. q. pria. Placuit vt quicũq; ab im

peratore cognitiõem iudiciorũ publicorũ petierit honore ppio priuetur. Itẽ potest aliquem destituere quod est iurisditionis: vt patet per capitulum ex gestis de clericis non residentibus: vbi dicit in synodo Ana stasius cardinalis p̃sbyter tituli beati Mar celli ab omnibus canonice ẽ depositus: eo q̃ parrochiam suã pannos quinq; p̃tra sta tuta deseruit. vbi non dicitur a solo papa depositũ esse. Hanc materiam latissime tra ctat Gofredus de monte electo abbas sancti honorati insule Lirinẽsis in tractatu quem edidit tempore concilij Basiliensis: discur rendo per singulos iurisditionis actus: pu ta per excõmunicatiões/indulgentias/dis pensationes/canonum editiones/ & sic de alijs que ibidem latissime poteris videre. Ex his omnibus sequitur correlarie confor miter ad Ioãnem de Iarsono q̃ per hec ver ba: dic ecclesie/ data est ecclesie & concilio generali cognoscendi potestas. & per ver ba sequẽtia/si nõ audierit ecclesiam &c. da ta est cognitione preuia sententiandi pote stas: & nõ optẽperantes sentẽtie pena mul ctandi. & per verba sequentia: quecunq; li gaueritis &c. Data est primo ecclesie pote stas aliquẽ ligandi excõmunicatione: & ab eadem soluendi. Data est secũdo potestas aliquem ligandi statuto seu p̃cepto cui obe dire tenetur quilibet pro rationabili causa: & pro simili causa eum soluendi ab eodem precepto: & ibi fundatur potestas dispen sandi. Data est tertio potestas aliquem li gandi ad penam temporalem pro crimine & ab eadem pro rationabili causa soluendi per indulgentiarum largitionem. Data est quarto potestas aliquem alligandi anima rum cure quam si sumpserit iuxta dictum sa pientis in prouerbijs. Illaqueatus est verbis oris sui: & captus proprijs sermonibus: & eundem pro rationabili causa ab eadem cu ra soluendi: vt infra magis declarabitur. & sequitur iterum q̃ in ecclesia est potestas le gislatiua contra Thomam deuio suo duo decimo capitulo. & istud deducetur infra magis. De potestate immediate data apo stolis loquẽdo semper de ista potestate iu risditionis pro nunc omitto.

¶Septimum capitulum in quo com paratur potestas iurisditionis data ecclesie ad Petrum siue summos pontifices succes sores quantum ad maioritatem.

VIDENDVM EST CONSE quẽter ex quo in ecclesia est pote stas iurisditionis ecclesiastica. Si militer & in summo pontifice ex Christi collatione immediata quomodo se habet ecclesia ad summum pontificem quã tum ad hãc potestatem. Vtrum in propor tione equalitatis/aut in proportione maio ris inequalitatis: vel in proportione mino ris inequalitatis. & est materia huius tracta tus principaliter intenta. ¶Pro qua mate ria supponendum est q̃ de ratione maioris potestatis multa sũt. Primum/a minori ad maiorem est appellatio. Secũdum/ consti tutus in maiore potest iudicare constitutũ in minore. Tertium/potest vsum minoris potestatis limitare: & quasdam constituere leges secundum quas tenebitur minor pro cedere. Quartum/potest cõstitutum in mi nori potestate ea priuare exigente delicto. ¶Secundo supponendum est/ q̃ quando comparo ecclesiam seu concilium ad sum mum pontificem indifferenter intelligo de ecclesia seu concilio eum representante nõ incluso summo pontifice. vt puta quia nõ est aut si sit non potest comparere: quia est detẽtus apud infideles captiuus. aut si pos sit/cõtumaciter non vult/sufficienter voca tus. ¶Istis suppositis pono hãc ppositio nem contra magistrum Thomam decimo septimo capitulo sui tractatus. ecclesia siue cõcilium generale est in hac potestate sum mo pontifice superior: & q̃is ista proposi tio sit per sacra concilia Constanciense/ & Basiliense determinata/ita q̃ sicut sacrum euangelium foret veneranda/ quia tamen illa concilia pro tempore determinatiõis nullius existimat vigoris: contra eum pro cedã alia via. Primo/ostendendo hãc pro põnẽ nõ eẽ fictionẽ nouã: vt dicit ille doc.

sed antiquam doctorum sententiam. Augustinus in epistola ad glorium elensium felicem grammaticum que est inter epistolas centesimasexagesimasecunda cõmemorat de dispositione Ceciliani carthaginẽsis episcopi ab episcopis africanis iniuste facta qui videntes orbem communicare cum Ceciliano & non cum eo quem instituerant: necnon a transmarinis ecclesijs que in ordine ad nos sunt citra marine communicatorias litteras transmitti elegerũt dicit Augustinus vt fertur propter duas causas agere causam cum Ceciliano apud Melciadem episcopum romanum: & trasnmarinos episcopos parati ad vtrũq; vt si eum potuissẽt quacunq; versutia false criminationis euincere satiarẽt plenissime cupiditatem suam: si autem non possent in eadem quidem peruersitate durarent: sed iam tamen quasi haberent quod dicerẽt malos iudices sese pessos que vox est omnium malorum litigatorum cum etiam manifestissima veritate superati statim subdit ad propositũ quasi non eis ad hoc dici posset/& iustissime dici. ecce putemus illos episcopos qui rome iudicarunt non bonos iudices fuisse/restabat adhuc plenarium ecclesie vniuersale cõcilium vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari vt si male iudicasse conuicti essent eorum sententie soluerentur. Ex quibus verbis manifeste sequuntur duo. Primum/ q̃ nõ solum a sententia summi pontificis verũetiam a sententia summi potificis & concilij particularis ad vniuersale cõcilium appellari potest. Secundum est/ q̃ ab vniuersali concilio sententia summi põtificis cum cõcilio particulari solui potest. legat igitur & perlegat/ & iterum relegat illam epistolam: & non dicet fictionem esse nouam Ioannis de iarsono: sed antiquam Augustini veritatem. Secundo probatur. Nam in octauo concilio canone vicesimo primo qui incipit Dominicum sermonem cuius pars habetur vicesima secunda distinctione capitulo diffinimus. dicitur vniuersalis synodus cum conuenienti reuerentia quãlibet questionem de romanorum sede exortam audire tenetur/& i ea proficere nõ tamen audacter sententiam in Romanum pontificem dicere: ecce q̃ licet omnem que stionem de romana sede diffinire habeat/ id tamen cum reuerentia propter eius primatiam facere debet: & hoc notissimum est ad maiorem spectat potestatem.

¶ Tertio arguitur auctoritate Damasi pape que ponitur inter epistolas Ambrosij/ epistola septuagesimasecunda/in libris impressis. lxxix. deputatia concilio Capuensi ad cognoscendum de Bonoso episcopo in aliquibus accusato sententiam scisitati sunt a Damaso papa ex concilio Ambrosij vt patet epistola septuagesimaprima. Respondet Damasus: sed cum huiusmodi fuerit consilij Capuensis iudicium vt finitimi Bonoso episcopo atq; eius accusatoribus iudices tribuerentur: & precipue macedones qui cum episcopo Thessalonicensi de eius factis cognoscerẽt. Aduertimus q̃ nobis iudicandi forma competere non posset Nam si integra esset hodie synodus recte de his que vestrorum scriptorum comprehendit series decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium sententiam ferre de omnibus/nec refugiendi aut elabendi accusatoribus vel accusato copiam dare: vicem enim synodi recepistis quos ad examinandum synodus elegit. Ecce q̃ Damasus papa dicit se non posse de illa causa cognoscere de qua posset: si synodus adhuc esset integra. i. non cõmisisset alijs iudiciũ: & q̃ illa verba non sint Ambrosij: patet ex sequẽtibus. subditur enim deinde cum episcopus Bonosus post iudicium misisset ad fratrem nostrũ Ambrosium interdictam sibi ecclesiam: & rumpere atq; ingredi. Responsum est ei q̃ nichil temerandum foret/ neq; contra vestram sententiã tãtum aliqd vt quod videretur vobis iusticie conuenire statueritis quibus hanc synodus dederat auctoritatem/hoc de se nõ dixisset Ambro. Segtur iterũ ideo primũ est vt ij iudicẽt/ q̃ bus iudicãdi data ẽ facultas. vos enĩ vt scripsimus totius synodi vice dei decernitis. Nos quasi ex synodi auctoritate iudicare nõ cõuenit. Ex his manifeste patet Damasum papam non solum confessum concilium esse eo superiorem in iudicando: sed & deputatos p̃ciliũ in ea causa in qua deputati sunt.

¶ Quarto arguitur. Contulit dominus claues Petro summo pontifici vt signo & figure ecclesie: ergo per amplius & magis cõtulit ecclesie. probatur antecedens per Augustinum super Ioãnem. & ponitur. xxiij. q. j. c. quocunq;. Petrus quando claues accepit ecclesiam sanctam significauit. nec valet dicere sicut dicit Thomas de vio q̃ hoc est intelligendum ad istum sensum q̃ non solum persone petri: sed officio suo in eternum duraturo collate sunt claues. & quia officium petri est officium capitis: quod habet influere in corpus. Reliquum ideo officio capitali data/toto corpori data dicũtur & sunt. Sed probo q̃ non ad illum sensum dicit Augustinus claues datas esse ecclesie: quia hoc modo clanes esse datas ecclesie eẽt eas datas esse propter ecclesiam finaliter/& non ei datas eẽ formaliter. quod manifeste est cõtra Augustinum dicentem in eodem capitulo. Si hoc tantum petro dictum est: puta Quodcunq; ligaueris. &c. non hoc facit ecclesia vbi pro incõueniẽti infert istud consequens/q̃ ecclesia non ligat quod nõ soluit. Item idem Augustinus super Ioannem super illo verbo Tu vocaberis cephas mutauit ei nomen & fecit de Symone petrũ Petrus autem a petra. Petra autem ecclesia ergo in petri nomine figurata est ecclesia: etiam ad istum sensum q̃ petrus & quilibet eius successor vtitur clauibus vice ecclesie vniuersalis quam significat: sicut rex quilibet vice cõmunitatis exercet iurisditionis actus/ita q̃ summus pontifex excommunicat: confert beneficia similiter/& indulgentias. & sic de alijs actibus ecclesiastice prãtis auctoritate totius ecclesie: & istud rationabile est ex eo q̃ suffragia q̃bus priuatur excommunicatus sunt ecclesie & non summi pontificis. Hinc prelati dicuntur nomine ecclesie & non proprio illa auferre. Erit igitur totius ecclesie aliquem posse illorum participatione priuare. Hinc dicit quidam doctor Paulum noluisse excõmunicare publicum fornicarium: vt patet prime ad Corinthios quinto. Nisi corinthijs congregatis. vnde sic dicitur. Ego quidem absens corpore presens autem spiritu iam iudicaui vt presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi: congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi sathane in interitum carnis. &c. & ita concedendum est quemadmodum deus condens humanum genus indidit ei naturalẽ potestatem iurisditionis ad finem naturalem: & nõ alicui supposito regulariter: sed a communitate particularibus suppositis est communicata qui sunt cõmunitatis ministri in exercitio illius iurisditionis: vt patet in primo capitulo. Ita Christus regenerans ecclesiam ad finem supernaturalem ei istam potestatem posituam ad illum finẽ communicauit/que posset & etiã teneretur cum non semper possit esse congregata alicui supposito cõmunicare qui vt minister ecclesie hanc potestatẽ exerceret: & sicut cõmunitatem aliquando deus preuenit alicui supposito ciuilem potestatem cõmunicãs: vt Moysi super populum israel: ita & ecclesiam preuenit posituã ecclesiasticã potestatem cõmunicando Petro: vt vice ecclesie eã exerceret quam ecclesia ei potuisset cõmunicare/cum prius esset a Christo instituta/& ecclesie collata/vt infra patebit. ¶ Quinto arguitur. Si eẽt ita pape collata potestas super totam ecclesiam q̃ quis eam exerceret i destructionem ecclesie: & non in edificationem: & esset toti ecclesie pernitiosus quãtum ad consecutionem finis non posset a tota ecclesia puniri primo/ politia ecclesiastica non esset ita bene ordinata sicut politia ciuilis: quia contra bonam ordinationem politie ciuilis foret nõ posse membrũ auferre: cuius cõuersatio in eius destructionem cederet. Secundo hoc esset in detrimẽ-

tum ipsiusmet pape: esset enim miser abi-
lior omnibus hominibus: si a malo com-
pesci nō posset. ¶Sexto/papa est vniuersa-
lis ecclesie filius: ergo ei subiectus. & antece-
dens patet ex Ambrosio in libro de simbo-
lo. Non habebit ibi deum patrem qui no-
luit ibi habere ecclesiam matrem. Cauendū
est ergo summo pontifici ne ecclesie dene-
get obedientiam. stultus enim homo des-
picit matrem suam: & filius stultus mestícia
est matri sue. prouerbiorum decimo.
¶Septimo arguit. si sint duo ptendētes de
papatu ecclesia vniuersalis siue concilium
eam representans est eorum iudex. ergo in
vtrūq; habet iurisditionem & superioritā-
tem. consequentia tenet: nullus est enim al-
terius ordinarius iudex: quin sit in iurisdi-
tione eo superior. & antecedens patet ma-
nifeste. patet ex capitulo si duo. lxxix. distī.
Et istius sententie scilicet q; ecclesia siue cō-
cilium generale eam representans sit in iuris
ditiō e maior summo pontifice fuit beatus
Hieronymus dicens. Si autem auctoritas
quereretur orbis maior es vrbe: nec aliqd
habet apparentie solutio fratris Thome de
vio dicentis Hieronymum loqui de maio
ritate meritorum. nam non dicit Hierony
mus. Si merita querantur. sed si auctoritas.
& sic de maioritate potestatis & nō merito
rum loquitur. Hanc superioritatem reco-
gnoscens Nicolaus papa scribit Lotorio re
gi: nisi vitet contubernium pellicis sue que
erat excommunicata adhibitis duobus vel
tribus testibus sancte denunciaret ecclesie.
& sic fieret sicut ethnicus & publicanus. vn
decima questione tertia. capitulo precipue
Et certum est q; non dicebat denunciaturū
sibimet. Hanc etiam superioritatem reco-
gnouit Symachus papa: qui cum a quibus-
dam accusaretur auctoritate sua concilium
congregauit: a quo inter ipsum & accusa-
tores ferretur sententia decima septima di-
stinctione. parapho hinc etiam. Ad hanc
veritatem corroborandam etiam adduci
posset quod scribitur actuum octauo. q; ap
postoli qui erant hierosolymis cum audis-
sent quia recepisset samaria verbum dei: mi
serūt ad eos Petrum & Ioannem: & per cō-
sequens illa cōgregatio apostolorum erat
Petro maior: iuxta illud quod scribitur in
Luca septimo capitulo. Nam & ego ho-
mo sum sub potestate pstitutus habēs sub
me milites & dico huic vade: & vadit. &
alio veni/& venit. & seruo meo fac hoc: &
facit. nec valet solutio Thome de vio dicen
tis vndecimo capitulo sui tractatus. Ex hoc
non sequi aliquo modo inferioritatem Pe
tri. Nam spiritussanctus missus est a filio/
iuxta illud Ioannis decimo sexto. Quē ego
mittam vobis: & tamen non est subiectus
& statim subdit idē frater male theologus.
est qui ex missum esse infert subditum esse:
nam ista consequentia est optima. Spiritus
sanctus mittitur a filio. ergo est a filio vel
eo inferior: & sic oportet q; fateatur q; Pe
trus sit ab ecclesia. Similiter nec potest ratio
nabiliter dici q; Petrus fuit missus consilio
& non precepto cum nou fuerit missus so-
lus: sed Ioannes cum eo: & tot sunt testimo
nia de ista superioritate ecclesie / & consi
lij ad summum pontificem preterdetermi-
nationes cōciliorum Constantiensis & Ba
siliensis: in qua blasphemo ore lacessit idē
frater. Similiter est tanta ratiōabilitas in lu
mine naturali si bene consideretur iurisdi
tionū finis. nō sunt eni iurisditiōes posses
siones pticulares vt nemo sane mētis de ea
supioritate dubitaret: sed inimicus hō qui
non cessat in agro dominico per se & suos
ministros seminare zizania cognoscens ec-
clesiam non posse in capite & in mēbris ali
ter reformari/q; per consilium induxit adu
latores quosdam qui plus querunt homini
bus q; deo placere: & plus que sua sunt q; Ie
su christi: in hunc errorem pernicios issimū
ecclesie. s. q; summus pontifex ei non ē sub
iectus. Si enim singula beneficia vēdat/aut
sacrilegis & pernicios issimis personis distri
buat: aut nitatur ecclesiam omnimodo de-
struere: non erit via ad resistēdum ei: nisi ec
clesia sit eo superior. Et ex propositiōe ista
probata meo iudicio sufficiēter / probāda

tamen inferius descendendo ad particula-
res actus iurisditionis: infertur. Primo q; fal
sa est glosa in capitulo Cum ex illo de tranf
lationibus episcoporum dicēs illa que his
versibus continentur ad solum papam pti-
nere: si excludat consilium. Restituit pa-
pa solus deponit & ipse diuidit ac vnit exi
mit atq; probat Articulos soluit/synodūq;
facit generalem Trāsfert & mutat appellat
ab illo nullus. Sequitur secundo q; papa ex
vna parte sumptus non est maioris potesta
tis q; totum residuum ecclesie ex altera par
te: nec equalis cum aggregato ex ipso & to
to residuo: & ita dicam de consilio vniuer
sali legitime congregato: siue papa sit siue
non. & istud correlarium est de directo cō-
tra Thomam de vio. sexto & septimo capi
tulis per totum: in sexto capitulo pouit q;
concilium auctoritatis est maioris auctoritatis q; papa ipse.
Istud correlarium patet prio ex illo quod
habet glosa in capitulo legimus. lxxxiij.
distinctione/statuta consilij generalis pre-
iudicant statutis pape/si contradicant. Hic
q; is Leo papa reclamauerit contra consti-
tutionem calcedonensis consilii q; constan
tina sedes precederet alexandrinam preua-
luit. constitutio concilij reclamationi Leo
nis per capitulum Antiqua de priuilegiis.
& xxij. distinctione. Renouantes. & istud
optime deducit Nicolaus de cusa. Hinc eti
am fit q; consuetudo generalis ecclesie que
vnanimi consensu introducitur statutū pō
tificale abrogat. Secundo probatur idē cor
relarium & q; tum ad primā: si summus pō-
tifex habeat iurisditionem super totum resi
duum ab ipso cathegoreumatice: ergo po-
terit in illud totum etiam inuitum aliquem
actum iurisditionis exercere. consequentia
patet: quia potestas iuriditionis fori exteri
oris inuitū exerceri potest. & falsitas con
sequentis probatur. non potest illud totū
cathegoreumatice excommunicare/aut in-
terdicere vt notum est: nec ad aliquid ipso
renitēte obligare: vt patet per illud Augu-
stini/Leges instituūtur cum promulgant/
firmantur cum moribus vtentium appro-
bantur. distinctione quarta. capitulo i istis.
& in eodem capitulo probatur illud exem
plo de edicto Thelesphori pape quo decre
uit q; clerici generaliter ieiunarent a quin-
quagesima/& non potest dari alter actus iu
risditiōnis quem in totum illud residuū etiā
inuitum exercere possit. igitur. Sequitur ter
tio q; ecclesiastica potestas est prius tempo-
re in ecclesia q; fuerit in aliquo summo pon
tifice. probatur. fuit instituta ecclesiastica
potestas Mathei. xviij. & ecclesie collata vt
ex antedictis satis haberi potest. Et hoc po
nit Iohannes de Gersono consideratione
quarta sui tractatus de ecclesiastica potestate:
sed tunc nullus erat adhuc summus ponti-
fex: nec fuit vsq; post resurrectionem cū di-
ctum est Petro Iohannis vltio. Pasce oues
meas. ergo prius tempore fuit in ecclesia ec
clesiastica potestas q; in summo pontifice:
sicut supradictum est prius in populo fuit
potestas ciuilis coherciua. immo est in eo
naturalius q; i rege. Et ex isto correlario seq
tur aliud q; quis Christus non instituisset
petrum summum pōtificem hoc potuisset
facere ecclesie: & istud correlariū est expres
se Henrici de hassia/prout repperi in quo-
dam extracto ex opusculis eius. patet istud
correlarium: quia cum illa ecclesiastica po-
testas fuerit prius in sua plenitudie in eccle
sia / ecclesia potuisset alicui committere a
quo non potuisset eam auferre/nisi p causa
rationabili: quemadmodum populus ciui
lem commisit regi: ergo ecclesia potuisset
aliquem instituere summum pontificem.
probatur secundo & apparenter meo iudi
cio idem correlarium cū potestas pape ele-
ctiua fuerit in ecclesia mortuo petro/& nō
a Petro vt infra probabitur: ergo a Christo/
sed non potest reperiri quādo fuerit a Chri
sto collata ecclesie nisi Mathei. xviij. nam
cum dictū est Petro pasce oues meas: nihil
ecclesie: sed soli Petro collatum est: ergo in
ecclesia fuit potestas electiua pape antēq; pe
trus fuerit papa: & sic cum maiori apparen-
tia dicetur christum cum fecit petrum sum-

mum pontificem preueniſſe eccleſiã. & id ex gratia petro contuliſſe q̃ eccleſia potuiſſet ordinare ex Chriſti inſtitutione q̃ q̃ preuenerit petrum dando apoſtolis ordis poteſtatem iuxta fantaſiam fratris Thome de vio in tertio capitulo.

¶Octauum capitulum in quo ponuntur obiectiones aduerſariorũ.

Ppoſitum propoſitiois probate in priori capitulo nituntur veritatis inimici multis ratõnibus ſuadere. ¶Primo/papa eſt caput eccleſie vniuerſalis & non ſolum ſingulorũ membrorum/quod monſtratur prio ex auctoritate ipſius Conſtantientis cõcilij ante & poſt electionem martini quinti vbi damnatur propoſitio illa Iohannis hus Petrus nec eſt nec fuit caput eccleſie ſancte catholice: & illa altera non eſt ſcintilla apparentie q̃ oportet eſſe vnum caput in ſpũalibus regens eccleſiam q̃nod ſemper cum ipſa eccleſia militante conuerſetur. Hic expreſſe dãnatur q̃ petrus non fuit caput catholice eccleſie. Catholicum enim idem eſt q̃ vniuerſale: & ad hoc eſt Hieronymus in libro de ortu & obitu ſanctorum in nouo teſtamẽto Petrus inquit in Chriſti eccleſia firmamẽtum eſt cephas corporis Chriſti pricipatus & caput eſt. Et hanc rationẽ deducit de vio ſuo ſexto capitulo. ¶Secũdo/ſoli petro dictum eſt. Paſce oues meas. In hoc Chriſtus inſtituit regimẽ eccleſie monarchicũ: & ſi ridiculoſa illa reſponſio detur q̃ Chriſtus dixit petro Paſce oues: non eccleſiam meam. quaſi fecerit eum paſtorem ſingulariũ ouium: non ipſius eccleſie q̃ ſignificat totũ conſurgens ex omnibus ouibus manifeſte excluditur hoc ex eo q̃ in oratiõe dicitur / deus omnium fidelium paſtor & rector famulum tuum. N. quem paſtorem eccleſie tue preeſſe voluiſti. & in conſilio Lugdunenſi de electione libro. vj. capitulo. Vbi periculum. Papa rector vniuerſalis eccleſie & gregis dominici director dicit: vbi patet q̃ reſpectu eccleſie & gregis que collectiones ſignificant: & non ſolum reſpectu particularium perſonarũ/paſtor/rector/ & director eſt papa. Amplius iohannis decio ſaluator inquit. Alias oues habeo &c. & ſubdit. Fiet vnum ouile & vnus paſtor. certum eſt q̃ ouile ſignificat vnum continens oues: & ex hac auctoritate arguitur ſic. Eccleſia vt vna ex iudeis & gentilibus eſt ouile. & petrus cui dictum eſt. Paſce oues meas: eſt paſtor illius ouilis. ergo eccleſia vt vna non eſt ſupra papam: ſed ſub eo vt ouile ſub paſtore. Et confirmatur/quia eccleſia ſeu concilium diſtinctum ſupra papam: aut eſt oues/ aut ouile/aut paſtor. non oues: quia ex vtriſq; ouibus ouile vnum conſtituendũ dicit dominus. non paſtor: quia cũ petrus ſit vnus paſtor eccleſie. vt monſtratum eſt: & eccleſie eſſet alius paſtor/eſſent duo paſtores cõtra dominum dicentem. Fiet vnus paſtor: ergo ouile: & cum non ſit ouile nullius paſtoris eſt ouile vnum vnius paſtoris qui eſt dominici gregis rector & director.

¶Tertio arguitur. Non minus papa eſt epiſcopus eccleſie catholice q̃ quilibet epus ſue eccleſie: ſed quilibet epiſcopus ẽ epiſcopus ſingularum perſonarum & totius collectionis earum in vnam communitatem: ergo & papa. Et confirmatur: quia cum eccleſia ſit nomẽ collectiuum & ſignificet collectionem fidelium: vt dicitur de conſecratione diſtinctione prima. capitulo eccleſia. Et epiſcopus dicatus epiſcopus eccleſie talis oportet vt primo ſit epiſcopus ipſius eccleſie & ſecundario ſingularum perſonarũ ac per hoc papa qui intitulatur epiſcopus eccleſie catholice & non illorum aut omnium chriſtianorum eſt primo epiſcopus eccleſie catholice & ſecundario membrorum eius. & quando dicitur eſt epiſcopus eccleſie catholice eſt diſtributio accommoda ſicut quando dicitur celum tegit omnia.

¶Quarto arguitur. Papa habet ſupmã poteſtatem in eccleſia dei: ergo non ſubeſt eccleſie. antecedens patet ex condẽnatione iam dicta in conſilio conſtantiẽſi per Martinum quintum: vbi de papa loquendo dicitur habens ſupremam poteſtatem i eccleſia dei. cõſequentia probat: quia ſupra ſupremam auctoritatem in eccleſia dei nõ poteſt maior intelligi in eadẽ eccleſia dei. Immo ex hoc etiam ſequitur q̃ tam eccleſia q̃ cõcilium pape ſubditur / quia nõ ſunt due ſupreme poteſtates in eccleſia dei. Pricipatuum enim pluralitas cũ ſit mala: vt patet duodecimo metaphiſice A Ieſu Chriſto ſũme bono qui vult eccleſiam ſuam optie diſponi eſſe non poteſt. Et confirmatur hoc auctoritate innocentij tertij. in cõcilio generali capitulo cum ex eo de penitentijs & remiſſionibus: vbi dicitur q̃ romanus pontifex pleitudinem detinet poteſtatis. Multa alia capitula ad hoc adduci poſſunt.

¶Quinto arguitur. Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti & apoſtolorum. ergo nullam habet in terris poteſtatem priorem ſe: antecedens patet in eadem condẽnatione articulorum a martino quinto in concilio conſtantienſi. conſequentia patet/quia proximo & immediato nichil ẽ propinquius & imediatius. & ex hoc patet primo q̃ erroneũ eſt dicere q̃ eccleſia vt diſtinguitur contra papam habet immediatã auctoritatem a Chriſto ſupra papam / ſic ei eccleſia non papa eſſet imediata vicaria chriſti: ipoſſibile eſt enim duo ſubordiata ambo eque proxima & immediata chriſto. Cõfirmatur auctoritate thome dicentis in tractatu contra errores grecorũ capitulo ſexageſimo ſexto/Chriſti vicarius ſuo primatu & prouidentia vniuerſalem eccleſiam tanq̃ fidelis miniſter chriſto ſubiectam ſeruat: & oppoſitum ſentire dicit erroneũ. Et iſte ſunt rationes in quibus principaliter predictus frater Thomas de vio fundat ſe.

¶Sexto arguitur multis auctoritatibus in capitulo ſignificaſti de electione: dicitur q̃ concilia generalia recipiunt auctoritatẽ a papa. ergo non ſunt ſupra papam/cũ nemini poſſit papa dare poteſtatem cohercituam ſupra ſe. Poteſt enim alicui committere: vt eum abſoluat a peccatis ſed non põt

ſe alicui ſubijcere qui eum liget aut abſoluat vinculo excõmunicatõnis: vt dicit thomas in quarto. Item in capitulo. Ita dominus decimanona diſtinctione. Exquo dominus Ieſus Chriſtus munus poteſtatis clauium: ita ad omnium apoſtolorum officiũ pertinere voluit: vt in beatiſſimo petro apoſtolorum omnium ſummo pricipaliter collocaret: vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua in corpus omne diffunderet. ex q̃ auctoritate patet q̃ nec eccleſia/nec cõciliũ nec quecunq; perſona aliquid poteſt habere de iuriſditione eccleſiaſtica niſi iẽtum ſibi a papa conceditur. Item in ea. nemo. nona queſtione tertia. Nemo iudicabit primã ſedem nec; enim ab auguſto/nec ab omni clero/nec; a regibus/nec; a populo iudex iudicabitur. & in per illo verbo ab omni clero dicitur: q̃ concilium non poteſt iudicare papam vt ſequitur in eadem gloſa. Innumere ſunt alie auctoritates: ſed omnium ſimilis eſt ſolutio. ¶Ad primũ negat Iohannes patriarcha ãtiochenus vir profecto doctiſſimus qui interfuit concilio baſiliẽſi cuius meminit Panormitanus in tractatu quẽ edidit ſuper depoſitione eugenij q̃ Papa ſit caput totius eccleſie cathegoreumatice: etiam loquendo de capite miniſteriali. notum eſt enim de capite principali. Conſiderato inquit q̃ eſſe caput denotat preeminẽtiam & ſuperioritatem quam ſummus pontifex non habet ſuper eccleſiam cum non ſit dominus eccleſie ſed miniſter. Dictũ eſt enim petro a Chriſto. Tu es petrus/& ſuper hãc petram edificabo eccleſiam meam. & nõ ẽ dictum edificabo eccleſiam tuam. maior eſt autem qui recumbit & mior qui miniſtrat iuxta dictum ſaluatoris. Eſt ergo miniſter inferior & non ſuperior domina: reſpectu tamen eccleſiarum particularium eſt caput miniſteriale: quia ratione miniſterij petro commiſſi habet ſuper eas ſuperioritatem. vnde Pelagius papa in capitulo/quis vniuerſe. vicesima prima diſtinctione quis vniuerſe per orbem catholice & apoſtolice cõſtitute ſint eccleſie vnus thalamus Chriſti

Solutio obiectorũ aduerſariorum

sint: tamen sancta romana ecclesia catholica & apostolica nullis sydonicis cõstitutis ceteris ecclesiis prelata est: sed voce dñi &c. in quo non dicit q̃ ecclesia romana est prelata vniuersali ecclesie q̃ est Christi thalamus sed ceteris ecclesijs particulariter considerantis ab eadem romana distinctis. Et ad omnes auctoritates sonantes q̃ sit caput ecclesie respondet q̃ sit distributio pro particularibus ecclesijs & non pro tota. Et conformiter ad eum dicit Nicolaus de cosa vltio capitulo sui secundi tractatus libri eius de concordia ecclesiastica: q̃ constitutus ẽ petrus & summus pontifex quilibet superior singulorum: sed non omnium. Et eodem modo responderent ad secundum argumẽtum in quo probatur q̃ sit pastor vniuersalis ecclesie. & negaretur consequenter q̃ opporteat dicere q̃ sit primo caput & pastor alicuius totius congregationis & secundario personarum singularium. ¶ Secundo respondetur ad argumentum: q̃uis concedatur petrum aut summum põtificem quẽcunq̃ esse caput totius ecclesie vniuersalis ministeriale/non oportet tamen omnẽ proprietatẽ capitis proprie dicti reperiri i isto capite similitudinario. & hoc precipue cũ ecclesia tota nõ dicatur corpus petri: sed solum Christi corpus. vt patet ad romanos duodecimo: vbi dicitur multi vnũ corpus sumus in Christo. & sic vt dicatur totius ecclesie caput non oportet q̃ sit toto residuo in auctoritate superior: saltem si sit in vnum congregatum per se aut suos legatos principales partes representantes. sed ufficit q̃ i quodlibet partiale membrum superioritatem habeat & iurisditionem exercere possit per totum illud corpus dispersum vt regulariter est. Et dicitur vlterius q̃ dicit pastor totius ecclesie vniuersalis quantum ad administrationem pabuli spiritualis verbi dei & sacramentorum. illa enim per concilium non exercetur sicut actus iurisdici: sed per singulares personas. & q̃ ista duo argumenta non debeãt mouere &c. patet: nam quãuis rex dicatur caput regni in ciuilibus non est tamen concedendum q̃ sit (regno congregato) superior in ciuilibus.

¶ Pariformiter de papa in ordine ad ecclesiam dicendum est. Et ista argumenta parua motiua sunt ad inferendum q̃ sit error itolerabilis dicere q̃ concilium sit supra papã Immo oppositum ẽ error totius ecclesie destructiuus & ecclesie sponse Christi pernicio sissimus. nec sequitur vt infert idem q̃ regimen ecclesie sit aristocraticum seu populare/in quo tota auctoritas apud vnum resident. nam non dicitur regimẽ regale i quo sit vnicus toto residuo superior: quia tunc non esset in ciuilibus regimen aliquod regale: sed quia est vnicus quolibet altero superior q̃ totius populi vices gerit cui data ẽ potestas exercendi actus iurisditionis regulariter existentis in populo vice populi qui regulariter congregari non potest: vt ex antedictis constat satis. Et per ista facile soluũ potest confirmatio secundi argumẽti q̃ ecclesia distincta contra papã est ouile & oues christi. nam dictũ est petro: pasce oues meas & non tuas. Et illi ouili data ẽ a Christo potestas vnũquodq̃ membrum arcẽdi ad legem ecclesiasticam: que quia regulariter exerceri non potest: per totum communicauit eam Christus vni supposito vice totius relinquens ecclesie exemplum quo nam pacto ipsa facere deberet in posterum: & ille dici potest pastor totius residui modo supra dicto. ¶ Ad tertium i quo arguitur de episcopo particulari dicitur q̃uis concedatur episcopum particularem tõta sua diocesi in potestate ecclesiastica maior/non põt ex hoc inferri de episcopo vniuersali. & ratio quia episcopus particularis non solum gerit vices sue diocesis in ordine ad populum sibi commissum: sed totius ecclesie vniuersalis in ordie ad populum: alias nõ posset aliquem simpliciter excommunicare vt bene arguit Scotus in quarto. Secundo dicitur q̃ ecclesia particularis cui preficitur diocesanus aliquis habet superiorem cõmunem sibi & suo diocesano in terris. Propterea bene cõceditur papam esse superiorem

sua diocesi particulariter sibi commissa distincta cõtra ipsum. ¶ Ad quartum dicitur primo quãdo dicitur/papa habet summã potestatem in ecclesia. De singulis auctoritatibus hoc sonãtibus fit comparatio solũ papae ad qd̃libet aliud particulare suppositum: puta quẽlibet alium/patriarchã/primatem/archiepiscopum/& episcopũ: non autem ad totam collationem aut cõciliũ eã immediate representans cuius est minister: quẽadmodum quãdo dicitur regem habere supremam potestatem in regno suo.

¶ Secũdo dicitur quãtum ad id quod infertur q̃ essent due supreme potestates in ecclesia dei quẽadmodum dicit Carleriusin tractatulo quem edidit de auctoritate sacrorũ generalium conciliorum. Et qualiter se habent inter se auctoritates eorum & summi pontificis in secunda propositione q̃ in ecclesia concilio & papa non sunt diuerse potestates: sed est eadem plenitudo potestatis Non possunt enim esse due plenitudines/ & hoc est rationabile: nam vbi vnum propter alterum ibi vnum tantum secũdum regulam Aristotelis i topicis. sed propter ecclesiam est potestas summi pontificis: iuxta illud. Attendite vobis & vniuerso gregi in quo posuit vos deus regere ecclesiam: ergo est ibi vna potestas quẽadmodum in rege & regno/quãuis in ecclesia potestas illa ad aliquem actum extẽdatur in ecclesia ad quã non extenditur in papa: puta ad electionẽ & dispositionem summi pontificis: vt infra patebit sicut apud sanctum Thomã. Eadẽ est potestas sacerdotalis in simplici sacerdote: & episcopo i episcopo: tamẽ ad aliquos actus extenditur: puta ad confirmandũ & ordinandum ad quos non extenditur i simplici sacerdote. Et consequenter gloslandi sunt omnes textus dicentes in summo pontifice esse plenitudinem potestatis q̃ hoc ẽ verum tanq̃ in ministro dei & ecclesia in ordine ad singula non consequenter ad omnia. ¶ Ad quintum dicitur q̃ potest intelligi multipliciter q̃ papa sit proximus & immediatus vicarius Christi: vno modo q̃ immediate a christo/sine quo cũq̃ actu humano/seu sine consensu subditorum in se vel ingerentibus vices eorum: & sic certum est nullum fuisse immediatum Christi vicariũ quo ad potestatem spiritualẽ preter petrũ. Alio modo q̃ sit immediatus vicarius christi quantum ad exercitium potestatis immediate a Christo instituteeum inter homines visibiliter cõuersaretur & ecclesie collate: & sic concedendum est quemlibet summũ põtificem esse immediatum vicarium Christi quemadmodum reges singuli: iuxta dictũ Pauli sunt ministri dei in vindictam malefactorum: nõ q̃ illam immediate a deo susceperint primo modo: sed quia ex consensu populi habẽt exercitium potestatis quã deus indidit populo. & quia frequenter adducitur analogia hec de populo probatur iterum q̃ in ipso sit iurisditio hec ciuilis. nã i terris immediate subiectis summo pontifici in quibus nullum recognoscit superiorẽ quo ad temporalitatem: pretores seu iudices licite causas sanguinis exercent: & non auctoritate sua/nec auctoritate alicuius principis laici cum nullus in illum populum iã habeat iurisditionem/nec auctoritate q̃ sit formaliter in summo pontifice: absit enim dicere in summo pontifice esse formaliter potestatem ad occidendum: cui dominus vsum gladij materialis prohibuit. ergo auctoritate que est formaliter i populo. ¶ Ad confirmationẽ de auctoritate Thome. Parum nobis est cure de ea cum eius dicta nimis secundum literam accepta: fuerint plerisq̃ doctrine eius zelatoribus occasio errãdi in hac materia. ¶ Ad sextum dicitur primo q̃ omnes auctoritates que regulariter adducuntur sunt ipsorum summorum põtificum: qui vt in pluribus fimbrias suas nimis extendentes sibi attribuerunt quod est ecclesie proprium. nichilominus ad primã que adducitur ex capitulo significasti. de electione & electi potestate dicitur/q̃ illud ẽ intelligendum de auctoritate relata ad hoc q̃ concilia generalia non possunt regulariter esse legitime congregata: nisi per voca-

tationem pape de qua auctoritate habetur decima septima distin. per totum. Sed post q̃ concilia generalia sunt auctoritate pape/ vel alias congregata non habent suam auctoritatem a papa. sed immediate a Christo Et illi potestati subijcitur summus põtifex sicut minister domie. Ad auctoritatẽ ex capita dominus decimanona distin. dicitur/ licet potestas iurisditionis fuerit beato petro tradita fuit tamen ei tradita vt ministro Christi & ecclesie per concilium representãte: considerato q̃ in tali traditiõe petrus ecclesiam significauit: vt allegatum est ex augustino: & sic tradita est ei cum onere q̃ petrus & eius successores vt ministri ecclesie illi subijcerentur. Ad auctoritatem ex capi. Nemo dicitur primo a quibusdam hoc esse intelligendum q̃tum ad peccata occulta non solum q̃tum ad ea que iurisdice probari nõ possunt: puta per duos vel tres testes Sed que ecclesiam non scandalizant & perturbant: & hoc videtur satis conforme textui: dicitur enim Nemo iudicabit primam sedem iusticiam temperate desiderantẽ. Cõformiter ad illud apostoli Iusto non est lex posita/ sed secus est quãdo notorie scandalizat ecclesiam: secundum glosam in capi. Si papa. xl. distin. Sic etiam practicatum fuit in concilio Constantiensi contra Iohannem vicesimũ tertium: & ita respondẽdum ad cetera capitula ijsdem causa & questione puta capitulum aliorum: & capitulum facta. Peccata subditorum q̃is non sint scandalisãtia dum modo iurisdice probari possint regulariter iudicantur. Posset dici secũdo hoc esse intelligendum regulariter cum regulariter ad superiorem summi põtificis recursus haberi nõ possit: vel dicitur q̃ ibi toto clero non capitur collectiue sed distributiue: vel dicatur vt alij volunt q̃ capitur pro collegio cardinalium: & sic ex his facile patebit solutio omnium fundamentorũ illius pernicio sissime opinionis que eneruat modum omnem quo reformari possit ecclesia visa malitia iam currente.

¶Nonum capitulum in quo inqritur: quo aut quibus sit primaria potestas electiua summi pontificis.

Viso de superioritate ecclesie seu concilij eam representantis in ordie ad papam: nunc descendendũ est ad specialesactus illius potestatis. Et primo i quiritur in quo sit primaria potestas electiua pape: & ad istud dicit predictus frater Thomas de vio. ca. xiij. & ca. vj. quod est in summo põtifice. Pro cuius impugnatione supponimus q̃ hic nõ inquirimus de primaria potestate electiua simpliciter seu constitutiua pape seu applicatiua ecclesiastice potestatis ad singularẽ personam cum notum sit illam esse in solo deo: sed loquimur de primaria potestate applicatiua sub deo: immo & sub Christo secundum humanitatem: secundũ quam etiã est supra totam ecclesiam: immo & supra totum orbem. Et de ista dicitur q̃ est in ecclesia & non in summo pontifice. probaẽ primo. illa primaria potestas est i ecclesia/ aut in summo pontifice cum non dicat aliquis cardinales immediate a Christo accepisse illam potestatem: sed non est in summo pontifice: ergo in ecclesia. probatur mior: quia si in solo summo pontifice sit illa potestas electiua successoris. aut ordinãdi a quibus & qualiter debeat eligi sequitur cum summus pontifex sit homo peccabilis sicut ceteri/ & prauis actionibus/ & negligentijs/ malicijs/ ac nequitijs/ valeat irretiri: posset totam ecclesiam Christianam reliquere abq̃ potestate eligendi summum pontificem posset enim priuare cardinales illa potestate: cum ab ipso solo habeant: quo facto vel negligendo/ vel ex malitia differendo/ vel tempus sufficiens non habendo posset mori anteq̃ de electoribus summi põtificis aliquid ordiaret. & sic tota Christianitas sine potestate eligendi summum pontificem remaneret. Hanc rationem tãgit Guillermus occã tertia parte sui dialogi tractatus primi libro primo. c. xvj. Et si dicatur sicut videt

dicere idem frater q̃ i isto casu deuolueret potestas illa ad ecclesiã: tunc arguitur: nũq̃ potestas aliqua ex negligentia alicuius deuoluitur in alterum: nisi simpliciter & absolute sit superior. Potestas enim papalis pter eius negligentiam non deuoluitur in episcopum/ sed potestas episcopi de prouidendo beneficio vacanti in eius negligentia deuoluitur ad summum pontificẽ. Amplius si in illo casu habeat ecclesia potestatẽ illam queritur à quo habet immediate cum a semetipsa habere non possit: & si dicatur a Christo difficile erit reperire in sacris litteris fundamentum in quo possit stabiliri q̃ in illo casu habeat & nõ regulariter. ¶Secundo/ non est verisimile q̃ Christus volũtati vnius hominis cõmisisset auctoritatẽ summi pontificis cum vnius charitas in tãtum refrigescere facile possit q̃ sanguinem & carnẽ loco sui subrogaret: & forsitã vnũ pseudo prophetam: & sic facile vna progenies diceret. Hereditate possideamus sanctuarium dei: & quilibet cum videret instare finem dierum suorum aliquem ex cõsanguineis studeret loco sui subrogare. Et hãc rationẽ tangit Armachanus septimo libro questionum armeniorum. c. xix. ¶Tertio si primaria potestas cõstitutiua pape & ordinatiua de electoribus esset in summo põtifice/ eodem modo primaria potestas destitutiua sũmi pontificis in eo casu in quo destitui posset vt est casus heresis: etiam apud aduersarium esset in sũmo pontifice. Et sic parĩ parem haberet imperium: & summus pontifex constituere posset q̃ a solis duobus vel tribus in casu heresis destitueretur summus pontifex. & psequentia probatur: quia per easdem causas generari habẽt & destrui potestates iste. ¶Quarto arguitur sic. Si in summo pontifice sit potestas electiua successoris/ vel ergo est in eo potestas electiua successoris: sic q̃ per semetipsum possit successorem eligere: vel solum quia aliquibus potest illam potestatem cõmunicare: secundũ nihil habet apparẽtie. si dicatur primum. ergo per hoc solũ q̃ summus pontifex vult alterũ ei succedere: & ille alter vult acceptare ille alter efficitur summus pontifex. quod si concedatur sequitur istud incõuenies q̃ esset in potestate duorum facere quod alternatis vicibus quilibet per annũ in ordine suo esset summus pontifex more anne & cayphe. Consequẽtia patet: quia sũmus pontifex. a. pro sua voluntate potest constituere. b. summũ pontificẽ: & in fine anni. b. iterũ poterit. a. & sic consequenter. ¶Quinto arguitur. Christus nõ cõtulit sũmo pontifici aliquam potestatem pernicio sam ecclesie: sed vt habet glosa in capitulo si petrus. Hoc est pernicio sum q̃ aliquis eligeret successorem: ergo Christus nõ contulit summo potifici illam potestatem. Et propterea dicit Guillermus Okã loco prealligato q̃ nulla potestas est concessa summo potifici: que regulariter vni persone pernicio se cõmitteretur: & ad istã propositionem videtur fuisse vsus primitiue ecclesie. nam a plebanis assumebantur curati: quinquagesima prima distin. cap. qui in aliquo. & a clericis & plebanis episcopi: sexagesia secunda distinctiõe ca. Nulla ratio. & a cardinalibus episcopis aliisq̃ cardinalibus clericis: & toto clero populo acclamante assumebatur summus pontifex: vicesimatertia distin. capi. In nomine domini. Sed contra hoc arguit aduersarius: prio ex facto petri: nam petrus elegit sibi successorem: ergo & quilibet alius summus pontifex hoc facere potest. consequentia tenet: quia quilibet sũmus pontifex succedit petro in eadem potestate: & antecedens probatur per ca. si petrus. viij. q. i. vbi dicitur si petrus princeps apostolorum adiutores sibi asciuit linum & cletum: non tamen potestatem põtificij aut soluendi/ aut ligãdi normam eis tradidit: sed successori suo clementi qui sedem apostolicam post eum tenere promeruit: ipso tradente sibi. ¶Secundo arguitur. ad romanum pontificem spectat ordiare actum electiue potestatis determinando quando & qualiter debet fieri electio: & determinãdo subiectum illius potestatis dum consti-

tuit q̄ ad duas partes cardialium adminus spectet electio: nec potest tota ecclesia (sum mo pontifice secluso) illam legem mutare. Ad primum istorum dicitur primo secūdū armachanū loco preallegato q̄ petrus nō ordinauit Clementem/sed ordinandū nominauit patefaciens fratribus quid de suo successore sentiret, nam mathiam q̄is spūsancto plenus noluit sine fratrum consensu loco iude subrogare, etiam credendum est q̄ nec hoc fecerit de clemente nisi ad hoc domini sensum accepisset. Propter hoc posset dici secūdo q̄ instictu spiritussancti hoc fecit: quo etiam preuidit mortem. Aliter dicit Guillermus occā q̄ in casu in quo non ē verisimile posse cōgregari subditos qui eligant sibi superiorem & instat mors pape: & necessitas est q̄ sit aliquis cito futurus ad occurrendum imminenti periculo: tūc posset summus pontifex ratione necessitatis instituere successorem/ne videatur deus non sufficienter prouidisse sue ecclesie/& eiusdē est sententie Archidyaconus in dicto capi. Et ad hoc allegat capitulum primum. xxxj. q. j. vbi dicitur q̄ propter necessitatem factum est q̄ frater duceret sororem, sed cessante necessitate cessat prouisio. ¶ Ad secundū dicitur q̄ papa non dedit potestatem cardinalibus eligendi successorem: sed hoc hñt ab ecclesia seu a concilio eam representante & hoc patet in sexta synodo, in capi. In nomine domini vbi Nicolaus papa decernit & statuit non auctoritate propria sed sācto rum patrum de modo electionis summorū pontificum. Ex dictis patet q̄ si cardinales omnes essēt mortui/aut nollēt eligere/aut non possent ad vniuersitatem fidelium spectaret eligere/aut electores instituere: & eius est solius iudicare an institutio facta per cardinales sit sufficiens an non: Secundo sequitur q̄ vbi cardinales manifeste sibi tradita potestate abuterentur hec vniuersitas eos priuare posset hac potestate: nec nō eā aliis committere: & meo iudicio opposita opinio est error periculosissimus.

¶ Decimum capitulum in quo inquirit ad quem vel quos spectet vltimata eorum que sunt fidei resolutio.

INuestigādum est an ad papam vel ad ecclesiam seu concilium eam representans vltima eorum q̄ sunt de fide decisio ac determiatio spectet. Hic ei non loquimur de decisione seu determinatione doctrinali que ad vnumquemq; virumpitum spectare dignoscitur: sed de auctoritatiua & iudiciali. & q̄ tum ad istud dicit predictus frater Thomas de vio q̄ ad summum pontificem vltia eorum que sunt fidei decisio spectat fundans se in dicto sancti Thome secunda secunde q̄ stione prima: articulo vltimo. & vltra dicit summum pontificem q̄is possit errare errore personali in credendo/non potest tñ errare errore iudiciali in fide, cuius ratio est qa error p̄ pape esset error totius ecclesie: qa ad ipsum spectat finaliter determinare de fide quid tenendum: quid repellēdum: vt ab omnibus inconcussa fide teneatur: vt dicit sanctus Thomas in tractatu contra errores grecorum: capitulo. lxvij. vnde & petro dixit Christus, Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos: iuxta quod etiā. xxiiij. questione, i. dicit Innocentius papa. c. quotiens. Quotiens ratio fidei ventilatur non nisi ad petrum, i. sui nominis honorem & auctoritatem habenti recurrendum est: & istam opinionem suā deducit nono & vndecimo capitulis. Contra quam sit ista propositio, Papa potest errare errore iudiciali de errore personali omnibus notum est: probatur ista propositio: duo summi pontifices determinauerunt contraria etiam in his que fidem tangunt: ergo alter eorum erravit errore iudiciali, antecedens patet de Iohanne. xxij. & Nicolao: quorum vnus determinauit iudicialiter Christū & apostolos nichil habuisse in communi nec in proprio. Alter oppositum vt videre est in eorum extrauagantibus. Secūdo Innocētius

tertius & celestinus determinauerunt contraria super ista propositione. Vno coniugū ad heresim transeunte alter qui remanet in fide potest ad secūda vota transire, determinatio Innocētij tertij q̄ nō potest ponitur in. c. Quāto. de diuortijs, determiatio celestini vt dicit glosa in eodē ca. olim ponebatur in decretalibus de puersione cōiugatorum in fine. Tertio aliqui statuerunt contra euāgelium: vt Pelagius qui fecit cōstitutionem q̄ oēs subdiaconi sicilie a suis vxoribus abstinerēt quas in minoribus ordinibus duxerant aut ab officio cessarent. Quam (quia erat iniqua & cōtra euāgeliū) retractauit Gregorius primus eius successor: vt patet tricesima prima distin. cap. ante triennium in textu & in glo. Si enī potuerit iudicialiter statuere contra euangelium ita & diffinire. ¶ Quarto arguitur, si summus pontifex non possit errare iudicialiter in his que sunt fidei sequitur summum pōtificem non posse fieri hereticum circa oppositiones nondum determinatas: & ad quas credendas non tenetur aliquis explicite vt erat articulus de conceptione ante determinationem & de p̄cessione spiritussancti a filio, p̄sequētia patet: quia nō potest esse pertinax: cum pertinacia nihil aliud sit nisi nolle credere q̄is determinetur: non em̄ haberet summus pōtifex propositū illud q̄ nollet credere q̄is ipse determinaret. Similiter sequitur ex positiōe q̄ determinatio solius summi pontificis ligaret suum successorem Similiter si summus pontifex sit hereticus: & ad ipsum solum spectet vltima eorum q̄ sunt de fide decisio/quomodo iudicari poterit esse hereticus: decidet enī quecunq; cōtra ipsum allegata esse ad aliquē sensum intelligenda sue assertioni nō oppositum: cuius decisioni apud aduersarium plus fidei tribuendum est q̄ totius residui ecclesie determinationi. Mirum est enim q̄ homini heretico ita assisteret spiritussanctus q̄ non sineret eū iudicare & decidere esse vera quibus assentit: imo ad iudicandum oppositū ꝑpelleret, nec valet dicere q̄ non pōt errare vtens p̄cilio & requirēs adiutorium vniuersalis ecclesie: sed bene vt singularis p̄sona: quēadmodū errauit Leo p̄tra quē fuit Hylarius sicut dicit quidā: qa hoc nil est aliud dicere: nisi q̄ ecclesia siue p̄cilium nō pōt errare, & nō solū erat p̄dictus frater: sed sibimet p̄tradicit: dicit enī in fine capituli quarti q̄ sentētia Ioannis p̄ualuisset snie clemētis pape in doctrina fidei: si enī in sentētia do nō potuit errare Clemēs/nec summus pōtifex quicunq; iuxta p̄missum Christi. Ioannis. xiiij. Spūssanctus docebit vos oēm veritatē & scdm orationē Christi qua orauit pro petro ne eius deficeret fides tantū standū fuisset sententie Clemētis q̄ttum sentētie Ioannis: imo & plus cū apud Clementē fuisset iuxta dicta eius fienda vltima decisio fidei: quēadmodum apud Petrum si adhuc superuixisset. Ex his satis patet q̄ summus pontifex potest errare sententiando in materia fidei. Si enim errare non potuisset frustra fuissent conuocata quattuor concilia generalia principalia contra quattuor hereliarchas: puta nicenum: constantinopolitanū: ephesiuum: & calcedonense, suffecisset enī solius pape decisio: imo apud aduersariū tante potestatis est solus papa in diffiniendo sicut aggregatū ex ipso & residuo. Alia sunt decisa p̄ summos pontifices que adducit Guillermus Okam in prima q̄stione de p̄tate summi pontificis q̄ nititur ostendere sapere heresim, primū est id qd habetur extra: qui filij sunt legitimi. c. p venerabilem. vbi dicitur cū deutronomiū lex secūda interpretetur ex vi vocabuli comprobatur vt quod ibi decernitur in nouo testamēto debeat obseruari. & c. quibus verbis si intelligat Innocentius tertius/ q̄ sunt obseruanda in sensu litterali: quemadmodum in veteri testamēto quo ad multa est erroneum: quia ibi sunt multa cerimonialia sicut patet capitulis. xiij. & xiiij. si autem intelligat q̄ sunt obseruanda secundum sensum mysticum & moralem: & sic non solum seruari debent illa que sunt in Deutronomio: sed etiā que in alijs libris Moysi decernuntur:

Quid pti nacia.

vt legitur distin. vj. c. His ita q̄ multa alia adducit doctor ille vt videre poteris vnde cimo cap. questionis preallegate: & vnum inter cetera precipuū est. reperiūtur nōnulli summi pontifices dixisse se in temporalibus supremā habere potestatē. Ceteri vero oppositū. Et ex his sequitur correlarie q̄ determinatis per summos pontifices nō est necessario credendū q̄is nō sit oppositum publice dogmatisandū nisi de falsitate constet vt dicit Ioannes de gersono. Sequitur secūdo q̄ vltima resolutio in his que fidei sunt nō spectat ad summū pontificem. non est enim verisimile q̄ homini potenti in his que fidei sunt errare vltimā cōmiserit deus decisionē. Sequitur tertio q̄ non propersona Petri sola aut successoribus orauit Christus ne deficeret fides eius: sed pro vniuersali ecclesia per Petrū representata cū oibus predictis bene stat q̄ si sūmus pontifex faceret q̄ in se est: ad recte determinandum non permitteret deus eum errare: imo hoc dicit Altisiodorensis de vetula q̄ nunq̄ permitteret deus eam errare errore personali si faciat quod in se est in his que sunt fidei: sed summus pontifex potest sentētiare aliquid esse de fide/& non facere quod in se est ad recte sententiandum. Et argumentum quo infert ad summū pontificem errare diffiniendo ecclesiam vniuersalem errare. consequentia nō valet: nō tenetur tunc ecclesia determinationi summi pontificis assentire: sicut nec tenetur cum summus pontifex aliquid precipit contra euangelium obtēperare: & ad auctoritatem sancti Thome non est magna vis facienda: & ad capitulū Maiores de baptismo & eius effectu: in quo dicitur maiores ecclesie causas: presertim articulos fidei ptingentes ad Petri sedē referendas esse intelligit &c. dico hoc verū esse regulariter: quia regulariter nō est ecclesia cōgregata/sed nō p vltima & necessario credenda determintione habēda. vel sunt referende summo pontifici vt conuocet pcilium quia eius est ordinarie cōuocare ad q̄d vltimū iudiciū spectat. ¶ Secūda positio. Cōcilium vniuersale in his que fidei sunt errare nō pōt: & sic ad ipsum vltima fidei decisio spectat. q̄ nō possit i his que fidei sūt errare. patet: quia specialiter dirigitur a spiritusancto qui iuxta pmissū Christi oēm veritatem docet: vnde & in pclusiōe pcilij apostolorum actuū. xv. dixerūt apostoli/ visū est spūisancto & nobis preponētes spūmsanctum tanq̄ presidentē & specialē directorē cōcilij & nō dixerūt visum est petro & nobis. & istā pclusionē satis innuisse videtur Augustinus euāgelio nō crederem nisi ad hoc me cogeret ecclesie auctoritas. Nō enī plus tenerer credere euāgelio Ioānis q̄ euāgelio Gamalielis: nisi quia illū recepit ecclesia & nō istum: vnde & in septima synodo vt patet. xvj. distin. c. placuit. dicit placuit huic sancte synodo vt ammodo pfirmata & rata sint canonū apostolorū octuaginta. v. capitula. quid aūt intelligat p capitula videatur disputatio glose: & hāc indeuiabilitatē a fide possumus deducere ex dicto Christi cū dicit apostolis ecce vobiscū sum oibus diebus vsq̄ ad psummationē seculi. nō enī intelligi pōt illud de aplis in psonis eorū cum nō erāt vsq̄ ad psummationē seculi victuri: sed in eorum successoribus: nec hoc alicui certo ex successoribus promittit Christus: sed collectioni. Concilium enī generale vere representat pcilium apostolorū & seniorum. Ista cōclusio iterū patet ex alio. Nā fatetur q̄libet xp̄ianus se credere in vnā sanctā ecclesiā catholicā. & sic ad eā eorū q̄ sunt fidei vltima decisio spectabit. Cum ei papa fatetur se credere in vnā sanctā ecclesiā non intelligit q̄ credat in semetipsum & tāta creditur assistentia spiritussancti cōcilio generali vt nō solum ipsum indeuiabiliter sententiet de fide: sed etiā alique persone assistentes pcilio ingenue cōfesse sunt & scripserūt pcilium supius ad summū pontificē. dissoluto vero concilio: quia non amplius eis assistebat spiritus veritatis i oppositum ceciderunt errorem. vt patet de Panormitano in duobus eius tractatibus: quorum vnum cōposuit in concilio basiliēsi: alterū

post concilium. primus intitulatur de potestate concilij & pape. Secūdus de dispositione eugenij. Sed contra istud arguit Panormitanus in. ca. significasti de electione & electi potestate vbi asserit q̄ est vnica ecclesia vniuersalis que errare nō potest & nō concilium. & eius argumētū sumit predictus frater Thomas. & argumētum est istud. errauit concilium meldense: & creditur simplici auctoritati Hieronymi contra illud concilium. Nam in cōcilio meldensi vt legitur in ca. placuit. xxxvj. q. ij. placuit vt hi qui rapiunt feminas/aut furentur/aut seducūt eas nullatenus habeant vxores quāuis post modum conueniāt: aut eas dotauerint: vel nuptialiter cum pssensu parentum suorum acceperint. Et hijsdem causa & questiōe. c. tria. Dicit Hieronymus tria legitima coniugia in scriptis leguntur. Secūdum: virgo in ciuitate deprehensa a viro & illi per vim copulata si voluerit pater eius dotabit eam iste vir quātum iudicauerit & dabit precium pudicitie eius. Et dicit Gracianus q̄ auctoritas concilij nō preiudicat auctoritati Hieronymi: maxime cum ipsa testimonio diuine legis nitatur. ¶ Secūdo arguitur. Vnica est ecclesia pro cuius fide rogauit Christus ne deficeret que nō est vniuersale concilium cum pcilium sit par eius: ergo concilium errare potest. Ad primū istorum dicitur primo q̄ raptor post raptum nō potest licite ducere in vxorē raptam q̄is eam dotauerit & consenserint parentes nisi prius pdigne subiaceat penitētie. hoc satis bene deducit martinus in libro de temperātia: questione de raptu: cum talis sit excōmunicatus: & excōmunicatus nullum potest licite suscipere sacramentum. Dicitur secūdo q̄ concilium cum in ipso sit plenitudo potestatis iurisdictionis ecclesiastice potuit talē raptorē simpliciter illegitimare cum rapta ante condignam penitentiam. Et Martinus videtur esse opinionis q̄ ita fecerit conformiter ad capitulum si autem causa & questione preallegatis. vbi dicitur: si aūt necdū eas quas rapuerant cū voluntate parentū sub despōsationis vel dotalicij noie in piugiū duxerunt: quādo hec pstitutio oibus fuerit promulgata ab eorū piunctione separētur/& publice penitētie subigātur. Et vt dicit martinus hoc de raptoribus est intelligēdum: & vt statim patet in eodē textu peracta publica penitentia raptoris possunt matrimonialiter piungi. Et sic videtur concilium eos illegitimasse vsq̄ ad peractā publicam penitentiam. Hieronymus aūt loquitur pro tempore ante concilium pro quo nundū erat illegitimate. Scio autē alios dicere esse verū matrimoniū si pcrahant ante publicā penitentiā. Sed hic modus mihi probabilior videtur. Et ad auctoritatē Gratiani dicētis auctoritatē cōcilij nō preiudicare auctoritati Hieronymi dico illud dictū cū paleis ānumerandū esse. ¶ Ad scdm q̄ pcilium generale repsentat ecclesiā: pro cuius fide orauit christus. Et eodē gaudet priuilegio quo ecclesia repsentata sicut oino eandē ptātē habet immo in ecclesia vt dispersa nullū actū iurisdictionis exercere potest: nec aliqd sentētialiter difinire. & sic infallibilitas in difiniendo ei ppetere debet vt pgregate in pcilio. Et si dicat q̄ papa repsentat ecclesiā sicut & cōcilium: vt supra frequēter dictū est q̄ ei date sūt claues vt signo ecclesie. Ad hoc dicit Nicolaus de cosa q̄ papa repsentat remote: pcilium autē propinquissime. cū in eo si sit vniuersale debeat de qualibet ecclesia particulari aliqs esse qui gerat vices eius vel saltē debeat esse sufficienter vocatus. Et priuilegium ecclesie trāsit in pcilium immediate eā representans nō autē in summū pontificē. & hanc materiam late prosequitur scilicet de infallibilitate pcilij in his q̄ sunt fidei guillermus Okam prima & tertia partibus sui dyalogi. Et istius sententie fuit Marcilius de padua/Nicolaus de cosa/plerique docto res qui doctissime scripserūt. De errore autē facti quod quidē factum ex sacris literis trahi nō potest concilium posse errare nemo est qui dubitet/nec illustratur a spiritusancto speciali illa assistentia nisi in necessarijs. Et ex hoc sequitur non oportere quamli-

bet sententiam diffinitiuam concilij esse veram. Aliqua enim eius sententia in facto cõsistit: puta ꝙ iste sit papa vel non sit papa: ista vxor illius vel non vxor illius. Et quãuis sententia sit falsa: recte tamen & iuste sententiat: quia secũdum allegata & probata. ex his manifeste sequitur papam non solũ errore personali sed & errore iudiciali errare posse in materia fidei: sicut & in alijs materijs. Et mirum est ꝙ aduersarij nõ asserũt eum impeccabilem. & credo assererent nisi quotidiana summorum pontificum opera ad credendum oppositum compellerent.

¶ Vndecimum capitulum in quo inquiritur de superioritate concilij respectu summi pontificis.

CVM EX SVPRADICTIS Cõstet ecclesiam & cõcilium esse in iurisditione maiorem summo pontifice simpliciter & i potestate applicatiua papatus ad certam personam & in potestate diffinitiua eorum que sũt fidei & cum vnus actus superioris iurisditionis sit constitutum in inferiori deponere ab ea potestate in qua est inferior inquirendum est consequenter an concilium possit deponere summum pontificem. Et primo vtrũ in casu heresis. Circa quam materiam sentit predictus frater Thomas de vio plura. Primum est. Summus pontifex factus hereticus non est ipso facto depositus: vt patet de cimonono capitulo libri sui. Et fundamentum eius est/quia non est ipso facto depositus iure diuino. nullum est enim ius diuinũ sententie late excommunicationis aut depositionis quãuis bene sentẽtie ferende excõmunicationis: vt satis bene deducit guilermus Okam circa finem prime partis sui dialogi de excommunicatione. Et apud eũdem fratrem. ista consequẽtia est bona/nõ est eo facto excõmunicatus: ergo nõ est ipso facto depositus: quia plus exigitur ad incurrendam priuationem ipso facto ꝙ ad incurrendam excommunicationem: quoniã incursus censurarum non requirit declarationem sicut incursus priuationis apud iuristas. Et resolutorie tenet ꝙ nulla iurisditio perditur ipso facto per heresim interiorem. Et in hoc concordat cũ Ioanne de gersono. & in hoc eiusdem sententie sum cum ipso. & preter auctoritates & rationes quas inducit ad hoc probandum aliquas adducam ad probandum ꝙ nõ requiratur fides infusa ex iure diuino vt homo sit capax iurisditionis ecclesiastice. Nam homo cũ baptisatur ponens obicem gratie per peccatũ mortale nõ infidelitatis: sed aliud/ nullam recipit a deo virtutem infusam: vt satis haberi potest ex his qne dicunt doc. de connctione istarum virtutum theologarũ quãtum ad infusionem / & presertim ex Scoto circa finem tertij. Similiter si aliquis hereticus desinat esse hereticus dissentiendo heresi: sed non penitendo de peccato preterito. Dissensus enim propositionis heretice nõ necessario infert cõtritionem peccati preteriti / in illo nõ infunditur fides infusa: quia quem deus sanat perfecte sanat: & tamẽ nullus istos diceret non esse capaces iurisditionis ecclesiastice si eligantur: cum nullus sit hereticus. Secundo idem motiuum adduci potest quo moti sunt sancti patres ad damnandum heresim eorum qui dicebant hanc potestatem fundari in charitate ex iure diuino: quia tũc periret omnis certitudo status & ordinis ierarchici. nemo enim de altero scire potest an sit i charitate: ita nec sciri potest vtrum sit in fide seu ꝙ non sit hereticus heresi interiori: & bene fateor hanc rationẽ non esse efficacem ad probandum euidẽter propositum. Certum est enim ꝙ de nullo certitudinaliter certitudine euidentie sciri potest ꝙ habeat hanc potestatem: sicut nec ꝙ sit baptisatus cum ad baptismum requiratur intẽtio ministri: de qua solus ipse interhoies mortales habet euidentiã. Scdo dicit ꝙ hereticus sũmus põtifex est deponẽdus & hoc manifeste patet ex. ca. si papa. xl. dist. & xxiiij. q. j. p multa ca. & singuli doc. in hoc conueniũt vel ꝙ sit depositus vel deponẽdus. Tertio dicit ꝙ est deponẽdus a cõcilio nõ potestate auctoritatiua quã habeat

super papam sed potestate ministeriali quã habet super papam: vt patet. xx. c. & xxij. cap. ponit ꝙ potestas ecclesie relata ad papam est ministerialis relata ad coniunctionem petri & papatus infieri vel dissolui subiecto existente dispositio est auctoritatiua: ita ꝙ sententia diffinitiua ex hac auctoritate procedens super coniunctionem talis materie Petri heretici cum papatu dissoluit auctoritatiue coniunctionem illam. sicut eni electio ecclesie auctoritatiue super coniunctionem non super papam coniungit Petrum dispositum id est fidelem & voluntarium cum papatu. Ad cuius euidẽtiam notat ꝙ in papa inueniuntur tria scilicet papatus/persona que est papa: puta petrus/& coniunctio vtriusꝙ scilicet papatus in Petro. Ex qua conũctione resultat petrus papa. Papatus est a deo immediate. Petrus est a patre suo. coniũctio autem papatus in petro post petrum primum a Christo immediate institutum non est a deo sed ab homine: vt patet: quia hoc fit per electionem hominum. Concurrit autem duplex cõsensus humanus ad causandum hanc potestatem scilicet eligẽtium & electi: & ista ad longũ poteris videre in ipso. xix. xxj. & xxij. capitulis/que non solum falsa sunt: sed manifeste adiuicem & cum aliquibus prioribus repugnãt. Primo illud quod dicit ecclesia auctoritatiuam potestatem super coniunctione papatus & Petri repugnat dictis eius in. xiij. & vj. capitulis prius impugnatis: scilicet ꝙ potestas electiua pape seu applicatiua potestatis ecclesiastice ad hanc vel illam personam est in solo papa. ¶ Secũdo ista duo repugnant ꝙ sit auctoritatiua potestas in ecclesia super coniunctione papatus & petri. Similiter eius dissolutione & non supra papam. quod manifeste ostenditur exemplo quo vtitur retorquendo in ipsum. habere enim auctoritatiuam potestatem super hominẽ non est habere auctoritatiuam potestatem super animam nec super corpus: sed solum super separationẽ anime a corpore cum nihil aliud agat auctoritatiue occidens hominẽ. Quid igitur aliud erit habere auctoritatiuã potestatem super papam nisi posse papatũ ab ipso auctoritatiue separare? ¶ Tertio. si ecclesia aut concilium representans super papam non habeat auctoritatiuam potestatem: ergo papa a concilio illo citatus non tenebitur comparere: nec contumax non comparando existi mari poterit. Quid ergo iudicabunt personam inauditam nec obligatam respondere merito eis dicere poterit illud apostoli. Tu quis es qui alienũ seruum iudicas? ¶ Quarto. omnis actus punitiuus iuste inflictus alicui persone ratione peccati est ab eo qui habet auctoritatiuam potestatem super eum qui punit: vel a ꝓmisso ab habente. ergo cũ ista separatio sit actus punitiuus pape ẽ ab habente auctoritatiuam potestatem super papam: vel a commisso ab habẽte. Si tu dicas ꝙ est ab ecclesia ꝓmissa a deo habẽte auctoritatiuam potestatem super papam. Eodem modo dicam potestatem pape super quẽcunq; esse ministerialem solum & non auctoritatiuam. ¶ Quinto. ecclesia potest tunc excommunicare papam hereticum an teq̃ deponat: vt patet ex primo dicto ꝙius. Dicit enim hanc consequentiã esse bonam non est excõmunicatus ipso facto: ergo nõ est depositus. Ista erit bona. non potest excõmunicare. ergo non potest deponere: & ista/potest deponere: ergo potest excõmunicare. Et certum est ꝙ excõmunicatio est actus habentis auctoritatiuam potestatem super excõmunicatum. & si ꝓcedat illud cõcilium posse excõmunicare papam quomodo saluabit ꝙ in cõcilio secluso papa nulla sit potestas iurisditionis. Amplius dicit papam posse aliqbus puta dñis cardinalibus committere illam ministerialem potestatẽ supra papam hereticũ cum quo defensare non posset: quin par imparem haberet imperium. & sic esset verum quod dicit glo. xxiiij. q. prima. capitulo achacius. Hic est casus in quo papa papam ligare potest. Posset enim lapsus in heresim papa ab eis illam auferre ministerialem potestatem non

teneretur subire eorum ministeriale iudicium. Et puta spirituali dei concursu tam manifeste adinuicem repugnantia posuit: vt sue doctrine falsitas ex eis manifeste omnibus pateret. hoc est enim proprium falsorum testium. Dicit Augustinus super psalmo Noli emulari q̄ ex dictis eorum aut signis aliquibus semper cōuinci possunt. qđ probat ex facto militum qui erant custodie sepulchri Christi deputati. Dixerunt enim nobis dormiētibus venerūt discipuli &c. Si enim dormiebāt quomodo sciuerūt eos venisse: Sunt igitur iste propositiones vere Prima / papa hereticus heresi interiori solū nō est depositus ipso facto: & hereticus heresi exteriori non est depositus ipo facto iure diuino: an sit depositus ipo facto iure humano: non papali: sed conciliorū. Possunt enim statuta condere sententie late depositionis sicut dicit de fontibus. qui post adeptum beneficium infra annum nō promouetur ipso facto perdit titulum/nō est omnino improbabile dicere q̄ sic. oppositum tamen mihi probabilius est. Secūda appositio/est deponendus a concilio habente auctoritatiuam potestatē super ipsum: & non solum super coniunctionē a quo vocatus tenetur comparere necnon ad interrogata respondere. Et hanc potestatem auctoritatiuā papa nulli potest cōmittere. cū par in parem nullam habeat potestatem. q̄cedēdum est tamen bene cum eo q̄ concilium nullam habet potestatem super papatum in se consideratum. & hoc ponit Gerson in suo tractatu de ecclesiastica potestate. & de isto habitum est satis in. ij. capitulo.

¶ Duodecimū capitulū in quo inquiritur vtrum in alijs casibus preterq̄ in heresi deponi possit summus pontifex.

VIDENDVM EST CONSEquenter an possit summus pontifex puniri depositiōe propter aliud crimē ab heresi. Circa quā materiam predictus frater Thomas a. xxv. ca. inclusiue ad finem vsq̄ tenet q̄ non: vñ fundamentum eius in. xxv. ca. est q̄nō potest in aliquo casu deponi nisi in casu determinato lege diuina. Casus autem heresis i sacra scriptura pleriscq̄ locis est determinatus: vt patet ad gala. j. vbi de heretico dicitur anathema sit. i. separatum. & secūdo ad Tessal. tertio. subtrahatis vos. & secūdo ad Corin. sexto. nolite iugum ducere. & secūdo Io. ij. Nolite recipe nec ei aue dixeritis. Et ad Titum tertio. de vita / i quibus omnibus auctoritatibus significatur hereticum hominem esse separandum & excommunicandū. & nullus est alius casus exceptus. qđ patet ex sentētia saluatoris. Mathei. xxiij. Super cathedram Moysi sederunt scribe & pharisei. Omnia ergo quecūq̄ dixerint facite: secundum autem opera eorum nolite facere. vbi dominus aperte statuit subditos debere audire prelatos male vite & bone doctrine. Constat autem q̄ doctrina ad fidem spectat. Vita autem & opera ad malos mores aliorum criminum. & confirmatur ex sententia Petri in prima epistola. cap. secundo. obedite prepositis vestris: non tantum bonis sed etiā discolis. Et pro ampliori probatione supponit in. xxvj. cap. q̄ ad hoc q̄ potestas ista ecclesiastica coniungatur cum aliquo supposito alique dispositiōnes requiruntur in illo supposito de necessitate simpliciter. & alique de bene esse. req site de necessitate simpliciter sunt due scilicet esse voluntarium & esse christianū. nūq̄ enim aliquis quantūcunq̄ electus est papa nisi consentiat. & similiter non est papa nisi sit membrum Christi. Secūda dispositio exigitur de iure diuino. & prima de iure naturę. Requisite autē dispositiones ad bene esse sunt boni mores / scientia ecclesiastica / charitas / experiētia regiminis / & huiusmodi. sine hijs enim Petrus electus & sic acceptat est papa: quāuis malus. & quia facilius est destruere q̄ struere duabus simul requisitis necessario ad structionē q̄cunq̄ earum deficiat dissolui potest. Et ex his formatur rationem ad pbandum intentū hoc mō. sola contraria conditionibus necessario requisitis ad esse pape reddunt papam deponibilē

sed inter crimina sola infidelitas contrariat conditionibus necessario requisitis ad esse pape. ergo sola infidelitas inter crimia reddit papam deponibilem. prima propositō patet ex hoc q̄ depositio est non esse pape & vnumquodq̄ in suo esse perseverat si cōtrarium non superuenit. secunda autem propositio probata est: quia cetera vitia cōtrariantur conditionibus requisitis ad bene esse pape. Statim subdit hanc rationē / vellem in statera poni & non friuolas & apparentes per accidentia vacantes: sed meo iudicio si in statera poneretur parui reperirēt ponderis. fides enim non requiritur necessario ad esse pape / cum effectus hereticus sit adhuc papa apud ipsum. & si eligatur hereticus & acceptet efficitur papa: sed solum requiritur necessario baptismalis caracter q̄ indelebilis cum consensu ex parte petri: ergo eque fortiter probaret sua ratio q̄ pro heresi deponi non posset. & mirum q̄ quomodo hanc rationem tam fortem reputauerit que equaliter probaret oppositū determinati per ipsum in capitulis immediate p̄cedentibus sicut propositum. insuper sicut reperitur in sacris literis hominem hereticū esse separandum seu excommunicandū: ita & pro aliis vicijs hoc idem reperitur: vt. i. ad Corinthi. vij. Si his qui frater nominat inter vos est fornicator: aut auarus: aut idolis seruiēs: aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax cum huiusmodi: nec cibum sumere. Et Christus innuit hominem esse excōmunicandum pro quolibet mortali cui iuncta est contumacia. Matthei. xviij. quos passus si glosauerit aduersarius de subditis habentibus superiorem glosabo & similiter passus per eum allegatos de hereticō. & ad dicta saluatoris & petri conceditur q̄ q̄diu bene docent & remanent prelati sunt audiendi. ostenso ergo sufficiēter eius opinionem nō esse fundatam supra firmam petrā sed arenam pono hanc propositionem. Summus pontifex nō solum deponi potest ab ecclesia seu concilio pro heresi verumetiam & pro alio crimine notorio ecclesiam scandalizāte. probatur ista propositio ex his q̄ ponuntur in epistola clementis ad iacobū. refert enim petrum sibi dixisse cum eum istituret neq̄ enim iudicem aut cognitorē secularium causarū te hodie constituí voluit Christus ne prefocatus presentibus hominum curis non possis verbo dei vacare / & secundum veritatis regulam se cernere bonosa & malis infra. si eni mundialibus curis fueris occupatus teipsum decipies & eos qui te audiunt. non enim poteris que ad salutem pertinent plenius singulis quibusq̄ distinguere / & ex eo fiet vt & tutanq̄ nō docueris que ad salutem hominum pertinent deponaris. & discipuli per ignorantiam pereant. Ex qua manifestū est papā etiam propter negligentiā deponi posse. Nolo tamen asserere clementem ita ad iacobū scripsisse cum reperiatur Iacobū illum ante petrum octo annis decessisse martyrio: sed ecclesia non spernit illam epistolam quod sufficit. ¶ Secundo arguitur sic vibrando argumentum in quo aduersarij se fundant in ipsos / si ecclesia non possit auferre papā regentem eam in destructione eius & caterua tim animas ducentem ad inferos suo instinctu & suo exemplo. sequitur policiā pure naturalem & ciuilem esse melius institutam q̄ sit ecclesiastica policia. Non enī bene esset institura policia pure ciuilis & naturalis si eius regem perturbantem eam destituer non posset. immo potestatem eum destituendi & occidendi tanq̄ membrū corruptiuum totius corporis cōmūitas a se abdicare non potest: immo opposito dato videretur policia esse serua despotice. Cum ergo christus instituerit ecclesiasticā politiam ad finem supernaturalem perfectiorem in suo genere q̄ sit politia pure naturalis cū posteriora generatione sint priora perfectione: sequitur q̄ policie ecclesiastice reliq̄rit potestatem suum principem & regē ecclesiasticum si non in edificationem sed destructionem regat destituendi: immo alias non solum peius instituisset eam quam policiam pure ciuilem: sed a communitate ali

quid auferret ꝙ ex iure naturali sibi competere dignoscitur/necnon communitatē christianam liberam non effecisset immo potius seruam strictissima etiā seruitute.& hanc rationem ponderet & non eam que leuissima est quā magni existimat pōderis.& dicere ꝙ in simili casu non reliq̄rit deus remedium communitati nisi orationes cum aliud remedium oportunum&oportunius relinquere potuisset nihil aliud ē nisi dicere policiam ecclesiasticam non bene institutam & effectā seruam. Amplius notum est seclusa hereſi summum pontificem esse reipublice ita pernitiosum ꝙ a republica veniret auferēdus per mortem corporalem ex illa potestate ei naturaliter indicta. Si non possit ergo tunc destitui & post destitutionem si p seueret per mortem corporalem auferri nō ne necessario concedendum erit Christum in instituendo ecclesiasticam policiam eam priuasse aliqua potestate sibi naturaliter in dicta ad eius pacificam conuersationē. Amplius cum duo sunt contendentes de papatu quemlibet eorum potest vniuersalis synodus pretensa potestate priuare propter vnionem & pacem ecclesie q̄is in aliquo eorum sit vera papalis potestas. ergo a fortiori pro crimine perturbatiuo totius ecclesie.& antecedens patet manifeste ex capitulo si duo: septuagesima nona distinct. Vbi dicitur si duo contra fas fuerint electi nullus eorum debet recipi: sed ille quē vniuersalis consensus elegerit.& istius sententie ē glo. in capi. si papa vbi dicit/certe credo ꝙ si notorium est crimen eius quod cū q̄ & inde scandalisatur ecclesia & incorrigibilis sit ꝙ inde possit accusari. nam contumatia aliquando dicitur hereſis. vt. lxxj. dist. ca. si q̄ presbyteri.& contumax dicitur infidelis. vt. xxxviij. distin. ca. nullus. Amplius si electus in summum non constitutus in sacris accipiat vxorem quis audebit dicere totum ecclesiasticum ita decolorari absq̄ possibili remedio? Amplius si rex aliquis in longinquam decedens religionem relinquens aliquem vicarium generalem/& interea regat tyrannice: vicarius ille vt notum est a communitate poterit deponi/ergo eodem mō cum Christus discedens a communitate christiana qui est verus rex noster reliquerit vicarium ministrum generalem a communitate auferri poterit si tyrannice regat. Amplius cum ex predictis notum sit ecclesiam seu concilium eam representans esse in casu hereſis ordinarium iudicem pape & habere potestatem auctoritatiuam super ipsum quo ad destitutionem: & non legitur a christo esse ecclesie collata talis auctoritatia potestas in eo solo casu immo non legitur ꝙ ecclesie fuerit collata aliqua talis nisi Mathei. xviij. vbi i omni casu peccati notorij cui iūcta est contumatia collata esse videt: & hec fuit primitiue ecclesie sententia sanctorum doctorum Iheronymi Ambrosij & Augustini. sed superuenientibus casibus i summis pōtificibus in quibus deponi possent non defuerunt adulatores eis suggerētes ꝙ non possent iudicari asserētes eos nō ministros ecclesie/sed dominos & mirum ē cum singuli doct. dicant quēcūq̄ prelatum in administratione sacramentorum esse solum ministrum ecclesie hinc in eo requirit intentio faciendi ꝙ ecclesia intendit de necessitate & non alia.& nolint isti hoc fateri in exercitio iurisditionis. Et si non legatur Christum dixisse auferēdum esse caput: sed bene oculum manus aut pedes. Verum ē ꝙ nunq̄ auferendum est totaliter caput sic ꝙ nunq̄ amplius sit futurum aliquod caput: sed bene auferēdum est istud sine quo i corpore remanet vita: immo ꝙ corpori ifirmitatem affert quantum est ex se. Ad hec autē probanda innumere & rationes & auctoritates adduci possent. ¶ Sequitur primo ꝙ potestas in summo pontifice a concilio potest quibusdam certis legibus limitari & q̄tum ad vsum arctari. Si enim caput in corpore humano efficiatur languidum seu infirmum licitum erit ceteris membris membrum illud ligare & cauterizare necnō vnā partem capitis abscindere pro sanitate totius corporis. ¶ Secūdo sequitur correlarie

ꝙ concilium generale summum potificem exigente vtilitate ecclesie absq̄ culpa ipsius summi pontificis destituere potest sicut tēpore scism atis de vero sūmo pontifice. Similiter si incarceratus foret apud infideles: & de eius liberatione nulla foret spes post adhibitum laborem ad redimēdum.& hoc ex precedentibus est ita notum ꝙ alijs rationibus non curo munire nec aliquid apparentie habet in oppositum argumentū de petro cum esset in vinculis cum pauco tempore fuerit & de eius liberatione apud fideles extiterit spes. Si enim in tali casu nō posset ecclesia summum pontificem sibi constituere: ita nec posset aliquem qui summi pontificis gereret vices.& cum possint occurrere multa que per summum pontificē expediri debent vt confirmationes archiepiscoporum & prelatorum ei imediate subiectorum nullo modo illa expediri posset. ¶ Sequitur tertio ꝙ potestas vniuersalis ecclesie seu concilij vniuersalis supra papam simpliciter & absolute non est chimera: vt dicit prefatus doct. in ecclesiam sanctā blasphemans. ¶ Sequitur quarto ꝙ Christus non instituit summum pontificem eius generalem vicarium in omnimoda potestate quam habebat secūdum humanitatem. nā habebat potestatem instituendi sacramēta similiter instituendi summum pontificem: similiter faciendi articulum nouum super i fideles super totam ecclesiam cathegoreumatice.& nullam istarū habet summus pōtifex. ¶ Sequitur quinto summum pontificem esse vicarium ecclesie vniuersalis & ministrum: q̄is dicatur etiam vicarius & minister dei: quemadmodum princeps laycus est minister communitatis qui tamen ab apostolo Paulo dicitur minister dei: sed specialius summus pōtifex dicitur minister dei/& vicarius: inq̄tum ministrat in ea potestate que non est in cōmunitate naturalis: sed positiua precise & ex sola institutione dei: illa tamen potestas est communitati collata. ¶ Sequitur vltimo. Conformiter ad Iohannem patriarcham anthiochenum. simi

liter Nico. de cosa/in suis tracta. de ista materia ꝙ concilium generale in singulis & oibus est supra summum pontificem: & hec breuiter: & sub compēdio quodam de ista comparatione posui intendēs amplissimū facere tractatum de omni potestate ecclesiastica & layca/& de singulis earum actibus: vtrum aūt summus pontifex possit excommunicari & suspendi manens summus pōtifex ita ꝙ si tentet facere nichil facit etiā q̄tum ad absolutionem sacramentalem. videatur Nico. de cosa secūda parte sui libri. ca. xviij. Et ad omnia capitula que videtur asserere summum pontificem non posse iudicari nisi sit a fide deuius. vt capi. si papa. xl. distin. & ca. oues. ij. q. vij. dicitur: ꝙ pertinax p̄sumitur a fide deuiare & includitur in hereſi pertiatia. vel dicatur scdo/ꝙ vt patet ex capi. si papa. in illis capitulis dicitur nullum posse papā iudicare: & non dicitur de collectione. Dicitur tertio ꝙ contra papā non est regulariter congregandum concilium nisi in casu hereſis aut grauis peccati totam ecclesiam scandalisantis: & id ꝙ habet xvij. distin. §. simmachus: vbi dicitur simachus papa sedis apostolice presul ab huius modi oppositionibus impetitus q̄tum ad homines respicit sit imunis & liber: cuius causam totam dei iudicio reseruamus. Dicitur ꝙ accusatores eius non potuerunt ipo sita crimina probare & sic tanq̄ eis secreta reliquerunt facti patres i synodo dei iudicio auctoritatiue accusatores condēnantes.

¶ Vltimum cap. i quo inquirit quomodo poterit conciliū cōtra papā cōgregari.

CVm ex superioribus notum sit satis concilium supra papam iurisditionē habere: in casu igitur in quo veniret papa iudicādus quo nam pacto ꝓgregari poterit: quia non est verisimile papam congregare contra se inq̄rendū est. Et sit prima propositio. ad nullū auctoritatiue spectat congregare conciliū/preterq̄ ad summum pontificem ex iure di

uino. probatur sic. auctoritatiue congregare concilium est his qui interesse habent ꝑcipere/vt ad certum locū conueniant: sed nullus preter summum pontificem singulis q̄ habent interesse auctoritatiue precipere potest vt in certum conueniant locum ex iure diuino: ergo nullus preter ipsum auctoritatiue congregare potest. Auctoritatiue enī congregare est congregare ex auctoritate cui ceteri ratione auctoritatis teneantur obtemperare. Dico notanter nullus. quia concilium vnum potest futurum concilīū auctoritatiue congregare precipiendo singulis vt certo tempore ad certum conueniant locum. Si enim precepto pape taliter precipientis sit obtemperandum de necessitate a fortiori & ꝑcepto concilij. de collegio aūt cardinaliū apud eos q̄ dicūt q̄ sunt de statu ierarchico ex īstitutiōe xp̄i succedētes ap̄lis put assistebāt xp̄o & Petro añ eorū diuisionē quēadmodū dicit de alyaco nō est ꝓbabile dicere q̄ iure diuino hec auctoritas illi collegio cōpetit papa nolēte cōgregare ꝓcurrēte casu necessitatis. vñ & Actuū. vj. duodeci ap̄li & nō solus Petrus ꝓuocauerūt multitudinē discipulorū. Et ex hoc iterū videt seq̄ q̄ nō solū de statu eōrū sunt vocādi ad ꝑciliū ad hñdū vocē deliberatiuā: sed & de statu curatorū q̄ succedūt discipul̄: sed de hoc alias sed cū papa & collegiū adeo obstinari possint/vt ēt exigēte necessitate nolint ꝑciliū ꝓuocare/q̄a forsan ꝓgregādū ē ꝑ corrigēdis euidētibus excessibus eorū quoná pacto tūc ꝓgregari poterit. ¶Et sit 2da ꝓpō. Quelibet eccl̄ia ꝑticularis ad cuius noticiā ꝓuenit ꝓgregādi ꝑciliū necessitas debet ceteris eccl̄ijs necessitatē ꝓgregādi manifestare & sic denūciatie ꝓgregare/nō aūt ꝑceptiue ēt noiando locū ad quē sit oibus tutus accessus. debet ei ocl̄s vidēs corpis piculū ceteris indicare mēbris vt ꝓtra piculū se ꝓtegat corpus & defēdat. Et ista manifestatiō facta/cetere eccl̄ie tenent̄ ꝓuenire nō virtute ꝑcepti prime cū in eas nullā habeat iurisdictionē sed virtute precepti diuini sicut post q̄ ꝑ exp̄tū medicū alicui indicatū est de aliquo necessario ad sui cōseruationē tenet̄ ille ad illud non virtute ꝑcepti medici sed virtute ꝑcepti iuris naturalis & diuini. Correlarie sequtur in multis puincijs ꝓlatos suffi cienter instructos de necessitate cōcilij/nō alt̄ laborātes ꝓ pace eccl̄e nō esse in cōsciatu tos. ¶Tertia ꝓpō. si post hmōi insinuatiōnē singule eccl̄e ꝑticulares ad certū locū suos legatos mittāt apud illā collectionē resident totius eccl̄ie auctoritas/imo si a casu cōuenirēt vt dicit Io. gerson q̄s dubitat apud collegiū ap̄lorū q̄a casu cōuenerūt vt dicit in trālitu virginis tantā fuisse auctoritatē sicut si Petri ꝑcepto conuenissent. ¶Quarta ꝓpō. Si aliq̄ ꝑticulares eccl̄ie insinuatione tali facta ad certū cōueniāt locū ceteris contumaciter renuētibus cōuenire/i illo aut alio quocūq̄ securo apud cōuenientes totius eccl̄ie residet auctoritas saltē q̄tū ad necessitatē occurrentē. si em̄ ligata foret dextera manus aut ad ymaginationē ꝑtinaciter nolet vacare defensiōi corpis apud sinistrā tūc defendēdi corpus tota residebit auctoritas. Et si vna ps alicuius puincie inimicis volētibus eā destruere nolit occurrere q̄s dubitat reliquā ptem q̄is sit minor nūero ꝓ tūc habere auctoritatē totā puinciā defendēdi & si puincie alicuius pars vna nolet cōsentire in mortē alicuius mēbri cuius vita i destructionē totius cōitatis cederet: nulli dubium est reliduā ptē posse illud mēbrū auferre & ꝓ tunc occurrēti periculo occurrere q̄is de alijs q̄ nō imminēt ꝓ tunc nihil possit statuere. ergo & in proposito vbi alique cōueniēt ceteris renuētibus q̄tū ad necessitatem occurrentem i ip̄is residebit auctoritas. & hec sunt q̄ ꝓ auctoritate eccl̄esie Iesu xp̄i spōse scripsi Parisius ip̄o donāte cōtra q̄dā asserta a fratre Thoma devio/i tractatu quodam quem vt ip̄e testat scripsit: anno salutis. M. D. xj. etatis sue quadragesimo tertio. Et hec scripsit Anno dñi. M. D. xij. doctoratus anno primo mense scdo. de etate vero ne vēto gl̄ie agitari videar taceo: in q̄bus si aliq̄d sit erroneū ꝓtestor me semp̄ submissum determinatiōi eccl̄esie vniuersalis.

Explicit.

POST ingeniosam questionis decisionem magistrorum nostrorum expectatiuam necnō ornatam prestātissimi magistri nostri terminorū interpretis expositionē mihi incumbit ad questionem propositam pro viribus respondere. Presuppositis igit̄ protestationibus per me alias factis pono tres conclusiones. ¶Prima.

OMnium naturale homini conueniens ex dono dei simpliciter ē in abdicabile q̄tum ad cūcta simiLiter & q̄tum ad certam speciem cibi & potus in omni euentu cui post peccatum pueniens fuit superaddere dominium ciuile ꝓprietatis similiter & iurisdictionis quo fungentes executionem gladij materialis habent a quo eccl̄iastici iure diuino minime eximuntur.

¶Prima huius conclusionis pars est q̄ dominium naturale hominibus cōpetit ex dono dei. Pro cuius probatione supponitur q̄ dominium naturale est facultas seu potestas propinqua assumendi res inferiores ad sui sustentationem secundum dictamen legis naturalis. Lege enim naturali quilibet tenetur se conseruare in esse. Ex qua obligatione in quolibet oritur potestas res inferiores sumendi in vsum ad sui conseruationē: que potestas dominium naturale vocatur/ cuius titulus est necessitas. de quo dominio dicitur. In necessitate omnia sunt communia. Istud dominium quoscūq̄ dominos simul compatitur. Ad istud dominium ap̄d quosdam pertinet potestas alterum inuadentem occidendi seruato moderamine inculpate tutele. Huic dominio nullum ius humanum derogare potest/cum iuri inferiori non abrogetur ius superioris. Ex istis sequuntur aliqua correlaria. Primum est. Non obstante quacūq̄ appropriatione facta sorti per ius positiuū si illa res sit necessaria ad cōseruationem sortis similiter & platonis/& plato eam prius occupauerit: licite potest ea vti/quia secluſa appropriatione facta sorti per ius positiuum plato ad hoc fuisset obligatus iure nature. nec estimo ꝓbabile q̄d dicit armachanus q̄ fuisset obligatus dare dimidium sorti q̄is sequeretur vtriusq̄ mors Sed ius positiuum per quod facta est appropriatio sorti iuri naturali nō derogat: igitur. Et huius sententie est petrus de palude dist. xv. quarti vbi dicit melior ē conditio possidentis/oppositē Sco. in distin. eadem. Secundum correlarium contra armacanum. Istud dominium non fundat̄ in charitate. Absurdum enim foret dicere quēlibet vtentem cibo & potu in subleuationem sue necessitatis nouum incurrere crimen: alias tanta requireretur probatio ad sumendum potum aut cibum corporalem sicut ad sumendum corpus venerabile xp̄i. Tertium correlarium. Non potest aliquis per sententiam cuiuscūq̄ iudicis ob quācūq̄ culpā hoc dominio priuari/ita q̄ ei subministrato cibo & potu non foret licitū ad sui conseruationem. Istud correlarium est de mente sancti thome secunda secunde q. lxix. arti. vltimo in solutione secundi argumenti. vbi sic dicit. Nullus ita condēnatur q̄ inferet sibi mortem: sed q̄ ipse patiatur: & ideo non tenetur facere illud vnde mors sequatur. & statim subiūgit. sic ēt si aliquis sit condēnatus vt fame pereat nō peccat si cibum sibi occulte subministratum sumat/quia nō sumere esset seipsum occidere. Quartum correlarium/contra ius naturale facit habens superfluum respectu naturē: licet non respectu status non communicans alteri quem cognoscit pati indigentiā respectu nature. Istud correlarium videtur esse contra sanctum Tho. secunda secunde questione. xxxij. articu. vj. Similiter i quarto sententiarum distinctio. xv. & ratio correlarij est/quia status quilibet est de iure pure positiuo quod iuri nature derogare non potest. huius sententie est durandus i quarto distinctione. xv. Istis premissis probat̄ ista prima pars per illud quod scribitur Gene. primo. Ecce dedi vobis omnem herbā

afferentem semen super terram & vniuersa ligna que habent in semetipsis semen generis sui/vt sint vobis in escam. Ex quo sequitur correlarie q deus hominem hoc dominio priuare potest. Quicquid enī dat deus ad extra/mere contingenter dat: etiam si preceperit per interiorem reuelationem Sāpsoni vt euulsis colūnis faceret domum ruere quis ad hoc sequeretur mors eius. eadem ratiōe pcipe pōt ne comedat & bibat quis sequatur mors. Secundo sequitur probabilitas opinionis durandi in tractatu de legibus q existentibus duobus meliori & minus bono quibus presens est precise quod sufficit ad alterius sustentationem debet minus bonus meliori cedere quis illud industria minus boni sit acquisitum/quia magis bonus habet magis de bonitate veri domini supremi cum eum deus magis diligat. etiā cum ista inferiora sint facta propter hominem tanq minus perfecta propter magis perfectum erunt magis facta propter magis perfectum hominem q propter minus perfectum. Et consequenter deducitur probabilitas opinionis sancti Thome q aliquis potest sibi subtrahere simpliciter necessarium ad sui conseruationem vt det magne persone a qua dependet respublica ciuilis aut ecclesiastica.

¶Secunda pars q est simpliciter inabdicabile & similiter q̄tum ad certam speciem in omni euentu non licet homini seipsum interficere/nec positiue omittendo scilicet id quod est necessarium ad sui conseruationē. sed si abdicaret in omni euentu hoc dominium q̄tum ad certam speciem seipsum interficeret interpretatiue in aliquo casu scilicet si necessario indigeat cibo & nihil sit illi presens preter illud comestibile. huius opinionis est dominus armachanus in suo. ij. libro de paupertate xp̄i cap. xxiij. Ex quo sequit carthusiensem posse comedere carnes si nihil sit aliud presens & egeat cibo. & hoc deducit Panor. in ca. Si vero de iureiurādo nolim tamen negare si immineret scandalū debere potius mortem sufferre iuxta illud pauli. Si scandalisauero fratrem meum nō comedam carnes in eternum. Secūdum correlarium est. Contra legem nature faciunt qui in tantum vacant abstinentie q eorum vitam notabiliter abbreuiant.

¶Tertia pars conclusionis est q conueniēs fuit tam dominium ciuile proprietatis q̄ iurisdictionis superaddi. Pro cuius probatione quelibet communitas aliquorum adiuuem conuersantium est velut vnum corpus cuius singuli alter alterius sunt mēbra iuxta dictum pauli ad romanos. xij. Secūdo supponendum est q in illa communitate iure naturali ē potestas quedam qua eos quorū vita est in perturbationem eius a corpore prescindere etiam per mortem. & istud deducitur a priori ex ratione sancti Thome secunda secunde questiōe sexagesima quarta Omnis pars ordinatur ad totum cuius est pars velut imperfectum ad perfectum. & si saluti totius corporis expediat abscisio alicuius membri puta quia est putriduum aut ceterorum corruptiuum laudabiliter adscīditur. Cum ergo quelibet persona singularis comparetur ad totam communitatem sicut pars ad totum: ideo si aliquis sit pnicio sus communitati & ipsius corruptiuus: laudabiliter occiditur a communitate. Et probatur idem a posteriori quia cum communitas det principi auctoritatem occidendi sequitur q est prius in communitate: & nō ex datione cuiuscunq alterius/nisi dicatur dei. ergo i ea est illa potestas naturalis. Prima consequētia tenet per illud. Nemo dat quod non habet. Et si dicatur. Curatus nō presbyter dat suo vicario potestatem absoluendi quam non habet. Istud negatur: sed solum dat iurisdictionem quam habet. Ex isto sequit primo correlarie q potestas occidendi q̄tum ad institutionem non est positiua q̄ quis sit positiua q̄tum ad communicationem certe psone: vt puta regi aut certis personis de communitate paucis aut pluribus qui eam regant aristocratice aut timocratice: quia cum hoc preceptum non occides sit de iure naturali nisi eo per ius natu

rale aliquis casus exciperetur per ius positiuum: quodcunq saltem humanum excipi non posset: cum humana potestas vt singulis certum est/super ius naturale non existit De diuina autem inter doctores est dubiū.

¶Secundum correlarium. Nulla cōmunitas tota perfecta hanc potestatem a se abdicare potest/sicut nec singularis homo potestatem quam habet ad conseruandum se in esse. ¶Tertium correlariū. Princeps nō occidit auctoritate propria/nec illam potestatem potest sibi cōferre respublica. Hinc dicit Guillelmus parrhisiensis q dominium principum iurisdictionis est solum ministeriale in ordine ad cōmunitatē/sicut dominium sacerdotis respectu remissionis peccatorum est solum ministeriale in ordine ad deum. ¶Quartum correlariū. Non potest renūciare cōmunitas potestati quam habet super suum principem ab ea pstitutum qua scilicet potestate eum si nō in edificationē sed destructionē regat deponere potest/cū talis potestas sit naturalis. & istius sententie est glo. xxiij. q. ij. cap. ostendit. vbi dicit. populus habet iurisdictionē licet dicat lex q eam transtulit in imperatorē. Nam si ciuitas vel populus nō haberet iurisdictionem/quare puniretur propter delictum iudicis. & xxiij. questione secūda capi. dominus. vbi dicit/sic genus & ciuitas petenda est que vel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est/vel reddere quod per iniurias ablatum est/non enim puniendā foret ciuitas nisi iurisdictionē habere ad cōpellendū. Et iterū sequitur q non est dabilis in quocūq casu naturaliter monarchia pure regalis capiēdo monarchiam pure regalem prout visus est capere quidam istis diebus quādo vnicus preest & nullis subest: sed apud philosophum non ita capitur politia timocratica sicut ipse capiebat. ¶Quintum correlariū. Falsissimum est illud Scoti. q. iij. distin. xv. q nō licet quēquam occidere auctoritate publica: nisi in casibus exceptis a deo ab isto precepto non occides. Si intelligat de exēptione facta per ius positiuum diuinum qualia erant iudicialia veteris testamenti prout vidētur pretendere: quia tūc ante legē Moysi nō licuisset quēquam interficere/cū tunc nullum erat adhuc ius positiuum & in lege euangelica nō liceret quēquam interficere/saltem pro homicidio: quia iudicialia antique legis sunt reuocata & nullus casus videtur exceptus in lege euāgelica. nisi dicatur homicidium fuisse exceptū Mathei. xxvj. vbi dicitur Omnes enim qui gladium acceperint gladio peribūt. Si vero intelligat de exemptis adeo per ius naturale nō facio difficultatem: sed tūc nulla erit eius probatio ad probandū q pro simplici furto nō licet quēquam interficere. Istis suppositis probatur illa pars. Si enim res singulis cōmunicatis non appropriarentur: sed remanerēt cōmunes: cultura earū negligeretur: quia quod commune est negligitur/& corpore fortioresa debilioribus cuncta auferrent. ergo cōueniens fuit superaddere dominiū proprietatis ciuile. De dominio iurisdictiōnis probatur: quia cum cōmunitas regulariter facile congregari nō possit penes quā̄ residet naturalis auctoritas malos arcendi/& vnicuiq particulari supposito ius dicendi ad pacificam cohabitationem/congruū fuit vt eam delegaret alicui aut aliqbus quī facile congregari possent. Vltima pars est quam nō assertiue/sed solum probabiliter & inquirende veritatis gratia etiam causa cōferentie cū doctissimo viro magistro Roberto iacquinot in sacra theologie facultate licentiato meritissimo necnon venerabilis collegij beluacensis vigilantissimo primario q ecclesiastici a iurisdictione coacti ua ciuili nō iure diuino eximūt. Et primo pbatur ex illo Pauli ad Roma. xiij. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit/& q per potestates seculares intelligat principes seculares/ex sequentibus manifeste apparet. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Et iterum nō enim sine causa gladium portat. & q ista subiectio non sit solū ad vitandū scandalū patet

iterum ex sequentibus. Ideoq; necessitate subditi estote non solum propter iram sed etiam propter ꝓscientiam. Secundo probatur & apparenter & exẽplo beatissimi pauli actuum. xxv. vbi refugiens iudicium coactiuum sacerdotum dicit ad tribunal Cesaris appello ibi oportet me iudicari iudeis non nocui. si enim nocui aut dignum morte aliquid feci non recuso mori & iterum cesarem appello. vbi dicit glosa interlinearis quia ibi est locus iudicij. ergo refugiens iudicium sacerdotum ꝓfessus est se iurisditioni coactiue cesaris fuisse subiectum. sed credẽdum est ne apostolum fictε dixisse a quo oportet me iudicari aut metu mortis qui iã pro veritate mori elegerat ipo teste dum dixit. ego enim non solum alligari sed & mori paratus sum in hierusalẽ propter nomen domini nostri Iesu Christi. Multe sunt alie auctoritates quas breuitatis causa omitto & probo ratione. Si per hoc ꝙ homo consecratur in sacerdotem (de simplici tonsurato non facio difficultatem) efficeretur iure diuino non subiectus principi/ sequeretur: ꝙ nullus veniret ordinandus nisi ex licẽtia principis. conquens est falsum & absurdũ: patet sequela. ante ordinationem princeps habet aliquod ius in istum hominem quo etiam ipso inuito priuatur per ordinationem ex parte oppositi. sed nullus iure suo nisi ex consensu proprio aut culpa pro qua a superiori priuari potest debet priuari. hinc est ꝙ episcopus ordinans seruum despoticum sine consensu domini/ tenetur domino ad restitutionem. Secũdo si iure diuino sit exemptus eo ꝙ presbyter: ergo per quãcunq; degradationem non potest fieri laico principi subiectus: & per consequẽs nec a laico iuste iudicari cum ad iustum iudicii subiectio requiratur. patet sequela/ cũ iure diuino sit exemptus & iure diuino prohibitus erit principi vsus gladij in sacerdotẽ. sed tota ecclesia ius diuinum immutare nõ potest: ergo non potest per quãcunq; degradationem aut sententiam humanã subiici iudicio laico sicut nec non sacerdos fieri. Sententie opposite videtur esse Innocentius tertius in ca. solite de maioritate & obedientia dicens/ quod autem dicitur ad vindictam malefactorum/ laudem vero bonorum: intelligendum non est ꝙ rex vel imperator super bonos & malos gladij acceperit potestatem/ sed solũ in eos qui vtẽtes gladio eius iurisdictioni sunt commissi. Et eiusdem sententie cum Innocẽtio est Panor. in eodem capi. vj. notabili. Similiter vltimo ca. de foro competenti vbi dicit ꝙ priuilegium datum ecclesiasticis non fuit alicuius noui collatio/ sed tantũmodo iuris declaratio. Idem tenet glosa in ca. Si imperator. lxxxxvj. distinctione. vbi sic dicitur. anteq; esset aliqua cõstitutio/ clerici nõ erant de iurisdictiõe laica. vnde omnes cõstitutiones que emanarunt non sunt nisi iuris declaratio. Et Carlerius copiosum tractatum edidit contra bohemos. Nihilominus Guillelmus occham/ Marcilius de padua/ & Ioannes de parrhisius dicunt hoc esse priuilegium datum/ & fuit datum tempore Iulij primi adhuc viuente Constantino magno. vnde refert platina ipsum fuisse primum qui prohibuit ecclesiasticos litigare coram iudicibus laicis. Notãdum est tamen circa hanc partem ꝙ principes laici non possunt iam hoc priuilegio ecclesiasticos priuare: quia nullus potest alterum obquãcunq; culpam aliqua libertate sibi competente nisi in eum habeat iurisdictionem: cum priuatio talis actus sit iurisdictionis. sed principes laici in ecclesiasticos iam nullam habent iurisdictionem saltem quãtum ad eorum personam cum eã quam prius habuerunt a se abdicauerunt: ergo libertate donata eos priuare non possunt. Similiter ecclesiastici nunq; principibus laicis fuerũt subiecti quantum ad ea que eis iure diuino competunt vt sunt sacramentorum administratio & decimarum susceptio. Hec materia amplissimum requireret tractatum.

¶ Secunda pclusio. Dominium ecclesiasticum seu euangelicũ a puro homine nõ est institubile quo cuncti fideles arceri pñt nec

aliquis eximi non potest/ sed infideles a regali immutabile in aristocraticum aut tymocraticum ex institutione diuina nullam habet in tẽporalibus iurisditionẽ annexã.

¶ Prima pars conclusionis est/ ꝙ dominiũ euangelicum seu ecclesiasticum supremum non est ab homine puro nec hominibus instituibile. Pro cuius probatione supponitur hic ꝙ nõ loquimur de dominio quod habent ecclesiastici super peccata in foro secreto & penitentiali/ cuius actus nõ potest exerceri in inuitum: sed loquimur de dominio quod respicit forum exterius & publicum. & est potestas a Christo imediate instituta ad arcendum fideles ad viuendum secundum leges euangelicas pro ꝓsecutione felicitatis eterne. & hec potestas potest exerceri in inuitum. Ad quos autem actus se extendat hec potestas/ tanta est apud doctores cõtrouersia vt nimis confusa sit materia: ita vt his temporibus vt dicit Guillelmus occham summe necessarium foret ꝙ ꝓ sapientes iuramentis & horribilibus comminationibus ad veritatem dicendam arctatos declararentur q̃ spectant ad plenitudinem potestatis quã ecclesia nosc̃itur obtinere. quidam enim eam ita ampliant forsitan adulationis causa/ vt beneficia & priuilegia obtineãt vt omnis absorpta videatur principum potestas. Ceteri vero ex aduersa parte forsan vt principibus adulentur eam tantum arctant vt principum secularium voluntati subijciant vt Marcilius de padua dicens neminem posse excõmunicari ab ecclesiastico iudice: nisi ex principis consensu vt videre est in suo libro qui defẽsorium pacis intitulatur. Aliqui eam extenduntvsq; ad dissolutionem matrimonij rati & non consummati vt glo. in. cap. quod votum de voto & voti redemptione libro sexto. Similiter glo. in ca. ex publico de cõuersione ꝓiugatorum. vbi ponit hanc propositionem meo iudicio periculosissimam & condemnandam/ ꝙ summus pontifex posset statuere ꝙ per secundum matrimonium rumperetur primum. Eiusdem sentẽtie est Panormi. in eodem ca. Similiter magister Thomas de vio caietanus in opusculis nuper impressis: sed hoc est ꝓtra verbum Christi Mathei. xix. quos deus ꝓiunxit homo nõ separet nisi fornicationis causa. hoc preterea est ꝓtra substantiam sacramẽti matrimonij: quod est vinculũ indissolubile. nec verissimile est si dissolui posset per hominem quin ex sacris litteris hoc posset cõperiri/ sicut de matrimonio inter infideles altera partium ad fidem puersa. nec significat matrimonium istud ratum & nõ ꝓsummatum precise vnionem dei ad animã: sed etiã ad ecclesiam que est inseparabilis. Et si alleget aliquis ꝙ tale matrimoniũ ex iure pure positiuo dissoluitur per votũ solemne castitatis ad minus per ingressum religionis: hoc negat Depalude distinctione. xxvij. quarti. sed ex iure diuino quod ex traditione ecclesie habemus. Aliqui eam extendũt ad dispensandum ꝓtra ius naturale. vt glosa in cap. auctoritatem. xv. questione sexta. Alij ꝓtra prohibitionem dei dicunt posse dispensari vt angelus in summa super isto termino papa: sed hoc in his que non sunt primaria legis nature principia vt sunt quidem gradus cõsanguinitatis a lege diuina prohibiti. & allegat ex archidiachono florentino factum Martini quinti. Eiusdẽ est sententie Panormitanus capitulo per venerabilem. qui filij sunt legitimi. Et ꝙ falsum sit istud manifeste patet. qa non potest subditus alicui legi in illã legem: nec iferior in legem superioris qualis est papa in ordine ad legem dei & legem nature. & mirum est ꝙ tales eum ab illis legibus non absoluãt. Aliqui vero hanc potestatem ad auferẽdos minores prelatos sine causa rationabili & iuris ordine non seruato: ita ꝙ nunc tenet sententia ac si esset iusta: & eo facto quo placet summo pontifici depositus est q̃is in ita faciẽdo peccet. vt Petrus depalude tractatu suo de ecclesiastica potestate articulo quinto & articulo sexto. dicit vnum quod est mirandum ꝙ rex non potest deponere vassallum vt alterum instituat/ imo si depo

nat non tantum peccat sed nihil facit. papa autem si destituat magis bonum sine causa & loco eius ponat minus bonum licet peccet tamen institutio tenet. Si autem minus bonum destituat vt ponat magis bonum tenet institutio & nō peccat/que profecto sententia est igne digna cum constet prelatos & titularios: & verum ius habere quo nullus inuitus sine causa rationabili priuari potest. ista tamē potestate absoluta vsus est vti sanctissimus pater modernus in prelatos nostros: vt infra patebit. Aliqui vero ad infideles eā protēdunt ita q̄ per eam ad precepta legis nature talem cōpelli possint: vt Panor. in ca. nouit. de iudicijs. cuius opposītum satis habetur ex ca. gau. de diuor. vbi dicitur eos questionibus canonicis minime arctari iuxta illud appostoli. quid enī ad nos de his q̄ foris sunt iudicare. Aliquādo ad peccata secretissima puta peccata cordis extendi ita q̄ pro eis homines ligari excōmunicatione possint. vt glo. in clementina de hereticis: sed hoc ē aduersum ferme omnibus doctoribus dicētibus ea peccata iudicio dei reseruata de pe. dist. prima. ca. cogitationis penam nemo patiatur/ab homine dicit glo. sed bene adeo. & hoc patet per ca. mandato de simonia. & ca. Tua nos & per parabolam saluatoris Mathei. xiij. prohibentur crimina eradicari sub censura excōmunicationis sub nomine zizanie quādo a frumēto cognosci nō possunt. & hoc non potest ecclesia apud Durandum non solum propter defectum cognitionis: sed propter defectum iurisditiōis in quarto distinctione. xiij. Non videtur mihi insuper hec potestas ad eos qui sunt in purgatorio extendenda/cum vbicunq; in euāgelio fierent promissa aut collata dictū sit. q̄dcunq; ligaueris sup terrā/aut q̄dcunq; solueris sup terrā/q̄cūq; ligaueritis sup terrā/& q̄cūq; solueritis super terram/& nunq̄ de his que e vita decesserūt facta est mētio. Et ex hoc sequitur q̄ non possunt anime in purgatorio existentes a pena solui per indulgentiarum largitionem sed bene per suffragia. & hoc optime deducit Carlerius in tractatu quem fecit de ista materia. Alij vero hanc potestatem nimis restringere videntur. Dicunt enim eam non extendi nisi ad peccata commissa in rebus pure spiritualibus iuncta contumacia vt puta que sunt euāgelio propria vt puta peccata commissa contra articulos/& sacramenta & non ad peccata que sunt contra legem nature. Et huius sētentie videtur esse Guillelmus occham circa finem sui dyalogi. & Ioannes gerson lectione quarta de vita spirituali anime. verū tamen videtur michi satis conformiter ad textum euangelicum ad quecunq; mortalia manifesta quibus iuncta est contumacia hanc potestatem extendi/ ita q̄ per eam cōtumaces ligari possint. Nam Mathei decimooctauo. vbi instituta est hec potestas dicitur si peccauerit in te frater tuus/vbi non distinguit Christus de his peccatis vel illis/ sed vniuersaliter de singulis peccatis mortalibus loquitur: & statim subiungit denūciandum esse ecclesie/cum ad charitatiuam correctionem non vult emendari. Et iterū si ecclesiam non audierit venit excommunicandus. Huius sententie est Durandus in tractatu quem egit de ista materia vbi dicit iurisdictionem ecclesiasticam extēdi ad omnes actiones christianorum non solum clericorum: sed etiam laicorum. Maxime si p modum iniurie vel cuiuscunq; alterius peccata considerētur. & ad hoc probandum/ rationem quam dicit irrefragabilem adducit. sed plus cogit textus preallegatus q̄ eius ratio. Correlarie sequitur q̄ extenditur ad cogendum eum qui vendidit vltra iustum precium quāuis non dimidium iusti precij vt restituat. Secundo sequitur q̄ extenditur ad cogendum pure laicum vt soluat debitum aut cedat bonis. Quis dubitat talem nolentem soluere/ in fratrem suum peccare: Seruādus erit igitur processus iste Mathei decimooctauo in ipsum. Et istud correlarium ponit Carlerius in tractatu cōtra certas personas male sentientes de clauibus ecclesie ad archiepiscopū bisonthinen.

verūtamen ecclesiasticus non debet attentare vbi paratus est iudex laicus cogere: ne in grauamen principū videatur Christus hāc potestatem instituisse. Sed quādo deest laicus iudex/aut si non desit non vult/aut si velit non potest: tunc ad potestatem ecclesiasticam recurrendum est/de foro competenti. ca. licet. Illud correlarium prius positum est de mente Panormita. in ca. In ciuitate. de vsuris: vbi potest compelli clericus ad restituendum id quod habet vltra iustū precium in foro cōtentioso. Idem puto de laicis saltem in foro ecclesiastico. Et istud ē bene notandum cum videatur expresse cōtra capitulū cum dilecti de emptione & vēditione. & glo. in eodem ca. sed falsum est quod dicit glosa in illo capi. q̄ licitum est contrahentibus sese citra dimidiū iusti precij decipere. nec iure canonico approbetur contractus ille: sed bene iure ciuili: cum nō sit verissimile ius canonicum conditum in instinctu spiritussancti deceptionem dolosā approbare. Istis suppositis probatur prima pars. Potestas includens aliquid quod excedit omnem facultatem humanam non potest institui ab homine nec a communitate: sed potestas ecclesiastica aliquid includit omnem potestatem excedens: scilicet posse relaxare penam debitam in purgatorio & posse aliquem excludere a suffragijs ecclesie. Similiter posse consecrare & posse absoluere a peccatis que singula humanā facultatem excedunt. & hoc argumento vtuntur doctores ad probandum q̄ ecclesia non potest instituere sacramentum. Et ex consequenti sequitur q̄ non potest instituere aliquid quod ex vi operis operati remittat venialia peccata/sicut imaginantur aliqui de aqua benedicta. Secūda pars ē q̄ illa potestate cuncti fideles possunt arceri: & q̄ ab illa nulli possunt eximi. que probatur satis ex dictis circa processum illum. Si peccauerit in te frater tuus & ex eo quod dictum est petro cum promissa est ei hec potestas. Quodcūq; ligaueris super terram &c. Si eni eximeretur aliquis: falsa esset hec propositio. Insuper cum illi potestati non ex institutione humana/sed diuina cuncti fideles subijciantur/& quando aliquis subijcitur alicui auctoritate alicuius & non ex proprio consensu: non potest ab illa subiectione eximi nisi auctoritate eius qui eum subiecit vel auctoritate sui superioris si habeat superiorem. hinc est q̄ contra obediētiam debitam ecclesie prescribi non potest. Et multi imperatorum & regum ex hac potestate fuerunt excommunicati vt Innocentius papa Archadium imperatorem: quia consensit vt Ioannes chrisostomus pelleret a sede sua excommunicauit. & beatus Ambrosius licet sanctus/non tamen vniuersalis ecclesie episcopus Theodosium magnū imperatorem excommunicauit. vt capitulo duo sunt. lxxxxvj. dist. inctione.

¶ Tertia pars est q̄ illud dominium nō est mutabile in aristocraticum aut thimocratia: cum: sic q̄ secluso concilio vniuersali pluribus suprema ecclesiastica potestas cōmunicaretur siue in magno numero siue in pauco. & ista pars est glo. ij. questio. prima in cap. non autem. Oppositum probabile reputat Guillelmus occham tertia parte dyalogi. quod sic probo: quia si communicetur pluribus aut communicatur eis copulatim aut diuisim. Si primum: sit ita ergo q̄ communicetur duobus: & nullus eorum eam seorsum habeat tunc vno istorum capto cum supremam iurisditionem non obtineat potest illa potestate ligari & per consequens tunc in istis copulatim non residet. Si diuisim: ergo nullus alterum poterit ligare aut soluere cum par in parem non habeat imperium. & sic falsificatur illa propositio quodcunq; ligaueris. Huius sententie glo. in cap. non autem. septima questione prima. & Armachanus libro septimo q̄stionum armenorum. capi. xv. ¶ Vltima pars est q̄ ex institutione Christi nullam habet potestatem laicā annexam. Ista propositio patet auctoritate Bernardi dicētis nō i possessionibus sed criminibus est ptās vestra. Et ex ca. nouit. de iudicijs vbi Inno. ad pre

latos francie scribens non enim intendimus iudicare defendo cuius iudicium ad regem spectat. sed decernere de peccato cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura quam in quelibet exercere possumus & debemus. Secundo probatur eadem propositio/de ratione potestatis laice est penam ciuilem posse infligere vt sunt mors/exilium/bonorum priuatio. sed nullam talem penam ex institutione diuina infligere potest ecclesiastica potestas: imo nec incarcerare vt plerisq; doctoribus placet: sed ad solam penam spiritualem extenditur vt puta excomunicationem. reliqueaute pene quibus vtitur ex iure pure positiuo sunt. Et si dicat aliquis/ad potestatem ecclesiasticam spectat ciuiles leges auferre: vt patet vltimo de prescriptionibus vbi abrogatur lex permittens prescriptionem fieri cum mala fide. Breuiter dicitur prout habetur in glosa in regula possessor. de regulis iuris. libro sexto. q; nullam legem ciuilem auferre potest suprema potestate ecclesiastica fungens nisi illa cotineat peccatu quemadmodum erat lex illa prescriptionis/& actus ille non est actus iurisditionis ciuilis sed ecclesiastice ad qnam singula peccata cohibere spectat. & ex ista propositione inferro correlaria. Primum est. Si constantinus magnus dederit summo pontifici imperium occidentale fuit vera datio & non solum debiti redditio. Dicitur notanter si dederit/cum in singulis capitulis: vbi asseritur ipm dedisse ponatur palea. vt patet in vtroq; capitulo Constatinus. lxxvj. distinctione. & mirum est si dedisset quo modo hoc tacuisset platina: bene referunt de quarudam ecclesiarum rome dotatione: sed de imperio nihil. Secundum correlarium est. Constantinus magnus cotradicens populo occidentali non potuit ad summum pontificem transferre imperium/cum potestas quelibet ciuilis & precipue suprema nisi tyrannidem appelles potestatem ex libero consensu populi introducatur: nec consensus ex metu cadente in constantem virum sufficeret cum non sufficiat ad translationem rei particularis: vt cōmuniter dicunt doctores decimaquarta distinctione quarti sententiarum. quauis iuriste nominatim glo. & Panor. in cap. abbas. de his que vi metus ve causa fiunt sentiat oppositum: & precipue de rebus in quibus competere potest actio q; metus causa. & per hoc dicunt non posse fieri corporis translationē matrimonialem cum nō competeret actio q; metus causa. quia quos deus coniunxit homo non separet. Sed pbabilior est theologorum opinio. & ex isto iterum deduceret christianissimum regnum gallorum nū quam fuisse subiectum imperio romano. Nam manifestū est eos tyranniſſe intrasse & populum nunq; postea libere cōsensisse in subiectionem. sed si consenserit hoc fuit ex metu cadente in constantem virum. Et iterum sequitur correlarie christianissimū regem francorum nunc nulli subesse in temporalibus. & hoc habetur in capitulo per venerabilem. qui filij sunt legitimi. vbi dicitur rex francorum nullum in temporalibus recognoscit superiorem. & quauis dicat glo. hoc est de facto & nō de iure. quia de iure subijcitur imperatori: illa glosa destruit textum: cum statim subiungatur. Et ideo sine alterius iniuria nostro iudicio subijcere potuit. Si enim iure alterum haberet superiorem vt puta imperatorem manifestum est illi superiori iniuriam factam esse se alteri ab eo subijciendo.

¶ Terta conclusio. Dominium ecclesiasticum supremum prius tempore perfectione & maius intētione in ecclesia q; in summo pontifice existit quo concilium generale sine auctoritate pape congregabile fungens eius quemlibet actum in quelibet Christi fidelem exercere potest.

¶ Prima pars huius conclusionis est q; dominium ecclesiasticum est prius tempore in ecclesia q; in summo pontifice. Probat sic. Istud dnium fuit collatum ecclesie Mathei xviij. vbi data e primo potestas cognoscendi de peccato in foro exteriori cum illo precepto dic ecclesie. Frustra enim precipere

tur ecclesie denūciari nisi apud eam cognoscendi resideret auctoritas. Secundo est ecclesie potestas sententiandi cognitione premia: & non obtemperantes sententie pena mulctandi quod est proprium iurisdictionis choerciue quando dictum est. Si non audierit ecclesiam sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et q; de ecclesia prout est plurium collectio intelligatur: patet. quia statim pluraliter subiungitur/quecunq; solueritis & quecunq; ligaueritis &c. in quibus verbis et apud doctores data est ecclesie auctoritas statuendi constitutiones sententie late/nō solum sententie excommunicationis: sed suspensionis a fructibus/immo & depositionis a titulo. Sicut multum probabile est ita esse canonem sententie late in hereticos/& illos qui post adeptum beneficium nō promouetur infra annum. & hoc tenet de fontibus in quolibetis. Sed adhuc tunc nullus erat institutus sūmus spōtifex: sed pcise post resurrectionē/ Ioan. vltimo cū dictum est petro. Pasce oues meas. Etiam apud aduersarios quis ei prius fuisset promissa matthei. xvj. dabo tibi claues regni celorum/ergo prius fuit collata ecclesie q; summo pontifici. Vnde sicut potestas ciuilis coerciua cuius finis est felicitas politica scilicet ciuiliter adinuicem conuersantium est prius tempore in corpore politico q; in quocūq; eius membro: ita xps corpori eius mystico ecclesiasticam potestatem contulit cuius finis est felicitas superna/q; cuicūq; membro. Ex hoc infero probabiliter correlarie. Et si xpus nullum post resurrectionem eius summum pōtificem seu suum vicarium generalem instituisset: ecclesia in gradu eque perfecto potuisset instituere. Probatur. quis nullum instituisset iam prius erat suprema ecclesiastica potestas coerciua instituta & ecclesie cōmunicata. ergo etiam potuisset eam alicui supposito committere/sicut ciuium multitudo potestatem suo principi committit. Secundo probatur & meo iudicio peremptorie. cum christus instituit petrum summum pontificem Ioan. vlti. nihil potestatis de nouo contulit ecclesie/sed soli petro. nec vnq; postea legitur aliquid de nouo cōtulisse: & tamen notissimū est q; petro mortuo/in ecclesia fuit potestas instituendi alium quem summum pontificem. ergo & ante institutionem petri & per consequens si xpus non instituisset ecclesia potuisset instituere

¶ Secunda pars est q; illa potestas est maior perfectione & extensiōe in ecclesia q; in summo pontifice. q; sit maior perfectione: probatur/sic est in ecclesia indeuiabiliter ita q; errare non potest in his que sunt fidei & bonorum morum/nec errare potest in sententiendo ita q; male sententiaret/cum semper ei assistat spiritus sanctus veritatis doctor & infallibilis director/& nihil iudicat aut statuit nisi eius instinctu/iuxta illud quod scriptum est actuum. xv. Visum est spiritui sancto & nobis. sed in summo pontifice est deuiabiliter: ergo est perfectior illa potestas in ecclesia q; in summo pontifice. Ex ista parte infertur correlarie q; determinatis per summum pontificem non est necessario credendum q; quis non sit oppositum publice dogmatisandum nisi manifestum sit ex sacris literis ex reuelatione aut determinatione cōciliij determinati aut per concilium necessario credendum est. propter hanc causam visum est guillelmo occham i prima questione de potestate sūmi pontificis ca. ix. multa in decretalibus contineri que hereſin sapiunt. & nitit deducere ex pluribus passibus. Primo ex ca. per venerabilem qui filij sunt legitimi vbi dicitur de trono. secunda lex interpretatur ex vi vocabuli. comprobat q; ibi decernitur in nouo testamento deberet obseruari. sed manifestū est multa i deutero. poni que obseruanda in nouo testamēto asserere hereticum est. Si dicat obseruanda sunt in sensu mystico ita & ea que ponūtur i leuitico & alijs libris: & sic nullam poneret differentiā & plerisq; alijs locis que tamen mallem humiliter exponere propter reuerentiam. Secundo. est in ecclesia inauferibiliter/in summo pontifice autem auferibiliter. Probatur nunc q; sit maius extensi

ue in ecclesia q̄ in summo pontifice. Nam i ecclesia est ad instituendum summum pontificem aut eius institutionem aliquibus cō mittendam sicut commisit dominis cardinalibus/non autem sic est in summo pontifice. Secundo. est in ecclesia ad arctādum vsū potestatis in sūmo pontifice: si vtatur nō in edificatonē ecclesie. iuxta illud saluatoris. Si scādalisauerit te oculus tuus erue eū a te/ q̄tum ad vsum dicit glo. quemadmodū arctauit in mandatis & reseruationibus: sed i summo pontifice non est ad arctādum vsū illius potestatis in sequenti cum par in parem non habeat imperium. Tertio est in ecclesia supra summum pontificem non solū in materia fidei: sed in singulis: vt tenet Ioānes patriarcha Antiochenus in tractatu de ista materia quod etiam concedit glo. in capitulo Si papa. xl. distinctione. in peccatis scādalisantibus totam ecclesiā. Tertia pars est q̄ concilium generale cōgregabile sine auctoritate pape ista potestate fungitur.

Pro cuius partis ampliori declaratione dico primo iure diuino summo pontifici competit auctoritas ordinaria & regularis concilium generale conuocādi & nulli alteri. summo pontifici iure diuino obligatur quilibet fidelis obtemperare & nulli alteri / ergo iure diuino soli summo pōtifici regulariter & ordinarie subiiciuntur ceteri prelati vt ad eius preceptum teneantur p vtilitate ecclesie ad certum conuenire locū. de collegio autem cardinalium apud eos q̄ dicunt q̄ sunt de statu herarchico succedentes apostolis prout assistebāt christo/similiter & petro ante eorum diuisionem satis probabile est q̄ illi collegio hec auctoritas iure diuio competeret cum duodecim apostoli & non solus Petrus multitudinē discipulorum conuocauerunt actuum sexto. Ex quo iterum sequitur q̄ nō solum de statu episcoporum qui apostolis succedūt sūt vocandi ad concilium ad habendam vocē deliberatiuam: sed etiam de statu curatorū qui succedunt discipulis. Secundo dico cū & papa & collegium ita obstinati essēt vt etiam vrgente necessitate nolint concilium conuocare/non esse credendum a domino derelictam ecclesiam absq̄ medio oportuno: vt se conseruet tueatur & protegat alias melius esset ordinata politia pure ciuilis q̄ ecclesiastica cum eorum principibus negligētibus eius tuitionem possit populus aduersarijs se defendere. Vnde in tali casu meo iudicio quelibet ecclesia particularis ad cuius notitiam peruenit congregandi concilium necessitas necnon eorum vel eius ad quem ordinarie spectat conuocare obstinata malitia ceteris non preceptiue: sed cōsultiue illud manifestare debet/necnō certū locum aut certa nomiare ad quem vel quetus pateat accessus ad instar oculi qui cum preuidet pericula corpori immiere: ceteris manifestat membris necnō locum ostēdit ad quem confugere possint & instrumenta quibus se protegant. & post istam manifestatōnem cetere ecclesie particulares nō humano sed diuio precepto ad locum aliquē tutum debent conuenire. Sicut postq̄ p experimentum medicum alicui dictum ē de aliquo cibo q̄ est necessarius ad eius sustentationē nō vt precepti medici: sed vt precepti legis nature tenetur illud sūmere. Correlarie sequitur quarūdam prouiciarum prelatos de necessitate concilij sufficienter instructos nec aliter laborantes pro pace ecclesie non esse in pscientia tutos. Dico tertio si singule ecclesie particulares post hanc institutionem ad certum conuenirent locum: apud illam collectionem ecclesie residet auctoritas imo a casu conuenirent. vt dicit Io. gerson/ quis dubitat apud collationem apostolorum qui a casu conuenerunt (vt dicit) in trā situ virginis tanta fuit auctoritas sicut si patri precepto cōuenissent. Dico quarto probabiliter nichil temere asserendo si post talem insinuationem cause necessarie congregationis fiende alique particulares ecclesie ceteris perniciose negligentibus apud aliquem certum locum conueniant: tota resideat in eis auctoritas. Si enim nō posset dextera manus aut nollet per imaginationem

corporis defensioni vacare: nunquid apud sinistram residebit defendendi corpus potestas: & si neutra manuum velit aut possit in ceteris membris. Et hoc est satis pforme dicto Christi vbi duo vel tres fuerint pgregati in nomine meo: in medio eorum sum. & dicit in nomine meo & non in nomine petri. & istud iterum probatur/ nam possibile est summum pontificem cum vna ecclesia obstinatum esse & nolle vacare ecclesie edificationi sed potius destructioni. quo i casu quis asserere auderet i parte residua potestatem non esse: vtinam zelus domus dei nostri temporis prelatos cū regio prophe ta comederet & zelarent salutem Christi fidelium plusq̄ pecuniam. non differrēt properare ad concilium pysanum/ aut quēuis alium locum tutum & occurrere effusioni tanti sanguinis Christiani/ necnon vt verisimile est innumere animarum perditioni que eorum custodie commisse sunt. videt ecclesiam gallicanam ad quēcunq̄ locū tutum paratissimam. quis enim eis locum tutum romam estimabit esse: cum in eos tantum seuiat sanctissimi patris animus vt quēuis penes romam iudicent concilū non expectato patrum aduentu non obstante legitima appellatione interiecta & non seruato iuris ordine in eos processerint deponendo excommunicando vt iam eos intitulet olim lugdunensem & senonensē episcopos & sic de alijs/ dicturus cum aduenerint patres depositi sunt. quid vobis videt? quis dubitare poterit hec tempora periculosa magis q̄ tempora schismatis? cum caput ac si esset in destructōnem sibi potestas data & non in edificationem in eos qui saluti corporis intendunt seuire videatur & pro eo q̄ bene arguunt plectere pena. sed illas censuras nullo modo esse timendas constat ex eo q̄ dicunt doct. in quarto. distincti one octaua/ nominatim Durandus cum sententia manifestum errorem continet vtputa/ si dicatur excommunico te quia credis in eum nullo modo est timenda nec seruanda i secreto aut publico: sed de his hactenus

¶ Vltima pars est q̄ concilū generale omnes actus iurisdictionis ecclesiastice in quēlibet Christi fidelem exercere potest. q̄ possit dispensare patet ex capitulo presbyter. lxxxvj. distinctione. q̄ possit canones obligantes condere: patet ex. xviij. capitulo actuum & capitu. si quis de clericis. xij. q. iij. Q̄ possit dare indulgentias: patet cum indulgentie dentur ex thesauro ecclesie cuius papa minister est. Si enim minister ex thesauro domini aliquid erogare possit: a fortiori ecclesia domina poterit. Q̄ possit excōmunicare patet ex capitulo episcopi & plaeuit. xj. q̄stione. iij. & capitulo omnis vtriusq̄ sexus de penitentijs & remissionibus.

¶ Circa istam partem dominus vesperiatus magister Ludouicus bel. posuit propositionem mecum collatiuā q̄ summus pontifex potest excommunicari manens summus pontifex. cui propositioni nollem contradicere quia determinatum est per cōcilia antiquitus nunc per sacrum cōcilium pisanum reuocatum. q̄ summus pontifex illi pcepto si peccauerit in te frater tuus &c. subijcitur nō solū actiue sed passiue. verū tamen eius propositio non est ita certa quī multorum potestas conciliorum zelatores maximi de ea dubitauerunt non propter ipotentiam concilij: sed rei contradictionē: vt patet ex Nicolao de cusa in libro quem compilauit in concilio Basilienſi qui intitulatur de cōcordia ecclesiastica opus profecto insigne in quo preclarissime de potestate conciliorum & summi pōtificis & regum & imperatoris diffinit capi. xviij. secundi tractatus cum papatus i libera administrandi potestate consistere videatur. & nil aliud videatur esse q̄ libera potestas super omnes ligandi & soluendi. & Iohan. gerson consideratione habita de statu papali sic dicit. Status papalis q̄is eximat papam a legibus pure positiuis ciuilibus/ aut canonicis sic q̄ secundum eas cohercerī punitione non possit. & q̄ loquitur de canonibus generaliorum conciliorum satis patet ex eadem consideratione. & ad istud p

Questio in vesperiis habita.

bandum adducam rationes que mihi vidē
tur apparentiores relictis auctoritatibus q̄
varie sunt. Primo sic, papa nō potest sepa-
rari a communione fidelium. ergo non po
test excommunicari, consequētia tenet. qa
excommunicatio quelibet illam separatio
nem importat, & probatur antecedens: qa
cum quis excommunicatur eius subditi le
cite cum eo possunt communicare vt i om
nibus doctoribus notum, sed summo pon
tifici quilibet fidelis est subiectus. ergo nul
lo modo potest separari a licita fideliū cō
munione Et confirmatur ista ratio: quia iu
re diuino tenetur quemlibet Christi fidelē
pascere & quilibet Christi fidelis ab eo pa-
sturam accipere: quia iure diuio est ei deter
minata cura cuiuslibet fidelis quādo Chri
stus dicit, pasce oues meas: sed p̄cilium ge
nerale a precepto diuino soluere non po-
test. secundo si summus pontifex posset ex
communicari absq; eius depositione a cō-
cilio: ergo poterit remanere summus pon
tifex excommunicatus concilio dissoluto.
consequentia tenet: quia post talem senten-
tiam poterit dissolui absq; depositione &
absolutōne. sed quero, quis tunc absoluet:
& apparet q̄ nullus poterit soluere nisi in
mortis articulo, quia nullus potest absolue
re a censura lata ab homine vel hominibus
nominatim nisi ille qui tulit aut illi qui tu-
lerunt si a communitate feratur: vel ad eum
aut eos superior: tum secundo/absolui a ta
li censura est actus iurisdictionis fori exteri
oris quem i papam nullus nec aliquod col
legium preter cōcilium generale habere di
gnoscitur. Hinc dicunt doctores etiā Ger-
son q̄ nulli potest se submittere qui possit
eum excommunicare licet possit se alicui
submittere qui possit a peccato soluere.
Tertio, si summus pontifex possit excom-
municari a concilio: ergo poterit incurrere
sententiam canonis sententie late a cōcilio
sicut est canon de semel confitendo in an-
no/& sic esset excōmunicatus summus pō
tifex ipso facto si non confiteretur semel in
anno, hoc autem foret periculosissimum:
quia tunc quicunq; actus iurisdictionis si-
cut sunt excommunicationes/dispensatio-
nes/beneficiorum collationes essent nulli.
cum excommunicatus quilibet exercitio iu
risditionis careat. Preterea tunc non esset
orandum pro summo pontifice. Similiter
tunc caput esset a corpore separatum & sic
non esset amplius caput. Et ad omnes ca-
nones conciliorum Constantiensis/& Ba
silliensis/Lateranensis/in summum pontifi
cem sub pena suspensionis respondet Ni-
colaus de cusa/q̄ sunt intelligendi sub pe
na suspensionis ab exercitio iurisdictionis
fori exterioris. Et ad rationem/curatus ma
nens curatus potest excommunicari. Re-
spondetur, non est simile/ quia cuilibet cu
rato ex iure pure positiuo determiate sunt
iste vel ille oues: sed summo pontifici iure
diuino omnes Christi fideles determinate
sunt oues. Hinc ipso remanente nō potest
earum communione priuari.

FINIS.

¶Dictata clarissimi & acutissimi doc. Theologi Mgri Iacobi Almain Senoñ. sup sentẽtias mgri Roberti Holcot apprie vtilia.

Triplices opiniones de causatione assensus fidei.

CIRCA MATERIAM primi articuli doctoris aduertendum est q̃ de materia ista fuerũt tres opiniones. Prima/ q̃ assensus fidei põt causari ex solo imperio volũtatis nõ seclusdendo ꝓcursus notitiarũ ap̃hẽsiuarũ crediti. Hãc videtur insequi Occã. xxiiij. &. v. questiõibus secũdi ꝓtra quẽ sunt cões doc. Alia est extrema ipsius doc. q̃ nõ põt intellectus nõ habituatus alicui ꝓpositioni assẽtire assẽsu fidei nisi necessitatus per rationẽ.

ꝓpositio. Prima

Opinio media videt probabilior & cõior pro qua ponũtur due ꝓpones. Pria/ aliqs assensus fidei mere naturaliter cãtur. Patet/ assẽsus alicuius ꝓclionis q̃ naturaliter & euidẽter seq̃t ex alijs duabus creditis mere naturaliter causat. & ille assẽsus est assensus fidei. ergo. Maior nota est ex prio poste. ca. j. Minor patet/ assensus fidei ꝑmissarũ non põt causare assensũ euidentẽ ꝓclusionis/ qa tũc ageret vltra gradũ sue perfectionis. ¶Scda

2. ꝓ.

ꝓpositio/ aliqs assẽsus fidei libere cãtur tã q̃ actus ipatus. & sit a/ actus fidei/ & q̃ro/ vel a/ assẽsus imediate cãtur ex solis noticijs ap prehẽsiuis terminorũ/ vel solũ ex impio volũtatis/ vel solũ aliqbus alijs assẽsibus prioribus/ vel ex aliqbus istorũ simul iũctis. Si primũ/ & causatur ex quibuscũq; apphensiuis noticijs/ puta tã ituitiuis q̃ abstractiuis: iam illa ꝓpositio erit p se nota. Si autẽ ex solis intuitiuis/ assẽsus ille erit euidẽs. Vtraq; ꝓna tenet ex quid nois terminorũ: & nõ potest dici secũdũ sicut bñ probãt rones doc. Si autẽ dicatur secundũ. tã quero de illis assensibus prioribus a quibus causãtur/ & sic erit ꝓcessus in infinitũ/ vel de necessitate erit deueniẽdũ ad quartũ scilicet q̃ assẽsus fidei causatur ex impio volũtatis cũ aliquo motiuo/ & sic ad primũ assensũ fidei causandũ duo req̃rũtur. Primũ/ est aliqd motiuũ qd̃ se solo sufficeret gñare opinionẽ. Scd̃m/ est impiũ volũtatis: & rõne istius scdi assensus iste est liber & meritorius denoiatiõe extrinseca & nõ rõne primi. Ex hac opinione ista ꝓna nõ valet/ sortes magis assentit & credit q̃ plato/ & sunt in equali gratia/ ergo sortes plus meretur q̃ plato p illũ assensũ. Probat sic. & suppono q̃ sortes & plato habeãt equalia iperia volũtatis/ & sortes habeat rationẽ magis apparẽtẽ q̃ plato. tũc clare patet correlariũ. ¶Secundũ correlarium. Stat vetulã habentẽ pauca motiua ad ꝓpositionẽ credibilẽ magis assentire ꝓpõi q̃ doct. theologus habẽs multa motiua. Patet/ qa stat vetulã habere impiũ volũtatis multo plus intensũ q̃ habeat theologus/ ita q̃ totalis causa credẽdi in vetula sit multo maioris actiuitatis q̃ totalis causa credẽdi in theologo. ergo. ¶Tertiũ correl. multũ ꝓbabile videt q̃ ratio thopica iũcta rõni demõstratiue ad eandẽ ꝓclionẽ partialiter concurrat ad ꝓducendã sciam illius ꝓclionis. & ꝓhoc multũ facit q̃ doc. rõnibus demõstratiuis miscẽt thopicas q̃d̃ nisi correlariũ foret verũ supuacaneũ esset. & hoc correlariũ hñt ꝓcedere oẽs tenẽtes formidinẽ esse distinctã ab assensu opinatiuo. ¶Quartũ correlariũ. est aliqua res q̃ se sola naturaliter causaret aliquẽ effectũ cũ adiuctorio tñ causat effectum ꝓtrariũ. Patet sic. ratio thopica se solacãret ꝓsequẽtis opinionẽ/ & tñ cũ adiuctorio imperij volũtatis causat fidẽ ꝓsequẽtis. & fides actualis & opinio actualis eiusdẽ sũt qualitates ꝓtrarie vt cõiter deducũt doc. i ꝓlogo sentẽtiarũ. ¶Quintũ correlariũ/ actus fidei est vite eterne meritorius sicut actus impati dicũtur meritorij. Queritꝫ an sicut ratio thopica aduenientẽ impio volũtatis causat fidẽ/ ita hitus opinatiuus alicuius ꝓpõnis aduenientẽ impio volũtatis causet fidẽ. Dico q̃ non/ qa tũc aliq̃ causa naturaliter ꝓduceret aliquẽ effectũ q̃ eẽt naturaliter corruptiuus illius cãe/ qa fides actualis ẽ naturaliter corruptiua hitus opiatiui cũ sit naturaliter ꝓductiua hitus ꝓtrarij. & ratio est: qa hitus opinatiuus nõ est se solo sufficiẽs cãre actũ opinatiuũ: sed req̃ritur liber ꝓsensus volũtatis

1m

Primũ correla.

2m

3m

4m

5m

cũ dicat Arist⁹. habitibus vtimur cũ volumus. ¶Queritur secũdo/si a/& b/contradictorias adducãtur rõ est thopice alicui que videtur ei eque fortes cũ a/ꝓpositio sit ei tunc naturaliter neutra an per imperium voluntatis aduenies rationi thopice possit credere a/propositionẽ. Ad hoc visum est quibusdã ꝙ nõ. & ratio talis assignari põt que videtur satis apparẽs. ratio thopica ad a iuncta/tũc nõ potest concurrere ad assensum ipsius a/& imperiũ tunc nõ potest cõcurrere nisi ꝓcurrente ratione/ergo nõ põt tũc credere. Patet maior/q̃tum ratio inducta ad a est nata ꝓcurrere ad assensum ipsius a tantum resistit ratio inducta ad b ꝓtradicẽdum a/ne cõcurrat cum sint eque fortes & productiue assẽsus contrarij. sed a proportione equalitatis non fit actio: ergo pro tũc non cõcurrit. Preterea. nõ est in potestate voluntatis ꝙ intellectus assentiat assensu fidei alicui ꝓpositioni per suum imperiũ q̃ seclusso imperio esset neutra/quia opposito dato posset facer volũtas p suũ impiũ ꝙ oino assentirẽ isti astra sunt paria: sed in casu posito ꝙ a/ꝓpositio seclusso volũtatis imperio esset neutra/suppositio ꝙ rõnes ad eã & oppositũ eẽnt eq̃ fortes: ergo p suũ imperium nõ potest tũc assentire a/ꝓpositioni. Oppositũ tñ arguitur sic. aggregatũ ex imperio ad assensũ a/ꝓpõnis & ratione inducta ad eandẽ est maioris actiuitatis causando assẽsum eius q̃ sit sola ratio ad b/resistẽte ne causetur: ergo causabũt. ꝓña tenet/qa a qualibet ꝓportione maioris inequalitatis prouenit actus. Propter hoc videtur mihi dicendũ ꝙ tũc poterit fortes credere. & suadetur satis ex hoc/qa realis affectatus ad positionẽ istã ꝙ quãtitas distinguit a requãta nõ obstãtibus rõnibus apparentibus q̃ ad contradicẽdũ assentit illi ꝓpõni. Et primũ argumentũ bene probat ꝙ ratio iducta ad a/ꝓpter resistentiã rõnis inducte ad b/non ageret nisi esset adiucta/sicut de duobus trahentibus ad diuersas differentias loci eque fortibus nullus agit. vetumtamen si vnus quãtumcũq; parum adiuuetur trahet ad se

¶Et ad secũdum argumentũ distinguitur ꝙ per imperiũ voluntatis nõ potest intellectus assentire propositioni que seclusso imperio foret neutra. Vel si illa propositio foret neutra propter defectũ rationum apparentiũ/& sic conceditur quẽadmodũ est de hac propositione astra sunt paria. vel si eẽt neutra ꝓpter equalitatẽ rationũ inductarũ ad ipsam & contradictoriã/& sic negatur. ¶Queritur vlterius/an sicut imperium voluntatis iũctum rationi thopice causat aliũ assensum q̃ causaret sola illa ratio thopica/an etiam imperium voluntatis iunctum rationi demõstratiue causet alium assensum q̃ causet sola illa ratio demonstratiua. Ad istud cõmuniter dicitur ꝙ sic/quia non videtur maior ratio de vno q̃ de altero/& ille assensus erit perfectior assensu q̃ causaretur a sola ratione demonstratiua/& erit scienti ficus & euidens. Nec valet dicere ꝙ ille assẽsus non est natus causare mediate vel immediate ex sola terminorum incomplexa notitia/ergo non est euidens. & probatur antecedens/quia ad fieri causationem requirit imperium voluntatis. Ad hoc dicitur ꝙ sufficit ipsum euidenter continere assensum natum causari mediate vel immediate ex sola terminorum notitia incomplexa.

¶Queritur vlterius si requiratur ratio thopica ad primum assensum fidei causandũ. Iam queritur de assensu premissarum illius rationis thopice an sit opinatiuus. & si dicatur ꝙ sic/queritur a quo causetur/vel ex sola terminorum incomplexa notitia. vel ex assensibus precedẽtibus/vel ex imperio volũtatis. & hec difficultas querit/an sit dabile p se opinatũ/hoc est an sit dabilis ꝓpositio cuius assensũ opinatũ sint sufficientes causare simplices terminorũ notitie. ad qd̃ videt esse dicendũ ꝙ nõ: sed primã opinionẽ oportet de necessitate cãri ex assensibus euidẽtibus aliquarũ ꝓpõnũ q̃ nõ sufficiunt euidẽter inferre illã ꝓpõnẽ opinatiuã/qa si euidenter inferrent cãrent euidẽtiã de re. & illi idem assensus euidẽtes cũ impio volũtatis sufficiũt cãre fidẽ. & hec de prio articulo.

¶CIRCA TERTIVM ARTICVlum aduertendum est ꝙ est difficultas inter doc. an ad hoc ꝙ aliqua qualitas sit intellectui notitia requiratur intellectũ actiue cõcurrere. Tenet Andreas de castro nouo in secũdo & Occam prima distinctione primi ꝙ non: vt si illã qualitatẽ que est mihi notitia de sorte deus se solo ꝓduceret adhuc eẽt mihi notitia sortis. & ꝙ hoc dicere cogat Occam. patet ex hoc. Dicit enim loco prealligato ꝙ deus se solo producit i beatis visionem beatificam. Similiter & fruitionẽ. & huius opinionis apparẽtia est hec/quia hec qualitas est eque naturaliter repsentatiua huius obiecti/sicut ignis est naturaliter productiuus caloris. imo nõ potest esse in subiecto apto nato quin representet. Sed diceret aliquis q̃ ignis sit naturaliter productiuus caloris potest tamen applicari passo susceptiuo nõ agẽdo in ipsum/vt patet de tribus pueris in fornace positis. ergo eodẽ modo poterit esse hec qualitas in subiecto apto nato cognoscere & nõ representabit. ¶Ad hoc dicũt illi doct. ꝙ non est simile/quia hec qualitas representat subiectum in genere cause formalis. & sicut nõ stat albedinẽ inherere alicui subiecto & nõ denominare ipsum quale/ita dicũt de representare in ordine ad istam qualitatem. Sed Petrus Dealyaco defensat partem oppositam scilicet ad hoc ꝙ sit notitia requiritur cõcursus actiuus intellectus cui inheret. ¶Ex quo sequũtur correlaria. Primũ: q̃uis in intellectu

Primũ correla.

creato non possit dari summa notitia in genere qualitatis finita põt dari tñ summa notitia in genere notitie finite. Prima pars relinquitur nora ex ꝓmuni opinione contra Scotum. Et secunda pars patet. Intellectus sortis est finite actiuitatis/ergo datur summus gradus ꝓcursus quo ꝓcurrere potest/sit ille gradus vt decem & concurrat vt decem ad aliquã notitiam producendam: illa notitia erit summa possibilis sorti in genere notitie cum non poterit concurrere magis q̃ concurrat/ergo non poterit esse maior notitia sorti q̃ nunc est. ¶Secundũ cor

2m

relariũ/est aliqua notitia que est alicui alia quantum notitia que potest esse alteri notitia/& non potest esse alteri tantum notitia sicut isti. Patet/& capio intellectum angeli cum maioris actiuitatis q̃ sit intellectus sortis: & intelligat secũdum extremum sue intellectibilitatis/illa notitia qua sic intelligit potest esse sorti notitia: & tamen nõ potest esse sorti tantum notitia sicut ei quia sortes non potest cõcurrere sicut angelus. ¶Tertium correlarium/est possibile ꝙ qualitas aliquo modo intendatur vniformiter difformiter in genere notitie: & tamen remitatur in genere qualitatis. Patet sic. & pono ꝙ deus nunc se solo producat in animam sortis qualitatem que potest esse sorti notitia vt octo. & intendat concursum eius sortis in hora sequente vniformiter. difformiter a non gradu vsq; ad sextum: & remitatur illa qualitas duos gradus per dẽdo/hoc casu remitteretur illa qualitas in hora sequente in genere qualitatis vt notum est/& tamẽ intenderur vniformiter difformiter in genere notitie sicut concursus sortis. & multa alia correlaria possunt inferri videlicet ꝙ sortes de non cognoscente efficeretur cognoscens sine mutatione sui: & econtrario que videri possunt ad vnguem i Andrea de castro nouo in secundo sententiarum. ¶Sed contra hãc positionem aliqs instaret/quia assensus prophetarum videtur deus se solo causasse in prophetis alias non fuissent miraculose causati. ergo non requiritur concursus intellectus. Ad hoc negatur antecedens. & dico ꝙ fuerunt miraculose causati/quia quãtis deus non suppleuerit causalitatem intellectus suppleuit tamẽ aliam causalitatem aliarum causarum secundarum requisitarũ vt causarentur illi assẽsus modo nature/vt puta si illi dicti assensus fuerunt ineuidentes suppleuit causalitatem rationis thopice & imperij voluntatis/si autem euidentes suppleuit causalitatem notitie intuitiue. Et inter has dictas opiniones prima videtur mihi probabilior.

¶Quartus articulus.

¶ CIRCA QVARTVM ARTICVlum in quo querit doc. an possit homo mereri sine vsu liberi arbitrij. Notãdum est q̃ meritum est actus a deo acceptatus ad premium reddendum facienti talem actũ vel alteri pro quo fit talis actus. & si specialius accipiamus mereri oportet addere in descriptione sponte. Ex hac descriptione sequitur primum correlarium/ q̃ actus est tantũ meritorius q̃tum a deo est acceptatus. Secũdo sequitur q̃ actus meritorius potest intendi in genere actus & nõ in genere meriti/imo remitti. Similiter potest remitti in genere actus & intendi in genere meriti. & hoc ex liberalitate diuia magis acceptãte illũ actũ quando est remissior. Tertio sequitur q̃ de potentia dei absoluta est possibile paruum actum naturalem eẽ meritoriũ/similiter & demeritorium & purã omissionem. patet/ sicut deus pro actu baptismatis ip si paruulo confert gratiam & beatitudinẽ: ita non implicat contradictionem q̃ deus acceptet ad premium eternum quoscũq; super quos effulserit sol. sed qd sit dicẽdum de lege posita sit prima ꝓpositio. ¶ Nullus actus est meritorius vel demeritorius nisi liber. De demeritorio patet per illud Augustini. peccatum est ita in potestate peccantis q̃ si nõ sit in eius potestate non est peccatum. & ad idẽ est Aristoteles. propterea que in sunt nobis a natura neq; laudamur neq; vitupamur

¶ Secũda propositio/ omissio pura est demeritoria. Patet/ tempore quo sortes tenetur diligere deum est in sua potestate nõ diligere quo posito in eẽ sortes demeretur & non per transgressionem: quia suppono q̃ tunc nõ odiat deũ. ergo. ¶ Tertia propositio/ nulla pura omissio est meritoria. Patet sic ad meritum requiritur relatio in vltimũ finem saltem virtualis/ sed illa relatio non potest fieri sine actu positiuo. ergo ad meritum requiritur actus positiuus. ¶ Circa secundam propositionem est ardua difficultas de grauitate peccati omissionis q̃ postea tractabitur. Circa ista queritur an accepto a actu meritorio sit verum dicere q̃ sit finite acceptabilitatis solũ/ hoc est querere an det certus gradus p̃mij ad quẽ acceptari potest ita q̃ non ad maiorem. Doc. in tertio sententiarum videtur dicere q̃ sic/ quia nõ est maioris acceptabilitatis q̃ meritabilitatis: verũtamen quia non datur premium pro illo actu tanq̃ pro aliquo cõdigno/ iuxta qd̃ dicit apostolus/ non sunt cõdigne passiones &c. sed ex liberalitate diuina. & non iplicat cõtradictionẽ deũ pro a actu quodcũq; premiũ possibile velle dare. propterea videtur mihi dicendũ q̃ sit infinite acceptabilitatis Etiã sequitur correlarie hanc esse veram demonstrato a/ merito hoc meritum infinitum meritum esse potest.

¶ Queritur vlterius an sit dare aliquẽ summum gradum meriti ad quẽ sortes ptingere potest. Pro hoc supponitur imprimis q̃ non intelligo an sit dare actũ ita intensũ q̃ amplius intendi nõ poterit: quia esset descẽdere ad illud pblema/ an sit dare maximam qualitatẽ possibilẽ: sed solũmõ volo querere an sit dare maximũ intẽsum possibile sorti in genere meriti. & vltra suppono q̃ hic loquor de merito personali solum. videtur ista questio dependere ex altera questione: an sit dabilis maxima visio dei sorti possibilis in genere visionis/ ita q̃ sortes illa visione videret quãtumcũq; intenderetur in genere qualitatis non magis videret. & si dicatur q̃ sic sicut dicit Dealyaco/ tũc meritũ sortis ad tantam visionẽ in genere visionis acceptatũ esset personale simpliciter sorti possibile. Si autem dicatur q̃ non: sed si illa visio quãtumcũq; intẽdatur in genere qualitatis etiam intenderetur in genere visionis/ tunc dicendum foret q̃ non est dabilis summus gradus meriti finitus simpliciter possibilis sorti. sicut nec dari potest summa beatitudo simpliciter finita sorti possibilis Ex omnibus istis stat q̃ de lege posita est dandus summus gradus meriti ad quẽ sortes pertingere potest. Patet sic. de potentia dei ordinata est dare maximum tempus per quod sortes viuere potest qd̃ est minimum vltra qd̃ sortes nõ põt viuere & est dabilis

aliqua maxima multitudo actuum meritorum quos sortes in illo tempore producere potest. ergo etiã & sũmus gradus meriti ad quẽ ptingere põt de potẽtia dei ordiata Ex omnibus istis correlarie sequitur q̃ est satisdeffensabile Christũ secũdum humanitatem esse infinite beatum & habere infinitam gratiã intensiue. ¶ Queritur an ad meritum necessario requiratur concursus actiuus gratie/ loquẽdo de potentia dei ordiata/ quia de absoluta notum est q̃ non. Ad hoc dicũt quidã per tria dicta. Primum/ ad actum meritoriũ non sufficit assistentia gratie/ quia tunc veniale esset meritorium. Secundum/ ad actum meritorium nõ sufficit assistentia gratie: & q̃ ille actus non sit malus/ quia tunc actus indifferẽs esset meritorius. ¶ Tertium/ ad actum meritoriũ sufficit & requiritur assistentia gratie/ & q̃ ille actus sit bonus moraliter. & sic apud istam opinionẽ dicendũ foret q̃ fides infusa/ spes infusa non cõcurrunt ad actus suos producendos. & hec opinio facile saluari potest. ¶ Altera est opinio difficilior & cõior/ q̃ caritas actiue cõcurrit ad actus meritorios producendos. & sic meritum est attendẽdũ penes conatũ voluntatis & gratie. Consequẽter dicit hec opinio q̃ voluntas existẽs in gratia maiorẽ actum producit q̃ produceret se sola cum suo conatu precise. ¶ Sed contra hãc opinionẽ sic arguitur/ sequitur q̃ aliqua pars actus voluntatis secũdum se totã & quãlibet eius partem desineret esse p vltimum sui esse. quod probo sic/ & sit sortes in charitate qui conetur vt duo ad amãdum deum. Ex positione actus diligendi deum est intentior q̃ esset si non esset gratia/ sit a/ illa pars per quã est intentior. & vltra/ pono q̃ sortes vltra incipiat elicere succesiue aliquã volitionem mortalem. Tunc sic arguitur. a/ pars nunc est/ & nunq̃ post hoc aliqd eius erit. ergo propositum. Maior est nota & minor probatur/ nunq̃ post hoc erit caritas i sorte/ quia sortes post hoc semper erit in mortali peccato/ ergo a pars nec aliqd eius per quam actus diligendi est intentior ratione concursus caritatis post hoc erit. ¶ Secundo arguitur sic/ si caritas actiue concurrat ad actum meritorium/ ergo eadem causa naturalis effectiue concurret ad effectus contrarios/ quod videtur absurdum. Patet consequentia sic/ quia actus contrarij succesiue possunt esse meritorij. ¶ Tertio arguitur sic/ si caritas actiue cõcurreret ad actum meritorium/ ergo concurreret ad actũ demeritoriũ. quod nemo ꝓcederet. Patet sequela/ & sit ita q̃ dehinc ad vnã horam prohibeat mihi deus velle ingredi religionem/ tunc sic caritas non concurrit ad volitionem nunc ingrediendi religionem naturaliter/ ergo si illa volitio dehinc ad vnam horam conseruetur concurret: iuxta illud/ idẽ inquãtum idem semper est natum facere idem. sed ille actus nunc erit demeritorius. ergo propositũ. ¶ Quarto arguitur sic. si per intentionem caritatis intẽdatur actus voluntatis meritorius: ergo eodem modo per intentionem cognitionis intenderetur de necessitate actus voluntatis. Cõsequẽtia tenet/ quia sicut caritas concurrit actiue: ita & cognitio. & falsitas consequentis patet ex omnibus doctoribus.

¶ Quinto sic arguitur/ sequeretur actũ intendi in infinitum similiter & gratiã/ quod nemo concederet. Patet. & pono q̃ sortes habeat caritatem vt duo: & conetur precise vt duo ad diligendum deum & sit a/ actus dilectiõis que precise sufficeret causare istas qualitates vt duo. & voluntas sortis cum conatu vt duo/ hac dilectione mereretur sortes aliquem gradum charitatis ratione cuius gradus aduenientis intendetur a/ dilectio per aliquem gradũ. & iterum illo gradu superueniente a dilectioni merebitur sortes aliquem gradum charitatis. & iterũ ratione illius gradus charitatis intenderetur a/ dilectio effectiue per aliquem aliũ gradum. & sic in infinitum procedendo: ergo nec in actu nec in caritate dabitur status.

¶ Ad primum istorum argumentorum cõsequenter ad opinionem de necessitate sequitur conclusio illata: scilicet q̃ aliqua pars

volitionis secūdum se & quodlibet sui desinit esse per vltimū esse. & hoc ideo est: qa causa a quo dependet: puta gratia desinit esse per vltimum sui esse. & de gratia nō est inconueniens quia a solo deo corrūpitur. ¶ Ad secundum conceditur sequela & sequitur scilicet ꝙ caritas successiue concurrit ad actus ꝓtrarios. ¶ Ad tertiū/negatur seq̄la/& ad probationē dico ꝙ in illo casu idē actus primo est meritorius/& postea demeritorius. Et pro actu ad quē cōcurrit caritas dānabitur: ergo & actus ad quē ꝓcurrit caritas erit demeritorius perditionis charitatis. Et vlterius dicēdū est ꝙ pro tpe pro quo erit demeritorius nō ꝓcurrit caritas: quia tunc nō erit caritas. Nec potest ꝓcurrere ad actum venialē. Nā dicit Climeton ꝙ caritas est instrumentum spūssancti/& non permittet eam deus concurrere nisi ad actus meritorios. Et eodem modo dicendū foret de fide infusa que nunc partialiter cōcurrit ad credendum ꝙ antichristus erit & ipso mortuo non amplius concurret. ¶ Ad quartū/negatur sequela & sequēs/& ad probationē argumentū assumit vnum dubiū si per quēlibet actū meritorium intēdatur caritas. verūtamē hoc admisso vt argumentū habeat suā totā apparentiam ad huc sumit aliud dubium. an scilicet positis duobus qui equaliter conātur ad diligēdū deum/& vnus magis diligit ḡ alter qa habet maiorē caritatē ḡ alter/an plus mereatur ḡ alter. Et adhuc transeat istud/qa post ea dicetur. tunc conceditur ꝙ propter actū meritoriū intenditur caritas p aliquē gradum/& ratione illius gradus intenditur a/actus etiā per aliquē gradū/quia gradus ille caritatis actiue ꝓcurrit. & item ratione istius superaddīti gradus a actui intēdetur caritas meritorie & sic in infinitū. Negat tamen ꝓnia qua infertur/ergo actus erit infinitus: quia partes ille ifinite quas sumis nō sunt eiusdē intētionis: sed forte eiusdē proportionis quo ad intentionē/& ex infinitis talibus nō resultat infinitū. & hoc argumētum potest applicari ad materiam actuū & habituum quō alter alterū generat. ¶ Circa predicta queritur vtrū sortes & plato sic se habeant ꝙ plato sit in charitate vsq; ad vnum & sortes vt duo & equaliter conētur ad diligendum deum an sortes plus mereatur. videtur ꝙ sic/quia plus diligit. Circa hoc dubium est duplex modus dicendi. Prima opinio est/ꝙ sortes in casu posito non magis meretur ḡ plato ḡuis magis diligat ḡ plato. Et ratio est/quia ꝙ magis diligat hoc est ex concursu maioris charitatis quē habet sortes & nō ex ꝓcursu libero sue voluntatis. ¶ Sed contra hāc positionē arguitur sic/seq̄retur ꝙ sortes reportaret incommodum de sua charitate maiori. quod nemo diceret. Probo tamē sequelam/quia si sortes non haberet maiorem charitatem ḡ plato & plus diligeret ḡ plato plus mereretur ḡ plato. nunc autem non plus meretur eo ꝙ habet maiorem charitatē: ergo reportat incommodum de sua maiori charitate. ¶ Ad hoc negatur consequentia/& ratio est/quia si sortes haberet solum tātam charitatem quantam plato/& plus diligeret ḡ plato ipse plus conaretur ḡ plato/ita etiam si ipse maiori caritate plus conaretur ḡ plato plus mereretur ḡ plato/& hanc opinionem insequitur Clymeton. ¶ Ex hac etiam sequitur correlarie ꝙ stat sortem plus mereri per minorē dilectionem ḡ mereatur plato per maiorem de lege posita. ¶ Alius est modus dicēdi ꝙ sortes plus meretur ḡ plato/& ad rationem partis aduerse cōceditur ꝙ concursus ipsius charitatis est naturalis: verumtamen quia charitas fuit acquisita p actus liberos hoc imputatur sorti in premium. Vel ex hac solutiōe adminus videtur sequi ꝙ si nūc forent sortes & plato primo in vsu rationis/& sortes haberet maiorem charitatem ḡ plato/quia sortes fuit confirmatus & baptisatus/& diligerent deum ex equali conatu ꝙ sortes plus diligeret & nō magis mereretur/quia actus p quos acquisiuit istam maiorem gratiā/puta baptismus & confirmatio non fuerūt in potestate ipsius & hoc correlariū ꝓcedūt illi de ista opinione

Potest tamen aliter dici/ꝙ licet charitas naturaliter cōcurrat dependet tamē in concurrendo a ꝓcursu voluntatis. ¶ Ad quartum argumentū de cōcursu charitatis ad actum meritorium. Negaretur ꝓnia & cōsequens: scilicet ꝙ aucta cognitione & stante eodem conatu voluntatis de necessitate augmētetur volitio/& non reperio aliā rationē dissimilationis nisi quia voluntas in agendo non dependet ab habitu & dependet a cognitione. Propterea augmētato habitu & stante eodem conatu de necessitate augebitur volitio nō autē augmentata cognitiōe Et hec de quarto & qnto argumētis/& sexto nihil. ¶ Circa solutionem primi articuli notandū ꝙ doc. ibi duo tangit. Primū est/an possit deus reuelare alicui suā dānationē Secundū est/an stet in reuelatione actus sperandi. Q̄tum ad primū/dicunt aliqui doctores ꝙ reuelatione exteriori potest deus hoc reuelare: nō autē interiori reuelatione

Quid interior reuelatio.

que nihil aliud est ḡ quedam causatio p speciale concursum alicuius assensus. Quod autem hoc possit reuelatione exteriori/patet/qa Christus post ḡ dixerat vnus vestrū me tradet/statim adiūxit melius fuisset illi si natus non fuisset homo ille/& isti consequenter habent ꝓcedere ꝙ aliquē assensum speciali concursu potest deus in me causare quem nō potest suo speciali cōcursu causare in platone. quod patet sic. assensus huius plato damnabitur/potest deus suo speciali concursu causare in me & non potest causare in platone. Oppositā partem tenēt cōmuniter doc. & eam tenet doc. in hoc argumēto. quia deus potest homini suam damnationem reuelatione interiori reuelare & breuiter q̄cūq; futurū premiū reuelare ad quam opinionē videndmu est de scdo. pro quo aduertendū est ꝙ de actu spei est inter doc. controuersia. Dicit Scotus in tertio sētentiarum ꝙ actus spei est amor cōcupiscēdi quo desidero mihi beatitudinē ex meritis & gratia/& sic apud eū differunt solū in hoc actus spei & caritatis/ꝙ actus caritatis ē amor amicitie & actus spei amor cōcupiscē tie. Contra quā positionē arguitur sic/desideriū quo ego desidero sorti beatitudinē nō est actus spei. ergo nec desiderium quo desidero mihi beatitudinē. ꝓna tenet/quia illi actus sunt eiusdem spēi specialissime/q̄d apparet ex idētitate specifica obiectorum. Preterea desiderare proximo beatitudinē est diligere proximū/ergo sibi desiderare beatitudinem est diligere seipm. & per consequens est actus charitatis & non spei. Ista duo argumēta/licet possent aliqualiter solui habent tamen apparētiam. Ad primum diceret Scotus concedendo ꝙ desiderium beatitudinis ipi sorti nō est actus spei. & ꝙ est eiusdem speciei cum desiderio quo desidero mihi. & negaret cōsequentiā/ergo desideriū non est actus spei/nec est inconueniens duos actus eiusdē speciei specialissime sic se habere ꝙ vnus ē ab vno habitu a quo non potest alter causari. nam dilectio sortis causatur ab habitu acquisito diligendi sortem. Dilectio vero platonis ab eodem causari non potest/& nunc ille due dilectiones sunt eiusdem speciei specialissime. Ad secūdum diceret ꝙ desiderare sibi beatitudinē simpliciter est actus charitatis/ sed desidera re ex gratia & meritis non est actus charitatis. Alius est modus quē ponit Okā tertio quolibeto. q. x. ꝙ actus spei nō ē desideriū volūtatis sed naturaliter causatur ex desiderio voluntatis cū aliquibus actibus intellectus. Vnde ad actū spei causandū primo requiritur desiderium beatitudinis. secundo actus fidei quare dicitur beatitudinis dāde isti perseueranti in merito. Tertio ꝓpositū perseuerādi. & ab his tribus naturaliter causatur actus spei. Sequitur correlarie ꝙ licet actus spei non sit actus fidei nec actus charitatis actum tamē fidei & actū charitatis presupponit. Secūdo sequitur ꝙ cū reuelatiōe interiori de dānatione eterna nō stat actus spei. & huius opinionis est doc. in hoc prio argumēto. Tertiū correlariū. reuelatiōe interiori facta de eterna dānatiōe de necessitate aufert deus preceptum de spe/ & tūc non spare nō ē peccatū. ¶ Quartū correlariū ad

hanc opinionem cõcedendum est ꝙ actus ſpei non est meritorius niſi ratione actuum precedentiũ a quibus cauſatur/ qui quidẽ actus ſunt liberi immediate. ¶Circa ſecundum argumentũ doctor concedit hanc cõcluſionem ꝙ primus actus meritorius puta contritio eſt magis meritorius q̃ primus actus ſequens. & in hac parte concedo ipm inſequutum fuiſſe beatum Thomam dicentem ꝙ nulla forma quãtum ad eius eſſentiã recipit gradus. & ſic primo actu meritorio meretur totam eſſentiam beatitudinis/ & nullo ſequẽte meretur eſſẽtialẽ beatitudinẽ quantũ ad eſſe vel ſic intenſam/ verũtamen tenendo opinionem cõmunem de intẽtione formarum. opinio doctoris eſt falſa & hereſim ſapiens. quod probatur ſic. & ſit a gradus beatitudinis quem meretur homo per primum actum meritorium & b/ quem meretur per ſecundum/ vel b eſt finite minus intenſum q̃ a vel infinite. non ſecundũ & ſi primum ponatur ꝙ ſit in decuplo minus. & per conſequens per actum in decuplo magis meritorium q̃ ſit ſecundũ tantũ merebitur q̃tum per primum/ & per actum in triplo magis meritorium q̃ ſit ſecundus plus merebitur q̃ per primũ. Et ad argumẽtum doc. Nego ꝙ per premium correſpõdens primo actui ſit melius premio correſpondente ſecundo/ & ad probationem negatur iterũ ꝙ carentia premij correſpondẽtis primo ſit peior q̃ carẽtia p̃mij correſpõdente ſecũdo. ¶Circa quintum argumẽtũ eſt difficultas inter doctores vtrũ deus poſſit reuelare aliq̃d falſum pro qua ſupponit ꝙ duplex eſt reuelatio ſicut tactum fuit circa primum argumentum. Vlterius ſuppo-

Duplex reuelatio

nitur ꝙ deũ reuelare aliquod falſum reuelatione interiori non eſt aliud q̃ cõcurſu ſpeciali cõcurrere ad cauſationem aſſenſus falſi. Hoc ſuppoſito dixerunt aliqui docto. ſcilicet doc. & Petrus De alya. & Adam ꝙ deus poteſt reuelare aliquod falſum capiẽdo ſtra reuelationem. & probatur ſic. Deus ſpeciali ſuo concurſu cauſauit in aliquibus aſſenſum huius antichriſtus erit/ ergo nũc eſt neceſſariũ ꝙ cauſauerit. ꝓña tenet/ quia ad preteritũ nulla eſt potentia/ & vltra nũc eſt neceſſarium ꝙ cauſauerit/ & nũc eſt poſſibile ꝙ antichriſtus non eueniet/ ergo iſta copulatiua nũc eſt poſſibilis ſuo ſpeciali cõcurſu cauſauit illum aſſenſum & antichriſtus non eueniet. conſequẽtia tenet quia qd̃libet poſſibile eſt cuilibet neceſſario cõpoſſibile. & vltra arguit̃ /illa copulatiua ẽ poſſibilis/ ponatur ergo in eẽ ꝙ ita ſit antichriſtus non eueniet. ergo ille aſſenſus fuit falſus/ & per primã partẽ copulatiue fuit ſpãliter cauſatus a deo/ ergo deus ſpãliter cauſauit aſſenſũ falſum. Secũdo arguit̃ ſic/ cuiuslibet cauſe efficiẽtis actiuitatẽ põt deus ſupplere nõ ſupplẽdo actiuitatẽ alterius ſicut fuit prius tractatũ/ capio ergo aliquẽ aſſenſum falſũ cauſatũ ab itellectu & ſillogiſmo ſophiſtico /actiuitatẽ ſillogiſmi poterit deus ſupplere mõ ſupplẽdo actiuitatẽ intellectus/ quo facto ſpãli cõcurſu cauſauit aſſenſum falſum/ ergo ꝓpoſitũ. ¶Sed cõtra hãc opinionẽ arguitur ſic. Seq̃retur deũ poſſe mentiri & per ꝓns peccare. Patet ſequela/ poſt q̃ aſſeruit deus vniuerſale iudiciũ futurum eſt neceſſariũ ipm aſſeruiſſe/ & poſſibile eſt ꝙ nõ eueniat vniuerſale dei iudicium ergo. Itẽ ſcdo arguit̃ /ſeq̃retur ex hac poſitione ꝙ fides inclinaret ad aſſenſũ falſũ qd̃ eſt ꝓtra oẽs doc. dicentes ꝙ q̃uis falſũ poſſit ſubeſſe fidei nõ eſt tñ poſſibile ꝙ falſũ ſubſit fidei. & patet ꝓña/ fides inclinat ad aſſentiendũ cuicũq; reuelato a deo/ cũ eius obiectũ ppriũ ſit reuelatũ a deo: ſed deus põt reuelare falſũ/ ergo eſt poſſibile ꝙ deus inclinet ad aſſentiendũ alicui falſo. Forte dices ꝙ obiectũ fidei ẽ hoc totũ / verũ reuelatũ a deo/ & ſic qñ ẽ falſũ nõ amplius ad aſſenſũ eius inclinat fides. Sic arguitur/ fides ſortis cauſauit aſſenſum quo iudicauit ſortes antichriſtũ futurũ / ergo nũc eſt neceſſarium ꝙ illa fides cauſauerit illum aſſenſum/ conſequentia tenet/ quia non magis videtur dependere ex vna de futuro ꝙ illa fides cauſauerit q̃ ꝙ deus cauſauerit: ſed ex argumẽtis huius opinionis ſi deus cãuit eſt neceſſariũ

ipſum cauſaſſe. ergo eodẽ mõ ſi fides cauſauerit eſt neceſſarium ipſam cauſaſſe. ſed eſt poſſibile ꝙ antichriſtus non eueniet & per conſequens illa ſimul ſtabãt fides cauſauit aſſenſum ꝙ antichriſtus erit & antichriſtus non erit. Tertio ſic arguitur/ ſequereꝫ eadẽ ratione ꝙ deus poſſet peccare. patet ſic deus poteſt aſſerere aliquod futurũ & aſſertionẽ iuramẽto firmare ſicut iurauit ipſi abraham ꝙ multiplicaret ſemen ſuum ſuper arenam maris ſicut geneſis ſcribitur .c.xvj. & iuramento facto poteſt illud futurũ nõ euenire/ ergo poteſt deus periurare. ¶Ad primum iſtorum diſtinguendum eſt apud doct. ꝙ deus poſſit mentiri vel decipere ꝙ ſi iſti termini importent difformitatẽ/ ita ꝙ mentiri ſit ſcienter falſum aſſerere/ & tũc nõ cõcedendũ eſt/ verumtamẽ communiter capiuntur vt iportant difformitatẽ. ¶Ad ſecundum quod videꝫ fortius poſſet dici primo/ ꝙ fides infuſa non cõcurrit actiue ad actus credẽdi: ſed ſolum fides acquiſita. iam conceditur ab omnibus ꝙ fides acquiſita poteſt concurrere ad aſſenſum falſum. Si teneatur oppoſita pars ꝙ fides infuſa cõcurrit ad aſſenſum fidei & cum hoc ſi teneatur ꝙ ad preteritum nulla eſt potentia vix euitari poteſt quin ſit concedendum eſſe poſſibile ꝙ fides infuſa concurrit ad aſſenſum falſum. & hoc ſatis eſt conforme doctori dicenti ꝙ poſſumus mereri per fidem falſam.

Opinio Gregorij

¶Ad tertium dicendum eſt ſicut ad primũ ¶Altera eſt opinio quam inſequit Gregorius de arimino. xlij. diſtin. primi. ꝙ deus nõ põt decipere nec ſpecialiter ꝓcurrere ad aſſenſum falſum cauſandum & fundat ſe ꝑcipue in auctoritatibus. prima ſcribitur ad hebreos ſexto. Impoſſibile eſt mẽtiri deũ. & alibi dicit apoſtolus: ſeipſum negare nõ poſſe/ & Auguſtinus in ſymbolo tractans iſtud Credo in deum patrem omnipotẽtẽ ſermone primo. ſic inquit/ omnipotens ẽ nec mori poteſt/ nec falli nec fallere/ & ad argumentũ partis aduerſe de aſſenſu futuri contingẽtis quem deus ſpecialiter cauſauit oportet dicere dicit Gre. ꝙ ad preteritũ ſit potenti. ita ꝙ iſte aſſenſus poteſt non fuiſſe vel dicere ꝙ iſte aſſenſus poteſt non fuiſſe aſſenſus & ipſum fuiſſe aſſenſum dependet ex vna de futuro vel ſic dicit altiſſi. ꝙ aſſenſus ille ſi antichriſtus non eueniret fuiſſet aſſenſus cõtradictorij/ nec ipſe vt fatet aliam ſolutionem poteſt inuenire. ſi nulla iſtarũ placeat melius eſt fateri ppriã ignorãtiã q̃ in talẽ labyrinthum incidere. & inter iſtas duas opiniones reputo primam probabiliorem. & tenendo ſecundam opinionem ſecunda ſolutio videtur melior. & hec de prima queſtione/ de ſecunda nichil.

¶Tertia queſtio.

CIRCA PRIMVM ARticulum & ſecundũ ſecũde queſtionis/ aduertendum eſt ꝙ ipſa voluntas eſt libera & dicitur ꝑ tanto libera quia omnibus poſitis que neceſſario requiruntur vt producat actum ſuum habet in ſua poteſtate non producere. & volũtas dicitur tripliciter libera. ſ. libertate contradictionis: quia omnibus neceſſario requiſitis vt producat actum ſuum habet in ſua poteſtate producere illum & non producere. & dicitur libera libertate contrarietatis quia habet in ſua poteſtate producere actũ poſitiuum & ſuum contrariũ. Et dicitur libera libertate indifferẽtie/ quia non magis inclinatur ad vnum actum eliciendũ q̃ ad eius oppoſitum/ & omnis voluntas libera libertate indifferentie in ordine ad aliquos actus eſt libera libertate contrarietatis & cõtradictionis ſed non ediuerſo. & omnis libera libertate contrarietatis eſt libera libertate contradictionis. nam qñ volũtati oſtẽditur aliquid ſub ratione ſummi boni eſt libera libertate contradictionis ſed non contrarietatis. Primum correlarium ſicut libertas ſe extendit ad actus poſitiuos/ ita & ad puram omiſſionem/ vt ſortes libere non diligit obiectum quando non diligit: ſicut libere diligit quando diligit. Secũdo modo ſequitur ꝙ nunq̃ voluntas libere admittit

Tripliciter voluntas dicit libera

aliquem actum nisi pro tempore quo intellectus habet noticiam sufficientem vt volũtas producat illum actum. Tertio sequitur ꝙ ẽ dabile peccatum pure omissionis vt infra patebit. ¶Cõtra diffinitionem libertatis voluntatis arguit sic/vt voluntas producat actum de necessitate requirit ꝙ deus faciat illam causare illum actum: sed non est i potestate voluntatis deo sic faciente qui talem actum producat. ergo omnibus necessario requisitis vt causet positis ex parte causarum secundarum habet in sua potestate causare simul & non causare. Secundo notãdum ꝙ aliquem actum libere fieri/dupliciter intelligitur. vnomodo ꝙ libere fiat immediate & isto modo actus voluntatis elicitꝰ puta velle & nolle libere fiunt/ alio modo ꝙ libere mediãte. s. mediate actu elicito & hoc modo actus imperativt currere dare elemosinã/& similes libere fiũt. & pro istis sit prima propositio. ¶Non est in potestate hominis ꝙ posita volitione efficaci currendi & nullo posito obstaculo nec aliquo deficienite requisito vt currat non currere. quod patet sic/quia opposito dato seqꝝ ꝙ omnibus illis positis posset adhuc deus precipere ꝙ non curreret non precipiendo ꝙ non vellet currere/ sed hoc est falsum quia tũc actus exterior foret malus & actus interior a quo imperatur non foret malus: patet ꝓsequẽtia/ quia omne qđ subest libero arbitrio hominis: & non est per se malũ deus potest precipere/ sed potest homo p oppositum velle currere omnibus illis positis. & tamen non currere non est per se malum vt notum est/ergo deus posset precipere. Hinc dicũt doct. actus imperatos simpliciter naturaliter causari ꝙꝙ antecedẽter libere causentur. & propter eandem causam dicunt ferme omnes doct. actus imperatos nichil bonitatis aut malitie superaddere supactus elicitos. ¶Aduertẽdum est/ tertio ꝙ rectitudo libertatis nichil aliud est apud doct. ꝙ status voluntatis voluntati diuine conformis in volendo vel nolẽdo/vel nolendo siue non nolendo. Ex quo sequit ꝙ rectitudo volũtatis distinguitur aliqñ ab ipsa voluntate: puta quando est volitio vel nolitio. & aliquãdo non distinguit puta qñ est pura carentia/sicut si deus perciperet sorti pro/a/tempore nullum actum elicere & pro/a/tempore nullum actum eliciat rectitudo sue voluntatis est ipsamet voluntas nullum actum eliciens ꝙadmodum supra dictum est ꝙ peccatum omissionis est ipsa anima omittens.

Poria ꝓpositio

Quid rectitudo libertatis.

¶CIRCA TERTIVM Articulum. In illo articulos/ implicatur triplex difficultas/prima est/an voluntas possit cogi. Secunda/an ipsa dato ꝙ nõ cogatur possit necessitari. ¶Quãtum ad primum videtur michi dicendum ꝙ voluntatem cogi ad aliquem actum potest dupliciter intelligi. primo modo ꝙ cogatur ad illud quod est contra inclinationem naturalem/ & isto modo ad nullum actum elitum cogi põt cũ ad quemlibet suscipiendũ & ꝓducẽdũ habeat naturalem inclinationem. Alio modo ꝙ possit cogi quo ad inclinationem liberã ꝙ quidam inclinatio libera non est aliud ꝙ volitio vel nolitio voluntatis: & isto modo capiendo videtur michi dicendum ꝙ ipsa cogi potest ad aliquos actus interiores & hoc a solo deo &/ supposito ꝙ deus se solo possit volitionem vel nolitionẽ causare. patet istud dictũ sic. si sortes haberet nolitõnem qua formaliter nolet amare platonem illa nolitione stante posset deus se solo causare in voluntate sortis amorem platonis quo facto cogeretur voluntas quo ad inclinationem naturalem ad amandum platonem eque sicut sortes cogit ad ambulandum si ipso nolente ambulare ex violentia alterius ambulet. Ex isto correlarie sequitur ꝙ voluntatem cogi ad aliquod velle non est ipsam illud velle & nole/sed est ipsam illud velle & nole se velle illud. & hoc quãꝝ non sit possibile per potẽtiam naturalem est tamen possibile per potentiam supernaturalem. ¶Vltra dicendũ foret ꝙ si voluntas ita cogeretur a deo ad aliquem actum/ille actus non esset sibi imputandus: nec ad premium: nec ad penam. Cum istis omnibus stat ꝙ voluntas nõ posit cogi ab aliquo agente creato: quia nullũ agens creatum potest causare actum in voluntate alterius nisi illa voluntate concurrente. ¶Quantũ ad secũdũ/aduertendũ est ꝙ voluntatem necessitari nichil aliud est ꝙ voluntatem ita disponi ꝙ nõ habeat i sua potestate stante tali dispositõne talem actũ non elicere. Vltra supponẽdũ est ꝙ ista tota difficultas consurgit ex altera scilicet/ an volũtas possit difficultari per motus appetitus sensitiui/ per habitus/& per apprehensiones/tunc ponuntur alique propositiones iuxta mẽtem doct. Prima/volũtas põt necessitari ad non volendum. patet sic/ est possibile intellectum presentare voluntati aliquod obiectũ sub oĩmoda ratione malitie. ita ꝙ in tali obiecto nulla apparet ratio bonitatis vt si aliquid apprehẽdatur sub ratione summe miserie/& illa dispositiõe stãte non potest voluntas illud obiectum velle. ergo propositum patet. minor/ quia bonum assignatur obiectum volũtatis & hoc satis trahi potest ex Aristotele quito ethi. capitulo sexto/vbi probat ꝙ aliquis per se ipsum ledere/sed non iniuriam facere. Contrarium huius propositionis tenet Occam in tertio sententiarum/cuius ratio talis est/ quia tunc illa cognitione stãte non posset aliqs homo mereri circa illud obiectum nolendo/ quod tunc falsum ẽ nisi habeat preceptum de nolendo. & patet sequela/non potest demereri circa illud obiectum. ergo nec mereri. ista consequentia videt nota & probatur antecedẽs quia non potest demereri nisi volendo/per opinionem non põt velle. & vltra dicit Occã ꝙ quãdo dicitur ꝙ bonũ est obiectũ voluntatis ꝙ capit bonũ transcẽdẽter vt cõuertitur cum ente. sed ratio sua est parue efficatie. prio negat ista consequentia/ non potest demereri stãte tali dispositõne/ergo nec mereri quia per idẽ probaretur ꝙ homo non posset mereri stãte gratia quia homo non potest demereri (saltem tali gratia stante) mortaliter. Secũdo dicitur negando antecedens nunc stante tali dispositione potest demereri nõ trãsgrediendo sed omittendo nolitionem.

Quid sit volũtatẽ necessitari.

Secunda ꝓpositio

¶Secunda propositio/apud doctores ho mo potest necessitari positiue. i. ad eliciẽdũ actũ. hoc patet sic docet experiẽtia ꝙ motus sensitiuus ad libidinem difficultat voluntatem ad resistendum. ergo maior motus magis difficultat & voluntas est solum finite potentie in resistendo. ergo poterit tm̃ nũc augeri motus ꝙ erit maioris actiuitatis in difficultando. ꝙ voluntas potentie in resistendo/quo facto voluntas non potest resistere cum aproportione maioris inequalitatis non fit actio/ergo tunc necessitatur. Preterea probatur ꝙ possit necessitari ad aliquem actum si voluntas vellet efficaciter antecedẽs alicuius bone cõsequẽtie & bonitatẽ cõsequẽtie ipsa stante tali volitione non potest non velle consequens. ergo volitio antecedentis & bonitatis consequentie necessitabit voluntatem ad volitionem consequentis. & cõmuiter assignãtur quatuor que possunt necessitare voluntatem. Primum est volitio antecedentis cũ volitione bonitatis consequẽtie. Secũdum est motus appetitus sensitiui. Tertium ẽ apprehensio excessiui delectabilis aut tristabilis. Quartum ẽ habitus cum certa apprehẽsione. ¶Sed cõtra cõclusionẽ arguit sic/ sic volũtas possit necessitari ꝙ motũ appetitus sensitiui/ vel ergo ẽ dabilis minus gradus motus ꝙ sufficit necessitari vl maximus qui nõ. nõ põt dari primũ quia vel tũc ingeret volũtati maiorẽ difficultatem ꝙ volũtas sit potens resistere/vel minorem vel equalem si duo vltima/ergo voluntas poterit resistere & per consequens non necessitabit. Si dicatur primum tunc sic arguit/ingerit maiorem/difficultatem. ergo diuisibiliter maiorem & per consequens aliquis minor sufficiebat necessitare. Si autem dicas ꝙ sit dabilis maximus qui non sufficit sit ille/a/&

sit in sorte absq; culpa sortis & prohibeat sorti velle conformiter ad illum motū. tūc sic arguitur/ille motus non necessitat sortē ad volendū. ergo si tunc conformiter velit sortes ipse peccabit & infinite paruum hoc probo: quia q̄tuncūq; paruū intendatur ille motus necessitabit sortē. & per cōsequēs auferetur a culpa. ¶ Ad hoc argumentum tenendo opinionem doct. consequenter dicendum est: q̄ est dare maximum gradum motus qui non sufficit necessitare ipsā voluntatem/ gradus. s. ille qui non difficultaret voluntatem q̄tum ipsa voluntas sufficeret resistere. & vltra illo gradu existente cōcedendum est q̄ voluntas non potest nole tale obiectum ad cuius volitionem inclinat ille motus/non necessitatur nō velle & pōt libere omittere illā volitionē. Ex quo sequitur q̄ si sit prohibitum voluntati velle/& illa dispositione stante voluntas non potest mereri circa illud obiectum veritamen potest demereri/quod possit demereri. patet sic/nam potest libere velle contra prohibitionem sed q̄ non possit mereri patet sic: nam non potest mereri nolendo eo q̄ non potest nole: nec volēdo/quia velle est sibi prohibitū/nec pure omittendo cū nulla pura omissio sit meritoria de lege. Et tunc ad argumentum concedendū ē/ q̄ voluntas in volendo peccaret & negatur q̄ infinite paruum. & ad probationem q̄tūcūq; paruū intenderetur motus ille & nō ex culpa non amplius peccaret in sic volēdo. negatur hoc. nam licet per quantūcūq; paruā intentionem ille motus necessitaret ad volendum non tamen necessitaret ad volēdū tam intense sicut nunc & si in volendo tā intense peccaret. vnde si diligat nunc vt quatuor sortes prius necessitatur ad diligendū vt duo q̄ vt quatuor & prius ad diligendū vt vnū q̄ vt duo/& sic in infinitū. Ex omnibus sequitur correlarie q̄ aliquis necessitat ad volendum/a/obiectum necessitate non proueniente ex culpa. & tamen in volēdo a/obiectum peccat/ quia nō necessitat ad volendum tam intense q̄ intense vult. Secundo q̄ aliquis habet preceptum affirmatiuum circa quod non potest omittere. & tamen potest transgredi negatiuū intensū patet sic/sit sorti preceptum affirmatiuū de nolēdo a/obiectum. & cum hoc habet maximum motum qui nō sufficit ad necessitādum sortem ad volendum a/obiectum nō prouenientem ex culpa sortis/quia tūc nō possit omittere saltē culpabiliter. patet. q̄a necessitaret ad illam omissionem & non ex culpa/quod possit transgredi satis patet ex prehabitis. Sed qui vellet defensare contrariam opinionem. s. q̄ non possit necessitari per aliquod creatum ad actum elicitū voluntatis facile responderet ad argumētum doct. q̄ motus sensitiuus licet difficultet voluntatem ne eliciat actum contrariū actui ad quem inclinat non potest tamen q̄ tuncūq; intensus necessitare ipsam volūtatem ad eliciendū actum conformē quia sēper requiritur concursus ipsius voluntatis qui quidem concursus est liber. & videt mihi probabile dicendum: q̄ voluntas & si posset necessitari priuatiue nō tñ positiue.

¶ Quartus articulus

¶ Circa quartum articulum notādū ē i primis: q̄ ad volitionem causandum plura concurrunt effectiue. primo deus ipse cum nichil possit causari sine concursu ipsius Secundo concurrit ipsa voluntas/quia si non concurreret actiue: sequitur q̄ volitio non esset in eius potestate contra dictū beati augustini dicētis/nichil est magis siue tā in potestate voluntatis sicut ipsa voluntas Tertio effectiue concurrit ipsa cognitio obiecti. quod pbatur sic/omne illud quod nō posito non potest alterū poni est illius alterius causa. sed non posita cognitione obiecti non potest poni volitio. Iuxta illud augusti. Inuisa amare possumus non autem incognita. ergo cognitio est volitionis causa/sed non est causa volitionis materialis nec formalis nec finalis. ergo est efficiens. & huius sentētie fuit Guillelmus Occā/& doct. q̄q̄ contrarium videatur sentire Scotus dicens q̄ cognitio non requiritur tanq̄

causa sed tanq̄ dispositio preuia. Vltra notandum est q̄ preter istas tres causas necessario requisitas ad cognitionem producēdam vniuersaliter aliqñ ꝯcurrūt alie cause scilicet habitus partialiter concurrens ad volitionem eiusdem speciei cū volitionibus a quibus productus est. Sed contra primum dictum precipua difficultas est. nam si cognitio partialiter concurrat ad volitionem producendam aucta cognitione de necessitate intēdetur volitio quod falsum est: & probatur seq̄la/augmētata & manente naturali causa concurrente ad aliquē effectum in genere cause efficiētis omnibus alijs paribus remanētibus de necessitate augetur talis effectus/sed ipsa cognitio naturaliter concurrit ad volitionem. ergo ipsa aucta omnibus alijs paribus remanētibus de necessitate augetur talis volitio. Preterea/si ipsa cognitio intendatur ipsa magis concurret q̄ prius ex parte sua. ergo si deus equaliter concurrat vt prius similiter & voluntas. ergo aggregatū ex omnibus causis magis concurret q̄ prius. & per consequēs voliti o est intentior q̄ prius. propter hoc videtur michi dicendum q̄ sicut habitu intensiore remanēte eodē cōatu volūtatis intenditur volitio. Ita cognitione concurrēte partialiter ad volitionem intensa/stante eodem conatu voluntatis intenditur ipsa volitio: nec ex hoc sequens est q̄ habens minorem cognitionem non posset magis amare: quia stat habentem minorem cognitionem plus conari q̄ eum qui habet maiorem: & in maiori proportione plus conari q̄ cognitio alterius sit maior. Ex quo seq̄t q̄ habens maiorem cognitionē: pōt simpliciter ex ea maiorem volitionem producere q̄ posset ex minore cognitione ceteris paribus. ¶ Sed contra predicta adhuc instaret aliquis/alicuius cognitionis deus pōt supplere causalitatē suo speciali concursu non supplēdo causalitatem volūtatis. ergo voluntas potest incognita velle. Forte dices non inconuenit supernaturaliter/ probat etiam quod nec naturaliter. docet experientia q̄ voluntas mouet intellectū ad considerandum aliquod obiectum. vel ergo an teq̄ moueat considerat illud obiectum vel non. Si primum ergo non mouet ad considerationem illius obiecti. Si secundum ergo voluntas fertur in obiectum incognitū Preterea voluntas aliquod obiectum pōt distinctius amare q̄ intellectus cognoscat. immo pari ratione potest obiectum incognitum amare. patet antecedens sortes pro statu vie potest distincte amare deum/& nō pōt distincte cognoscere ergo/patet antecedēs/sortes pro statu vie potest frui deo/vel ergo illa fruitio ad solum deū termiatur & sic habetur propositū q̄d videlicet distincte fruitur deo/vel ad aliquid aliud a deo terminatur. & sic aliquo alio a deo fruitur per illum actum. & per consequēs ille actus nō erit bonus. Ad primum istorum dicendū ē sicut dictum est in argumento: & ad replicā concedo/q̄ voluntas mouet intellectum ad cōsiderandum aliquod obiectum. & vltra dico q̄ intellectus tunc illud obiectū cognoscit: sed solum in confuso & voluntas mouet illum ad cognoscēdum distincte vel minus confuse. Insuper difficultas est vt videtur in solutionibus argumētorū/ an voluntas sine imperio suo possit intellectum mouere ad aliquam cognitionem producēdam. Ad secundum concedit Guillelmus occam in primo sententiarum/ q̄ voluntas potest distinctius amare aliquod obiectum q̄ intellectus cognoscat sicut ponere aliquē terminū ad distinctius significā dū q̄ cognoscat. & negatur consequentia: quia negatur quod possit aliquod obiectum simpliciter incognitum amare ¶ Sextus articulus

¶ Circa sextū articulū in quo q̄rit an passiones voluntatis distinguātur ab actibus/hoc ē dictu an gaudiū distinguit a volitōe/& tristitia a volitione. Notandū est q̄ due sunt opiniones probabiles/ quarum vnā tenet Gregorius prima distinctione primi sententiarum. Alteram Guillelmus occā in eadē distinctione. dicit Grego. q̄ omnis delectatio voluntatis est volitio/& ois tristicia ē

nolitio, vltra dicit aliqua volitio non ē de lectatio, & aliqua nolitio non est tristicia. Tertio habet dicere cōsequenter: ꝙ illa volitio que est delectatio mere naturaliter causatur & presupponit vnam alteram volitionem libere causatam que non est delectatio/ & similiter dicitur apud multos docto. de assensu qui licet sit apprehensio presupponit tamen vnam alteram apprehensionem que non est assensus. Quarto habet dicere consequenter/ ꝙ in delectationibus & tristicijs non conciſtit radicaliter bonitas vel malitia: sed in volitionibus & nolitionibus libere causatis presuppositis, & sic argumentum quod solet fieri contra Gregorium parum habet apparentie ꝙ aliquis aliquid vult quod scit euenire, & tamen nō delectatur. vt patet: dyabolus vult peccato rē peccare, ergo delectatio distinguitur a volitione, negatur cōsequentia, sed solum sequitur hoc consequens, ergo volitio distinguitur a delectatione. Sed forte diceret aliquis cōtra Grego, sequeretur ꝙ voluntas simul tēpore haberet duos actus distinctos specie circa idem obiectum adequatum puta volitionem que non est delectatio & volitionē que est delectatio, habet concedere ꝓsequētiam & ꝓsequēs nec hoc est incōueniens, q̄ admodū intellectus simul tēpore habet notitiam intuitiuā & abstractiuā eiusdem obiecti. Altera est opinio Guillelmi occā / ꝙ iste passiones presupponunt operationes sicut volitio presupponit cognitionē. verūtamen non sunt operatōnes/ volitio nō est cognitio, pro qua opinione aduertēdū est/ ꝙ omnis passio voluntatis causatur ex aliqua operatione volūtatis, & aliqua operatio est intellectus/ vt deliberatio causatur ex volitione alicuius cum certitudine euentus rei volite, & hoc est quod dicit Augu. gaudium est de his que nobis volētibus accidunt, tristitia vero causatur ex nolitione alicuius cum certitudine euentus rei nolite & hoc dicit idem Augu. Tristitia est de his que nobis nolentibus accidunt, vt si sortes nult se peccasse & scit se peccasse ab his duobus equaliter producetur tristitia / sicut ab igne calor, & sic causa tristitie non est immediate libera: sed solum mediate. s. in sua causa. ¶Sed contra hanc positionem arguitur sic/ sequeretur saluatū posse tristari in sensu composito, patet saluatus qui aliqñ peccauit scit se peccasse & nult se peccasse, ergo tristatur, consequentia tenet: quia positis causis naturalibus de necessitate producitur effectus. Similiter/ quod esset possibile dānatum letari. ¶Secūdo arguitur sic/ Christus tristabatur de sua passione, iuxta illud. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, & tamē nō nolebat suam passionem/ nam oblatus est quia voluit, ergo potest causari tristitia alicuius absq; nolitione. ¶Tertio sic/ si sortes nolet platonem fieri episcopum & foret certus ꝙ plato non esset episcopus / sortes gauderet, ergo absq; volitiōe & nolitione cāri pōt gaudiū. ¶Ad primū istorū negatur consequentia, & ad probationem conceditur saluatum habere nolitionem: quia nult se peccasse & certitudinem quod peccauit, & vltra concedo/ ꝙ iste due cause sunt sufficientes ad causandum tristitiam si non esset impedimentum, excedens gaudium resistit tristicie etiam de alio obiecto/ bene tñ dicit Aristoteles secūdo ethicorū Excellēs delectatio excludit tristitiam non solū contrariam sed contingentem. Ad secundum transeat: ꝙ Christus tristabatur de sua passione/ & negatur ꝙ non habebat nolitionē circa passionem, vnde potest duplex nolitio poni aqua fuit causata illa tristitia, primo dici pōt ꝙ erat quedā nolitio naturalis que quidā stabat cum volitione libera eiusdem obiecti, & ab illa nolitione causabat tristitia. Secūdo dici potest/ ꝙ Christus habebat nolitionem conditionalem: quia nolebat pati si aliter potuisset repari genus humanum, & habebat volitionem absolutā de sufferenda passione q̄admodū communiter dicitur de mercatore ꝓiciente merces in mare tempore tempestatis, & illa nolitio sufficit causare tristitiam, & hanc materiam prolixe tractat Scotus i tertio. Sed cō-

tra hoc sic arguitur, dictum est prius: ꝙ excellens gaudium in beatis impedit ne producatur tristitia in ipsis a causis naturaliter ductis. Ad hoc breuiter respondetur/ ꝙ deus miraculose suspendebat actiuitatem illius excellentis gaudij impedientis productionem tristitie. Ad tertium argumētum cōcedo/ ꝙ si sortes nolet platonem fieri epm & non esset certus ꝙ fieret episcopus ꝙ ipse gauderet/ sed negat Occā i tertio: ꝙ iste non habet aliquam volitionem, vnde dicit ꝙ ex nolitione qua nult ipsum fieri episcopum & ex certitudine qua certus est ꝙ efficietur episcopus naturaliter causatur volitio qua vult ipsū non fieri episcopum / & ab illa volitione immediate causatur gaudium, & eodem modo diceret ꝙ ex volitione qua sortes vult platonem non fieri episcopum ex certitudine qua certus est ꝙ ipse efficietur episcopus naturaliter causatur nolitio huius ꝙ fit episcopus aqua immediate causatur tristitia. Aliter dicerent aliqui ꝙ illa nolitio qua sortes/ nult platonem fieri episcopum est volitio contradictorij/ qua scilicet sortes vult platonem nō fieri episcopum, & consequenter dicerent ꝙ ille actus cum diuersis actibus intellectus causaret gaudium & tristitiam. Sed contra hanc solutionem arguitur sic. Est possibile ꝙ sortes appḥendat platonem fieri episcopum sub ratione mali: nullo modo apprehendēdo platonem non fieri episcopum quo facto poterit voluntas elicere nolitionem ꝙ plato sit episcopus, & tamen per illam non volet platonem nō fieri episcopum. ergo nec volet/ & per consequens nolitio alicuius non est volitio contradictorij / & propter hoc argumentū videtur michi solutio prima probabilior. ¶Septimus articulus.

An volūtas posset actū i instāti ꝓducere

¶Circa septimum articulum. Queritur/ an voluntas possit causare actum in istāti. duplex est positio/ prima ꝙ voluntas nō potest causare aliquem actum in instāti: sed solum successiue/ & apparentia accipit ex finitate voluntatis que est finite actiuitatis. ergo solum finite velociter agere potest/ & huic opinioni assentit doct. Ex qua sequitur primo/ ꝙ angelus non potuit mereri nec peccare in primo instāti sue creatiois. Secūdo dicit/ ꝙ nunq̄ est dare primū instans in quo quis peccat/ patet sic: quia si sic ponat ꝙ sit a/ & arguitur sic in a/ ipse peccat, ergo in a/ habet actum malū voluntatis, & hoc si peccet peccato transgressionis/ iam queritur de illo actu voluntatis vel producebat prius successiue/ primum repugnat positioni, & si dicas secūdum sequitur ꝙ prius peccauit, & per consequens non est primū instans in quo peccauit. Tertio dicit/ ꝙ gratia desinit esse per vltimum sui esse, qd patet ex correlario precedēti/ incipit hō peccare per vltimum non esse/ ergo in illo instāti est adhuc gratia/ & immediate post illd nō erit, & per consequens desinit esse per vltimum esse. Quarto dicitur / ꝙ est possibile aliquam charitatē solum per vnū instans durare, quod patet sic/ sit nūc instās primū in quo sortes habeat gratiam/ & possibile ꝙ incipiat producere malam volitionē successiue quo facto hec gratia nunc est/ & nō fuit: nec erit, ergo solum durat per instans. ¶Sed contra hāc positionem arguitur sic/ Christus in primo instanti sui esse secūdum humanitatem merebatur nobis gloriam, ergo in illo instāti producebat eius anima actum meritoriū, & ista anima est ens creatum, ergo ens creatum potest producere actum in instanti. Forte dices ꝙ Christus nō merebat i illo instanti: sed ab illo instanti incipiebat mereri. Contra sequitur ꝙ Christus profecisset i meritum. patet/ si christus non elicuit in primo instanti natiuitatis secundum humanitatem illum actum meritorium/ sed tūc incipiebat elicere iam q̄ri/ vel subito illū totum actum producit immediate post illud instans vel non/ nō potest dici primum quia non est maioris difficultatis aliquem actum subito incipere producere q̄ producere in instanti. Si dicas secundum ergo illius actus meritorij vnam medietatem citius produxit q̄ alteram, & p consequens non erat tanti meriti Christus

quando illa sola medietas erat producta q̃ quando totus actus ille erat productus. Secundo sic arguitur / & sit sortes decedens absq; peccato/iam queritur vel in primo instanti in quo anima est a corpore separata est beata vel non/non potest dici secundū Et si dicas primum/tunc sic: ergo in illo instanti producit claram dei visionem & fruitionem. & istud argumētū videtur currere contra doctorem. quia dicit doct. in prima questione: ꝙ ad hoc vt qualitas sit in intellectu nolitio vel volitio requiritur cōcursus ipsius anime. Et simile argumētū fit de anima decedēte in mortali: aut in primo instanti est damnata vel non &c. ¶ Tertio sic sequeretur aliquē hominē nunc habere gratiam quam ante quodlibet mortale perdet patet/sit sortes nunc in gratia & incipiat producere volitionem furandi successiue/tunc sic / sortes istam gratiā ante quodlibet peccatum futurum perdet. ergo propositū. patet antecedens: quia signetur aliquod peccatum futurum ante quod non perdet istā gratiam/istud peccatum successiue producetur post hoc. ergo nō imediate post hoc erit. & immediate post hoc perdet ipsā gratiam. ergo ante hoc peccatum futurum perdet istam gratiam. ¶ Quarto sic/vel in istā ti terminante prolationem verborum consecrationis anima Christi iudicat se esse sub illis speciebus vel non. Si dicas secūdū. ergo anima Christi est in aliquo loco in quo ipsa nescit se esse/quod videtur absurdum. Si autem dicatur primum & ante non iudicabat se esse sub illis speciebus. ergo in istā ti causat illud iuditium. ¶ Ad primū istorū argumentorum concedunt aliqui ꝙ Christus non meruit in primo instanti sue creationis secundum humanitatem/sed ab illo instanti meruit ita ꝙ tunc incipiebat mereri. & ad probationem in oppositum posset apud eos dici negando: ꝙ Christus profecisset in merito essentiali. Et ad probationē conceditur: ꝙ aliquando habuit actum meritorium minus intensum. & postea magis intensum. sed ista consequētia nichil valet Iste actus fuit minus intensus. ergo erat minus meritorius: quia sicut dictum est q̃tumcūq; remissum potest deus acceptare ad q̃tū cūq; premium. Dicitur ab alijs aliter/ ꝙ deus Christus in primo instanti creationis anime eius elicuit actum meritoriū: sed hoc erat speciali concursu ipsius diuinitatis. Sed ista solutio habet equiualēter cōcedere quod ego possum mereri in instanti. quod sic probatur: quia q̃tumcūq; concursu actuo concurrebat diuinitas cum anima Christi ad actum voluntatis producendum tantum concurrere potest cum anima mea. ergo sicut mediāte tali concursu producebat anima Christi actum in instanti ita & poterit anima mea. & sic habet ꝓcedere hec opinio ꝙ. s. agens creatum finite potētie ꝑdu cit effectum in instanti/ hoc est per infinitū concursum & adiutorium infinite cause. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ in illo instanti ē beata/ quia nisi sic ipsa esset adhuc viatrix & vltra conceditur ꝙ in illo instanti habet claram dei visionem cuius ante nichil habuit. sed illa visio producitur a solo deo. & si supponam opinionem oppositam qđ non posset esse qualitas nisi partialiter producatur ab illo/ cōceditur quod producit ab intellectu/ sed hoc est cum infinito ꝓcursu ipsius dei. & eodem modo dicendum ē ad argumentum de anima decedēte in peccato mortali. ¶ Ad tertium ꝓceditur sequla/ & sequens. s. ꝙ aliquis nunc habet gratiam & ante quodlibet peccatum sequēs perdet eam quia non est dabile primum peccatum mortale sequens. Et si inferas ex illo/ ergo sortes prius carebit gratia q̃ erit i peccato. hec sophismata sunt. & etiam eodē modo dicendum foret tenendo sicut Gabriel/ ꝙ quelibet detestatio peccatorum q̃tuncūq; remissa bene circūstātionata sufficit ad deletionem peccatorum: ita ꝙ sortes nunc est i peccato mortali/ & ante quālibet contritionem erit in gratia. quod patet sic/ posito ꝙ sortes nunc sit in peccato & incipiat producere successiue detestationē peccatorū suorū bene circūstātionatā/ ante istā ꝓtritionē

sortes erit in gratia & ante istam &c. ergo ante quamlibet detestationem sortes erit in gratia/ vt ex precedentibus satis probari potest. Sed posset hic queri an sit dabilis aliqua gratia quam sortes immediate post hoc habebit. & apparentia est ꝙ non: quia sortes non acquiret gratiam ex vi operis operati: sed solum ex vi operis operantis. sed data quacunq; gratia falsum est dare ꝙ immediate post hoc habebit actū ante gratiam meritorium. & sic videtur mihi dicendum ꝙ sicut producet contritionem successiue/ita producetur gratia sua successiue. ¶ Ad quartum dico ꝙ si anima Christi in illo instanti iudicat se esse sub illis speciebus illud iudicium est supernaturaliter causatum puta ab ipso solo deo vel ab anima Christi cum infinito adiutorio dei. Contra hanc eandem positionem multa argumēta adduci possunt ex philosophia/ & logica dependentia: puta de visione/ de assensu conclusionis/ de imperio/ de resistentia/ que omnia pro nunc relinquo.

¶ SECVNDA OPINIO ALIOrum doctorum que satis communis est ꝙ volūtas potest producere actus suos in instanti. & hanc tenet Scotus/ Thomas/ Gregorius/ & Occham. & est apud istos maxima talis. Omne agens non habens in sua actione resistentiam q̃tum est ex se natum est producere effectū in instanti. dicitur natum est quia videtur mihi dicendum ꝙ nullum agens naturale potest producere effectum in passo extrinseco in instanti. quod patet sic. quia si nunc non producat in illo passo/ & postea producet. ideo est quia nunc est aliquod obstaculum quod postea non erit/ vel nunc non est sufficiens approximatio / & postea erit: sed obstaculum naturaliter non potest aufferri nisi successiue. Similiter nō potest fieri applicatio nisi successiue. Sed aliud est de ipsa voluntate que non requirit aliquod agens extrinsecum vt producat actum suum / & sic potest producere in instanti. Dicunt vltra illi de ista opinione. vt patet ex Gregorio in secundo ꝙ etiam potest producere successiue: quia successiue potest augmentari apparentia bonitatis in aliquo obiecto / ergo voluntas successiue potest intendere volitionem suam. & per consequens aliquam volitionem successiue probare. & ex hoc secundo dicto sequūtur omnia correlaria que illata sunt in prima positione.

¶ Contra hanc positionem arguitur primo sic. Sequeretur ꝙ angelus potuisset peccare in primo instanti sui esse/ sed hoc est falsum. ergo. Patet consequentia. Si voluntas in hoc instanti potest elicere volitionem: ergo poterat in primo instanti sui esse si in tali instanti habuisset cognitionem obiecti. Consequentia tenet/ quia quandocunq; est aliqua causa sufficiens ad aliquem effectum pro tunc potest esse effectus. Falsitas tamen consequentis probatur / quia tunc deus produxisset angelum malum: quod videtur absurdum dicere. ¶ Secundo sic arguitur. Si angelus potuisset peccare in primo instanti sui esse ponatur in esse quod peccauerit in primo instanti sui esse per aliquam malam volitionem. tunc sic arguitur. Iste angelus in hoc instanti peccauit per hanc volitionem. ergo tenebatur illam vitare/ & vltra tenebatur illam volitionem vitare: ergo poterat illam volitionem vitare. Consequentia tenet per illud dictum Nemo peccat in eo quod vitare non potest. & falsitas consequentis patet sic. Si illam volitionem poterat vitare vel in illo instanti poterat / vel post vel ante. Non primum/ quia omne quod est necesse est esse quando est secundum Aristotelem secundo perihermenias. Nec secundum est dicendum/ quia ad preteritum non est potentia. Nec tertium/ quia ante illud instans non erat ille angelus. igitur & cetera.

¶ Tertio sic arguitur. Si potest voluntas volitionem elicere in instanti. ergo potest infinite peccare: sed hoc est falsum. er-

go. patet sequela eliciat voluntas sortis in instanti inchoatiuo alicuius hore aliquam malam volitionem quam cõtinuet per totam horam tunc sic/in instanti inchoatiuo hec volũtas aliquantulũ peccat & in quolibet instãti intrinseco tũc peccauit: ergo infinite peccauit. Consequentia tenet cum maiore: & probatur minor in quolibet instanti intrinseco hec voluntas habet actum eque malum sicut nũc immo euidentem/ergo in quolibet instanti intrinseco tantum peccauit sicut nunc. Et per idem probabitur ꝙ voluntas infinite mereretur in instãti inchoatiuo istius hore eliciendo actum meritorium quem continuaret per totam horam. ¶Quarto sic arguitur: sequitur sortem posse obligari ad impossibile quod sic probo/sortes qui nunc habet actum malum obligatur ad immediate post hoc ad non habendum cum obligetur immediate post hoc nõ peccare: sed est possibile ꝙ immediate post hoc non habeat quia opposito dato sequitur ꝙ posset res permanẽs desinere esse per vltimum eẽ. ergo sortes obligatur ad impossibile. ¶Quinto sic arguitur precipiat deus sorti ꝙ diligat eum ante instans terminatiuũ hore nullum instans specificando quemadmodum preceptum est ꝙ diligamus deum aliquo gradu dilectionis: & tamen de nullo gradu specificatum est ꝙ diligamus deum illo gradu. Et vltra pono ꝙ in tota hora sequenti non diligat sortes deum sequitur tunc ꝙ in instãti terminante horam esset verum dicere sortes peccauit/& tamen in nullo instanti peccauit: sed hoc est falsum. ergo. quod peccauerit patet sic. sortes tenebatur ad diligendum deum pro tempore ante hoc instans & non dilexit: ergo peccauit. & ꝙ in nullo instanti peccauerit patet sic. quocũcũ instanti dato ante hoc non tenebatur sortes ad diligendum deum pro illo instanti: sed satisfecit precepto diligendo ipsum in tempore intermedio inter hoc instans/& illud ergo quocunq; instanti signato falsum est dicere ꝙ sortes peccauerit in illo instanti. Sed falsitas consequẽtis probatur sic/si sortes in nullo instãti peccauerit. ergo in quolibet instanti preterito intrinseco huius hore fuit in gratia. ergo per totam illam horam fuit in gratia/& per consequens non peccauit in illa hora. ¶Sexto sic arguitur/si sortes possit elicere volitionem in instanti/ergo eadem ratione potest desistere seu corrumpere volitionem in instanti: sed qđ hoc sit falsum. patet sic/volitio resistit sue corruptioni: quia vnumquodq; ens desiderat se permanere in esse/& ipsa voluntas est solum finite actiuitatis solum in corrũpendo: ergo non potest corrumpere in instanti. Consequentia tenet/quia non ab agente extrinseco cum resistentia pro nomine actu in instanti. ¶Ad primum istorum dicit sanctus Thomas ꝙ licet angelus potuerit mereri in primo instanti sue creationis: non est tamen possibile ꝙ peccauerit in primo instanti sue creationis/cuius rationem assignat/quia quicquid conuenit alicui intellectui in primo instanti sui esse hoc est attribuendum sue cause. & sic ꝙ peccaret angelus in primo instãti sui esse esset attribuendum deo/quod est inconueniens. Sed contra hoc sic arguitur. Si angelus in primo instanti sue creationis potuit mereri. ergo in illo instanti potuit habere preceptum dei de diligendo ipsum/ponatur tamen in esse/tũc sic arguitur in primo instãti si dilexerit deum adimplẽdo preceptum libere dilexit. ergo potuit non diligere/& vltra potuit non diligere: ergo contrauenire precepto & per consequens peccare. Secundo sic arguitur/ego capio actum indifferentem & precipiat deus in primo instanti creationis ipsius angeli ipi angelo talem actum non elicere. & cum hoc creauerit ipsum angelum cum natura requisita ad illũ actum eliciendũ. Tũc sic arguit in illo instãti potuit illum actum elicere: ergo peccare. Patet antecedẽs/pro omni instanti in quo sunt omnes cause requisite ad aliquem effectum producendum: qui quidẽ est in instãti ipducibilis & nõ ponit aliqua resistentia potest ille effectus pro illo instanti produci. sed sic est in proposito. igitur.

Propter hoc cõmuniter dicitur a doctoribus ꝙ sicut angelus potuit in primo instãti sue creationis mereri: ita potuit in primo instanti sue creationis peccare. & quando tu infers: ergo producit deus angelum malum. Dico ꝙ si per illam propositionẽ denotetur ꝙ speciali concursu concurrit/vt angelus fuerit malus quẽadmodum concurrit ad suum esse. & sic negatur consequẽtia/vel si intelligatur per consequẽs ꝙ producerit angelum qui pro tunc erat malus quando producit/& sic conceditur. ¶Ad secundum argumentum/dicit Gregorius arminẽsis ꝙ occham in duobus cõcessis abeo implicat contradictionem/nam concedit in primo sententiarũ ꝙ resque nunc est nõ potest nũc non esse. & in quolibeto/& in pleriscq; alijs locis concedit ꝙ angelus in primo sui esse potuit peccare eliciendo malam volitionem. & propterea dicit Gregorius admisso toto casu ꝙ in primo instanti sui esse angelus libere peccauit eo ꝙ in illo instanti potuit nõ peccare: & potuit illam volitionem non elicere. Sed de hac difficultate amplius videbitur in solutione primi argumenti. ¶Ad tertium in quo est maior difficultas/negat Gregorius consequẽtiam & ad probationem negat Gregorius assumptum scilicet ꝙ in quolibet instanti intrinseco tantum peccauit quãtum in primo. Pro quo dicit Gregorius si voluntas in instanti quod est presens eliciat aliquam volitionem datur vnum tempus post hoc per qđ totũ & quãlibet eius partem necessario continuabit istam volitionem: & in tali tempore nec in eius aliqua parte nec aliquo instanti intrinseco peccauit de nouo imputabiliter: sed in instanti terminante tale tempus libere conseruabit talem volitionem. & trñ peccauit ẽtum in primo: & eodẽ modo sequitur tale instans aliquod aliud ipsius equale primo per quod cõtinuabit suam volitionem. Ex quo sequitur ꝙ quãdo sortes peccat nunq; per aliquod totum tempus peccat sed solum per infinita instãtia. & eodẽ modo dicetur qñ sortes meretur nunq; per aliquod totum tempus meretur sed adequate p infinita instantia. ¶Sed contra hoc arguitur sic. primo per Gregorium in primo sententiarum distinctione decimaoctaua. quando sortes in aliquo instanti elicit aliquam volitionem habet tũc in sua potestate facere ꝙ isto tempore non erit demonstrato quocunq; tempore futuro. ¶Secundo sic arguitur & capio primũ instans in quo sortes libere ꝓtinuabit post hoc instans elicitionis. & sic arguitur. Si sortes habeat in sua potestate in illo instanti hanc volitionem nunc elicitam non conseruare: ergo habet in sua potestate quocũcunq; instanti post illud non cõseruare/& per consequens in quocũcunq; instanti post illud sortes peccabit conseruando. ¶Tertio sic. concedit Gregorius in secundo sententiarum distinctione tertia/ꝙ voluntas potest intendere successiue suam volitionem. & per consequens potest remittere successiue per aliquod totum tempus: & ponatur ꝙ ad hoc faciendum obligetur illa voluntas & non faciat/sequitur ꝙ per totum illud peccabit. & hoc argumentum videtur mihi probare euidenter ex Gregorio ꝙ si alia volitio sit modo non oportet ꝙ ipsa tota per certum tempus hoc de necessitate continuabitur ¶Quarto sic arguitur probando ꝙ sortes possit per aliquod totum tempus & per quamlibet eius partem/& quodlibet eius instans peccare. & sic arguitur habeat sortes hoc iudicium diligendus est deus a me sub pena peccati mortalis qđ continet per vnam totalem horam & in illa totali hora non eliciat sortes aliquam dilectionem in quolibet instãti talis hore sortes peccat. quod sic probatur/in quolibet instanti talis hore libere omittit. ergo in quolibet instanti talis hore peccat. Patet ꝓña/

quia sicut difformiter agere ad iudicium rationis etiam erroneum est peccatum/ita difformiter omittere. & patet antecedens/in quolibet instanti sortes potest diligere deū ergo in quolibet instanti libere omittit. patet antecedens/ in quolibet instāti sunt oēs cause necessario requisite vt producatur dilectio dei puta omissio ipsius dei & voluntas:ergo in quolibet instāti potest elici ipa volitio ipsius dei. Propterea dicunt aliter alij ad argumentum puta Occham & Climeton. Primum est ꝙ quando sortes elicit aliquam volitionem malā sortes in illo instanti peccat. Secūdum est/ꝙ per totale tēpus sequens & generaliter eius partem quo continuabit sortes peccabit per illam volitionem. & dat rationem Climeton/anteq̄ sortes peccat per aliquam volitionem in aliquo instanti oportet ꝙ immediate ante illud instans habuerit in sua potestate nō habere illam volitionem in illo instāti. sed quocunq; instanti dato in quo cōseruatur illa tota volitio:falsum ē dicere ꝙ immediate ante hoc instans fuit in potestate sortis nō habere istam volitionē: sed immediate ante instans elicitionis fuit in sua potestate ꝙ nō eliceret in hoc instanti. Sed argumētum de pura omissione videtur militare contra hāc positionem ꝙ in quolibet instanti temporis in quo omittit peccat. & probatur sic. quocūq; tali instanti dato immediate ante ipsum habuit sortes in sua potestate i hoc instanti non omittere quia immediate ante hoc habuit i sua potestate tūc elicere:ergo quocunq; instāti assignato peccat. Similiter ex hac opinione videtur sequi ꝙ angelus nō potuit peccare in primo instanti sui esse sicut deducebatur per vnū argumentū prius factum. Ista opinio Cclymetonis faciliter defensari potest de peccato trangressionis & dicendum foret cōsequenter ꝙ q̄q̄ voluntas posset elicere actum in instanti nō tamē corrumpere. & ratio est/quia elicioni talis actus nihil resistit: corruptioni autem aliquid resistit. quod pbatur sic. Vnūquodq; ens desiderat se permanere in eē. ergo vnūquodq; ens resistit se corrūpenti & sue corruptioni. & per cōsequens ab agente finite potentie in corrumpendo nō potest in instanti corrūpi. Forte diceret quis sequitur intemperatum nō posse elicere actum temperantie in instāti. nec temperatum actum intemperantie. patet sequela. habitus intemperantie resistit productioni actus temperantie. ergo stante tali resistentia non potest actus intemperantie produci ab agente finito. & probatur antecedēs. Omne agēs naturaliter productiuum alicuius effectus resistit productioni effectus contrarij. hinc est ꝙ communiter dicitur a philosophis: ꝙ forma substantialis aque resistit productioni caloris / sed habitus intemperantie est naturaliter productiuus actus intemperantie cui contrariatur actus temperantie/ ergo naturaliter resistit productioni actus temperantie. ¶Ad hoc argumentum videtur multum probabiliter dicendum ꝙ habens habitum intemperantie & cognitionem:mediante qua potest elicere actum intemperantie non potest pro tunc producere actum temperantie in instanti/ nec potest producere tantum actum temperantie stante equali conatu quantum produceret secluso & habitu & secluso cognitione. ¶Sed vltra posset aliquis petere. An si sortes vniformiter produceret in hora aliquam malam volitionem an vniformiter peccaret. Breuiter dico ꝙ non/quia in secunda medietate sortes tantum peccaret quātum in prima per nouam productionem tante partis quātam produxit in prima:& adhuc aliquantulum peccaret continuando volitionem productam in prima: ergo simpliciter peccaret in secunda medietate q̄ in prima. & sic correlarie sequitur ꝙ ad vniformiter peccare sequitur difformiter producere volitionem. & ita dicatur demerito. Sed consequenter ad istam opinionem difficile est soluere argumentū de pura omissione. Nā sicut argutum est prius si esset sorti preceptū ꝙ p vnā totā horā diligeret deū & nō diligeret i aliqua parte

illius hore quo cum instanti dato illius hore verum est dicere immediate ante hoc habuit sortes in sua potestate nuuc non omittere. ergo nunc culpabiliter omittit & sic i quolibet instanti intrinseco illius hore culpabiliter omitteret. & per pseques infinite grauiter peccaret in illa hora. Sed adhuc dici potest/vel sorteshabet preceptum ꝙ diligat deum per totam illam horam dilectione causata in instanti:puta in instanti ichoatiuo quam debet continuare per totā horam & sic sortes non omittet in aliquo istāti nisi in instāti inchoatiuo:quēadmodum nō mereretur adimplēdo illud preceptum in aliquo instanti nisi instanti inchoatiuo. Et in omissionibus semper respiciendum est ad actus omissos. vel si sortes haberet p̄ceptum causare dilectionem successiue in illa tota hora:& sic dico ꝙ sortes non peccaret in aliquo instanti sine causando successiue volitionem bonam non mereretur in aliquo instanti. ¶Sed adhuc contra hāc opinionem sic arguitur sit sortes qui eliciat in instanti inchoatiuo alicuius hore a volitionem pernitiosam quam continuet per totam illam horam in quolibet instanti intrinseco illius hore peccabit. ergo propositum. patet antecedens quocunq; tali instanti demōnstrato immediate ante illud istās habebit sortes in sua potestate non habere totum/a/in illo instanti. ergo iuxta modū dicendi huius opinionis sortes peccabit in illo instanti habendo totum/a/& patet antecedens / quocūq; tali instanti demonstrato ante illud instans inter illa duo mediat vnum tempus in quo poterit aliquam partem/a/volitionis successiue corrumpere:ergo immediate ante illud instans habebit in sua potestate non habere totum /a/in illo instanti. ¶Ad hoc argumentum consequēter respondendo ad illam opinionem negatur ꝙ sortes in quolibet instanti intrinseco peccauit de nouo habendo totum a/ actum. Et ad probationem conedo:ꝙ quocunq; instanti signato immediate ante illud instans habebat in sua potestate non habere totum/a/in illo instanti. & negatur consequentia & ratio quia non potest dari pars aliqua q̄tūcūq; remissa a/actus de qua sit verum dicere ꝙ immediate ante hoc instās habuit sortes in sua potestate habere in hoc instanti actum remissiorem ipso a/per totā istam partem. & sic non posset signari certa grauitas huius peccati pro hoc instanti. Sed esset replica si deus alicui preciperet ꝙ non eliceret volitionem intensam vt quatuor non prohibendo volitionem vt duo nec aliquam vltra quattuor. & sortes i hoc instanti eliciat volitionē vt quattuor non ptinuet per totā horā seq̄ntē tūc erit difficile saluare qd sortes non in quolibet instanti peccauit. ¶Ad quartum dicūt aliqui nō esse inconueniēs sortem obligari ad aliqd impossibile quando ipsemet se impossibilitauit ex culpa sua. Diceret aliter Gre. primo ꝙ non est possibile sorti nūc ꝙ immediate post hoc non habeat istum actū:quia nunc est possibile ei quod nunc est possibile ei ꝙ nunc nō habeat istum actum/ & per consequēs ꝙ immediate post hoc nō habeat. vltra diceret Gregorius ꝙ sortes non obligatur ad non immediate post hoc habēdum cum apud ipsum sit dandum certum tēpus post hoc per quod totum naturaliter continuabit & non peccabit. Holcot habet in solutione argumētorum tertie questionis ꝙ si sortes nunc peccet necessario post hoc peccabit per aliquod tempus. sed per nullum tempus necessario post hoc peccabit. Eligat vnusquisq; partem que videbitur sibi probabilior. ¶Ad quintum:multiplex est modus dicendi & respondendi. primus est Holcot ꝙ in instanti terminante horā verum est dicere sortes peccabit:& tamen p nullum totum tempus peccauit:sed inquolibet tēpore ad illud instans terminato peccauit inadequate. & sic in nullo ad illud instans earuit sortes gratia & sic concedēdum est ꝙ sortes in quolibet instanti ante hoc instans fuit in gratia & tamē ante illud instās peccauit mortaliter. Sed cōtra hanc solutionem arguitur sequitur ista pclusio sortes

peccauit mortaliter: & tamen nunq̃ caruit gratia. Patet ſic: & pono ꝙ ſortes in hoc inſtanti peniteat ſe non dilexiſſe deum & ꝙ nullum aliud peccatum ꝓmiſerit/ ſortes nunc habet gratiam quia nũc conteritur. & ſuppono pro nunc ꝙ ad ꝓtritionem nõ requiratur cõtinuatio per certum tempus/ & ſortes nunq̃ caruit gratia: quod probo ſic. ſequitur bene ſortes caruit gratia: ergo aliquando nõ habuit gratiam. & vltra aliquãdo non habuit gratiam: ergo in inſtãti vel tempore. ſed nullum iſtorum eſt dicẽdum non primum vt notum eſt/ nec ſecũdũ/ ga quocunq; tempore demõſtrato in iſto habuit gratiam. & iſtud idem argumentũ venit contra Altiſſiodo. dicentem/ ꝙ in caſu argumẽti ſortes primo peccat in inſtãti terminante horam capiendo peccare vt eſt cõtrahere reatum ex omiſſiõe vel commiſſione. cũ ſortes ntunq̃ ante hoc fuit in reatu ad penam eternam cum ſemper fuerit i gratia: non tamẽ eſt illa gratia quam prius habuit ſed illa deperdita ratione peccati. ſed eſt in gratia quam meretur virtute contritionis que forte eſt minor ea quam habuit vel forte maior vel forte equalis ſecundum ꝙ ſortes habere poteſt magnam vel paruam cõtritionem. Et vltra concedendum eſt ꝙ ſortes peccauit mortalite/ & tamen per nullũ totum tempus nec per aliquod inſtans erit ſine gratia. Non eſt tamen concedendum ꝙ ſortes peccauit mortaliter & in gratia eſt & gratia quã habet nunq̃ perdidit. Aliter dicunt alij ꝙ deus non poteſt ita precipere niſi in precepto ſuo etiam ĩcludatur inſtãs terminatiuũ hore. & hoc ſatis mirabile videtur. Ad ſextum dictum eſt prius. & hec de quarto articulo.

¶CIRCA SOLVTIONEM primi argumenti aduertendũ eſt ꝙ altercatio eſt inter doc. Vtrum in inſtanti i quo voluntas libere vult habeat in ſua poteſtate pro tũc non velle. Dicunt Gregorius de arimino/ & Scotus. xxxvj. diſtinctione primi ꝙ ſic. & apud eos voluntas habet libertatem cõtradictionis pro eodem inſtanti & contrarietatis: hoc eſt dictu/ volũtas nunc eliciẽs actum habet in ſua poteſtate nunc non elicere: & habet in ſua poteſtate nunc elicere actum contrarium. Patet ſecundum ex primo. nam ſi habeat in ſua poteſtate nunc nõ elicere ponatur in eſſe ꝙ nunc non eliciat/ quo facto poterit pro tunc actũ contrariũ elicere. ergo i ſua poteſtate habet pro nunc actum contrarium elicere/ non eſt tamẽ cõcedendum ꝙ voluntas ſit libera ad eliciendum pro nunc actus contrarios: quia non eſt poſſibile ꝙ nunc eliciat actus contrarios. ¶Sed contra hanc poſitionem inſtatur primo ſic. Si iſte actus quem nunc elicit voluntas poteſt nunc non eſſe/ ergo poteſt nunc corrumpi. ponatur in eſſe quod nũc corrumpatur ſequitur bene corrumpitur. ergo fuit ſaltem in rebus permanentibus. Preterea ſequitur eſſe poſſibile idem corruptum numero reddire. quod patet ſic. Sortes qui ſemper ante hoc fuit in gratia/ & nunc eliciat peccatum mortale: iſta gratia eſt corrupta/ & eſt poſſibile ꝙ ipſa ſit etiam ſecluſo miraculo. ergo. probatur mi nor/ eſt nunc poſſibile ꝙ iſtud peccatum inſit per potẽtiam naturalem: ergo eſt nũc poſſibile ꝙ hec gratia tunc ſit propter hoc perdita. ¶Ad primum iſtorũ negatur iſta conſequẽtia: iſte actus poteſt nunc nõ eſſe. ergo poteſt nunc corrumpi: quia ſi voluntas faceret ꝙ iſte actus non nunc eſſet/ hoc non eſſet per corruptionem. ¶Ad ſecundum negatur ſequela & ſequens: & ad probationem concedo ꝙ nũc eſt poſſibile hãc gratiam eſſe: ſed tñ nõ eſt poſſibile ꝙ non reddeat: quia ſi nunc eſſet ipſa nunq̃ fuiſſet corrupta. & ſic ipſa non rediret. Correlarie ſequitur ꝙ iſta eſt concedenda/ aliqđ eſt corruptum & eſt nunc poſſibile per potentiam naturalem ꝙ non ſit corruptum nũc. ¶Alia eſt opinio quam tenet Guillelmus occham diſtinctione preallegata & doctor in preſenti/ ꝙ ſi nunc aliqua res ſit non eſt poſſibile pro nunc ꝙ ipſa non ſit. & ſic pro eodem inſtanti nõ eſt ponenda libertas contradictionis nec contrarietatis. Sed contra hanc ſolutionem ſic arguitur vel ſortes in hoc inſtãti peccat vel ante peccauit. non eſt dicendum ſecũdum/ quia tũc

tra hanc poſitionem ſic arguo: ſi ſortes nũc haberet volitionem fornicandi pro nunc ſortes tenetur non habere. ergo pro nunc ſortes poteſt non habere ꝓña tenet quia nemo obligatur ad impoſſibile. & patet antecedens/ ſortes pro nunc peccat per illam volitionem. ergo ſortes pro nunc tenetur nõ habere. Secundo arguitur: ſequitur hanc eſſe impoſſibilem volũtas libere vult quod patet ſic. Nam ſi ſit poſſibilis ponatur in eſſe ꝙ ipſa verificetur/ tunc ſic arguitur/ voluntas nunc libere vult. ergo nunc habet i ſua poteſtate non velle/ & vltra ſic arguitur nunc habet in ſua poteſtate nõ velle/ ergo nunc habet in ſua poteſtate facere ꝙ iſta volitio nõ ſit. Inſup dicitur libera apud doct. quia omnibus neceſſario requiſitis ad productionem volitionis poſtq̃ habet i ſua poteſtate producere & non producere/ tũc ſic arguitur/ vel illis poſitis ipſa producit vel non. ſi non. ergo tũc per iſtã opinionẽ nõ poteſt producere. ſi ſic/ ergo tunc non põt non producere. Ad primum iſtorum dicit concedendo antecedens ſcilicet ꝙ volũtas pro nunc tenetur non habere iſtam volitionem. & negatur conſequentia. & ad probationem diſtinguo ꝙ voluntas non poſſit obligari ad impoſſibile. vel ad ipoſſibile ſimpliciter. ſ. quod nõ ẽ nec fuit i ſua poteſtate & ſic concedo. vel ad impoſſibile p accidens. ſcilicet quando ipſa eſt cauſa illius impoſſibilitatis. & ſic negatur. Forte diceret aliquis/ eodem modo poſſet obligari voluntas poſtq̃ peccauit ad non peccaſſe quod tamen nemo diceret. quia tunc continuo peccaret poſtq̃ peccauit. & ꝓpterea nõ placet hec ſolutio Altiſſiodoreſis dicit ꝙ pro inſtanti in quo voluntas habet malã volitionem ipſa non tenetur ad non habẽdum/ cum hoc ſit ei ipoſſibile: ſed immediate ante tenebatur ad non habendum. & ꝓpterea nunc cõtrahit maculam peccati. & eodem modo dicit de peccato omiſſionis. ¶Sed contra hanc ſolutionem ſic arguitur vel ſortes in hoc inſtãti peccat vel ante peccauit. non eſt dicendum ſecũdum/ quia tũc ante perdidiſſet gratiam. Si dicatur primũ ergo nunc habet aliquem actum quem tenetur non habere. vel aliquem actum non habet quem tenetur habere. & ꝓpterea placet magis primus modus dicendi: & eſt cõmunior. Nec eſt ſimile de hoc quod infertur ꝙ aliquis obligaretur ad non peccaſſe quia quando verum eſt dicere ꝙ peccauit non immediate ante fuit i ſua poteſtate ꝙ non peccaſſet. Sed immediate curret replica ex vno argumento facto circa ſextum articulum puta ſi detur preceptum de diligẽdo deum ante inſtans terminatiuum hore. ¶Ad ſecundum negatur conſequentia: & ad probationem dico ꝙ voluntas non dicitur nunc libere velle quia nunc habeat in ſua poteſtate non velle: ſed propter alterã iſtarum cauſarum apud doctorem ꝙ immediate ante hoc habuit in ſua poteſtate ad fi nem illius temporis deſiſtere a ſua volitione. ¶Ad tertium dico ꝙ illud eſt intelligẽdum ꝙ omnibus neceſſario requiſitis poſitis immediate cum habebat voluntas in ſua poteſtate non coagere. Inter iſtas opiniones videtur michi pria probabilior.

¶CIRCA SECVNDVM ARGVmentum eſt aduertendum ꝙ difficultas eſt inter doctores/ an ſit danda pura omiſſio & breuiter pro nunc ſecundum ꝙ argumẽtum exigit dico ꝙ ſic. Vltra dico ꝙ voluntas qñcunq; non vult non dicitur libere non velle/ ſed ſolum pro tempore quo habet oportunitatem ſufficientem vt producat volitionem/ & tamen non producit. Et vltra dicendum eſt ꝙ iſta conſequentia non valet. Voluntas libere non vult: ergo vult non velle: & hec materia tractabitur amplius infra.

¶CIRCA TERTIVM ARGVMEntum inquiritur difficulras. vtrum aliqua cognitio ſiplex libere cauſet. ꝓ quo ſit prima propoſitio. Aliqua cognitio libere cauſatur. patet ſic/ ſortes qui intuitus eſt patrem ſuum nunc non habet cognitionem abſtractiuã patris ſui & poſt hoc habebit

ergō nunc deficit aliquod necessario requi
situm vt producatur illa cognitio vel libe
re causabitur. Non est dicendum primum
cum sortes iam habeat habitum vel speciē
apud alios, nec dicendum est secūdum. Et
primo ꝓsequentia probatur ex illo: qa posi
tis causis naturalibus sufficientibus ad effe
ctum producendum de necessitate produ/
cunt. ¶Secūda propositio/aliqua noticia
intuitiua libere causatur. Patet sic. sit sortes
qui intuetur albedinē non intuetur illā per
noticiam reflexam: & postea intuebitur, er
go nunc deficit aliquod necessarium requi
situm ad illam intuitionem reflexam cau
sandum vel ipsam liberare causabitur: sed
non esset dicendum primum cū ad intētio
nem causandam sufficiat presentia obiecti:
& possibile est ergo dicēdū scdm. & ꝓpter
ea dicit dyo. in libro sententiarū ꝙ noticie
intuitiue rerum extrinsecarum mere natura
liter causantur. ¶Tertia propositio/apud
Gregorium potest imediate libere produ
ci aliqua cognitio/hoc ē dictu, potest libe
re produci absq; actu voluntatis elicito. pa
tet sic/sit sortes habens habitum inclinantē
ad cognitionem abstractiuam platonis/&
nunc non cognoscat platonē arguit: quod
tamen libere producet illam cognitionem
vt patet ex prima propositione & non per
actum volendi, quod sic probatur: quia si
produceret per actum volendi maxime eēt
per actum quo volet cognoscere platonē:
sed tunc sic arguitur/illam volitionē de ne
cessitate precedet aliqua cognitio platonis
& cognitio cognitionis platonis que libe
re causabitur vt probari potest eodēmodo
sicut prius/tunc queritur an causabitur me
diāte altero imperio. & iterum queratur de
cognitione precedente tale imperium secū
dum: & sic erit processus in ifinitum vel de
uenīēdum est ad cognitionē imediate libe
re causatam. Ex hac propositione videtur
sequi correlarie/ꝙ est possibile actum intel
lectus esse imediate peccatum quod tamen
non solet cōmuniter ꝓcedi, patet sic, actus
intellectus est immediate liber: ergo potest
immediate prohiberi. & vltra potest ime
diate prohiberi, ergo potest imediate esse
peccatum, & hoc correlarium videtur mi
chi concedendum ꝓsequenter loquēdo nō
tamen sequitur ex hoc ꝙ aliquis actus intel
lectus posset esse immediate meritorius: qa
ad meritum requiritur relatio in vltimum
finem: quia spectat ad voluntatem, de co
gnitione intuitiua obiecti extrinseci tenet
Dyo. in prologo sententiarum ꝙ quilibet
talis mere naturaliter causatur.

